

B2-5554

B2

B2

# AVGVSTINI

## STEVCHI, EVGVBINI, EPISCOPI

KISAMI, SEDIS APOSTOLICÆ  
BIBLIOTHECARIJ, OPERVM,

TOMVS TERTIVS.

*In quo hæc continentur,*

- De Perenni philosophia, lib. 10.
- De Mundi exitio.
- De Eugubij, vr̄bis suæ nomine.
- De Falsa donatione Constantini aduersus Laurentium Vallam, lib. 2.
- De Restituenda nauigatione Tiberis, Oratio, ad Paulum III. P. M.
- De aqua Virgine in vr̄bem reuocanda Tractatus.

*Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.*



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa.

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

*Del Collegio della Compania de Serui de Gra*



7  
13-14  
h-a-2  
16

Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
Eala 12  
Katasto 15  
Tabla  
87

2 500 40  
Gallea  
MADE IN SPAIN

B2-5554 B2 B2

# AVGVSTINI

STEVCHI EVGVBINI, EPISCOPI


KISAMI, SEDIS APOSTOLICÆ  
BIBLIOTHECARIJ, OPERVM,

TOMVS TERTIVS.

*In quo hæc continentur,*


- De Perenni philosophia, lib. 10.
- De Mundi exitio.
- De Eugubij, vr̄bis suæ nomine.
- De Falsa donatione Constantini aduersus Laurentium Vallam, lib. 2.
- De Restituenda nauigatione Tiberis, Oratio, ad Paulum III. P. M.
- De aqua Virgine in vr̄bem reuocanda tractatus.

*Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.*



PARISIIS,  
Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæa.  
M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.  
*Del Collegio della Compania de Serui de Gra*



7  
13-84

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Caja
Carante
Tabla
87



# VIRO CERTE NOBILI ET

PERDOCTO D. BAVFREMONTIO BARONI

SENEſCEIO, REGII ORDINIS EQVITI: AVLICI

prætorij Præfecto: Conſiliario in ſanctiore Regni Francia

conſilio: ac Nomarchæ Tabilloneniſi, CLAVDIVS

MINOS Diuioneniſis, S.



VEMADMODVM primis illis temporibus, quibus hominum familiae cœtusque ad vtilitatem publicam haberi cœperunt, qui aliis ingenij dexteritate, animique solertia præstabant, magno studio, atque per diligentem opera perquisuerunt quæ vel omnino vel magna ex parte conferret ad vitæ vsum & ornamentum, vt tandem assidue quærendi & inuestigandi longa & difficili minimèq; fallaci experientia obseruarent, quæ & præsentibus & posteris vtilia in primis existimarent. Id quidem facile intelligi potest ex eorum laudata certè & prouida benèq; consulta industria, qui primùm in arborum, plantarum, sed maximè herbarum & radicum succo experiundo, magnis vigiliis commentando, diuturnis laboribus tentando, dura & molesta, sed vtili sane, planèque necessaria exercitatione perficiundo ingenij sui vires posteritati probarunt. Quorum quidem omnium si non vnum idèmq; studium fuit, si non eadem via & ratio vel inquirendi disputandiue, vel commentandi, aut denique ad suum & germanum finem reuocandi artem iam olim fuisse putetur, nullus tamen est qui inficias iuerit eandem fuisse omnibus propositam metam, idèmq; omnium consilium penèque iudicium. Quod ego profecto dicere & asseuerare ausim de studio atque industria priorum sapientum, qui iandiu apud Chaldeos & Ægyptios magno in honore sunt habiti: & philosophorum, quorum nomen, fama que apud Græcos multis annis in magna celebritate mansit. Illi enim nihil commendatius habuere, cum primùm animum appulerunt ad artium omnium liberalium inuentionem & cultum, quàm vt sibi ceterisque omnibus & presentibus & posteris prodesse. At vt è radicibus & herbis nò modo succi salutes, sed interdum etiam lethiferum exprimitur: vtq; medicorum è medio numero nonnulli venefici deprehendi possunt: ita ex hac & veterum sapientum & philosophorum schola multos extitisse constat, quorum omnis industria in eo versata fuisse videtur, vt non quidem veritatem, cognitionemq; dignam hominibus liberis inuestigarent, sed vt nescio quodam rigandi & cœcertandi studio opinionum & nugarum chaos vastissimum, ex quo nullus vnquam ferè citra naufragium potuit emergere ingenii offunderet. Quod cum sæpius apud me reputo, quatuor causas è multis reperio, quibus optima illa viuendi magistra philosophia, non suo & naturali, sed alieno, & certe versatili colore tincta hominibus sese venditare cœpit. Quis enim nò videt quàm difficile & arduum fuerit ignotam fere & inuolutam tenebris plusquam Cimmeriis

eo tempore sapientiã, non dico profiteri, sed eius naturã tenere in primis, illius vim atque rationẽ omnem explicare disputando, eiúsq; tandem fructũ saluberimũ quidem, sed paullo amariorem sermonis lepõre condire? Non quidẽ ab re qui primi ex omnibus quẽdam reppererunt ingenio quodam diuino ad humanẽ vitẽ necessarios vsus, diuinis honoribus affecti videntur, quippe qui hac sua laudanda industria proximẽ ad deorũ naturã accefferũt. Succurrit enim mihi Strabonis illud, τὸς ἀνθρώπους μάλιστα μιμνήσκῃ τὸ θεῶν, ὅταν εὐεργετοῦσι: huc etiã accedebat quod cum ea esset sapientũ hominum, atque etiam doctorũ paucitas, minimẽ mirũ videri cuiquam debet, si tanta res, quanta debet omniũ iudicio atque æstimatione teneri, philosophia, sic in angustum coacta, non omnes suas verẽq; diuinas vires exerere potuerit, neque suum lumen in tam crassa temporũ caligine magnifice omnique cultu diffuderit. Res enim tam longe latẽque patens, & cuius precium atq; vtilitas minimẽ posset orationis copia explicari cõmodẽ, in paucorum hominum contenta sinu, imò non omninò, sed quadã ex parte cognita, non potuisset vnquam suam omnem auctoritatem consequi: adẽ Aristotelea vox instar oraculi habita fuit, Bonum quanto pluribus commune fiat, tantò esse diuinius & excellentius, nisi tamen aliquis cõtrã mihi obiecerit, rariora in maiore precio semper fuisse, tamque præstans ac cæleste donũ non nisi paucis & cordatis hominibus credi ac committi debuisse. Sed de iis non disputo, de paucitate hominum, potius à quibus hoc studium propagatum fuit, nunc propriẽ loquor, quã altera causafuit, cur tot sectis inter se disiectis atque dissentientibus philosophia opinionum fluctibus oppressa pene omninò extincta iacuerit. Hæ tamen videri quibusdam possunt populares, eque medio petitaẽ causã dissidiorum & contentionum, quã tam diu locum habuerunt in philosophorũ scholis atque familiis: at aliã quãdam sunt, quibus partim excusari hæ contentiones posse videantur, partim etiam nõ tam reprehendi, quã omninò damnari. Quis enim non videat linguã & sermonis ignoratione factum, vt quã vna ratio, vnãque mens atque sapientia apud omnes esset, non tam varia & multiplex, quã profus dissimilis esse iudicaretur? Siquidem nihil olim tam ingeniosẽ fuit ab Ægyptiis obseruatum, & aliqua annorum successionẽ posteris per manus traditum, quod ipsum ab aliis, nõ Græcis modò, sed ipsis certẽ popularibus alio atque alio modo acceptum non fuerit. Et miramur si Græca philosophia (quam constat à barbaris esse petitam, id est à Chaldæorum & Ægyptiorum scholis, quos pro barbaris Græci, nullo iure tamen, habuerunt) tam fuerit insigniter immutata, nec modò alio colore induta, & quasi lingua alia instructa, sed quibusdã suis hoc est naturalibus truncata membris, monstrosa facta sit, vt nihil reliqui habere præter inane nomen videretur? At quod præcipuam hisce tot iurgiis & factionibus occasionẽ dedit? Philosophorum Græciã laudata quidem industria, & laboriosa professio magnam videtur disciplinis omnibus lucem attulisse: at nimia φιλοψαφία gloriãque cupiditas, nimia etiam rerum nouarum, cura & ostentationis immoderata cupiditas philosophiam natura vnica tam variã & incertam, tam sibi dissimilem fecit, vt nulla poëtis aut Empusa aut Proteus aliquis tam vnquam παλαιομορφος & varius conungi potuerit, quã sint Academicorum veterum & nouorum, Aristoteleorum & Platoniceorum, Epicureorum & Stoicorum aliorũque innumerabilium placita, & illẽ κλεινὴ δόξα opinionum inconstantia & varietate dissimiles, nullisq; certis scientiã fundamentis, nullis denique axiomatis & decretis immutabilibus innixã. Sic itaque philosophia, quã debebat esse certissima

tissima vitã dux paucorũ hominum nõ tam erroribus, quã arrogantiã, & perueritate, facta est nugarum omniũ & fallaciã quãdam metropolis, vt plerique nõ imperiti viri censuerint fuisse longe satius ignorationi rerum abditarũ acquiescere, veriq; inquirendi laborem omittere, quã ita rerum præstantissimarum semina tot spinetis atque dumetis implicare, proque scintilla veritatis falsitatum quasi lernam inducere. Scio equidẽ quã necesse fuerit in philosophorum scholis meram libertatẽ retineri: admitto non egrẽ in vtranque partem more Academicorum disputandi subtilitatem, quẽ permultum cõducat ad eliciẽdam veritatem è rebus obscuris: sed minimẽ tolerari debuit otiosos homines sic in dubiũ vocare ea de quibus dubitari nefas sit, vt plus danti rebus humanis fuerit importatũ ab huiusmodi præstigiatoribus, quã à seuisimis hostibus vastatis vrbibus importetur. Siquidẽ hi nihil aliud agunt, quã vt victoria potiãntur, vel ad aliud bellum viam sibi muniant, cuius tamen progressus sæpe aut momentaneus, aut parũ diuturnus est. At hæ falsissimã opinionẽ, omnibus ferẽ non modò populis sese insinuarunt, sed & ad sæculorũ quãdam diuturnitatẽ perdurarunt, elegantiorãque ingenia ita fascinarunt, vt quo felicius quique ad intelligendũ nascercntur eo cupidius eas amplexati, cæteris minus oculatis & prouidis ansam dederint turpissimẽ insaniendi. Cum primũ enim tota fere schola Ægyptiorũ desciscere à pura patrũ doctrina cõpisset, & à veri Dei cultu animũ ad res creatas cõuertisset, earũq; admiratione capta, noua quẽdã opinionũ monstra cõmentata esset, tum prisca sincerãque sapientiam turpissima superstitionum labe consperfit. Quid ergo mirum si Græci, miserẽ post Ægyptios aberrarint, & ab insanis illis edocti, insanã illam ceteris communicarint? Sed tamen non vbicunq; videtur equum, vt prætermisissis bonis omnibus, mala in vnũ aggregentur: sunt enim ea vicina bonis, atq; errore sub illo, quod ait ille,

*Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.*

Quamobrẽ vt è malis opinionibus, malisq; moribus bonã leges natã primũ dicuntur: vtque ex rebus in natura vniuersi difficillimis viri solertes occasionẽ ingenij sui ad gloriam & hominũ summã vtilitatem exercendi captasse non dubiũ est: ita ex hoc philosophicorũ dogmatum Oceano salui plerique & incolumes itque præcipitẽ qui Christianã pietatẽ scriptis & disputationibus illustrarunt, permulta in philosophorũ libris reppererũt quã si non vera prorsus, à vero tamen non multũ abessent, & ad verũ mentibus humanis inculcandũ valde conducerent. Quod ideo à me dictũ nolim, vt aliquis putet me veterũ doctrinã velle, quod aiunt, oppedere, quam omni ratione tutandã & excolendam puto: sed tamen ita cautẽ eius opiniones sunt excipiendẽ ne quod ad salutem hominum repertum esse constat, in eorum cedat perniciem. Philosophia non aliter quã vino vtendum esse nonnulli viri maximi censuerunt: alij, qui paucis philosophandum monuerunt, nihil aliud præceperunt, quã in eo studio adhibendã esse auream mediocritatis regulã. Eos vt recte ac peritẽ ea de re tota statuentes sicuti probo non inuitus, sic eorũ iudiciũ plurimi facio qui è senticetis, amœnissimos flores legunt, quique nõ tam quod dicitur aut scribitur pro certo tenent, quã sibi proponũt quod in primis esse constituendũ iudicent. Eo de numero sunt qui non tam philosophorum placita mordicus retinuerunt, quã philosophiam ipsam omnem ad suum & germanũ vsũ piẽ doctẽque retulerunt, quales è patribus percenseri possunt Tertulianus, Arnobius, Lactãtius, Iustinus, aliique eiusdẽ ordinis permulti, cum Græci tum Latini. Quorum quidem omnium pietatem, doctrinã, industriã vt maximi facimus, ita qui ex eadẽ philosophiẽ officina quidpiã conquissuerunt quod ad pietatem quoquo modo iuuandã cõduceret, non postremo in numero habẽdos existimo. Et id

quidem ea mente dictum volo, vt omnes intelligant quanti æstimandi sint Augustini Steuchi de perenni philosophia libri, quibus vir ille pereruditus & industrius consensionē philosophorum omnium, qui iam ab orbe diuinitus excitato variis sæculis atque ætatibus floruerunt, adornauit. Quotus quisque est qui non videat, quàm magnæ mentis, quàmque periculosæ plenū opus alex fuerit tot sæculis & ætatibus inter se diffitos, philosophos ita conciliare, vt concordia pace ligentur? quàm laboriosum linguis ac sermonum varietate vsque adeo inter se differentes sic componere, vt vnus ciuitatis esse ciues appareant? quàm denique molestum fuit & perplexū homines inter se morū & vitæ dissimilitudine valde seiunctos, imò etiam opinionū multitudinem quasi pugnātes ad mutuum consensum pertrahere, vt idem omnium iudicium, vna vox, & sententia ferri ab omnibus audiatur? Itaque magna ea sunt de quibus hæcenus diximus, sed multò maiora & laboris profecto molesti plena, scintillas quasdam veri mediis in tenebris ipsaque tetra caligine temporum inspicere: in iis etiam plus videre quàm ij viderint, qui omnium oculatissimi videbantur. Eius quidem rei causa, **VIR SPECTATISSIME**, non putauit me malè bonas horas collocaturum, si non semel hos cōmentarios euoluerem, & scholiis quibusdam illustrare, quos cum prælo commissurus esset Michaël Sonnius, amicus meus, mihi auctor fuit, vt quantum mihi per oclum liceret, locos adnotarem ad marginem è quibus suam illam certè instructā officinam composuit Eugubinus: quod ipsum quidem in me recepi, quàm feliciter, alij viderint. plus certe operæ ac laboris est impensum, quàm sibi persuaserit, qui ei alex nunquam sese cōmiserit. In quo tentando labore, si multa videantur esse prætermissa, id ea causa factum, quia librorū quæ hîc citantur, exempla non omnia haberemus, vel quod non satis ocij relictum mihi esset in profitendi munere plus fatis impedito: vel denique quod ab vno id negotium tentari, non autem confici & absolui posse videretur. Fuit autè multò facilius Eugubino Pontificis Max. bibliothecario permultos aduocare scriptores in medium, & ad eam rem aliorum quorūdam vti opera, exscribere quædā & cumulare pro suo arbitratu, denique librum planè vtilem magno ocio conficere: ac non aliis, idem, nedū mihi, cui desit ingenij ea vis, cuique ocij fatis non suppetat, vt per omne genus auctorum volitem. In cæteris autem auctoris huius scriptis, à me quidem per transfennam lectis, nihil putauit operæ ac laboris cōferendum, ne quis fortasse me suspicaretur falcem in alienā messem velle immittere: qua de re Sonnius, antequam quicquam prælo mandaretur, admonui, vt qui putarem id pensū esse Theologis relinquendum.

Iam verò, auctorem hunc certè nobilem & quidem πολυμαθῆν mitto ad te, **VIR ORNATISSIME**, cum mea qualicunque & pertenui, sed non omnino inutili studiosis accessione. quod ipsum cur tibi vni velim esse consecratum si quis roget, nihil aliud ex me audiet, quàm nobilem & multificiū, & cordatū scriptorē, non nisi verè nobili & multarum litterarū copia tincto, eique sapienti committi debuisse. Taceo huius argumenti splendorem & dignitatem, de quo vnus omnium optimè iudicare potes, cui nihil ignotum est eorumque veteribus cognita olim, nihil abditum eorum quæ nostris hominibus magno ingenio singulariq; doctrina perspecta sunt. Sed vereor, te ea grauitate, eaque negotiorum mole pene oppressum pluribus interpellare, teque ab iis & opiparis & splendidis libri huius deliciis hac mea oratione longius abducere. Vale, Lutetia Kalendis Octobris clo. Io. LXXVII.

# BEATISSIMO PATRI, AC SUMMO CHRISTIANAE RELIGIONIS PRINCIPI

PAVLO III.

Augustinus Steuchus Bibliothecarius.

BEATISSIME PATER,



**V**ER A mihi semper in philosophia visa est sententia, Sapientiam, atque Pietatem, ex eisdem fontibus nascentes, unumque ad finem respicientes: omnes quoque rationes alias, quibus consistant, habere conformes. Ipsa Philosophia clarissime probat: quæ cum supremum fructum, præmiūque laborum, Sapientiam promittat, hanc Plato, & Aristoteles, philosophorum facile principes, non aliam denique nobis intelligendam proponunt, quàm Scientiam, Cultūque Dei: quod illis sua lingua dicitur, θεοσέβει, καὶ θεομακαρίῳ τῶν θεῶν. Hæc rerum esse summam, hic demum speculationes, studia, curasque Philosophorum omnes desinere. Multos igitur velut in amantissimis capis flores ex omni Philosophia hanc diuinitatem redolentes, decerptos, eorumque suauolentem coronam confectam, iure tibi, qui & Sapientia, & Religionis obtines principatum, sacrauimus: tuæ maiestati congruos honores offerentes; quæ Sacris tuendis, Sapientia propaganda, atq; illustranda, præsidet. Quæ cum & autoritate, & scientia iam diu tenueris, reueris, & ad eam amplificandam animi tui magnitudinem ostenderis, dum viris undique, sapientia, moribusque conspicuis, ad religionis moderamen accitis, ex his sapientissimum senatum conficis: dum pulcherrimis edificiis, Urbem, templaque Deorum exornas, bibliothecas Græcis, Latinisque præcellentibus scriptoribus auges: (mitto enim quod pacis, qua stabilita religio, difficillimis itineribus susceptis, auctor fuisti) tibi certè de philosophia, supremisque sapientia mysterijs libri, velut arcus triumphales inscribere, quibus tua memoria, quantum in nobis esset celebraretur in posterum, par erat.

# INDEX EORVM QVAE IN

HOC OPERE DE PERENNI  
PHILOSOPHIA HABENTVR.

## LIBRO PRIMO.

- CAP. I De successione Doctrinae ab exordio mundi. fol. 1. a
- II De tribus modis, quibus cognita est Sapiencia, sed posteriore praestantissimo. 3. b
- III Quod Patris ac Filij diuinitas & potestas fuerit apud antiquos celebris. 3. d.
- IIII Eorum quae prolata sunt, comprobatio, ex Theologia Graecorum & Hebraeorum. 4. d.
- V De eadem Mente, Progenie, Sapienciaque diuina, ex Platone, regina, moderatrice omnium rerum, omnium maiorum consensu. Et quod Aristoteles eam laudarit, suspexerit, qui de ea locuti essent, admiratus fuerit. 5. d.
- VI Mentem ex Macrobio esse Filiam summi Boni, summum Bonum ipsum supremum Genitorem. 6. d.
- VII Ex eisdem Chaldaeorum oraculis de Mente, diuina Progenie, cuius imago sit animus humanus, & ex Philone. 7. b.
- VIII De Mente, Prole diuina, ex Mercurio Trismegisto: Eademque Creatrice animi humani, sicut ex Chaldaeo Philone. 8. b.
- IX De eadem Mente ex oraculis item Chaldaicis, quod sit creatrix, quod spectaculum Deorum. 8. c.
- X De eadem Mente, ex Mercurio, & Platonis, omni que eius diuinitate: & quod sit mundi creatrix, & Idea mundi, ipseque mundus archetypus. 9. d.
- XI De Mente ex oraculo quoque Chaldaeorum, & Porphyrio, & Proclo: & quod sit à Patre, quod creatrix mundi: & quod sit ea quae dicitur vltimundana Mens. 11. a.
- XII Quod Mens sit Deus, opifexque mundi: & quod veteres Graeciae Philosophi id agnouerint: & de Ideis. 11. f.
- XIII Ex Proclo, & Porphyrio de Mente, & eam antecedente Genitore. 12. d.
- XIIII Ex eodem Proclo, de Genitore, summo Bono, progenie diuina, Mente: item de tertio Anima, seu spiritu: & de diuinitate ipsius Mentis. 13. b.
- XV Mirabile testimonium Porphyrij de eadem Mente ab aeterno genita. 14. c.
- XVI Ex Plotino de eadem ipsa mente, & Genitore eius, & eius cum Patre coniunctione: & quod post Patrem sit maxima omnium Mens. 15. b.
- XVII Ex eodem Plotino, quod Mens sit post summum Bonum, quod per eam ad summum perueniatur, quod sit locus, & Idea omnis pulchritudinis, quod creauerit mundum. 16. a.
- XVIII Quod creatio sit Mentis, Genitore iubente, ipsa operante, & de duobus his, ex eodem Plotino. 17. a.
- XIX De eadem Mente ex Plotino mirabilis Theologia, vt à Patre generetur, omnibus bonis dicitur. 17. f.
- XX Summa eorum, quae diuinitus Plotinus de Primo & Secundo est locutus, De Bono & Mente ab eo genita, Idearum plena, sapientissima origine Mundi. 18. c.

Ex Theo-

## INDEX.

- XXI Ex Theologia Chaldaeorum apud Sibyllas, de Prole diuina, quod sit Regina mundi visibilis, & inuisibilis: & quod à Patre princeps constituta. Ex quibus est conformatio & comprobatio eorum, quae superius Platonici dixerunt. 19. c.
- XXII Fidele esse Magorum, Sibyllarumque testimonium. 20. d.
- XXIII De Verbo diuino, & quo modo sit Lumen de lumine, ex Mercurio. 21. c.
- XXIIII De diuino Verbo, ex eodem Trismegisto: & de virtute eius, quod sit opifex mundi, & quod nascatur à Patre. 22. d.
- XXV De Mercurio Trismegisto, Theologiamque eius esse veram, id est, ab antiquissimo illo Mercurio perscriptam: de Magis, & Sibyllis. 23. e.
- XXVI De Verbo diuino, ex Philone Iudeo, cuius dictis probetur verè priscum illum Mercurium de ipso Verbo superiora scripsisse. Multiplexque de eo apud Philonem Theologia, quod sit creator Mundi, & origo, quod Filius Dei, quod hominis archetypum. 25. b.
- XXVII Ex Platone, Filium habere Patrem: Verbum esse diuinissimum, Principem praesentium, & futurorum. 28. a.
- XXVIII Ex Theologia Orphei, de Verbo diuino, & quod sit vox diuina, & quod formator mundi. 29. a.
- XXIX Alia quaedam ex Philone Iudeo, de Patre, & primogenito Filio, qui sit verbum eius, creator mundi, hominis archetypum: & quod Pater sit eminentissimus, Filius lex, & moderamen mundi, princeps Angelorum, coeternus Patri. 30. c.
- XXX Testimonium de Patre, ac Filio, ex Numenio Pythagoreo: & quod Pater sit primus, Filius secundus: & quod Filius agat omnia, Pater iubeat: & quod Pater sit ipsum Bonum. 31. f.
- XXXI Ex Amelio, de Verbo diuino eterno, post homine facto: Et quod Amelium testimonium Ioannis protulerit: Heraclitumque etiam de Verbo fuisse locutum. 32. d.

## LIBRO SECVNDO.

- CAP. I De Theologia antiquorum testimonium Aristotelis, exemplaque ex aliis quam sit veneranda, ac suspicienda. 33. d.
- II Quod à Barbaris Graeci didicerunt, & quod ingenuè discipulos eorum se Graeci fatentur, quo constet Barbarorum Theologiam priorem, ac meliorem esse, & quod à Graecis nihil debuit, vel potuit innouari super Theologia. 35. b.
- III De tribus gradibus diuinis, siue Numine trino, vel tribus Regibus, ternaque potestate: & de Spiritu sancti apud antiquos commemoratione, ex Mercurio, Plotino, Pythagora: & quod procedat à Mente. 36. c.
- IIII Examinatur oraculum Platonis de tribus numinibus, aut hypostasibus, circa quas sint omnia: sed principaliter circa Primum, qui sit omnium finis. 38. b.
- V Quomodo animam seu spiritum ex illis duobus produci tradiderint. 39. d.
- VI Quod Aegyptii ter acclamabant, trinam Deitatem designantes, & quod diuinam sapientiam, omnia esse apud eos inscriptio demonstrabat. 40. a.
- VII De tribus Regibus, siue tribus Intelligentiis, triplicique Diuinitate, ex Numenio, Amelio, Plotino, Theodoro, Iamblichio, Proclo. 40. e.
- VIII De tribus principiis, ex Proclo, Platonis Theologia contentis, quae dicuntur Bonum, Mens, Anima: aliisque nominibus appellantur. Et quod haec tria

- principia, non substantia tria sunt, sed alia ratione. 42. d
- IX** Quod Proclus testatur Platonem de tribus Regibus in Epistola sensisse: & de nominibus, quibus describitur ineffabile Principium, nempe Deus Pater. 44. b.
- X** De tribus item illis altissima Procli Theologia, mysteria Platonis interpretantis: & quod Platonici faciunt tria principia, quorum primum gignat secundum, tertium sit habitus amborum. 44. f.
- XI** De tribus subsistentiis, siue principiis, ex Plotino: & quod non sint plura, neque pauciora. Et quod hæc cognitio potius diuina est, quam ratione demonstrabilis. 45. d.
- XII** Profunda Theologia Plotini de tribus subsistentiis: & quod à Primo sit omnis sapientia, Diuinitasque Secundi. 46. d.
- XIII** De trina Diuinitate, ex Numenio: & quod super his sanctè, castèque loquendum est: & de eorum mutua indiuisibilique substantia. 47. c.
- XIII** De trino Deo, ternaque Diuinitate ex Calcidio, quo sensa superiorum Platoniorum declarantur. Et quod Primus est summum Bonum, Secundus Mens, Prouidentia, Sapientia eterna, Tertius Intimator & Anima mundi. Et quod tres has personas, & hypostasas apertè & distinctè fateantur. 48. b.
- XV** De secunda Hypostasi, id est, Mente creatrice mundi, ex Anaxagora diuina naturæ eius descriptio, & quod ab hac creat visibilia, & inuisibilia Anaxagoras, quæ admodum hodierna religio. 49. a.
- XVI** Comprobatio ex Plethone Gemisto, quod Magicè sententiæ de Trinitate loquantur, de primo, & secundo Creatore, siue Deo: & quod Bessarion etiam vidit hæc & confirmauit: quod Auicenna Arabs hunc Trinitatis ordinem vidit apud Platonicos, sed non vsquequaque rectè percepit: & quod intelligentia primi orbis, est eadem & Anima mundi. 49. d.
- XVII** Quod autore Suida Trismegistus de trina Diuinitate, sempiternaque Trinitate scripsit, quam solam dixit eternam, inseparabilemque substantiam, & quod creationem per Verbum Dei, quemadmodum & Moses, extitisse dicit. 50. b.
- XVIII** Diuum Augustinum apertè testari Platonicos de tribus personis scripsisse. 51. a.
- XIX** De tribus Hypostasibus, ex Apollinis oraculo: & quod apud priscos, omnia metricè scribebantur: & quod ab his oraculis mysteria veterum Philosophorum manare potuerunt. 51. c.

## LIBRO TERTIO

- CAP. I** De tota Diuinitate: & quod omnes instinctu naturæ Deum singulariter in omni etate nominarint: exemplaque ex Platone, & Aristotele, & Homero, & Demosthene. 52. a.
- II** Quod simili ratione locuti sunt, & quidem diuinius poëtæ, qui Homero successerunt, de singulari Deo & his quæ verè de eo prædicantur. 53. b.
- III** Eadem probatio ex priscis Philosophis, de laudibus diuinis, ab eis celebratis, quod sit vnus Deus, quod Mens Animatioque Vniuersi, principium, medium, finis, ex Pythagora, & Archyta, Philolao, & Asclepio, Acnone, Mercurio. 54. f.

Quod

- III** Quod prisci Philosophi super vno, ac singulari Deo, mirabiliter cum sacris literis consenserunt. 56. d.
- V** Quod appellata sit in veteri Theologia Natura diuina, prima excellentissimaque Vnitas: & quod omnia ex ea dixerint esse nata, ex Empedocle & Parmenide & Zenone, & Aristotele, Melisso, Damascio: & quod hanc Vnitatem vocarint immobile Principium. 57. d.
- VI** Eadem probatio ex his quæ senserunt Parmenides, & Melissus, Empedocles, & Plato. 58. d.
- VII** Priscam Philosophiam Deum appellasse ipsum Esse: consensuque eius cum Theologia vera. 58. f.
- VIII** Quod Deus in veteri Theologia appellatus sit ipsum Vniuersum. 60. a.
- IX** Deum in antiqua Theologia appellatum ipsam Infinitatem. 60. c.
- X** Comprobatio eorum, quæ sunt antè demonstrata de sententia priscorum, nominibus, quibus appellarunt summam Diuinitatem, ex Simplicio, qui libros eorum legit, quod retulit etiam doctissimus Bessarion. 61. c.
- XI** Eadem ratione dixisse priscos Mundum imaginem Dei. 62. c.
- XII** Deum apud veteres, Deorum esse creatorem. 63. c.
- XIII** Quod vnus tantum maximus Deus, ideoque solus æternus. 64. d.
- XIII** Oraculum Apollinis de Deo, & de creatione Deorum. 65. c.
- XV** Aliud ex eodem, de Deo, diuinisque rebus testimonium. 66. d.
- XVI** Aliud oraculum de Deo, locisque cælestibus, quod Deus fons, principium, creator omnium, inscrutabilis: quod nemo peccas eum lateat: quod omnia prospiciat. 67. c.
- XVII** Quod Iupiter sit Deus ille verus, magnus, Daemonis oraculo: quod eius potestas, omnibus veneranda: quod solus ille sapiens, largitorque sapientiæ: & quod hæc oracula, verè sunt à Damone edita Philosophorum testimonio. 68. c.

## LIBRO QUARTO, PLATONIS ET

*Aristotelis Theologia discutitur.*

- CAP. I** Aristotelem singularem Deum esse confessum: Non solis motibus cælestibus, sed omni item mundo eum præfecisse: Eandem fuisse Academicorum Philosophiam: Eandem Senecæ: Non solas intelligentias, quæ cælum moueant, eum agnoscere. 70. b.
- II** Aristotelem aliud intelligentiarum genus, quam cælestes orbis mouentes sensisse: supra motus cælestes, Deos beatos locasse: Eorum veram felicitatem descripsisse: Antiquos qui hæc docuerant collaudasse. 71. b.
- III** Compendium Philosophiæ Aristotelis, vnum singularem, moderatorem solum ordinum cælestium, vitæque omnis confiteri. Collatio aliorum quorundam locorum, de prisca Philosophia, quæ singularem Deum prædicat: Deum inuisibiliter omnia mouere, & regere. 72. a.
- III** De hoc Philosophiæ compendio quedam probationes, quod Aristoteles protectioris etatis, & ad Alexandrum scripserit, sepe Magnos viros sententiam mutasse: Multa ex priscis Aristotelem in contrarium retulisse: Multa scripsisse Aristotelem, quæ non extent. 74. d.
- V** Examinatur Philosophia, quæ est in Compendio: Vbi vnum duntaxat cæli motorem, dominumque totius vitæ videtur Aristoteles agnoscere. Quod minores isto supremo Deos quosdam confessus est: Quod eius potestatem omnia inuisibiliter operari dicit. 75. c.

- V I Aristotelē fateri à summo Deo factos Deos minores: interpretari Deum, quam Vnitatem Empedocles dixisset: confiteri diuinam Prouidentiam, quæ naturam excedentia aliquando inoperetur. Compendium verè eius esse. Loqui nūc emendatius eum de Vno singulari, quod alibi de pluribus. 76. d
- VII De vno singulari ac supremo Deo, ex eodem Aristotele, quem à motu cæli absoluerit, cuius sit immensa sapientia, qua respicit etiam res humanas. 77. a
- VIII Aristotelem miris laudibus efferre, qui Menti rerum creationem tribuissent, in quo sit inclusa confessio creati mundi. De Mente dixisse eum quæ prior præceptor Plato, In his vnus Dei confessionem esse. 78. b.
- IX Quod etiam in moralibus vnum singularem Deum est confessus, rerum humanarum prospectorem: Et quod ad aliam, quam præsentem vitam prouidentia eius & quæ largiri bonis eum ait Aristoteles, referantur. 79. d.
- X Ex eo quod Aristoteles de Nectare Deorum scripsit, probari & vnus summi Diuinitatem, qui sibi & cunctis sit causa felicitatis: & Deos illos non esse vertentes orbis celestes. Virtutes, quæ possidentur à mortalibus, multo magis à Deo possideri. 80. b.
- XI Admiranda Aristotelis Theologia de beatitudine diuina: quæ sit contemplatio: Eandem esse minorum Deorum felicitatem, Deum summum contemplantium. Ex quo summa vnus maiestas comprobatur. 80. f.
- XII De beatitudine Deorum: de vnica, simplici que voluptate, quam Deo tribuit Aristoteles. Consensus eius cum sacris litteris, beatitudinem esse diuinam contemplationem. 81. d.
- XIII Aristotelem summum Deum affirmare cum Homero Patrem esse Deorum, hominumque: eiusdem esse generis cum illis. Hinc creationem Deorum, & solū Primum æternum demonstrari. 82. a
- XIII I Deum ab Aristotele, veluti generis humani Regem declarari, omni genere sapientiæ maiorem, cui libenter omnes obtemperare oporteat. 82. c.
- XV Mentem, quam exterius venire scribit Aristoteles, non nisi ab vno singulari Deo venire posse. Quem Theophrastus eius discipulus confessus est omnium rerum originem. 83. b.
- XVI Appellari legem Deum ab Aristotele: imperium legis esse imperium Dei. Ex his sequi, vt tacite fateatur legem hodiernam diuinam esse, cui maximè parendum sit: in his esse Dei singularis confessionem. 83. e.
- XVII Quod Aristoteles dicens diuinissimum Reipublicæ genus Monarchiam, visus est vnum Deum singularem, qui singulariter omnem mundum gubernat, confiteri. 84. c.
- XVIII Aristotelem pietatem collaudare, vtilēque esse fateri. Ex his deduci, vt pietatem, quæ verè Deum colit, creatorem mundi credit & fatetur, collaudarit. ibid. e.
- XIX De singularis Dei beatitudine, quam Aristoteles vidit, verèque definiuit. Quod omnes Ordines mundanos confessus est à Deo factos, dicens ab eo contineri naturam: & quod is est Verbum Dei, ex Philone. 85. d.
- XX Aristotelem fateri Deum masculum & fœminam creasse ad generis humani perennitatem, cum Mose mirifice consentientem. 86. b.
- XXI Aristotelem cunctis in republica rebus præferre pietatem. Quæ causa iustissima, cur sit pietas potior. Super hoc, Aristotelem præceptoris Platonis sententiam fuisse secutum. 86. f.

## LIBRO QVINTO, PLATONIS DE SINGULARI ac supremo Deo Philosophia perpenditur.

- CAP. I Platonem vnum singularem Deum asserere, quam celo perinde atque Aristoteles tribuat Diuinitatem, non veram, supremamque illi Diuinitatem, sed creatam esse, factamque ab illo supremo. Deum illum magnum ac supremum appellare Platonem ineffabilem, ex Theologia Trismegisti. Hunc ipsum, non corporis modo celestem, sed etiam animi affirmare Platonem creatorem. Vehementer eos errare, qui dicunt Platonem sentire creationē perpetuam manantem. Secutum esse Platonem Aegyptios & Chaldaeos in describenda creatione mundi. 87. e
- II Non solum in Timæo, sed aliis item locis, Platonem de Deo supremo egregiè loqui: Eum cunctarum rerum, etiam Deorum, affirmare creatorem. Exemplum in libris de Republica, de facili Dei rerum omnium creandarū potestate. Platonem dicentem, Deum etiam seipsum gignere, quis sensus. 89. a
- III Cur Plato in libris de Legibus magis astrorū Diuinitatē, quàm supremi Dei obtulerit. Quod supremum Deum sentit ac dicit ineffabilem, de quo cautè sit loquendum. 90. d
- III I Platonem de summo ac singulari Deo sensisse, quæ à maioribus audisset. Timæum Pythagoreū fateri Deum autorem mundi, itemque temporis, & omnis celestis ordinis inuentorem: quæ secutus sit, maximèque approbauerit Plato. 91. e
- V Exempla, quibus probatur Dei singularis & vnus confessio apud Platonem, in cuius potentiam & auctoritatem cuncta bona referat idem, confitens eum cunctorum quæ possidemus autorem. 92. b
- VI Apud Platonem multa, nomine diuino appellari, sed vnum esse singularem, & ineffabilem creatorem omnium, atque moderatorem. 93. b
- VII De summo Deo, quem summum Bonum vocat Plato, affirmans eum rerum cunctarum celo ac terris autorem, à quo rebus omnibus adsit esse. 94. d
- VIII Platonem fateri Deum omnium bonorum nullius autē mali autorem, optimum, pulcherrimum, veridicum. Prodesse dare pœnas, & castigari. Dogma de Bonitate, sumptum esse ex Trismegisto. 95. d
- IX Hoc de Bonitate diuina sumpsisse Platonem ex Trismegisto. 96. c
- X Deum creatorem omnium rerum dicere Platonem. Testimonia, quibus apparet eum vniuersi conditorem nuncupasse. Prolem diuinam autorem mundi esse Platoni, cui det Patrem in Epistola. 97. c
- XI Aliis locis creatorem cæli, ordinumque celestium moderatorem Platonem dicere Deum, qui distribuerit ad gubernacula mundi Angelos suos, creator mundi, bonorum omnium reparator. 98. a
- XII Varia testimonia, quibus singularis Dei apud Platonem probatur confessio: quem & creatorem mundi fatetur, & ei bona cuncta accepta refert. 98. e

## LIBRO SEXTO.

- CAP. I Quod recentiores Philosophi, qui post Platonem & Aristotelem floruerunt, Theologiam maiorum venerati imitati que, mirifice cum Theologia celesti consenserint, vnum singularemque Deum appellantes, omniaque de eo prædicantes, quæ sunt in libris sacris. Testimoniumque Theophrasti, & Alexandri de Deo. 99. e
- II Theologiam Romanorum agnoscere, fateri, nominare Deum vnum singularem,



- prospicientē omnibus, ubiq; presentē, mundum omnē implentem, immensē sapientia, rerum creatorem, animorū largitorem, Mentem Vniuersi, inuisibilem, ex operibus agnoscendum. *Variāq; de eo Marci Tullij Philosophia. 100.d*
- III** Senecam unum singularēque Deum ore pleno nominare Autorem mundi, & rerum humanarum Præsidentem sepius prædicare: *Ei cuncta in terris bona accepta referre. 102.e*
- IIII** Senecam exordium mundi fateri à Deo fuisse, qui singula distinxerit, loca rebus, sitūque assignauerit. *Antiquior mundo, lucis creator, operis sui spectator, per uniuersum diffusus. Ventorum moderator, largitor, prospector, cuius decreto cuncta fiant, qui mane diffuderit ad beneficium nostrum, benignus Pater, bonorum amantissimus. 103.c*
- V** Designatio diuinæ Naturæ apud Senecam: quod sit ratio incorporea, rerum magnarum opifex: per omnia diffusa, custos, rector uniuersi, Dominus, & artifex: causa causarum: Natura rerum ex qua nata sunt omnia. *Quomodo sit ipse mundus, aut pars maxima mundi. Qui sit plenus Ideis æternis, ad quas formauit mundum. Fundator mundi: & quod ipsa Natura. 104.b*
- VI** De summo & singulari Deo, ex Plutarcho, & Philosopho insigni, omnes ferme de eo laudes canente, quæ in sacris litteris habentur: *Hunc unum adorandum esse, non elementa mundi huius: Solem, Lunamque esse signa quibus diuina maiestas innorescat: Ea esse organum, artēque Dei. Deum esse creatorem mundi, qui sit templum sacerrimum, in quod spectator operum diuinorum introducatur homo. Mundum esse tanquam theatrum, in quo nobis spectatoribus Deus insignes opes suas ostentat. Deum creasse Solem, qui sit quædam lucis æternæ suæ per mundum decurrens imago. Diuinam naturam esse ac felicitatem, virtutis excellentiam. 105.e*
- VII** Item ex Plutarcho Deum in pelago sanctitatis habitantem, cuncta rectè moderari: *Solem in calo velut exemplum sui collocasse. Esse cum virtutis omnis simulachrum & Ideam, quam homines oporteat imitari quoad fas est. Principes esse distributores bonorum, quæ largitur Deus. Principem esse imaginem Dei viuam. Præcipuum, insignemq; Dei cultum, esse, imitari bonitatem eius. Ad virtutes acquirendas opem eius esse necessariam. Res Romanas creuisse, Deo volente. Deum esse regem mundi bonorum largitorem. 106.f*
- VIII** Affirmare Plutarchum omnia faciendā in Republica, honoris diuini causa. *Deum esse Patrem hominūque Deūq; creatorē autem mundi. Hunc priscos fateri totius ordinis, harmoniāq; autorem. Principium iustitiæ. Viuens æternum, optimū. Demones malos eum non fecisse: ex inordinatione ordinem fecisse. Optimum artificem, plenum artificij, immortalem, beatum, beneficium, videntem uniuersa. 107.f*
- IX** Deum fecisse hominem animal placidum, sociabile. *Amore patrio eum hominum res attendere. Omnia circum mare & terras prospicientem, omnibus consulentem. Volūtate eius, pulcherrima quæque fieri. Animam esse instrumentū eius. In eo sempiternam esse presentiam. Hominem ad cognoscendum fecisse. 110.a*
- X** Ex alio Philosopho, qui dicitur Epictetus, Stoicus autem fuit, non Christianus, de Natura diuina, de qua deprædicet quæ sacra littera concelebrant. *Eandem esse naturam bonitatis ac Dei. Substantiam diuinam esse Sapientiam, perfectam-*

- perfectamque rationē. Deum cunctis prospicere, mundum gubernare. Hominem esse opificium eius. Ad unum Deum respiciendum esse. Ei pro beneficiis gratias haberi oportere. 111.b*
- XI** Eadem de summo ac singulari Deo sensisse subsecutos Philosophos. *Iamblichum affirmare, Deum principium, medium, finem, in eo respiciendo & sequendo felicitatem esse. Eum esse Dominum omnium bonorum, principium beatitudinis, finemq; omnis Philosophia. Felicitatem esse, sequi mandata eius. 112.e*
- XII** Porphyrium, singularem, unicūque Deum commemorare, cui rationabili sacrificio, castisq; cogitationibus sit litandum. *Eum esse omnipotentem, omnis virtutis autorem. 113.d*
- XIII** Item ex Simplicio profunda Theologia, de uno bonitatis fonte, unico rerum, singularique principio, à quo causa cuncta, cunctaque principia dependant. *Et quod sese ad ferendam miseris opem inclinet. 114.*
- XIIII** Ex eodem Simplicio, Deum esse absoluti boni nostrorum animorum principium finemque, in quem unum sit refficiendum: *cui quādiu cohaeserit animus, sua radice hereat, diuisus marcescat. Quod mundum Deus creauerit. 114.f*
- XV** Ex Proclo, de singulari Deo, quod sit unus, quod Bonum, quod prima causa, bonorum cunctorum Autor, Deorum etiam Creator. *Quod ineffabilis, incogitabilis, Virtutis infinitæ, Naturæ indeficientis. 115.e*

## LIBRO SEPTIMO AGITVR

## De Mundi creatione.


- CAP. I** Omnem nationem à vetustissimis seculis traditione per omnes ætates descendente, fateri mundum creatum. *Vidisse quædam Creati mundi priscos signa. Fuisse famam apud priscos Creati mundi creberrimam. Rationes, quibus nonnulli noluerunt creatum mundum. 117.b*
- II** Resoluuntur rationes de Aeternitate mundi. *Nulli Aeternitatem prodesse, sed vehementer obesse. Hunc esse mortalibus omnis impietatis, omnis infelicitatis fontem, rerum humanarum confusionem. Nullam reddi posse prouidentie rationem, rebus æternis. Non posse animos immortales esse rebus æternis: aut eos non ascendere in celum: nullaque esse post-vitam præmia virtutum. Stultos esse, qui deteriora velint æterna, quæ sint melioribus impedimento. Non esse malum destruere mundum causa maiorum bonorum. 117.e*
- III** Dissoluitur secunda ratio, In creando mundo non esse prius & posterius tempore. *Quandocunque creatus fuisset mundus, quari potuisse, cur non prius creatus. In æternitate non esse prius & posterius. In multis hallucinari mentes humanas perinde atque sensus: Omnem infinitatem absurdam esse, & indecoram, præter diuinam. Vnius tantum esse naturaliter Aeternitatem. Quod supersedens Deus creatione mundi, neque tardauit, neque cessator fuit. Neque dici potest supersedisse, ac distulisse. 121.a*
- IIII** Examinantur Philosophorum, primum Aristotelis de Aeternitate rationes. *Aristotelem non impugnare simpliciter Creationem, sed qualem nonnulli ante eum deprædicassent, qui Chaos æternum, Creationem in tempore fuisse asserabant. Priscos non quemadmodum calumniatur Aristoteles, tempus æternum credidisse. Priscos asseruisse tempus & celum creatum, creatum celum*

- exliquida aqua substantia. 122.e
- V Dissoluuntur rationes Procli partim ex natura, partim opinione Platonis ductæ. Tempus in quo conditus est mundus, non esse celeste tempus. Plura esse posse tempora, quàm celeste. Redundare, superuacaneamque esse animam cæli, aut eam esse Deum summum. Maioris honoris esse Deo, aternitatem suam, quàm perennem rerum factionem. Aternitatem mundi, impiarum opinionum esse fontem. Non sequi potestatem aternam Dei, aternam mundi cõditionem. Deum non esse mutatum cum creauit. Naturalem fuisse Dei aternitatem, mundi principium. Platonem non aternum, sed in tempore factum mundum scripsisse. 125.a
- VI Platonicos priscos, nõ quemadmodum affirmat Proclus, mundum aternum dixisse, sed factum. Diluuntur rationes Plutarchi sub aliorum persona. Deum creatorem mundum, humanisque rebus consulentem non laborasse, Deum creasse hunc mundum nõ causa voluptatis suæ, sed propter homines, quod Stoici etiã fatentur. Vexationes bonorum, improborum secundas res non prohibere, quominus mundus sit creatus. 131.a
- VII Diluuntur rationes Epicurei & Cottæ apud Tullium. Earum solutionem esse, quod ubi Marcus ipse loquitur, secus sentit. Et ea est Academicorum libertas. Platonem non suis primum oculis creationem uidisse, sed apud priscos legisse. Platonem dicere mundum corruptibilem in posterum, sed potestate opificis non interiturum. Non ociatum esse Deum, fruentem ante mundum Diuinitate sua. Non supersedisse creatione mundi. Sapientibus & stultis creando mundo prodesse voluisse. Asscutumque esse, quod bonitatem suam fecit clariorem. Omnes particulares motus in primum motorem referri. 132.e
- VIII Diluuntur rationes Simplicij de Aternitate mundi. Simplicium agrè tulisse Iohannem Philoponum rationes Aristotelis de Aternitate motus refutasse. Eundem Theologiam Mosaicam contemnentem, non intellexisse quæ de luce & Sole creato idem scripsit. Non accepisse Mosen ab Aegyptiis Theologiam, sed contra, Aegyptios ab eo. Græcos ab Aegyptiis didicisse, ut si sit Aegyptiorum fabulosa Theologia, sit etiam Græcorum. Quomodo oporteat intelligi, lucem primum creatam, quarta autem die creatum. Solem. Resoluuntur rationes, quibus Simplicius ex Platone probat aternum mundum. 135.c
- IX Ostenditur Creationem mundi ab antiquissimis omnium nationum fuisse confessam. Cunctos ferme Philosophos vetustæ famæ, patriumque traditioni subscripsisse. Explicatur in primis Theologia Trismegisti de Creatione mundi. Trismegistum cum Mose congruere in describenda Creatione. De creatione lucis, siue Solis, siderumque aliorum, & aëris ex aqua purissima defæcatione. Ante omnia de creatione terræ & aquæ, quæ cateris fuere principia, dictum chaos ab illis, aut hyle. De nudatione terræ, creatione animalium, & hominis ad imaginem Dei creati. Hanc Theologiam uidisse Ouidium apud Græcos, Latinèque expressisse. Deos eorum esse sidera, factos ex aqua. Secutos esse priscos Græcos hanc Theologiam. exempla ex Platone. 140.d
- X Orpheum adorasse, secutumque esse Theologiam Trismegisti de constitutione mundi. Minores affirmasse quæ prior Orpheus prodidisset. Primam Theologiae partem apud Orpheum, esse laudes Creatoris aterni, sapientissimi, fecundissimi.

Omnia

- Omnia nata esse ex fecunda sapientia verbi diuini secundum Orpheum. Secundam Theologiae partem esse de Chaos, nempe terræ & aquæ creatione, post quas ex eis creatæ sint formæ rerum. Similem esse Mosei Orpheum in hac creationis assignatione. Phæta esse Solem. apud Orpheum, Amorem ipsam diuinam sapientiam creandi cupidam. Ex Chaos & Oceano natos esse Deos, nempe sidera celestia. 146.d
- XI Homerum atque Hesiodum veneratos hanc Theologiam, similiter atque priores de mundi origine, & eius principis cecinisse. Terram & aquam Homerum primas res creatas dixisse. Hesiodum primum fuisse Chaos, id est, terram & aquam, totamque creationem affirmasse ac decantasse. 149.e
- XII Parmenidem, Thaletemque creationem esse confessos. Amorem esse Deum sempiternum apud eos. Solum Deum aternum dixisse Thaletem. Mundum opificium diuinum appellasse. Noctem antecessisse diem, dixisse Thaletem, ut Moses tenebras ante lucem. Aquas illas primordiales Mosaicas eum principium dixisse, Mentem autem creatricem. 150.e
- XIII Physicos autore Plutarcho confessos creationem mundi, cuius initium fuerit à terra: Ab aquis segregatam ætheriam substantiam primam. 151.d
- XIII Aratum fateri Deum summum posuisse stellas in firmamento cæli, quemadmodum Moses. Idem cantasse Ouidium. 152.a
- XV Aristotelem, rationem fateri coëgisse creationem mundi. In aternitate, vel animos esse mortales, vel ascendere in calum nõ posse, corpora semper animantes. Sequi ex his in Philosophia grauissimos errores. Aristotelè à maioribus in creatione mundi dissentire non debuisse. Verba Aristotelis quæ diuersis locis posita probant eum creationem prudentem vel imprudentem esse confessum. 152.d
- XVI Ex dictis oratorum & poetarum, artium, sermonis, & humani generis probatur exordium. 155.d
- XVII Plotinum apertè fateri, contra quàm Proclus contendat, tempus creatum, cum cuius conditione consequitur etiam cæli, mundi que creatio. 156.a
- XVIII Apertè, perspicuèque Porphyrium de temporis exordio scripsisse. Iamblichum multis rationibus omnia nata esse, confiteri: Qui consentaneè cum Mose predicet hominem diuinitus factum. Itemque ordines celestes à diuinissimo Verbo re-pertos. Et quod condemnat hunc mundum, asserēs ab eo fugiendum esse. 157.a
- XIX Crantorem Platonicum, vitam presentem condemnasse, ei que non esse & mortem anteposuisse. Quo sequitur improbatio Aternitatis mundi. Idem ex Aristotele infertur. 158.d
- XX Epictetum & Arrianum homines à Deo creatos, inque mundum, operum diuinorum spectatores introductos fateri. 159.a
- XXI Ex sententiis Plutarchi de mundo, Principiisque eius. Ea in quibus nonnulli peccauerunt, de materia prima, de anima malefica. Responiones contra calumnias Lucretij, quas contra prouidentiam, temeritatem, & casum defendens, effudit. ibid.d
- XXII Dissoluuntur vanæ Lucretij contra mundi creationem, rerumque ordinem, calumnie. Coarguitur necessariò sensisse prouidentiam rebus inesse, Omnia causa nostri fecisse Deum: quæ putasset Epicurus noxia, vel superuacanea, summam prouidentiam habuisse. 160.b

ēē ij



- CAP. I De Angelis, & ea natura, quæ inter Deum supremum, atque homines intercedit, & quòd de his etiam præsci Philosophi sunt locuti: Et de veris Diis fabulosis exclusis. 163.d
- II In sermone Platonis, Aristotelisque, apparere Deos alios, quàm qui moueant orbem caelestes. Nec alios esse posse, quàm Angelos supercaelestes. 164.c
- III Quòd Plato de Diis siue Angelis vera sensit, & scripsit. Et quòd eorum sedes in celo constituit, quibus Deus gubernationem humani generis tradiderit: & de eorum natura. 164.f
- IIII Ex Aristotele de Diis siue Angelis, quos similiter ac Plato in celo supra motus ætherios locauit, & beatos eos, rerumque humanarum custodes dixit. 166.a
- V Ex cæteris locis probatio, Deos Angelosque Aristotelem sensisse supra sidera motusque caelestes, eumque de beatitudine eorum vera scripsisse. 166.e
- VI Quòd vitam, naturamque Angelorum, & felicitatem Poeta sicut & Theologi descriperunt. 167.f
- VII Considerationes ex Marco Tullio, apud quem est Deus supremus, & item alij Dij nominantur, qui præterquam Angeli esse non possunt. 168.a
- VIII Ex aliis autoribus de Angelis siue Diis, post summum Deum. 169.c
- IX Ex oraculis Chaldaicis de potestatibus, siue mentibus summis: & quòd has rectores mundi Chaldaei dixerint. 170.a
- X De triplici ordine Deorum, siue Angelorum ex Platonicis, præcipue Proclo, in quo videtur nostros secutus, ubi à veritate dissentiat: & de primo Deorum ordine. 170.d
- XI Generatione de Diis, & eorum prima acie, quidne Proclus commentitium afferat. 171.c
- XII De triplici hierarchia Deorum, & quid veri, aut à vero dissentiens de ea scripserit Proclus. 172.c
- XIII De secundo Deorum siue Angelorum ordine, quem ex Dionysio deducat Proclus. 173.a
- XIIII De tertia Hierarchia, vel ordine Deorum, ex Proclo, & quòd in eo secutus est Arcopagitam. 173.f
- XV Quòd Hieronimus item, quemadmodum & Proclus, secutus est Dionysium in definiendis Hierarchiis caelestibus, & quid non veri addiderit. 174.d
- XVI De aliis generibus, & nominibus Deorum apud Proclum ex Dionysio, & quid in his dissentiat à vero. 175.b
- XVII De esca Deorum, vel Ambrosia, & Nectare: quæ cum vere à Platone, & Aristotele fuerit assignata, Proclus parumper infecerit. 175.e
- XVIII Ex Theologia Damasci de Diis, siue Angelis & uno supersubstantiali Deo, & quòd is etiam imitatus est Dionysium. 176.a

## DE DAEMONIBVS.

- XIX Præscis Daemonum naturam innotuisse. Profanas litteras similia sacris de Daemonibus perhibere. Nomen Daemonum, Græcum, Hebraicumque esse posse. Esse hoc nomen commune bonorum, ac malorum. 176.f
- XX Exempla quibus monstratur hoc nomen, diuinam potentiam, numenque designare, & usur-

- & usurpari pro Deo, Diisq; à Poëtis, & Philosophis. Demum quòd malorum potestatum sit proprium nomen. Esseq; apud eos bonos & malos Demones. 177.d
- XXI De vario genere Daemonum apud Philosophos: & quòd nõ semper physice nomen hoc usurpent, transferentes nomen, naturamque Daemonum ad alios. De Daemonibus veris & fabulosis ex Platone, & Poëtis. Et quòd veri Demones sint aërij. Correctio eius, quòd sitũ aërium dicunt naturaliter Daemonibus attributum. 178.d
- XXII Declaratur sententia Platonis de Daemonibus, qua tribuit eis legationes, intercessionemque inter hominem, atque Deum. Et quòd hi sunt Angeli caelestes. 180.a
- XXIII Separantur, ea quæ promiscue de Daemonibus aëriis & Angelis caelestibus locutus est Plato. Et, quòd mirè cum sacris litteris consentit, de principibus humano generi datis. 180.f
- XXIIII De Daemonibus eligendis, eorumque presidio, custodiaque hominum in vita, & post, à Platone tradita, in Deos, vel Angelos cõgruere. Quis sensus, cum aiunt iustos post mortem fieri Demones. 181.d
- XXV Separantur veri Demones à fabulosis, quos celebrant Poeta. Veros Demones aërios illos esse. 182.c
- XXVI Veri Demones ostenduntur esse aërij, natura malefici, ingenio prauis, boni nunquam ipsismet Philosophis autoribus. Et quòd etiam Aristoteles de Daemonibus est locutus. 182.f
- XXVII Demones esse gentem aëriam. Hoc sacram & profanam sentire Theologiam. Idem Platonem, Pythagoram, Aristotelem prodidisse. Testimonium etiam diui Pauli. 184.c
- XXVIII Ex præscis Magorum Theologia, natura Daemonum clara definitio. Eos esse maleficos incantationibus presidentes, quòd Plato asseruit: esse feras agrestes, Strygios canes, Vltores, carnifices malorum: affectibus malis delectari, domiciliisque impiorum: Transferre sese in Angelos lucis. 185.a
- XXIX Ex Theologia Aegyptiorum vetustissima apud Trismegistum Demones esse, & esse malos, malorum inspirationum autores. His esse omnia plena. Vltores impiorum esse. Eos esse ex aliis aërios, vagos, per phantasias, & illusiones decipientes. In quibus cum nostra Theologia concordia. 186.c
- XXX Demones nidoribus oblectari, ob id materiales appellari. 186.f
- XXXI Quæ Daemonibus nonnulli Philosophi attribuerunt, eos omni mundo præficiantes, Angelis congruere, idq; ab eis deprædicari. 187.b
- XXXII De Daemonibus qui dicuntur se mulierum commercio contaminasse, aliosque Demones genuisse: Hos esse Demones fabulosos, & quasi poëticos, non veros: & quòd is fuit multorum error. 188.c
- XXXIII Apud Orpheum cum sint Demones boni & mali, hoc nomen denique malorum potius esse, quàm bonorum, sicut in sacris litteris. 189.a
- XXXIIII Demones ab antiquis Philosophis proditum, dare pœnas toto mundo persecutionem patientes. Nullum eos elementũ admittere celo cadentes, ab Empedocle dictos. Pherecydem de eis scripsisse. Zoroastrẽ principem malorum quemdam prodidisse. Nomen Daemonis eis proprie malorum esse. 189.d

- XXXV *Dæmonis nomen apud priscos malorum esse. Vera eorum descriptio apud Philosophos verâque cognitio: Eos esse aërios, vagari per omnem mūdum, Deo persequentē dare pœnas. 190.c*
- XXXVI *Diuinationem, vaticiniâque & oracula ab halitu terrestri fieri non potuisse. Aristotelem, Plutarchum, Ciceronem ista suspicatos, se ipsos declarare, contrarias rationes opposcentes. 191.f*
- XXXVII *An oraculum Apollinis à bono vel malo Dæmone funderetur. Quod à malo, signâque eius. Quod sepe Deus spiritibus, hominibusque improbis vsus est ad prædictionem futurorum. 192.d*
- XXXVIII *Dæmones nunquam in consortio beatorum fuisse, non ex caelestibus gaudiis, quæ possiderent, sed possessuri essent, si rectè operarent, cecidisse. Peccatum eorum fuisse superbiam, inuidiamque. 193.d*
- XXXIX *De Dæmonibus è celo ruentibus, priscos quædã cognouisse, & prodidisse, Phericidem, Empedoclem, Homerū, Plutarchum ruinã hanc designasse. 194.e*
- XL *De Geniis, siue Angelis, singulo cuiq; custodibus datis, inter eos & nostros mirus cōsensus. Testes horū Menæder, Empedocles, Plutarch. Adrianus. 195.a*
- XL *Chalcidij de Dæmonibus sententiã, Dæmones aetherios, quibus serena, puræue corpora tribuat idem, potius Angelos appellandos. Definitio Dæmonis iuxta eundem. 195.d*

LIBRO NONO, DE CREATIONE HOMINIS,  
& immortalitate animorum.

- CAP. I *Quod omnes consenserunt hominem à Deo creatum: animos venire diuinitus: & quomodo fuit hæc fama manans à priscis, temporum longinquitate apud nonnullos denigrata. 196.a*
- II *Ut Pythagoras, & Archytas consentiant hominẽ à Deo creatũ, eiq; super omnes animantes imperiũ datum. Et quod hæc fuit etiã totius scholæ sententiã. 196.e*
- III *Quod hæc Pythagoræorum, de homine diuinitus creato Theologia ducitur ab Aegyptiis: Et quod Mercurius Trismegistus eam latius expressit. 197.b*
- III *Poëtas antiquos, quos secutus est Ouidius, Mosaicam de homine diuinitus creato, sententiã confirmasse, idq; etiam Cornutum asserere. 197.e*
- V *Quod etiam Chaldaica Theologia confirmat hominem à Deo creatum, animamque exterius infusam in corpus. Et quod idem asserunt Aegyptij Philosophi, & item oraculum Apollonis. 198.e*
- VI *Sententiã Platonis de homine diuinitus creato, & quod in Timæo formationem corporis attribuens minoribus Diis, poëticè potius dixit, in aliis locis tribuens totum opificium summo Deo. 199.b*
- VII *Quod Aristoteles mirificè consentit cum Theologia Mosaica, hominem à Deo conditum, formatumque corpus, datamque sexus varietatem, animam autem exterius inspiratam. 200.d*
- VIII *Quod Aristoteles de animi immortalitate, ac diuinitate sensit, ac dixit, quæ superiores, Chaldaei, Pythagoras, Aratus, Mercurius Trismegistus, exinde Philo, & Marcus Tullius. 201.c*
- IX *Quod confirmauit Aristoteles eandem sententiã aliis locis, quibus sensit aperitèque pronuntiauit animum à corpore segregatum, idemque testantur Peripatetici;*

- X *tetici eum sensisse. 202.c*
- X *Ex his quæ scripsit in libris de Anima & de partibus animalium similis probatio: & quod hoc ipsum interpretes Græci contendunt Aristotelem sensisse. 203.b*
- XI *Quod Marcus Tullius pro cunctis Romanis animum & corpus affirmat à Deo supremo creatum, ipsumq; animum esse ad imaginem, & similitudinem Dei: & quod cum Mose mire consentit. 204.b*
- XII *Varia, multiplicisque Seneca sententiã de immortalitate, originèque animorum. Fateri eum delibatos, aut fusos eos à spiritu diuino. Futuros in æterna requie inter beatorum choros post à corpore discessum. De eorum cum Diis cognatione, de sempiterna luce, fortunatorum sedibus. 205.b*
- XIII *De sempiternis animis hausit ex origine diuina, ex eodem Seneca. De eorum diuina stirpe, atque natura. De natali die, quo peruolabunt ad superos. De vita beata post mortem, eiusque diuina descriptio. 206.e*
- XIII *De similitudine, & imagine animorum cum Deo, ex Platone, qui tota sua Philosophia hoc idem perhibuerit: Et quod hanc causam immortalitatis eorum asseruit. 207.f*
- XV *De Phocylide vetustissimo Poëta, qui dixit animam immortalem, digressamque à corpore fieri Deum. Et quod similia confessa est antiquissima Theologia Magorum. 209.b*
- XVI *Epicetum in Philosophia cunctis admirabilem, creatum animum à Deo ad similitudinem suam fuisse confessum: & quod membra corporis idem disposuerit, animo libertatem dederit. 210.a*
- XVII *Alia super eodem, Epicetici sententiã, quod animus abscissus, siue radiauit à Deo: & quid abscissio aut radiatio animorum. 211.a*
- XVIII *Quod factus est homo, in mundumq; introductus à Deo, ut contemplaretur, quod membra corporis ad operationes disposita: & quod is est omnium cōsensus. 211.e*
- XIX *Quod Philosophi duplicem hominem assignauerint: sed verum ipsum animum, hunc immortalem, & similem Dei. 212.d*
- XX *Quod ob hanc causam dixerunt animum è celo cecidisse in corpus, in quo uiuat in pœnã: & quod hæc suspicio non sit vera: & quod alio sensu intelligendum, quod prisci prodiderunt: Et Plotini sententiã super immortalitate animorum. 213.a*
- XXI *Alexandrum Aphrodisæum, animũ immortalem sensisse. Separare eum animam corpoream, ab anima diuiniore. Animi agentis dignitatem primũ summo Deo, tum intellectui nostro tribuere, utrumque incorruptibilem, affirmantem. Alexandri clara verba de intellectu humani incorruptibilitate. 213.e*
- XXII *Quod idem Alexander Aphrodisæus animũ immortalem asseruit, & dubitationẽ de mortalitate resoluit. Et quod Plato prior & Aristoteles hoc ipsum docuerunt, ostendentes organa labefactari posse, animo incorrupto & inuiolato. 214.e*
- XXIII *Rationes Plotini de immortalitate: & quod idẽ iterũ Aristoteles & Plato sunt confessi, animã esse incorporeã, quæadmodũ Deum: Et epilogus eorũ, in quibus mire cuncti ferme Philosophi cõueniunt, super immortalitate animorum. 215.f*
- XXIII *Epilogus rationum, quibus visus est sapientibus animus immortalis. 216.d*
- XXV *Contra rationem, qua putarunt animos retro sempiternos: & quod errarunt, omnipotentiam, maiestatemque summi Dei, qui solus sit præditus motu sempiterno, imbecillis animis tribuentes: & quod animi humani non sunt per se prin-*

- cipium omnis motus, sed solus Deus. 217. a
- XXVI Quod ratio, qua sibi persuaserunt animos ingenerabiles, non est vera: & quod erravit Panætius transferens ad animos, legē rerum corporearū. Et quod etiam Philosophi consensuerunt non omnia nata occidere, è quibus Plato censuit mundum factū non interiturum. Tum ex ratione decretū hoc Philosophorum neque verum esse, neque animis congruere. Resoluunturque rationes Aristotelis, quibus probat omnia nata interire. 218. c
- XXVII Quod lex illa in Philosophia, omnia orta occidere, etiā à Philosophis aliquando contemnitur: quod eorum sententia, non modò incorporea, & simplicia, sed etiam corporea possint incorruptibilia fieri: Et quod non est semper vstatis exemplis insistendum: & de duabus naturis. 220. d
- XXVIII Quomodo sibi ipsis contradixerunt, animos è calo cadere dicentes, iterumque reuerti, & qua fuerit erroris causa. Et quod perperam intellexerunt, qua de regeneratione fuerant vaticinata Sibylla. 221. b
- XXIX Quod Plaio dicens in Timæo seri animos in astris, & inde demitti, non videtur id penitus existimasse: & quod aliis libris veriora scripsit, quibus hæc in Timæo refelluntur. 222. d
- XXX Quomodo vera sit sententia, ad animum vniuersi, particulares reuerti. Quod hoc mysterium Philosophi recentiores peruersè intellexerint. Quod ea sit sacrarum litterarum sententia. Quod Plato, & Pythagoras dicunt animos ad Deum reuerti. Et super hoc errores Themistij. 223. d
- XXXI Errores Themistij, aliam esse animā vniuersalē asserentis, alium ipsum Deum summū. Si foret vnus illuminans omnes mētes, intellectus Deum fore. Rationes cur non sit vnus. 224. a
- XXXII De immortalitate animorum famam esse vetustissimam. Nolle facinorosos animam immortalem, nec terrore futurarum pœnarum peccatis impendentium torqueantur. 225. b

## LIBRO DECIMO.

- CAP. I In religionem veram cunctos Philosophos consensisse: Pietatem, Philosophiamque Christianam, quæ sola cunctas ambages resoluit, omnes tacitè collaudasse: Rerum humanarum finem esse, Philosophorum consensu, pietatem: Hanc autem esse solam Christianam. 225. e
- II Philosophos perhibere pietatem esse virtutum principem: probari hanc solam esse Christianam. Finem à Philosophis consentaneè religioni Christiana constitui, ut Deum sequamur. Huc omnem vitam dirigendam. Hoc illos dicentes, apertè religionem, quæ sequitur Deum, reflexisse, probasse. Philosophis veram scientiam esse. Deum noscere. 226. b
- III Desinente Platone veram sapientiam fugam ex hoc mundo, assimilationemque diuinam tum sanctitatem, ac iustitiam, vnā duntaxat religionem Christianam hac definitione conclusisse. Probari Platonis hoc testimonio, necessariò venturum in terras Deum fuisse, quem imitari genus humanum posset. Iamblichō apertè fatente diuinam similitudinem comparari, Deique præcepta cognosci non posse, nisi Deus ipse audiatur: palam hodiernam religionē necessariam mundo ostendisse. 227. a

IIII Beatos

## CAPITVL.

- IIII Beatos Aristotele & Platone prædicantibus, qui diuinam iustitiam sequuntur, hodiernam religionem cunctis laudibus comprobasse, solam magistrā veram diuinā iustitiā. 227. f
- V Platone præferente cunctis obedientiam diuinam, apertè assensum esse hodiernæ religioni: ut homines scirent iussa superna, in terras necessariò venturum fuisse Deum. 228. b
- VI Definitionē sapientiæ veræ, quæ assignatur à Iamblichō, vni Christianæ cōgruere. Philosophos in humana sapientia nullā spem habendā asserentes, solam diuinam hodiernam, veram esse iudicasse. Ex his quæ facere Philosophiā contendunt, & quæ in humana Philosophia reprehendunt, probari duntaxat Christianam veram Philosophiam esse. 229. a
- VII Philosophos mundi voluptates improbatas, omnemque continentiam admirantes, collaudasse, comprobasse Christianā religionem, veram continentiam magistrā. Mirabile Plutarchi dictum ad virtutem, & probitatem, opem Dei esse necessariam. 230. a
- VIII Philosophos eam laudantes Philosophiam, qua viuunt purè, à corporeis illecebris segregamur, apertè religionem Christianam spectasse. Eos, voluptates corporeas impedimento esse ad caeleste iter asserentes, vnā nobiscum religionem asseruisse. 231. a
- IX Philosophiæ finem, cognitionem Dei, maiestatisque eius admirationem Philosophos asserentes, religionem Christianam, cuius finis est Dei notio, omnibus suffragiis confirmasse: Archytam, Plutarchum, Iamblichum, Simplicium hæc dicere. 231. e
- X Philosophos præsentē vitam contemnendā, & ad solū Deum vertendos animos, odioq; habendum corpus affirmantes, hodiernā religionem comprobasse. Mercurij Trismegisti, Platonis, Aristotelis, Syriani super eo testimonia. 232. c
- XI Philosophos affirmantes finem omnis Philosophiæ esse contemplationem, & felicitatem verā, solum intuitū Dei, & regnum calorū sentire potuisse. In terris nullam esse beatos reddentem contemplationem. Ex his cum religione Christiana palam eos sentire. 233. a
- XII Veram sapientiā, & omnium quæ fieri possint optimum, testibus Philosophis esse pietatem: hanc autem esse similitudinem cum Deo, eamque felicitatem veram. Hoc cum à Philosophia fieri dicant, nullā aliam eos spectare potuisse Philosophiam, quā hodiernam. 234. a
- XIII Miris laudibus extulisse Philosophos charitatem non fictam: Eo Christianā religionem, cuius fundamentum est charitas, comprobasse. De præcepto Pythagoreorum. 234. d
- XIIII In cultu Dei & pietate Philosophos, eximias voluptates statuentes, affirmare, quæ semper concinunt sacræ litteræ. Desiderantes eosdem perfectam, mirificamque pietatem, hodiernam desiderasse. 235. a
- XV Philosophos diuitias contemnendas docentes, malis que malas & perniciosas asserentes, paupertatem admirantes, curam carnis abiiciendam, studiumque ad pietatem, & cultum Dei transferendum contendentes, præsentem religionem vnicè comprobasse. Hanc vnā eos voluisse. 235. d
- XVI Philosophos asserere religionē purè exercendā esse, quærendūque acceptissimum

- Deo cultum, cuncta humana contemnenda. His probari, ea, quæ habentur in religione Christiana, avidissimis animis eos acceptasse. 236. d
- XVII Philosophos arbitrio libertatem tribuentes, sed opem divinam ad opera recta necessariam predicantes, mirifice cum religione hodierna congruere. Mala ex nobis ipsis esse, autoribus eis. 237. b
- XVIII Hierocle, Cyrianum, eximios Philosophos, veram iudicare sapientiam, virtutumque principem pietatem, & assimilationem cum Deo, & imitationem bonitatis, iustitiæque eius. Eumque esse Philosophiæ finem. Hanc esse beatitudinem, quam Marcus Tullius dicit à Philosophia donari. 237. d
- XIX Priscos à maioribus audisse de præmiis æternis. Famam semper inter mortales crebuisse futuræ felicitatis post hanc vitam. Platonis, & Socratis, & Marci Tull. testimonia. 238. b
- XX Plato & Socrates & Marcus Tullius testes, fidem antiquam esse de præmiis iustitiæ, ac probitatis. Eos cum nostris predicare, fugiendas corporeas illecebras, vitam caelestem in corporibus agitandam. Qui hoc egissent, in concilio Deorum futuros. 239. a
- XXI Probos post vitam Deos declarandos, quemadmodum sacra littera, predicare Platonem: Improbos, iniustos, sceleratos cum similibus habituros, Tenebras appellare Platonem, pœnas malorum. 240. a
- XXII Ex Platone de bonorum, malorumque futura sorte. Testimoniū eius hanc Theologiam priscam esse. 242. d
- XXIII Platonis de præmiis & suppliciis post vitam, de regno Sacrosancto Beatorum, de teterrimo carcere malorum, de carnificibus infernis, sententiæ. Quod bonos, mali malos adeunt. Quod hæc religio, Fidesque, non fuit nisi calitis antiquis reuelata. 241. d
- XXIII Platonem fateri, reddituros quosque de factis propriis rationem, bonos cum fiducia: malos, cum summa trepidatione, Non illic affore propinquorum ceteruas, qui reos ante Tribunal iudicis defendant. Labores quos pij fortiter exanilassent in vita, meritis præmiis afficiendos. Descriptio patriæ caelestis, nominibus rerum sensibus expositarum. 242. c
- XXV Descriptio religionis beatæ, Platonis, diuig. Ioannis. Ut pulchritudo venustasque terrestres, exprimit eis pulchritudinem caelestem. 243. a
- XXVI De pœnis ad inferos, ex Plutarcho. De Dæmonibus carnificibus. De præmiis æternis. Hanc Theologiam esse priscam. 243. e
- XXVII Ex vetustissimis Poëtis, de pœnis & præmiis bonorum ac malorum. Philosophorum ac Poëtarum autore Plutarcho esse testimonium, manere bonos maxima præmia post vitæ cursum. 244. d
- XXVIII Testimonium Plutarchi, Iamblichi, Marci Tullij, Pythagoræ, de præmiis ac suppliciis post vitam. 245. d
- De Mundi exitio. 246. a

F I N I S



# Augustini Steuchi Eugubini

DE PERENNI PHILOSOPHIA  
LIBER PRIMVS.

P R Æ F A T I O.

De Successione Doctrinæ ab exordio mundi.

CAPVT I.

B



**V**T VNVM est omnium rerū principium, sic vnā atque eandem de eo scientiam semper apud omnes fuisse ratio multarumque gentium ac litterarum monimenta testantur. Hæc partim nata à prima hominum origine, per omnes ætates deuoluta est ad posteros: Partim ex multiplici rerum consideratione parta, Philosophiæ nomine semper celebris fuit: Hæc quidem scientiam in primis hominibus cumulatam, absolutamque fuisse, ea res clarissime probat, quod dum nascerentur, à Deo se creari cernerent: & ab eo paulò antè omnia condita perspicerent: Cælum, ac Terras, & Mare è nihilo parta: Animalia, Sydera, Camporumque viriditates. Nati autem, colloquio Dei, & præsentia fruebantur: & quicquid temporis à creatione ad eos pulsos è Paradiso exactum est, mirabilium rerum fuit cognitio: fas autem non est, tantarum rerum memoriam posteris eos non reliquisse. Neque verò probabile est, primum hominem suum, mundi que ortum ignorasse, scienterque filiis suis exerta voce non prædicasse: totaque vita casum, resque priores suas non commemorasse. Ac magnus ille fator, & parens generis humani à creatione sua ad mortem, mille annos, demptis septuaginta, vixit: quo temporis spatio innumerabiles (licet pauci commemorentur) necesse est fuisse procreatos, qui primum illum generis sui ducem, diuinitus creatum contemplati, & cum eo locuti fuerint, totamque creati mundi rationem ab eo didicerint. Plura quoque quorum in eo fuisse perspicuam, exactamque scientiam, mirabilis animi, & corporis veniens à Deo arguit creatio. Nos enim ab eo nati sumus. Eum verò, quem Deus præsens, astansque creauit, multis de causis necesse est animo, & corpore fuisse nobilissimum. Quæ igitur ab illo referebantur, ab innumerabilibus quidem audita, paucorum animis (quos scilicet terrenæ cupiditates curæque mortales minus occuparant) retenta sunt. Qui & ea ipsa & alia, quæ sæculorum ordo, ætatisque successio afferebant cognoscentes, posteris, quorum mentes tantarum rerum scientia ad cultum Dei inflammare cupiebant, prodiderunt. Quippe Noë cuius post diluuium plus trecentis annis vita processit, plus quingentis antecessit, & sæcula diluuii superiora, & interitum generis humani cum filiis non conticuisse, sed maxime prædicasse, omniumque aures hac fama repleuisse, & probitas eorum, & humanus instinctus ostendit. Atque is ipse optimus iustissimusque vir, cuius ante magnam alluionem sexcentos annos vita dicitur obiuisse, vidit eos qui primum parentem vidisse potuerunt: (si quidem diluuium millesimo, & quingentesimo plus minus anno ab origine generis humani inundauit) vita verò primi hominis ad millenos annos, demptis septuaginta, progressa est: proxime quæ

**SUMMA**  
THESIS.  
Primum principium rerum, sic vna scientia omnium.

Prima scientia posteris communicata.

Primi homines colloquio & præsentia Dei fruebantur.

Adami ætas.

Ab Adamo scientia rerum omnibus tradita.

Multis scientiam Adamo audita exceperunt pauci perceptorunt, et cur.

Noë patriarchæ ætas, & vaticinium de diluuiio.

Annus diluuii.

Quot Annis Adā vixerit.

Omnia hominum origines, non sunt sacris expressa biblis. Mathusalem, etas. Mathusala vidit Adamu. Noë in medio temporum positus. Natus Abrahamus ante Noë, xxi. sum e viuis. Prima sententia à primis tradita patribus plurimum labefactata hominum incuria & solitudine. Litterarum usus post diluuium. Veritas immersa, et quidē penes paucos restitit. Egemētis & fabulis obruta Theologia. Fide rerum falsitas, & veritatis exvinctus labes. Idiomata alia ut primo Hebræo similia. Veteris sapientia vestigia. Adamus Deū & angelos visibili forma vidit.

fexcenti illi Noë ante diluuium anni, palam artigerunt. Ac præter alios fortasse (quorum nec memoriam, nec numerum annorum Theologia visum sit referre: quod vna tantum series præstantiorum hominum; ad texendam principij, omniumq; deinceps nascentium sæculorum historiam satis esset) fuit is, qui dictus est Mathusalem, quem inter Adam & Noë positum vtrumque vidisse, familiariterq; cum vtroque vixisse, primo quidem seruientem, ac summa cum pietate, obsequium præstantem, ab altero veluti minore obsequium accipientem, ad rationis consensum, etiam antiquæ Hebræorū traditiones prodiderunt: Illumq; ipsum verissima temporum supputatio probat, anno ante diluuium decessisse, natum agente Adam vitæ sexcentisimum octogesimumseptimum annum, vt ducentos quadraginta tres annos Mathusalem viuere, versarique cum Adam, eumq; videre potuerit. Cum Mathusalem autem commertium, consuetudinemq; Noë potuit habuisse, plus quingentis annis ante diluuium. Omnia igitur ante diluuium vel vidit, vel audiuit Noë, tum in medio quasi temporum constitutus, & diluuium aspexit, & prædicare trecentos annos post, omnibus omnia potuit: præcipuè filiis, à quibus, ceu tribus fontibus, natum omne humanum genus fecit diuortia. Atque antea quam decessisset Noë natus Abraham est, ante eius obitum plus quinquaginta annis. Nec verò piissimum hominem patrisq; simillimos filios, par est, sub silentio res tantas, tamq; memoratu dignas pressisse, & ad pietatem, iustitiamq; homines tum originem eorum à Deo docentes, tum pœnam, quæ sæculum flagitiosum deleuisset, comemorantes non inflammasse, præcipuèque ipsum Abraham, quem sanctissimum, pièq; nationis principem fore prospicerent. Ab hac igitur verissima causa, magnam rerum diuinarum, humanarumq; scientiam deductam par est, sæculis, postea & barbarie, solitudinèque primorum hominum plurimum labefactatam, factamq; semper vetustate deteriorem, siquidem cum post sparsam, ac diffusam in omnes terras genus humanum, priores illi & pauci fuissent, & longius à se recessissent, tum vitæ necessariis excogitandis essent intenti, necesse fuit rerum præteritarum memoriam neglectam, apud paucos omnino remansisse. Et forte necdum litterarum repertus erat usus, aut diluuiio penitus extinctus, aut ne tum quidem repertus. Maioribus igitur hæc ore, non scripta posteris tradentibus, facilius fuit obliuio. Et veritas quidem apud paucos restitit: falsa verò quedam, obscuraque eius imago, & fabulosis vulgi rumoribus similis, per omnes dimanauit. Hinc nationes hæ, quæ priorès sunt fatæ, & in quorum terris natæ, & gestæ res antiquorum sunt, earum rerum clariora ac plura, quam cæteræ, monumenta retinuerunt: dico Chaldæos, Armenios, Babylonios, Assyrios, Ægyptios, Phœnices, penes quos partim aperta, & detecta, partim fabulosa, & scyris & latebris absconsa, & dissimulata, partim impiis figmentis violata Theologia maiorum resedit. Factum non tam studio, & industria, quam casu, dum veritas à suo fonte recedens, fit per omnes dissipata deterior, affigente vnoquoque aliquid, aut quod traditum esset non recordante. Eandemq; par est fuisse causam deprauandæ veritatis, quæ rerum solet esse cæterarum. Nullus est enim rumor ac fama, quin fiat, quanto magis spargitur, & ab autore diffingitur, fabulosior. Idemq; casus antiquissimam sapientiam, doctrinamq; tanquam rapidus torrens euertit, atque sermonem & dialecton, quæ cum vna esset, & apud præcos, velut in fonte suo, esset purissima, eaque tota posteritas vteretur, facta omnium ab inuicem in omnes terras deductione, sermonem quidem eundem omnes secum detulerunt, sed non longo temporum interuallo ita fecere diuersum, vt plurimum à primo, natiuoque illo differret. Multum tamen habuit similitudinis cum primo, vt facile riui de quo fonte profluxerint, agnoscas. Hinc sermo Chaldæorum, Assyriorum, Arabum, Æthiopum, totiusq; ferme Orientis, sic appropinquat Hebraico, vt adulterina germanis, corrupta synceris respondent. Perinde igitur, vt sermo, est dissipata, & contaminata sapientia, & tempora sub quibus omnia senescunt, tum cætera quæ mortalitatem comitantur, fuerunt eis exitio. Apparent tamen quædam veteris sapientia vestigia, vt tametsi nominibus falsis, corruptisq; circumtegitur, porrigere certè aliquam solertibus de se coniecturam possit. Vt igitur omnes ab vno principe Deo, ab vno generis autore, qui Deum, & Angelos eius in visibili forma vidit, & cum eis familiariter aliquando vixit, progeniti sunt, sic communem quandam de Deo, rebusq; diuinis sapientiam oportet fuisse. Alterum fuit scientia primordium non à successione, & reuelatione natum, sed contemplatione rerum, sanisq; iudiciis exceptum, primò quidem in

dem incertius & obscurius, eadem tamen habens causas. Nam Deus naturæ pater & repletor, sicut ex eo commertio & reuelatione maiestatem, diuinitatemq; suam homini declarauit: sicutem cum ordine & decore, & numeris, omniumq; pulcherrimarum rerum formis mundum compleuit, oblata etiam ignaris diuinitatis suæ varia, certaque occasione, seipsum ostendit. Veri quidem est simile, maiorum illorū & perfectiorem longe & clariorem fuisse, ista quæ postea ex contemplatione nata est Philosophia. Sed nouissimis sæculis, omnis & illa & hæc, clariore exorta luce (veluti oriente sole, solent stellæ obscurari) absconsa, vel hebetata est, vt quasi radij fuerint eius, & venturum solem præcedens aurora. Sic autem tres Philosophiæ fuisse dicemus ætates, priorem quasi iuuentam vegetam, robustam, quæ cum ad senectutem peruenisset, cœperit, philosophorum tempore, sed sui longe dissimilis, renasci, ac reparari, nouissime non renasci solum, sed maior, luculentiorque quam vnquam fuisset, oriri, lucemque, quantam possent capere mentes, vbique diffundere. Eodē videlicet, quod proles humana labentes, quæ principio quidem beata fuit, futura immortalis si stetit, tum in omne malum pestemque delapsa, post restitutæ creuit multis gradibus prior dignitas. Omnem igitur quæ semper in hominibus fuit, sapientiam, non rationibus his solum persuademur, eandē apud omnes fuisse, sed multis quidem illis ac maximis exemplis, cum sparsa per omnes gentes veritatis eius vestigia intuemur, quam libris suis Moses olim, quasi procul è remotissima specula inspiciendam ostendit: postea luce clarissima eadem refulgens, omnium oculos, animosq; compleuit. Dignissimum autem est ostendere, idem semper omnes gentes credidisse, quod nunc credunt, retinentq; omnes: idq; duabus rationibus: tum iudicio, rationeque docente, ac veritate ad sui confessionem omnes attrahente: tum ex vetustissima Theologia, quæ à primis hominibus perueniens, qui Armeni Chaldæique fuerunt, perpetuis successione descendit ad cæteros barbaros, ab his ad Græcos, vt Plato quoque testatur. Insignes autem ante omnes in scrutanda, persequendaque omni doctrina, fuerunt Græci: è quibus qui se Philosophandi causa ad exteras nationes contulissent, multas ab eis diuitias auexerunt, sed minimam vt par est, earum partem, quæ literis earum calarentur. Apparet & peruerse quædam eos intellexisse, siue errore suo, siue iam etiam apud eos, à quibus ea traderentur, veritate veterem dignitatem non retinente. Nam & nomina immutarunt Græci: quædam quidem non adeo multum, alia tantopere, vt veræ, antiquæq; appellationis nullum remanserit vestigium. Græcos igitur ac Romanos, qui à barbaris & genus duxere quondam, & eorum sapientia longo post tempore ad eos defluxit, multa latuerunt, quæ vel tunc, vel multis retrò sæculis apud eos haberentur. Eodem enim progressu, quanquam non eodem tempore, & genus humanum, & sapientia est propagata. Fuit enim generis humani primordium in Armenia, Mesopotamia, Chaldæa, Assyria, ibique ante diluuium duntaxat homines vixerunt: Post diluuium, hæ ipsæ primum terræ, quas ante diluuium tenuerant, habitatae sunt, Assyriaq; gentis, & Medæ, Armenia, nepotes Noë conditores fuerunt: ab his diffusi paulatim sunt in omnes terras & distributi coloni, quod quodam temporis spatio factum necesse est. Sapientia quoque præter eam quam secum detulissent veteres coloni, à Chaldæis peruenit ad Hebræos, excipio quæ scripsit Moses, ab Hebræis ad Ægyptios, ab his ad Græcos, à Græcis ad Romanos. Siquidem Abraham Chaldæus fuit, in cuius domo veterem Theologiam, patriasque traditiones par est remansisse, quarum ille hæres fuerit. Nam & temporum exactissima supputatio, & Hebræorum literæ assentiuntur, vitam Noë vsque in tempora Abraham peruenisse: vixit enim Noë post diluuium trecentis quinquaginta annis, Abraham ducentesimo nonagesimotertio natus est, quocirca quinquaginta, & eo amplius, annos cum illo vixit. Optimi enim cum optimis viuere gaudent. Ecce autem tota series vt hominum, sic sapientia inter se deinceps implicata vsque ad Mosen. Princeps humani generis creari se vidit à Deo, suis eum oculis aspexit, pulchritudinem mundi nascentis ac nati vidit, nomina bestiis fecit, cæteraque percepit, quorum in eo fuisse certissimam scientiam, multiplex & irrefragabilis ratio demonstrat. Nepotes eius, qui diu cum annofo patre vixerat, vidit Noë: & vt credere fas est, formosum parentis corpus, formosiorum animam referentes audiuit. Et quæ diuiniora sunt, audiuit eos Theologiam diuini parentis recensentes, vt in Paradiso creatus, vt moratus, vt pulsus fuisset. Quæ cælum ac terræ, animalia, ratione creata: quid primum, quid postre-

Præ Deo sua maiestati hominibus patefecerit. Prima Philosophia perfectior, & cur, & quando obscurata. Tres ætates Philosophia.

Veritatis vestigia omnibus sæculis atque apud omnes.

Omnes idem semper credidisse duobus argumentis ostenditur.

In Epinomide.

Græcorum diligenti in Philosophia excolenda.

Græci fallaces.

Græcorum & Romanorum ignorantia.

Primordium generis humani, ubi.

Sapientia veteris vt communicata variis populis.

Ætas Abrahami.

Noë quid vidit & audiuit.

num conditum: quam arbores illæ, altera vitæ, altera sciendi boni & mali, vim haberet. D  
 Omnem enim magni genitoris illius, ac magnæ genitricis sermonem, Theologiam fuisse  
 credendum est, vt perpetui de rebus ante casum suis, de ortu, habitu, formis Angelorum  
 & dæmonum loquerentur: quid enim possumus aliud suspicari? Hæc omnia Noë, filiosq;  
 eius retinentes, vidit & audiuit Abraham: Is filio & nepoti narrauit: à Jacob, in omne ge-  
 nus defluerunt. Præter hanc autem gentis Hebraicæ seriem, plures alias fuisse credendū,  
 per quas pari progressu & pietas, & rerum antiquarum sciētia ierit. Nobiliorem quidem  
 ac synceriores hanc Hebræorū. Nec verò solus Noë ante diluuium multos annos cum  
 patribus illis diuinis vixit, nec solus eos audiuit: nec solus item Abraham pius fuit, & an-  
 tiquas res memoratu dignas à Noë & à filio eius, Shem audiuit, & se ministrum eius fuisse  
 quindecim annos, si traditionibus Hebræorum credimus, confessus est: vnde enim pie-  
 tas, & sapientia Iob, nulla in re cedens sapientiæ, pietatque Hebræorum, manauit? An  
 census & hunc, cum sit verustissimus, videlicet Abrahamæ tempestate, ipsum Noë non vi-  
 disse, loquentem que non audisse? cum non multum inter se distarent, ille in Armenia, is  
 in terra Hus, quæ est pars Arabiæ desertæ, adiacēs Mesopotamiæ, siue Armeniæ minori.  
 Quid Sibyllæ, præsertim Sambethæ, quæ etiam in his ipsis locis, id est Persidæ, vel Chal-  
 dæa nata, fertur de genere Noë fuisse, cuius extabant viginti quatuor libri, vbi plurima  
 de Christo, plurima item de origine suæ gentis, de creatione scripsit? Sola igitur ex tam  
 multis Hebræorum familia, vt præstantior, numeratur: & sola ad texendam, continuandamq;  
 historiam necessaria. A Barbaris igitur & genus & sapientia peruenit ad Græ-  
 cos, non tam eo tempore, quo philosophari gens illa cœpit: sed multis ante sæculis,  
 quod vt non sit scriptum, possit tamen ex coniecturis rationeque innoscere. Quando-  
 quidem ante Homerum & Hesiodum multos floruisse præstantes viros sit necesse, à  
 quibus ipsi & carminum rationem, numerumq; syllabarum, cum modulatu, & tot,  
 tamq; mirabiles res didicerint. Neque verò fas est, primum Homerum autorem poë-  
 sis fuisse, quem tamen Orpheus, Musæus, Linus, antecessisse dicantur, plures tamen  
 extiterunt qui possent Theologi certè, si non absoluti poëtæ vocari. Vnde enim illam  
 Homeri grandiloquentiam, tot cultus, cerimonias, sacrificia, in quibus manifestam  
 inuenies cum sacris litteris concordiam, mansisse putes? Fuerunt ad scribendum veteres  
 tardi, & segnes, siue quia litterarū vsus non esset vbique receptus, siue quod consuetudo  
 scribendi, & per litteras ad posteritatem res mandandi, nondum esset vsitata: Deinde  
 omnia fert secum inuidiosa vetustas, magnaque facta sunt omnibus sæculis veterum mo-  
 nimentorum naufragia. Non est opus exemplis, quot cum Imperio Romano nobilissimi  
 scriptores interciderunt, quot desiderantur è Græcis, quorum nomina vix audiuius.  
 Eadem ergo hæc tempestas, antiquissima sæcula depopulata, abstulit rerum præterita-  
 rum memoriam. Nullaque est lingua, quæ non bonorum autorum deplorat interitum.  
 Vt mita apud Hebræos multa, quæ solent ab eis proferri, vbi sunt libri Natam prophetæ,  
 & Achia Salonitæ, & visio Addo videntis, qui citantur in libris Paralipomenon? Vbi tot  
 libri Mercurij Trimegisti, vetustissimi hominis, quem Iamblichus ad centum & decem  
 millia biblorum, id est chartarum è papyro de rebus diuinis, & naturalibus conscripsisse  
 memorat? cuius est quicquid de mundi creatione, de rebus diuinis in Platone admira-  
 mur. Equidem sic statuo, vt innumerabiles è lingua Latina & Græca scriptores ad po-  
 steritatem non peruenerunt, sic plurima vetustiorum sæculorum, quæ de creatione re-  
 rum, de rebus à regibus gestis nos docerent, monimenta interiisse. Seruata tamen est  
 pars melior, sicut multis minoribus multis scriptoribus cadentibus, incolume semper  
 fuit Euangelium. Hinc igitur nihil habent Græci quod ante Homerum, atque Hesio-  
 dum citare possint: nam Musæus ferè nihil scripsit: Orpheus, cuius extant hymni,  
 alius videtur à vetere illo. quanquam præsci illius à Græcis multa citentur: & certè ali-  
 quem docuisse Hesiodum necesse est, ante omnia chaos fuisse, postea terras apparuis-  
 se. Soli igitur Homerus & Hesiodus, aut scribere cœperunt, aut istorum, vti nobi-  
 liorum tantum, ex multis ad posteros monumenta peruenierunt. Et vt de chao ea di-  
 xit Hesiodus ab antiquis audita, sic alia per populos solita vagari, aut penes sapientio-  
 res solita recondi sentire debemus plura longe, ac meliora. Igitur apud Græcos &  
 Romanos, tribus modis periclitata est sapientia: Primum linguæ diuersitas, locorum-  
 que distantia fecit, vt Græcos multa effugerent, quæ apud exteras nationes, Græcis  
 antiquiores, & cum cælo & terra penè faras, haberentur: Tum quæ secum veteres filij  
 ac nepotes

Abraham  
 quid viderit  
 et audierit.  
 Hebræorum  
 scientia nobi-  
 lior ac synce-  
 rior.  
 Shem filius  
 Noe: Iob sa-  
 piens.

Tob ex terra  
 Hus.  
 Sibylla Sam-  
 bethæ, et eius  
 vaticinia.

A Barbaris  
 sapientia di-  
 manauit ad  
 Græcos.  
 Ante Home-  
 rum & He-  
 siodum mul-  
 ti excellentes  
 homines flo-  
 ruerunt.  
 Veteres ad  
 scribendū tar-  
 di, cur.

Cum Imperio  
 Romano scri-  
 pta multa in-  
 terciderunt.

Libri Hebræo-  
 rum amissi  
 temporum in-  
 iuria.

Plato vnde  
 suos libros  
 hausit.  
 Seruata pars  
 melior scri-  
 ptorum.

Fabula de  
 chao Hesiodi.

Tribus modis  
 sapientia peri-  
 clitata.

A ac nepotes Noë, Iauan, Cittin, Rodanim, à quibus Græca natio est condita, Iones, Cy-  
 prij, Rodij, detulissent, primo illo sæculo, cum propter inopiam rerum, vitæ necessaria-  
 rum, artiumq; nondum repertarum, imperitiam, alia sequerentur, nec literis vacare pos-  
 sent, facilis fuit obliuio. Postremo quod ea quæ apud præscos Græcos illos circumfere-  
 bantur, tametsi à nonnullis meliore ingenio viris per scripta fuissent, multis tamen casi-  
 bus intercepta perierunt, vt peruenire omnia ad posteros non potuerint. Multa tamen  
 reliquæ remanserunt, multa que ex tot, tantisq; diuitiis naufragia iactari per vndas vidi-  
 mus, quæ nos impulerunt, vt qua possemus ope, ea colligeremus: quanquam & hoc peius  
 habet Romanos quam Græcos, quod eorum omnia attingere monumenta non potue-  
 runt: Vt qui genere posteriores sunt, sapientia quoque sint inferiores. Huius operis au-  
 tem duplex erit ratio, vt quoniam ostensum est, vnam necessario fuisse semper sapientia-  
 m, siue successione proditam, siue coniecturis & iudiciis exceptam, vtraque reuocare  
 & conferre cum vera propterea conformationes, aut de perenni Philosophia sunt ap-  
 pellatæ. Nam cum vna sit religio cælestis, constans eximia pietate & doctrina, eandem  
 fuisse ex quo genus hominum cœpit esse, aut indicante natura, aut reuelatione succur-  
 rente, obcuriorem quidem quondam & penes paucos, postea radiantissimam, totoq; in  
 mundo flagrantem, qui voluerit, intelliget. Hæc vestigia, has reliquias sapientiæ nos vi-  
 dentes, credidimus maioris cuiusdam præscis sæculis, postea maximæ lucis fuisse quasi  
 radios: sicq; in vnam omnia spectare veritatem.

Reliquia colle-  
 ctæ ex nau-  
 fragio scripto-  
 rum vetustis-  
 simorum.  
 Genere poste-  
 riores, sapien-  
 tia inferiores.  
 De perenni  
 Philosophia  
 libri.  
 Religio cæle-  
 stis vnde, ex  
 eius series.

B De tribus modis, quibus cognita est Sapientia, sed posteriore præstantissimo.

C A P. II.

**G**ITVR vt à Sapientia inchoemus, superiorem rationem strictius  
 repetentes, dicimus, Sapientiam, siue Veritatem venientem ad ho-  
 mines, vel offerentem se de cælo, tribus gradibus esse progressam.  
 In primis hominibus vberior, largam, & tradente Deo perfectam:  
 postea crescentibus annis dissipatam, disiectam, euersam, magnisque  
 temporum, atque hominum iniuriis affectam, ad posteros tanquam  
 fabulam & somnium, vilem, laceramque peruenisse. Ex his est ortus mundi, Deus au-  
 tor, principia, chaos, aqua, animalia, Mens opifex, diluuium, gigantes, turris rerum  
 diuinarum certior cum rebus humanis affinitas, notissima præscis sæculis, posteris aut  
 penitus ignorata, aut ita obscura & incerta, vt tantum non pro fabulis habita fuerint.  
 Exorti Philosophi partim eam vt fabulosam reiecerunt, partim monumentis, vt  
 acceperant, obscuram, & contaminatam tradiderunt, Repulsæ, quam suis se reperis-  
 se iudiciis persuaderent, prætulērunt. Sic veritas pro fabulis, obscura vel falsa, pro ve-  
 ris & certis haberi cœperunt. Tres igitur Philosophiæ partes, & genera contigit esse:  
 Primum fuit illud totum, quod ab origine mundi, quasi per manus, & famam succe-  
 dente fama, in multas gentes se diffudit, quod nisi violatum postea fuisset, magna re-  
 bus humanis ea lux extitisset. Alterum genus à Philosophis, naturas causalesque rerum  
 speculantibus habuit ortum, quod à primo quidem plurimum recessit, iudiciis humanis  
 sæpenumero labentibus, & quam quærent veritatem, non inuenientibus. Tertia de-  
 mum Philosophia illuxit, omnes claritate sui, prioris tenebras depellens, non vno se  
 loco continens, sed radiis replens vniuersa. Hæc errores Philosophiæ, & plagas ac vul-  
 nera, quæ temporibus fuerant illata, prioris illius sanauit: mediæ præpostera iudicia re-  
 textit. Ab omnibus expetita, omnium hominum iudicio, vel ipsorum Philosophorum,  
 mundo necessaria, sola digna Sapientiæ nomine: vt in omni lingua & doctrina frau-  
 des, & fabulæ multæ: sic solum hinc dulcis & optata requies animorum, per incertas ho-  
 minum coniecturas ante vagantium. Hæc, quæ fuit vera scientia rerum humanarum,  
 semper aliqua luce refulsit in mundo, semper eundem mundi principem, eundem or-  
 tum, eandem animorum immortalitatem, eadem culparum pœnas & eadem præmia,  
 peccatorum eandem expiationem, atque postea demonstrans, quod erit ex ipsis testi-  
 moniis inter se collatis perspicuum. Igitur quoniam diximus probabile esse, quandam  
 fuisse ab orbe condito Sapientiæ traditionem, principium habentem à Deo, qui primo  
 homini magnitudinem, diuinitatē, arcanaque sublimia sua reuelarit, & is in Deo filium  
 ac genitorem esse didicerit: hinc claret fuisse profectum, quod omnes ferè gentes aliqua

Prima sapien-  
 tia perfecta,  
 sed temporis  
 successione dis-  
 sipata.  
 Obscurata res  
 prioris sæculi.

Philosophia  
 per manus tra-  
 dita.

Philosophorū  
 doctrina que.  
 Philosophia  
 Christianorū  
 sola vera, di-  
 gnaque sapien-  
 tiæ nomine.



monumenta de Patre ac Filio, & Spiritu, de Angelis bonis & malis, de creatione eorum, D & mundi, recondita suis literis habuerint. Quæ sunt erroribus absterfis in suum locum restituenda. Multa item quæ consona veritati, ratione duce repererunt homines demonstranda. Nec novas res auribus apportabo, sed longè vetustissimas: vt appareat necessarium vnã totius humani generis esse religionem.

Vna totius humani generis religio.

Quod Patris ac Filij diuinitas & potestas fuerit apud antiquos celebris.

C A P. III.

Quid maximum in Theologia.



Nil habet altius ac maius mysterium Theologia, & ante quod aliud arcanum antecedit, quàm Patris ac Filij diuinitatem, ac notionem. Idque est in omni rerum diuinarum scientia primum mysterium, quod quidem propter magnitudinem, ac necessitatem nullis vnquam sæculis fuit obscurum. Quoniam autem non omnibus, sed omnino paucis, in omni sæculo speculationes, & cognoscendæ veritatis gratia est concessa, & veritas quæ libris committitur, perinde casibus patet humanis, vt cæteræ res, labefactarique eam & intercidere ob hanc causam contingit, debemus hinc paucorum esse contenti testimoniis, & ex his deduci in considerationem cæterorum. Ac pro omni sæculo & ætate, pauca in vnaquaque probatione testimonia sufficientia: cum clarum sit, non apud multitudinem, sed longè paucissimos, veritatem quasi à cæteris non receptam, sed spretam potius diuerti, ac morari. Quoniamque vetustissimorum sæculorum neque extant, neque extare à casibus seruata monumenta potuerunt, hoc iudicio nos esse conuenit, vt credamus ad subsecuta sæcula, priorum sæculorum scientiam, quasi hæreditatem deuolutam, & à maioribus accepisse, quæcunque de magnis rebus locuti sunt posteriores, donec ad primum vsque hominem tota successio redigatur. Quæ res prudentissimo cuique videbitur necessaria: idque etiam Plotinus testatus est. Reliquias autem quasdam veritatis, etiam Aristotele consistente, posteritas à vetustate descendentes accepit, quas à vasto quodam corpore, quasi lacera membra venisse credendum est. Vtemur ergo, quorum per tempora licebit vti testimoniis. Sed de successione doctrinæ, vbicunque opus erit, differetur. Primi igitur omnium sunt Chaldaei, proxime quos & Paradisus fuit: & primi homines, qui ad partem orientalem paradisi dicuntur habitasse, hanc potissimum regionem tenuerunt. Illud saltem est certum, hinc post diluuium primos homines habitasse. Iure ergo antiquissimos se iactabant, sed quod sæpe fit, insolentius mendacissimum suis annis cumulum addentes. Primi igitur omnium sunt Chaldaei, ab his Hebræi, Ægyptij, Phœnices, nouissimi Græci, post Romani sunt nati, omnes autem hos è quibus quidam clariore extiterunt, constat tum per illam à primo homine descendente Theologiam, tum toto mundo resonantibus oraculis, notum habuisse, Deum immensam, immutabilemque naturam, alteram ab æterno Mentem genuisse, eisdem eam etiam nominibus, quibus extrema postea maiorque Theologia, vocantes, nunc Filium Dei, nunc Vocem Dei, nunc Verbum, nunc Mentem, Sapientiamque: eamque omnium fuisse rerum creatricem asseruerunt. In quorum dictis recitandis, & recensendis, & interpretis vtar officio. Hoc omne antiquissima Chaldaeorum, tum Ægyptiorum, demum Theologia Græcorum cognouit. Principes Chaldaicæ Theologiæ fuerunt, quos patria lingua Magos, quasi sapientes, siue Philosophos & Sacerdotes appellabant. Antesignanus ac princeps Ægyptiæ Theologiæ extra controuersiam fuit Mercurius Trismegistus. Græcam Theologiam ex antiquis rexit ac celebravit, quorum nomen peruenerit ad posteros, præcipue Orpheus, deinceps Homerus & Hæsiodus, quos Theologos dixerunt: è philosophis Thales, Pythagoras, Anaxagoras, Empedocles, Parmenides, & Plato. Nouissimi, sed superioribus non nihil dispares, Aristoteles & Theophrastus. Superiorum igitur pari & voce & consensu dictum, ac traditum posteris fuit, & literis mandatum, Vnum esse rerum fontem, alterius Mentis, creatricis mundi genitorem. Ipsum quidem genitorem genuisse quandam Mentem ab æterno, Mentem mundum aliquando creasse, seorsumque singula pro omni natione Sapientum aderunt testimonia. Certum est enim testimonium sapientum esse pro tota natione, vt quod meliores, doctioresque testentur, id sit placitum ac sensus totius gentis. Referunt enim omnes ad peritiores. Magi Persarum, & Chaldaeorum (nam priores sunt Persis Chaldaei,

Ex paucorum testimonis elicta veritas.

Peterum sæculorum scientia, tanquam hæreditas posteris tradita.

Chaldaei primi homines.

Populi qui post Chaldaeos floruerunt.

Vetus Theologia.

Mercurius Trismegistus.

Vnus rerum fons. Mens mundum creauit.

Quod melioribus probatur, id certius.

Magi Persarum & Chaldaeorum.

A Chaldaei, & regno & ortu, eoque doctrina potius erat Chaldaeorum) Sapientes ac Sacerdotes, vt superius monstratum est, eius nationis fuerunt, qui res regum gestas scriberent, secretiorum quasdam scientias soli cognitatas habentes. Hos constat non solum res diuinas plurimum tenuisse, sed etiam dæmonum naturas, & euocationes adeo cognouisse, vt mira portenta eos euocatos cogere in conspectu edere. Hinc Balaham horum è numero Magorum, sua tempestate celeberrimus, creditus est posse veneficiis & incantationibus obesse populo Hebræorum, ascitus à rege Arabum ob hanc causam. Habitabat autem is, vt testatur Moses, super fluium filiorum Amon, id est, Euphraten, quo fit perspicuum, eum fuisse Aramæum, siue Chaldæum, vnum nempe ex his Magis. Hæc fuit causa vt Magica vel ars, vel vanitas ac ludibrium, his in locis, antiquis illis temporibus esset potentissima, quod maxima à primis hominibus, horum locorum habitatoribus tradita esset cognitio rerum diuinarum, naturalium, ipsorumque dæmonum, quorum ruinam, & priorem, posterioremque naturam par est antiquis illis notiore fuisse. Euanuisse autem sæculorum vetustate & hanc, & omnem aliam maiorem cognitionem. Hinc Sibylla Erythrea, quæ fertur Chaldæa fuisse, filia Berosi Chaldei, tum & Samberthe, clara & aperta, penèque innumerabilia, cum de omnibus diuinis rebus, tum verò, de summi Dei filio edidit oracula, vt quorum similia ac longè plura in arcanis suæ gentis, sapientumque mysteriis latitent. Dupliciaque sunt Theologiæ Chaldaicæ, de filio Dei, & ab æterno genita Mente, testimonia, Magorum & Sibyllarum, literis Græcorum fidelissimè comprehensa: vt non solum in suo fonte videri possint, sed etiam à grauissimis & priscis scriptoribus prolata. In dictis igitur Magorum, à Zoroastre descendentium (etsi, quod fieri solet, ad superstitiones, vanissimumque dæmonum, & elementorum cultum nonnunquam deflexerint) hæc ad alia habentur: πάντα ἐξέτελεσε πατήρ, καὶ νόστρον παρέδωκε δευτέρω, ὃν ἐπώτατον κληθήσεται πᾶν γένος ἀνθρώπων. Hoc est: Omnia perfecit Pater, ac Menti tradidit secundæ, quam vocat primam omne hominum genus. Sic ait Theologia Magorum. Declarauit autem nouissima Theologia, creatorem omnium quæ cernuntur, & quæ fugiunt oculorum obtutum, esse Patrem, creatorem hæc per mediam illam intelligentiam ac Mentem: quæ secunda quidem est, si Patrem respicias: prima, si res visibiles, & inuisibiles creatas, quarum hæc ipsa Mens fuit principium. Eoque eam dicit vocari ab omnibus hominibus primam, id est, principium, fontemque omnium rerum. Quantum subest hinc mysterium: siquidem, vt ait Numenius, & postea videbimus, non erat Pater hominibus notus, eum solum cognoscentibus, qui mundum creasset. At is Filius est, inquit, Menti que secunda, quam homines nesciebant habere Patrem, eoque dicebant eam esse primam. Si quidem ille ipse qui mundum creauit, qui ferebatur super aquas, molem extendens desuper cælestem, qui hominem ad imaginem suam finxit, ad præmium immortalitatis vocauit, transgressum è Paradiso eiecit, erat ille idem qui postea redemit mundum, quem quondam creasset, pietate, iustitia, cultuque Dei repleuit. Hunc ergo solum homines cognoscentes, Primum appellabant, alterum Genitorem, qui eum hoc genitoris gradu præcederet, minimè cognoscentes: ne Hebræi quidem, nisi sapientiores. Solum ergo hunc filium Dei notum habent Hebræi, & cæci nesciunt, se blasphemare post hominum redemptorem, qui prius legem Mosi in monte tulisset. Atque illud celeberrimum ac sanctissimum nomen Iehouah, semper ferè est filij Dei. Is vnus cognoscebatur, primus ab omnibus habebatur: totaque est his Magorum verbis comprehensa maxima, primaque Theologia: comprehenditur enim diuinitas ac præcessio, qua pater ac genitor præcedit genitum. Quippe quem & priorem Mentem vocarit, & quasi dominum ac principem dedisse secundæ menti, res creatas dixerit. Apparet generatio, vocat enim eum Patrem: comprehenditur etiam creatio rerum per Patrem, tanquam Dictatorem supremum, per Filium tanquam missum, ac destinatum ad rerum creationem. Tum dicit, Patrem ei tradidisse res creatas: id est, eadem quæ creasset autoritate regendas. Postremo Filium ostendit esse & vocari primam omnium mentium. Totus ergo mundus cognoscebat, prædicabat, adorabat Filium Dei: & qui se nouissimis sæculis visibiliter omnibus declarauit, erat ille ipse, quem olim obscurè cuncti venerabantur, Iouem, Creatorem regentemque omnia Potestatem vocantes: Philosophis, religionibus, sæculis omnibus notum, vt melius declarabitur. Qui nequa superesset amoris ineffabilis expressio, vt hominem faceret Deum, fecit ipse seipsum hominem. Fuit autem horum Magorum

Balaham magus. Numer. 22.

Magica ars ubi potentissima.

Sibylla Erythrea.

Testimonia Magorum & Sibyllarum de filio Dei.

Theologia nouissima.

Iehouah, nomen Dei.

Filius Dei prædicatus veteribus, longè ante carnis assumptionem.

B corum fidelissimè comprehensa: vt non solum in suo fonte videri possint, sed etiam à grauissimis & priscis scriptoribus prolata. In dictis igitur Magorum, à Zoroastre descendentium (etsi, quod fieri solet, ad superstitiones, vanissimumque dæmonum, & elementorum cultum nonnunquam deflexerint) hæc ad alia habentur: πάντα ἐξέτελεσε πατήρ, καὶ νόστρον παρέδωκε δευτέρω, ὃν ἐπώτατον κληθήσεται πᾶν γένος ἀνθρώπων. Hoc est: Omnia perfecit Pater, ac Menti tradidit secundæ, quam vocat primam omne hominum genus. Sic ait Theologia Magorum. Declarauit autem nouissima Theologia, creatorem omnium quæ cernuntur, & quæ fugiunt oculorum obtutum, esse Patrem, creatorem hæc per mediam illam intelligentiam ac Mentem: quæ secunda quidem est, si Patrem respicias: prima, si res visibiles, & inuisibiles creatas, quarum hæc ipsa Mens fuit principium. Eoque eam dicit vocari ab omnibus hominibus primam, id est, principium, fontemque omnium rerum. Quantum subest hinc mysterium: siquidem, vt ait Numenius, & postea videbimus, non erat Pater hominibus notus, eum solum cognoscentibus, qui mundum creasset. At is Filius est, inquit, Menti que secunda, quam homines nesciebant habere Patrem, eoque dicebant eam esse primam. Si quidem ille ipse qui mundum creauit, qui ferebatur super aquas, molem extendens desuper cælestem, qui hominem ad imaginem suam finxit, ad præmium immortalitatis vocauit, transgressum è Paradiso eiecit, erat ille idem qui postea redemit mundum, quem quondam creasset, pietate, iustitia, cultuque Dei repleuit. Hunc ergo solum homines cognoscentes, Primum appellabant, alterum Genitorem, qui eum hoc genitoris gradu præcederet, minimè cognoscentes: ne Hebræi quidem, nisi sapientiores. Solum ergo hunc filium Dei notum habent Hebræi, & cæci nesciunt, se blasphemare post hominum redemptorem, qui prius legem Mosi in monte tulisset. Atque illud celeberrimum ac sanctissimum nomen Iehouah, semper ferè est filij Dei. Is vnus cognoscebatur, primus ab omnibus habebatur: totaque est his Magorum verbis comprehensa maxima, primaque Theologia: comprehenditur enim diuinitas ac præcessio, qua pater ac genitor præcedit genitum. Quippe quem & priorem Mentem vocarit, & quasi dominum ac principem dedisse secundæ menti, res creatas dixerit. Apparet generatio, vocat enim eum Patrem: comprehenditur etiam creatio rerum per Patrem, tanquam Dictatorem supremum, per Filium tanquam missum, ac destinatum ad rerum creationem. Tum dicit, Patrem ei tradidisse res creatas: id est, eadem quæ creasset autoritate regendas. Postremo Filium ostendit esse & vocari primam omnium mentium. Totus ergo mundus cognoscebat, prædicabat, adorabat Filium Dei: & qui se nouissimis sæculis visibiliter omnibus declarauit, erat ille ipse, quem olim obscurè cuncti venerabantur, Iouem, Creatorem regentemque omnia Potestatem vocantes: Philosophis, religionibus, sæculis omnibus notum, vt melius declarabitur. Qui nequa superesset amoris ineffabilis expressio, vt hominem faceret Deum, fecit ipse seipsum hominem. Fuit autem horum Magorum

C pellabant, alterum Genitorem, qui eum hoc genitoris gradu præcederet, minimè cognoscentes: ne Hebræi quidem, nisi sapientiores. Solum ergo hunc filium Dei notum habent Hebræi, & cæci nesciunt, se blasphemare post hominum redemptorem, qui prius legem Mosi in monte tulisset. Atque illud celeberrimum ac sanctissimum nomen Iehouah, semper ferè est filij Dei. Is vnus cognoscebatur, primus ab omnibus habebatur: totaque est his Magorum verbis comprehensa maxima, primaque Theologia: comprehenditur enim diuinitas ac præcessio, qua pater ac genitor præcedit genitum. Quippe quem & priorem Mentem vocarit, & quasi dominum ac principem dedisse secundæ menti, res creatas dixerit. Apparet generatio, vocat enim eum Patrem: comprehenditur etiam creatio rerum per Patrem, tanquam Dictatorem supremum, per Filium tanquam missum, ac destinatum ad rerum creationem. Tum dicit, Patrem ei tradidisse res creatas: id est, eadem quæ creasset autoritate regendas. Postremo Filium ostendit esse & vocari primam omnium mentium. Totus ergo mundus cognoscebat, prædicabat, adorabat Filium Dei: & qui se nouissimis sæculis visibiliter omnibus declarauit, erat ille ipse, quem olim obscurè cuncti venerabantur, Iouem, Creatorem regentemque omnia Potestatem vocantes: Philosophis, religionibus, sæculis omnibus notum, vt melius declarabitur. Qui nequa superesset amoris ineffabilis expressio, vt hominem faceret Deum, fecit ipse seipsum hominem. Fuit autem horum Magorum

Theologia apud veteres magno in pretio. atque etiam Aristoteles in libris de prima Philosophia, eorum meminit.

Eorum qua prolata sunt, comprobatio, ex Theologia Græcorum & Hebræorum.

CAPVT IIII.

Vnde Magi didicerint.

Græci à Chaldais & Aegyptiis edocti. Boni, pater. Mens, filius.

Anaxagoras vobis posuit rerum omnium principium ex veterum sententia.

Chaos modificatum à mente.

Aristotelis opinio.

Mosis & Hesiodi sententia.

Genesis.

Platonici libri ex Magorum doctrina.

Foris de animal. 2. cap. 3.

Platonis sententia de Mente.

**V**ERISSIMUM autem esse, Magos hæc de Patre ac Genitore Deo, & omnium rerum creatrice Intelligentia cognouisse, credidisse, prædicasse, eo maximè sit perspicuum, quòd posteriores, qui sunt apud Græcos philosophati, duces, atque autores sequentes Chaldaeos, & Aegyptios, ad quos sese discendi causa Græci recipiebant; principia rerum eodem atque illi ordine collocauerunt, Bonum primò in loco, deinceps Mentem constituentés. Siquidem iidem ipsi Chaldæi, Genitorem Deum non solum Patrem, sed etiam Bonum, vt apparet eodem loco, appellant: quod & Plato, & cæteri omnes vsurparunt. Mentem quoque, Græcè νοῦν, secundo loco statuerunt. Mentem dico illam ab æterno à Patre primogenitam, & vnigenitam, rerumque principium ab eo constitutam. Anaxagoras igitur ex antiquioribus idem imitatus, pronúciavit omnium rerum principium νοῦν, id est, Mentem. quam ne credas eum aliam, atque Chaldaeorum illam, dixisse, apparet eo vel maximè, quòd hanc ipsam & sapientissimam censuit, & eam vocauit, teste Aristotele, ἀμύνη καὶ ἀπαθή, sine complexu, sine alterius rei cõmitione: quod proprium ac solum Dei est. Eidem Menti omnia dabat Anaxagoras, atque Mosis apud Hebræos, Mercurius apud Aegyptios, prædicans eam aggressam Chaos modificasse, digerendòque res creasse, & cum immota, quiescentiàque cuncta essent, motum & ordinem dedisse. Nec Aristoteles amicè ac beneuolè mentem eius interpretatus est, eum statuisse æternum Chaos, creationem Mentis antecessisse, vt à Chaos ad creationis tempus infinitum intercesserit. Non est credendum, Anaxagoram, cuius sententias antiqua Theologiam spirantes inuenias, id sensisse: Nec si antecessisse Chaos dicat, ed æternitatem confusionis illius asseruit: si quidem & Mosis & Hesiodus prædicant antea vacuum terram inuisibilèmq; fuisse, deinceps terram, cælum, lucem apparuisse: quos nemo putabit tamen interiecisse tempus æternum ab illis exordiis, ad res creatas. Didicit ergo Anaxagoras hanc à veteribus creationem. Siquidem & Euripides, quem ferunt discipulum eius fuisse, cum præceptore, vt postea demonstrabitur, consentit. Tum non mundum solum didicit creatum, sed rationem quoque creandi: vt Mens informe & immobile Chaos formauerit, motumque dederit. πάντων ἡρεμῶντων γένεσιν ἐμπροσθεν τῶν νοῦν καὶ διένοον, Omnibus quondam quiescentibus, motum Mentem dedisse, ab inuicèmq; separasse, ait Aristoteles dixisse Anaxagoram. Eadem hæc canit & Mosis de Deo, asserens prius tenebras fuisse, & aquam cum terra commistam: Deum autem lucem, tenebris dissectis, intulisse, aquasque à terra separasse. Quis autem is fuerit, discite ab Anaxagora, videlicet νοῦς, Mens, Intelligentia, Sapientia, Spiritus. Quæ sit hæc Mens, consule Chaldaeos, & Mercurium, qui præcipuo nomine vocant filium Dei, creatorèmq; mundi, νοῦν Mentem, Intelligentiam. Cui præferebant τὸ ἀγαθόν, ipsum Bonum, Bonitatè ipsam: & hæc, declarantes rerum principia. Platonici quoque, quorum libri sunt vetustissimis oraculis ac sententiis Magorum, & Aegyptiorum referti, eodem ordine, Bonum, postea Mentem ponunt: Illam videlicet Mentem, quam primam ab omnibus mortalibus haberi dixit Chaldaeos. Aristoteles igitur audiens præcos Menti rerum principatum, creationemque attribuisse, alacri voce pronunciauit eam esse τὴν φανερωμένην θεότατον, omnium, quæ possunt cogitari, diuinissimum: subscribens videlicet veteri theologia, Mentè principium vocanti. Huius Mentis diuinitatem alibi differens, eius infinitam voluptatem asseruit in intelligendo seipsam, & in amore diuinitatis suæ. Nesciebat enim eam habere Patrem, verissima tamen dixit. Nam Mens intelligendo Patrem, intelligit etiam seipsam. Æternam, synceram, incorruptamque voluptatem hanc ei dat Aristoteles, quòd seipsam. Æternam, synceram, incorruptamque voluptatem hanc ei dat Aristoteles, quòd seipsam ( nihil enim habet seipsa maius) contemplatur, & agnoscit. Quam quidem vocem cælesti, non humano instinctu videtur protulisse. Sed audi & Platonem: qui cum audisset, ab Anaxagora datam Menti rerum creationem, eo se maximè dixit acquiescisse, cæterorum quorumcunque repudiens sententiam. Nullamque censet rei cuiusque reddi posse probabilem rationem, nisi Mentem ad omnia accersas: qua rerum principe constituta,

**A** constituta, nihil non pulchrè positum & inuentum possis affirmare. Nam si summa Sapientia, Intelligentia, Mènsque fecit, vtique meliora, lectiora fecit. Si Mens creauit, certe creata sunt ea, quibus non possint meliora fieri. optimè igitur omnia. Et quod Mosis etiam simile quid, Valde bona: in Phædone igitur, αὐς ἀεὶ νοῦς ἐστὶ ὁ ἀποσομαίνων καὶ πάντων ἀψος, ταῦτα δὲ αὐτὰ ἠδύωτε, καὶ ἔδοξε μοι τρεῖς τῶν ἴστων εἶναι τὸν νοῦν ἐννοῦν πάντων ἀψια: Audiens, inquit ex libro Anaxagoræ, Mentem esse mundi ædificatricem, omniumque rerum causam, hac sum mirificè lætatus: & nescio qua ratione videbatur mihi optimè habere, Mentem esse omnium causam, dare Intelligentiæ omnium rerum principatum. Hæc illi asserbant, non tam Anaxagoræ sententiæ subscribentes, vt quæ mirificè placeret, quàm apud Chaldaeos & Aegyptios reperta confirmantes, dictisque ea suis inferentes. Siquidem & Macrobius, Platoniorum de principiis sententiam proponens, duo hæc prima principia constituit, τὸ ἀγαθὸν τὸν νοῦν, Bonitatem, Intelligentiam. Quorum primum est nomen Patris, alterum Filij. Filius enim dixit de Patre, Nemo bonus, nisi solus Deus. De se autè, Ego principium, qui & loquor vobis. His constat Magorum superius oraculū, illius antiquæ gentis verum esse testimonium: nullamque hinc esse debere suspensionem mendacij, vt à posterioribus sint conficta. Superest autem veteris Theologiæ Hebræorum testimonium, quod mecum reputans, soleo vehementer demirari. Ex illo enim Chaldaicæ Theologiæ testimonio, probatur antiquam Græcorum Theologiam sensisse, per Filium Dei, mundum fuisse creatum. Nam Chaldaeos Filium Dei vocat Mentem: Græcus autè fatetur Mentem creatricem, ornatricemque rerum: Hebraica autem Theologia, quem Chaldaeos & Græcus Mentem, Aegyptius λόγος, verbum, rationem, ipsa vocans Spiritum & Intelligentiam, eandem etiam mundi declarat creatricem: Quémque Anaxagoras vocans Mentem, dicit Chaos ordinasse, eundem Hebræus vocans Spiritum, super aquas & Chaos ait operatum. Ea autem erat operatio, quòd mundum, id est, cælum, omnium rerum aliarum condebat principium. Eadem quoque est apud omnes nominum ratio. Intelligentia dicitur à Chaldæo & Græco, ab Aegypto (vt ostendam) Ratio: quæ si conferas, idem sunt atque Spiritus: Spiritus enim est Sapientia, est Intelligentia: huic datur ab omnibus rerum creatio. Ostendo etiam alia ratione Hebræos cum Græcis esse concordēs in hoc Principio. Siquidem nomen istud νοῦς, Nun, est Hebraicum. Accidit autè sæpenumero, vt nomina, quæ à linguis ad linguas transferuntur, vel numeris syllabarum augeantur, vel diminuantur, vel aliqua litteræ peruertantur: veluti quod erat Hebraicè Rapa, id est, mederi, Græci qui & nasci & loqui ab Hebræorum maioribus habuerunt, addita vna syllaba, dixerunt therapeno. Eodem exemplo, sed ex aduerso, quod erat Hebraicè Banun, Intelligere, Sapere, fecerunt Græci Nun, Mentem, Intelligentiam. Hoc declarato, claret Theologiam Hebraicam fateri mundum creatum per eandem rem, atque Theologia Græcorum. Vates Hebræus canens opera diuina ait, Qui fecit cælos in intellectu. Hebraicè Thebuna, in quo prima syllaba iuxta idioma Hebraicum, est adiectitia: estque ea vox, vnde deduxit sermo Græcus suam νοῦν, Nun: constitetur Vates Hebræus, Deum creasse cælos per Nun, per Intelligentiam, per Mentem. Apparet enim tam ex significatione, quàm sono, eandem hinc esse rem, quam Græcus Theologus celebravit, Principiumque rerum dixit, atque eam, quam confessa est Theologia Hebraica. Ac Cælos præcipuè nominauit Hebræus, veluti rem in omni illa creatione præcipuam. Sic liquet Chaldaeos, Græcos, Hebræos, cognouisse, prædicasse Filium Dei, eumque omnium rerum Principium laudasse. Quod repetens his rationibus probatur: Theologia Chaldaica, Patrem & Mentem secundam, creatricem cõfiteretur. Hanc Mentem collaudant, suspiciunt, venerantur Anaxagoras, Plato, Aristoteles, cuncta Platoniorum familia. omnes igitur hi celebrarunt progeniem Dei, licet ignari. Nituntur enim illa Chaldaica sententia cuncti. Quoniam autem eadem loquitur Theologia Hebraica ac Chaldaica, & Græca: hæc autem loquuntur & prædicant Filium Dei: necessariò Filium Dei loquitur etiam Hebraica Theologia. Ecce quæ secretò, & quasi velata facie illa sæcula loquebantur, nouissima clara & illustri voce prædicauerunt, cognouerunt, adorant, venerantur.

Nomen Patris & filij.

Antiquæ Græcorum theologiae testimonium de Mente.

Mens, λόγος.

Mens, Intelligentia, Ratio.

vobis nomē ab Hebræis descriptum.

psal. 135.

Repetitio breuis totius capituli.

De eadem Mente, Progenie, Sapientiaque diuina, ex Platone, regina, moderatrice omnium rerum, omnium maiorum consensu. Et quod Aristoteles eam laudat, suspexerit, qui de ea locuti essent, admiratus fuerit.

C A P V T V.

Platonis de mente sententia.

12. de Legib. maximè.

In vita Platonis.

Cicero 1. de Legib.

In Cratyllo.

In Physiis.

1. Tim. 1.

Multos scriptores veteres Plato legerat. Plato Philo- bo.



VITA quoque sunt admiratione digna, de Mente apud Platonem altissimæ Theologiæ nostræ mysteria. Hanc enim Mentem, quam secundum Principium, ac post summum Bonum cæteri statuerunt, non in Phædone solum, sed aliis multis locis, miris extulit laudibus Plato, dans ei principatum, inuentionem omnium rerum, imperium cæli & terræ, vocans eam creatricem, Imperatricem, Reginam, Sapientiam: nihilque non inuenies de ea apud Platonem, quod in sacris litteris habeatur. Ex omni autem apud eum descriptione, sicut item ex aliis Theologis, claret hanc esse prolem Dei æternam, omnipotentem sapientiam Patris sui. In Cratyllo, εἶναι δὲ τὸ διχνοῦν ὃ λέγει ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι τὸ πᾶν. αὐτοκράτορα γὰρ ὄντα αὐτὸν καὶ ὁ δὲνὶ μεμυγμένον πᾶντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ παράγωγα. Διὰ πάντων ἰόντα: Esse, inquit, Iustitiam, quam Anaxagoras Mentem dixit, asserit Cratylus: quæ cum sit Imperatrix, & Regina ac Princeps, nullique commissa, eam tradit omnia creare, per omnia commentem. sic Plato. Audis Mentem illam, quam Chaldaeus memorabat, nunc Imperatricem, cunctarum rerum creatricem, ipsum ius, ipsam iustitiam: quod etiam Laërtius perhibet sensisse Platonem, πλὴν διχνοσύνην θεῶν νόμον ὑπελάμβανεν: Iustitiam Dei legem suspicatum esse Platonem. Et quod Marcus noster apertius, Orta autem simul est, inquit, cum Mente diuina, quam obrem lex vera, atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Iouis. Quid de Mente diuina poterat diuinius loqui Plato: vt iustitia, moderamen, temperantia cunctorum sit, vt dispositor, ornator, creator, præfens vbiq; tanquam lex, tanquam sempiternus ordo, cuncta ordinans, quia data est ei potestas omnis in cælo & in terra, ipsiusque erit iudicare omnem carnem, ipse Deus iustus noster. Eodem libro Socrates rogat Hermogenem, τί δὲ καὶ πλὴν τῆς ἀλλοῦ ἀπάντων φύσιν, ἢ πῶς ἀναξαγόρας νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι πλὴν διχνοσύνης καὶ ἔχει. Quid, inquit, nonne credis Anaxagoræ, Mentem & Animam esse quæ naturam omnium rerum exorneret, & contineret? Hic Plato rursus Mentem ornantem omnia, sustententem, vt vides, fatetur, inuentricem omnis ordinis, omnis naturæ, quæ ordo est, & æquitas, moderatricem, ordines rerum certos, certosque situs, Mentis opus esse, quæ Chaos digessit, formas deprompsit, ordinem, & temperamentum vbiq; adhibuit. Et vt Aristoteles perhibuit, confessus est eam Anaxagoras, ἔδενὶ μεμυγμένον, nulli rei admistam, nempe non corpoream, sed purè diuinam, ab omni corporis contagio absolutam. Nihil aliud de creatore illo mundi, sacra littera loquuntur. Hæc apud eos est αὐτοκράτορα, Dominatrix, Regina omnipotens. Est διὰ πάντων ἰόντα, per omnia intenta, præfens vbiq; totam naturam aptans, sustinens, mouens cælum, terris perpetuos ordines adhibens. In Philebo autem longè maiora: πάντες συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ ἐαυτῶν ἑαυτῶν τεμνύοντες, ὡς νόσος ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῶν, ἔρχεται καὶ γῆς καὶ ἰσως εὐ λέγουσι: Consentiant omnes, inquit, sapientes, seipfos in eo iactantes, quod Mens sit regina nobis cæli & terræ, & forte rectè loquuntur. Nihil Plato magnificentius, altæque Theologiæ nostræ venerabilius loqui potuit. Is est apud eum Rex cæli, & terræ, qui apud diuum Paulum Rex seculorum immortalis, inuisibilis. In eo Plato fatetur sapientes omnes consentire, hunc esse regem cæli & terræ. Qui sunt igitur hi sapientes? nō videlicet Anaxagoras solus, sed & Chaldaei, vt apparuit, Mercurius Trismegistus, Orpheus, pluresque alij, quos legerat Plato. sed ante omnes fuit Moses, qui hunc, quem sua lingua Græci Intelligentiam, siue Mentem appellarent, vocauit ipse sua, Spiritum, qui ferebatur super aquas, id est, cælum moliebatur, ornatumque cælestem, qui propriè dicitur κόσμος, statuebat, ideo Mens dicitur διχνοσύνη, exornans. Audi igitur & suspice quæ Plato loquitur de consensu sapientum, & perpende qui sint isti sapientes, quos ait in eo gloriari, ceu rem magnam diuinamque loquantur. Nam & Aristotelem cernes post eandem Mentem mundi fateri principem. Prosequitur in Philebo Plato: Num, inquit, ὁ Protarche vniuersa, & hoc quod vocamus vniuersitatem, gubernare dicemus vim quandam irrationabilem ac temerariam, an contra, καὶ ἄρα οἱ παρ᾽ ἑδὲν ἡμῶν ἔλεγον, νοῦν καὶ φρόνησιν πᾶσα βασιλεύειν (νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ φρόνησιν): quemadmodum hi, qui nos antecesserunt, locuti sunt, Mentem & Sapientiam quandam

A quandam admirabilem ea componentem, regere ac moderari? Ad hæc respondet Protarchus, ne sanctum quidem videri, quod prius positum fuisset: τὸ δὲ νοῦν πᾶντα διχνοσύνην αὐτὰ φάνοι, καὶ τῆς ὀφθαλμοῦ καὶ ἰδέσθαι, καὶ σκελεῖν, καὶ ἀσπρῶν, καὶ πάσης τῆς ἀφροσύνης ἀξίον, καὶ οὐκ ἄλλως, ἐὰν γὰρ ποτε παρ᾽ αὐτῶν εἴποιμι ἔδεν ἁπλοῦς: Mentem autem asserere cuncta disposuisse, aspectum mundi, solem, lunam, astra, omnemque cæli conuersionem: id verò dignissimum esse, nec secus vnquam ego, ait, de his statuerim. Cernis hic, quid maiores tradidissent, cernis antiquam Theologiam de Mente, quæ non solum creauit, aptauerit, vt Anaxagoras dixit, sed ordinat, componat, regat ad omne tempus omnia. Huic ordinem cælestem creatum adiudicat, solis, lune, stellarum. Id enim etiam prodidit Iob & Moses, hanc ipsam mentem, & Spiritum ornasse cælos, lucem creasse, lunam, sidera accendisse, & vt facerent diem ac noctem, lucerentque super terram, in conuersiones & reuolutiones posuisse. Attendeq; hæc maiores asseruisse, videlicet Chaldaeos, Ægyptios, antiquissimos Græcorum, Orpheum, Hesiodum & Pythagoram, Timæum, pluresque alios, quos ipse legit Plato. quo fit clara diuinitas prisca Philosophiæ. Prosequens Plato, Scimus, inquit, in vniuerso infinitum quiddam, & aliquem terminum esse, quibus præsit causa κοσμοῦ τε καὶ ζωῆς τῶν ζῴων ἐπιεικῶς τε, καὶ ἄρα, καὶ μύνας, σοφία καὶ νόσος λεγόμενα διχνοσύνην ἀν. exornans, & coordinans annos, & tempestates, & menses, quæ Sapientia & Mens vocetur iustissime. O sacrosancta, cæloque missa mysteria. Sentis illam Sapientiam, quæ perhibent etiam Hebræi fuisse mundi creatricem, quamque asserunt esse, de qua Salomon scribat, Dominus sapientia fundauit terram, stabiluit cælos prudentia. Et de qua Salomon idem, similiter prorsus atque Plato: ἡ σοφία πλάσασα τὴν γῆν, καὶ τὸ πᾶν ἐργασάμενη, τῆς αἰότητος ἡρώτων μάλλον ἐστὶ τεχνίτης, ὁ ποιησὶς τῆς πᾶν ἐν λόγῳ σὺ καὶ σοφία σὺ κατασκευάσας τὸν ἀνθρώπου. quid sapientia opulentiatur, quæ operatur omnia, quis rerum magis artifex ipsa? qui creasti omnia verbo, siue ratione tua, & sapientia tua hominè molitus es: Hæc illa quoque est Sapientia, quæ apud Cabalistas Theologos Hebræorum, est secundo loco, post coronam altissimi, obtinens secundum gradum diuinitatis, cui dat omnium rerum principatum. Sed audi hæc eadem narrantem asserentemque Platonem. Teste enim Laërtio, qui scribit duo mundi creati principia statuisse Platonem, Materiam, ac Deum, ἐν καὶ νοῦν καὶ ἄρα, quem & Mentem appellat, & Autorem siue Causam. Plato Creatorem, Imperatoremque mundi declarat, consalutatque ipsam Mentem, quam eandem & Deum, & Causam vocet. Claruit igitur quæ sit Mens, nempe Diuina progenies, id est, Filia Dei, vt Chaldaeus loquebatur, quæ in nostra Theologia similiter atque apud Platonem nuncupatur Sapientia. quis item sit iste ἄρα, cui dat mundi autoritatem (teste Laërtio) Plato, dice ex secunda epistola Platonis, in qua videbis hunc ἄρα, & Causam mundi, habere Patrem. Imperat enim tribus amicis vt in amicitia adiurent dominum ac principem & causam omnium rerum, & causam patrem. Si causa igitur ipsi Platoni est Mens, teste Laërtio, Causa autem habet patrem, Mens ergo Patrem habet. De qua re postea. Est igitur apud Platonem Mens, Sapientia, Causa filius Dei, quia hæc causa habet patrem, & vt mirabiliter asseratur illud oraculum Chaldaicum. Hanc item Mentem, quæ fuit causa mundi, agnouit, exosculatusque est multis in locis, honorificèque de ea sensit Aristoteles: è quibus est admirabile testimonium primo de Philosophia libro. quærens enim de principiis rerum, quæ apud maiores suos reperisset, cumque multos offendisset, quos in assignandis principiis non approbaret, nouissimè dixit, νοῦν δὲ τῆς εἰπέων εἶναι καὶ ἄρα ἐν τοῖς ζωῶν καὶ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀπῶν καὶ τῆς κόσμου καὶ τῆς πάσης ἀπάσης, οἷον νῆραν ἐφάμπαρ ἐν τῇ λεγόμενης τῆς καὶ ἄρα οἱ μὲν ἔτιος ἄρα, ἀμείνοντες, ἀμὰ τῶν ἄρα τῶν ἀπῶν, ἀρῆν εἶναι τῆς ἡρώτων ἐφάμπαρ, καὶ πλὴν τοιαύτων ὁδὸν ἡμῶν, ὑπάρχειν τοῖς ἄρα. quod est, Mentem quidam qui dixit quemadmodum in animalibus, omni que natura, sic Causam fuisse mundi, totiusque ordinis, is certè visus est resipuisse præ iis, qui prius temerariè loquerentur. Itaque huiusmodi qui sunt hoc arbitrati, non solum bene & congruè hanc causam, principium rerum statuerunt, sed etiam talem Causam attulerunt, vnde motus extiterit, vel existat rebus. In his Aristoteles, tamen obscure loquatur, sentit ea, quæ prior Plato docuerat, Mentem sicut inuenisset rerum ordines omnes, quantamque oculis aspiciamus pulchritudinem, sic dare rebus moderamen in præfens, vinculum esse quibus vniuersa sustineantur, legem rerum cunctarum, mundi nauclerum: vtque sit rerum moderator, & sapientissimus in omne tempus artifex, sic fuisse in primordio rerum: vt animalia, vt naturam, nunc regat, agatque in lucem, sic huiusmodi quondam ordines sua sapientia reperisse. Qui talia locuti essent, collau-

Proverb. 3.

Mens, causa mundi.

Motus causa.

dat Aristoteles, asserit fuisse sapientes, euigilasse inter errores cæterorum cæteris dor-  
mientibus. καὶ γὰρ αὐτὸς καὶ ἀναξαγόρας, ὅς ἐστι δόξει, καθευδόντων τῶν ἄλλων, τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν ἄλλων  
γινόμενον ἰδέειν: Mentem primum vidisse fuisse causam rerum Anaxagoram, inquit Proclus  
ex ipso Aristotele, optimam rerum causam, à qua principium fuerit omnibus, reperisse:  
Veram originem, unde moueri cœperint cælum, & astra, totusq; inde mundus, depre-  
hendisse. O quanta verbis his subest diuinitas! Necessariò enim Aristoteles, qui de Men-  
te mundi inuentrice, talia prædicat, prædicat de ea Mente, quam Chaldæus antea inuul-  
gauerat, & quam Plato, quod & ipse Aristoteles, vocat causam, & vocans dat ei patrem  
in epistola, sicut & Chaldæus in oraculis. Hanc ipsam in libris post res naturales vocat  
Diuinissimam, eam seipsam contemplari dicens. In Moralibus querens de eius contem-  
platione, vocat Deum. Sic ex Platone, Chaldæo, Aristotele, Mens est Deus, est Proles  
Dei, est Regina mundi.

In Metaphy-  
sicis.

Mentem ex Macrobio esse Filiam summi Boni, summum Bonum ipsum  
supremum Genitorem.

CAPVT VI.

**V**AVTEM hæc esse verissima constet, Mentemq; secundam esse ab  
ipso Patre, vt Chaldæus dicebat, Filiam autem ac Progeniem diuinã, E  
vt Plato in epistola (ob quam causam Chaldæus vocauit eum Patrem)  
audienda sunt, admirandaque, quæ locutus est, vt paulò antè dixi, no-  
ster Macrobius, decerpta ex ipsis Platonis. Proferamq; totum locum  
in Somnio Scipionis: Cæterum, inquit, cum ad summum, & principem  
omnium Deum, qui apud Græcos τὸ ἀγαθὸν τῶν πάντων ἀπάντων nuncupatur, tractatus se audet  
attollere, vel ad Mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum species, quæ εἶδη  
sunt, continentem, ex summo natam & profectam Deo: cum de his, inquam, loquuntur,  
summo Deo & Mente, nihil fabulosum penitus attingunt. sed siquid de his assignare  
conantur, quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem quoque humanam su-  
perant, ad similitudines & exempla cõfugiunt. Sic Plato cum τὸ εἰ ἀγαθὸν loqui esset ani-  
matus, dicere quid sit non est ausus, hoc solum de eo sciens, quod sciri quale sit, ab homi-  
ne non possit. Solum verò ei simillimum de visibilibus Solem reperit, & per eius similitu-  
dinem, viam sermoni suo attollendi se ad comprehensibilia patefecit. Ideo & cum nul-  
lum ei simulachrum cum Diis aliis constitueret, finxit antiquitas, quia summus Deus,  
natæque ex eo Mens, sicut vltra animam, ita supra naturam sunt: quò nihil est de fabulis  
peruenire. Ecce audisti & vidisti apud Macrobius, non Christianum, duo diuinissima ac  
maxima: ipsum summum Bonum, principatum omnium rerum, vt clarebit etiam apud  
Platonem, Mentem ex eo natam, & profectam, natam inquam à summo Deo, qui dicitur  
à Philosophis ipsum Bonum, ipsa Bonitas per excellentiam: de quo Mens ipsa, filius F  
eius, perhibuit in hoc mundo, Nemo bonus nisi solus Deus: illa scilicet fontali, præcipua,  
superèminentique bonitate. Vidisti quoque Mentem continere species rerum: quo de-  
signatur creatio, designatur (quod videbis etiam Philonem perhibentem) creator mun-  
di, inuentor cunctarum rerum, quæ in suis originibus continerentur. Vt enim ipse Phi-  
lon dicit, si quis nudius & expeditius velit loqui, nil aliud dicat Mundum archetypum,  
sive originarium, quam ipsum Verbum, Creatorem mundi. Videbis etiam Mercurium  
Trismegistum, dantem Verbo Dei, species, aut ideas, originesq; rerum. Hac igitur attri-  
butione specierum, perspicuum sit, designari Sapientiam creandi, & inueniendi è nihilo,  
vt superius omnes prædicauerunt. Designatur hanc Mentem esse mundi creatricem,  
adornatricem rerum, formarum matrem vastam, inæstimabilem sapientiam. Ecce Plato  
vocauit eam, ob eandem causam, ἀίτιον, Autorem: apud quem teste Laërtio, idè est Mens,  
& Autor, id est, Autor mundi, Conditor, per quem omnia facta sunt. De quo prorsus si-  
milis, nostræ Theologiæ princeps diuus Paulus, vt vtranque philosophiam conferam:  
ὁς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀσώματος, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ συνέστηκε τὸ πάντα τὰ ἐν τοῖς ἔσθεσι,  
καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς τὰ ἀόρατα, καὶ τὰ ὄρατα. εἴτε θρόνοι, εἴτε κυβερνήται, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα  
ἀϊδία αὐτῷ, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη, καὶ αὐτὸς ἐστὶν ὁ ἀρχὴ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε: Qui est ima-  
go Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt omnia  
cælestia

Macrobij lo-  
cus è commen-  
tario 1. in som-  
nium Scipio-  
nis, cap. 2.

Sciri nõ potest  
qualis Deus  
sit.

Nullum Deo  
simulachrum  
constitutum vt  
alijs Dijs, cur.

Solus Deus,  
bonus.

Philonis Iu-  
dæi locus è 1.  
cap. 2. legis al-  
legoriarum.

Coll. 1.

A cælestia & terrestria, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principa-  
tus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipsum creata sunt, & ipse est ante omnia, &  
omnia in ipso consistunt. Hæc diuinissima tuba Theologiæ nostræ. Confer igitur omnia,  
& gratias age æternæ menti: cuius tanta clementia fuit, vt sese mundo semper declara-  
uerit, & ne gentibus quidem se absconderit. Quem diuus Paulus vocat Deum inuisibi-  
lem, Macrobius ex Philosophis summum Bonum, Primatum omnium rerum, Principè  
rerum cunctarum, eum per excellentiam appellans Deum, vt magnus Theologus no-  
ster. Quem Macrobius Mentem, siue Intelligentiam, aut Sapientiam, natam ex summo  
Deo, quæ contineat species, Paulus Imaginem Dei, quoniam Filius est imago Patris, Pri-  
mogenitum omnis creaturæ, id est, aut genitum ante omnia creata, aut principalem in-  
ter omnia, ad cuius magnitudinem cætera nihil attingant: supra omnia creata, Quem  
superare cogitationem & sermonem dixit Macrobius, & quod sciri non posset, & incõ-  
prehensibilem, & quod sit supra naturam, hunc Paulus & inuisibilem, nempe Patre ipsum,  
tum & Primogenitum, id est, antecedentem omnes creaturas Mentem. Et cui species  
tribuere, siue ideas, originesq; rerum dixit antiquitatem Macrobius; hunc Paulus prædi-  
cauit fuisse, per quem visibilia & inuisibilia sint creata, siue Dij ipsi cælestes, quorum nec  
nomina norunt, nec naturas homines, siue homines, omniãque terrestria: & quod ipse sit  
ante omnia, id est, supra naturam, vt Macrobius: & quod per ipsum omnia subsistant. Ve-  
ritas igitur clara, aperta, cognita etiam gentibus. Retulit item Macrobius, cum de maxi-  
mis hæc rebus sermonem & cogitationem superantibus, Philosophi loqui instituerint,  
amandare eos, proculq; iubere facessere fabulas: vt autem fabulis, cum vel de anima, vel  
aëreis, aut æthereis potestatibus, vel cæteris Diis loquantur. Dixit etiam nullam esse cæ-  
teris Diis (nempe quo diuus Paulus citauit superius) similitudinè cum ipso summo Bono  
& Mente: quia sunt ante omnia, supra omnia. Vidimus etiam testari Macrobius, hanc  
omnem, quam narrauimus Sapientiam, stupendamq; Theologiam, antiquitatem co-  
gnitam habuisse. Ergo quod Chaldæus, à Zoroastre, sapientibusq; Perfarum. Sic vn-  
dique veris coniecturis, relucet istam quam nunc totus colit mundus, Sapientiam  
omnibus sæculis & gentibus irradiasse, sed occultiore quam nunc, posteaquam  
Mens ipsa, bonitate sua, Patrisq; sui, qui est summum Bonum, clementia impel-  
lente, descendit de cælo, hominisq; vestita figura solidaque natura, versata nobis-  
cum, locutæque est suam propria voce Sapientiam.

1. Commẽt. in  
Somn. Scip.  
Coll. 1.

Ex eisdem Chaldæorum oraculis de Mente, diuina Progenie, cuius imago sit ani-  
mus humanus, & ex Philone.

CAPVT VII.

**V**R admiraris autem Græcos & Latinos, Mentis æternæ diuinitatem  
predicasse rerum cunctarum rationem, inuentionem, ordinemq; illi de-  
disse, Patrem ei esse perspexisse, asseruisse, cum sit hæc omnis Sapientia  
vetustissima, ab antiquissimis gentibus prodita, ad quas discendi causa  
Græci adeuntes ex eorum vberimis fontibus, riuulos in Græciam de-  
duxerunt? Ecce igitur eadem Chaldaica Theologia, vt habetur in fen-  
tentis Zoroastræorum, tradit hanc ipsam diuinam, æternamq; Mentem, creasse ad ima-  
ginem suam iuxta Mosèn σμβολα πατρικῆς νῆς ἑστίει τῆς ψυχῆς: Signa, vel indicia pater-  
na Mens inseruit animis. Hoc oraculo declaratur à paterna Mente, id est, ab ea quæ Pa-  
tris est Mens, Patris Sapientia & Intellectus, iniustum animis nostris symbolum suæ di-  
uinitatis: quemadmodum tot locis fatetur Philon Iudæus, asserens ipsum, Verbum esse  
archetypum, exemplarq; animi nostri: nos simulachrum eius, sicut ipse sit imago patris  
sui. Haud aliter oraculum, appellans symbolum, quod Philon simulachrum, imaginem,  
& quod Mosès imaginem & similitudinem, Hebraicè Zalmenu, Demuthenu. Eadem  
hæc sensu & exposuit Psellus Philosophus Christianus declarans supradictū locū, ὡσαύτῃ ἡ  
μωσαϊκὴ βίβλος κατ' εἰκόνα θεοῦ παράτει τὸν ἀνθρώπον, ἔτα δὴ καὶ χαλδαῖος ἡ ποιητικὴ κατέρα τῶν λόγων  
φυσικῶν σμβολα ἐνχετα σείρει τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῆς ιδιότητος. καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς πατρικῆς σπειρωμάτων, ἔχ  
αἱ ψυχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπερκειμένην πάσαι τῆς ἐβλάσησαν. καὶ ἀλλὰ μὲν τὰ ἐν αὐτοῖς ἀσμάτοις ὑπάρχεισι  
ψυχήματα ἀσμάτοις ὄντα καὶ ἐνοφθαλμοῦ: ἀλλὰ δὲ ἐν τοῖς λόγοις ψυχήματα καὶ σμβολα ἐστὶν αἱ ἀρρητοὶ καὶ θεοῦ  
b

Philo, de mū-  
di opificio.

Psellus de  
Dæmonibus.

ιδιότητες αὐτῆς ὡς ἀρετῆς ἡ ἀσκήθειαν. Sicut, inquit, liber Mosaicus ad imaginem Dei fingit hominem, sic plane Chaldaeus Creatorem ac Patrem mundi dicit symbola inferuif se animis, proprietatis suae: siquidem à paternis seminibus, non animæ solum, sed & superni omnes ordines pullularunt. Atque alia quidem signa, quæ sunt in ipsiſ incorporéis substantiis, incorporaliter & vnificè existunt: alia verò in mundo signa & symbola, sunt secretæ Dei proprietates, quæ & virtutes supererminent. Hæc Psellus. Apud quem aspicias à seminibus paternis, id est, Creatoris mundi, quem Patrem dixit superius, natos esse non animos modò nostros, sed supernos omnes ordines. Id diuus Paulus antè est confessus, Imaginem illam, progeniemq; diuinam, creasse thronos, potestates, dominationes, virtutes. propterea potes Symbola sentire origines ipsas rerum, ac primordia. Hic etiam Psellum constat eodem loqui modo atque Solomonem de creatione hominis, quòd inferuerit Deis symbola, vel similitudinem proprietatis suæ: Solomon autem, ὅτι ὁ θεὸς ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον καὶ εἰκόνα τῆς ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτὸν: Quoniam Deus condidit hominem, & imaginem suæ proprietatis fecit eum. Psellus etiam vsus est verbo, quo Empedocles, Ab vno, id est, veritate, ἐλάσθησε, pullularunt omnia, homines, bestię, pisces, volucres, arbores. Denique δειχόμενοι θεοί, Dij longæui. Sicut Paulus, throni, dominationes, potestates, Psellus autem ordines superni. Idem refert hæc symbola in æternis, intelligibilibus substantiis, esse incorporaliter, ac diuina quadam, supereminenti que ratione, & per vnitatem, aut aggregationem simplicem. Eadem in hoc mundo esse secretas Dei virtutes, creationem scilicet innuit supernam, ac inferiorem, E

Creatio visibilis & invisibilis. Rom. 14.

Lib. Quod omnis probus, liber. Philo ut animam adumbrat.

In somnio Scipionis, 1. Tusc. c. 1.

Proclus Platonius & Psellus Christianus conciliantur.

visibilem, & inuisibilem. Claret ergo, sicut & superius, à Mente, id est, Sapientia Patris, nata esse visibilia & inuisibilia, mirabiliter secum consentiente congruentè que Theologia, radios vnde quaque iactante suos: Ecce omnis lingua confitetur dominum. Similia cernentur apud Philonem de Verbo diuino atque de Mente apud Chaldaum, de quo dicit, ἀόρατος καὶ ἀπερματικός τεχνικός θεὸς λόγος: Inuisibile feminine, artifex diuinum Verbum. Sunt ergo femina rerum apud Philonem in Verbo diuino, sicut apud Chaldaum de Mente qua seminauerit sua symbola in animis. Idem Philon explicabit hanc Chaldaicam Theologiam: πᾶς ἄνθρωπος καὶ τὸ πλὴν δυνάμιον ἀκείνου θεῶν λόγῳ τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγείον ἢ ἀπαρτισμα, ἢ ἀπαρτισμα γέγονος: Omnis homo secundum rationem habet cum Verbo diuino societatem, factus nativæ beatæ simulachrum, aut abscissio, aut radius. Quibus verbis Philon explicat illa symbola à Chaldaeo proposita, sunt enim numero multo symbola: quòd tribus nominibus Philon declarauit, Imago vel Simulachrum, Abscissio, aut Eradiatio, Moses diceret Afflatus. Ac numerus multus apud Chaldaum, & pro singulari symbolum. Eruntq; omnia eadem, & illa tria apud Philonem, & symbolum apud Chaldaum, & apud Solomonem proprietates, apud Mosè imago, similitudo, apud Marcum Tullium delibatio, haustus: cum ait animos nostros haustos & delibatos ex diuinitate: & in Tusculanis, eodem prorsus modo atque Chaldaeus, vt sit mirum: Humanus, inquit, animus decerpit ex mente diuina: Mentem diuinam faciens animi nostri originem, vt Chaldaeus nobilis apud omnes, implens prorsus omnes, sed sapientum præcipuè mentes claritate sua. Agnosce que hic Mentem vt superius mundi Creatricem, sic nunc hominis: quòd vtrunque proditum est à Mose. qui cætera quoque apud eosdem Chaldaeos, antiquissimamq; eorum Theologiam viderit, tam magis obstupescet, quòd mihi sæpenumero fateor accidisse. Alio præclaro, diuinò que oraculo de eadem paterna Mente Magus ille, aut totus Magorum chorus sic locutus: ἀλλ' οὐκ εἰσδράξαι, κέως τὸν ἕλκον πατρικὸς νόος μέγας ἀν' ἐξέλθη λίθους. καὶ ῥήματα λαλήσει μνήμων ἐνθεωμένη πατρικὴ συνθήματος. Quæ sunt, Sed non admittit illius, nempe animæ, voluntatem paterna Mens, donec discedat ab obliuione, verbumq; loquatur, memoria paterni signi adhibita. Hoc illud, cuius etiam meminit Proclus. Estq; sensus regius, diuinæque pronuntiatio, non placere quicquam creatori nostro, quòd anima conetur studeatq; nisi prius deiecerit, repulerit, excusserit obliuionem, & in orationem, laudemq; eruperit, memoriamq; exercuerit, recordatæque semper fuerit quòd ad imaginem Dei sit facta, quòd paternum symbolum acceperit. Hancq; sententiam declarans Psellus hæc loquitur ad verbum: Non sustinet Mens paterna, cupiditates, impetusq; voluntatis animæ, dum permanserit in obliuione eorum, quibus ditissime locupletata fuit à παναγαθῶν πατρὸς, patre omnium bonorū, & donec peruenerit ad recordationem sacròrum signorū, quæ accepit ab eo, edideritq; vocem gratificantē, gratias

Agratias agentem, adhibita recordatione symbolorum patris, qui eam creauit. constat enim anima ex sacris rationibus & diuinis symbolis, quæ sunt ab intelligibilibus formis, symbola verò à diuinis & vnitatibus: ac sumus imagines quidem intelligibilium substantiarum, simulachra verò incognitorum (συνθημάτων signorum aut ordinum. Oportet autem & hoc nosse, quòd omnis anima, ab omni anima secundum speciem differt, & quòd quot sunt animæ, tot species animarum. Hæc Psellus. cæteraque sunt perspicua. Quas autem intelligibiles substantias, ac diuinas vnitates dixit, arbitror eū iuxta cæteros Platonicos & Dionysium Areopagitam sentire, Deos siue Angelos, quos vocant priores (πρωτέρους, secundos (δευτέρους, prioresq; item Platonici vocant θείας ἐνάδες, putantes has esse ideas, ad quas velut simplices vnitates, omnia reuocentur. Quod an verum sit, postea disquiretur. Horum imaginem esse docet animam nostram. Similis est enim Angelus & homo, vterque imago Dei. Cætera quoque quæ de anima Philosophatur Psellus, quoniam nō sunt huius loci, prætereo: tantum ostendo, nunc oraculum loqui de Mente Dei, vel Patris, quæ sæpe Mens ipsa, cum nobiscum esset, est locuta, cohortans ad memoriā, & amorem Patris sui, & quòd oporteat eū diligere, eius meminisse, collaudare, quale vates hortabatur animā suā, Benedic anima dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Oraculū nunc loquitur ad ipsam animā, vt sit Patris ac Creatoris sui memor, alioqui nihil fore gratū quicquid studuerit. Hæc verò eadem apud Mercurium Trismegistum repta, magis stuporē incutient, erumperēque cogent in laudes sanctissimæ, clemētissimæ, B sempiternæ Mentis: quæ sicut Chaldaeus seipsam reuelauit, sic ab Ægyptiis se nō abscondit.

Quibus anima constat.

Due species angelorum.

Angelus & homo, Dei imago.

Psal. 102. 103.

De Mente, Prole diuina, ex Mercurio Trismegisto: Eademq; Creatrice animi humani, sicut ex Chaldaeo Philone.

CAPVT VIII.

**V**T AGNOSCAS, omnia vnde quaque ad veritatem prædicandam sacula, gentes omnes facere concursum, audienda sunt quæ de Mente hac loquitur Mercurius Trismegistus. Vbi dixerat, quòd cum Pater sit Mens, genuit alteram Mentem opificem, vt declarabitur postea: hanc ipsam mentem opificem sibi ipsi Mercurio, cui apparuerat, sicut apparuit Adæ, Abraham, Mosi, multisq; aliis diuinis patribus, sic inducit loquentem in Pimandro, qui liber est notissimus, neminique cordato dubiū quin sit Mercurij: ὁ Θεὸς γὰρ ἐγὼ ὁ νόος ὁσῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ καλοῦ καὶ ἐλεήμοσι τοῖς εὐσεβεῶσι, καὶ ἡ παρυσία μὲν γίνεται βοήθεια, καὶ εὐδὴς τὰ πάντα γινώσκω, καὶ τὸν πατέρα. ἰδέσθοντα ἀγαπητικῶς, καὶ εὐχαριστοῦσιν εὐλογοῦντες καὶ ἠμνοῦντες τετραμύνην ὡς αὐτὸν τῆς τρυφῆς: Quæ sunt, Accedo ego Mens ad sanctos, & bonos, & puros, & misericordes, & Pios, & præsentia mea est auxilium, & statim omnia cognoscunt, & Patrem inuocant propitium cum dilectione, & gratias agunt benedicentes, & laudantes coniuncti cum ipso in charitate. Hæc & alia multa, quæ longum esset referre, Mercurius. Habes Mentem de Patre, ac Genitore loquentem, ad quæ ait se adducere bonos & pios, se ducem esse ad Patrem, ad paternam charitatem. Nil aliud prorsus, quàm quòd loquitur eadem Mens sumpta humana figura apud Theologum nostrum Ioannem: Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Et, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Et, Hæc autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ecce apud vtrunque dilectio erga Patrem, collaudatio, benedictio, ad quam inuitabat olim, post nostra imagine sumpta Mens ipsa, & de qua dixit Chaldaeus, quòd non est ei grata vlla actio, quæ sine recordatione Dei fiat: & quòd ea polluta, & impura sit anima, cui nulla Dei sit memoria. Inuitamur ergo à tribus maximis Theologis, duobus antiquissimis, altero iuniore, ad cultum, charitatem, memoriamq; Dei. Apud secundum & tertium loquitur Mens ipsa: apud primum loquitur alius de ipsa. Apud omnes est nomen Patris, & ipsa Mens loquitur de Patre. Chaldaeus eum vocat Mentem paternam. Nouissimè autem vbi multa apud Mercurium dixisset, respondit Mercurius, εὐ μοι πάντα, ὡς ἐβλήμην ἐν ἰδέσθαι ὁ νόος: Bene me cuncta, vt volui, docuisti ὁ Mens. Nulla igitur superest dubitatio, & admiratio, vnde Platonici, & ante Platonē multi alij,

Mens opifex cum Mente patre.

Locus d Pimandro Trismegisti.

Ioan. 14. Ioan. 15. Ioan. 17.

Philo à mente hominē creatum asseruit.

Conciliat Philonem cum Mercurio Trifmegyst.

1. Gen.

Duplex Mēs, Philoni.

vnde Anaxagoras, & quos Plato dixit, Mentem extulerint laudibus, celebraverint, non minauerint. Omnes item ante Platonem Theologi, post ipse Plato & Aristoteles cum tota familia, creationem, ordinemq; rerum Menti dabant. Chaldaeus autem propius accedens, creatum hominem à Mente confessus est, vt antè monstratum est. Philo item hanc Mentem declarauit animi nostri creatricem. Similia igitur audies apud Mercurium, clara, aperta, exposita, luculenta, vt prae gaudio ne lacrymas quidem continere queam: ὁ δὲ πάντων πατήρ ὁ νόος, ὃν ζῶν, καὶ φύσις, ἀπεικλῆσε τὸν ἀνθρώπον αὐτῷ ἴσον ἔχοντα ὡς ἰδίῃ τῷ οὐνοῦ. Paulò post, ἐγὼ δὲ ἀναστήσας αὐτὸς μεθ' ὁμοίου ἐγενόμην τῷ γένει, τῶν λόγων διδασκῶν πᾶσι, καὶ τῆν περὶ τῶν σωθῆσονται, καὶ ἑσπερευα αὐτοῖς τῶν τῆς σοφίας λόγων, καὶ ἐπέβησα ἐν τῷ ὁμοίω ὕδατος. Mens autem omnium Pater, cum sit vita, & natura, peperit hominem sibi similem, quem dicit tanquam propriam prolem. Ego, inquit eadem Mens, excitatis eis dux sum generis, docens verba quo modo, & qua ratione seruentur, & inferui eis rationes sapientiae, & nutriui ex immortali aqua. Quanta similitudo eorum, quae nunc Mercurius, cum his, quae paulò antè Chaldaeus? Symbola dixit ille Mentem animis inferuisse, σύμβολα πατρὸς νόος ἑσπερευα ταῖς ψυχαῖς: Mercurius autem eodem verbo, ἑσπερευα αὐτοῖς τῶν τῆς σοφίας λόγων: Chaldaeus, ceterique omnes creationem, rerumq; cunctarum dispositionem Menti attribuerunt. Haud secus Mercurius apertè clarèque, omnia Mosi similis: ἀὴρ δὲ πέλειν ἠνεργε, καὶ τὸ ὕδωρ κινεῖται ἀπεργεῖσθαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἦτε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ θάλασσα ἠδύλησεν ὁ νόος. Aër, inquit, extulit volucres, aqua natantes. Factaque est separatio abinuicem terrae, & aquae, quemadmodum voluit Mens. Quem ergo Moses dixit aridam ab aquis separasse, iubentem Edicentemq; vt congregarentur aquae in vnum locum, & arida appareret, & qui iussit aquas producere genus omne animantium, ecce fuit Mens, rerum creatrix: quod Anaxagoras, Plato constanter asseruerunt: apud Mercurium enim ceterosq; barbaros haec legerunt Graeci. Ecce quàm diuinè conformat sese Philoni Mercurius, imò tota sibi ipsi vetustas respondet. Duas Mentis inducit Philonem, alteram supra nos, alteram nostram, quae supra nos, nostrum dicit esse archetypum, nos ad similitudinem eius esse creatos. Idq; deducit ex libro Mosi: quam Mentem Mercurius, ipse λόγος, Verbum appellans, quod idem est, vt postea videbimus.

De eadem Mente ex oraculis item Chaldaicis, quod sit creatrix, quod spectaculum Deorum.

CAPVT IX.

Procli locus de Mente.

Oraculorum mos, vt sint obscura.

Ordines Angelorū, principatus nominati. Hebr. 1.

Virg. 6. Aeneida.



Ε Η Α C ipsa Mente extat apud Chaldaeos mirabile mysterium, & oraculum, quod profertur à Proclo, licet ab eo non tam proprie explicatum: πολλὸ γὰρ μόνος ἐστὶ πατήρ ἀλλήλων ἀνεργεῖσθαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἦτε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ θάλασσα ἠδύλησεν ὁ νόος. Quae sunt, Solus decerpens ex virtute paterna, Flos Mentis, possidet ipsum intelligere, paternamq; Mentem indere omnibus fontibus, & principiis aut principatibus, & ipsum intelligere, seque manere impigra conuersione. Hoc oraculum, licet obscurius, qui oraculorum, mysteriorumq; mos est, sciendum, Florem Mentis vocare principem, egregiam, eximiam, praecellentem Mentem. Quemadmodum Graeci & nostri, florem, & decus, eminentissimum quemque nuncupant, sic praecipua, eminentissima, regināque Mens, flos Mentis. Eadem hic, & superius paterna Mens. Haec ex virtute paterna dicitur habere sapientiam, sensum, ipsum intelligere. Est enim sapientia Patris sui. Philo perhibet repleuisse eam Patrem ideis aeternis, Originibusq; rerum, & gignere eum sapientissimam. Eandem hanc reginam, paternamq; Mentem, ait, accepta paterna virtute, in ceteros diffundere sapientiam, quos ipse vocat fontes & principatus, aut principia, nimirum diuinos ordines Angelorum, qui & in nostris litteris Principatus appellantur, fontes quidem, quod sciam, nunquam: Nisi fontes dictos velis quemadmodum ἀρχαί, principia, principatus, capita, non origines rerum, vt malè creditur à nonnullis Platonici, nisi quātum habuerint à Deo facultatis. Ab ipsa igitur paterna, regināque Mente dicit dari Angelis (quod sapientissimus Paulus testatus est, & Plato) ipsum intelligere, ipsum esse, & permanere, semperq; flecti sese ad ipsum Deum, diuinam, sempiternamq; eius venustatem: Circumstant animi, dextra, laeuaque frequentes: Nec vidisse semel satis est, iuuat

A est, iuuat vsque morari: Expleri nequeunt? Certatim properant illum sine fine tueri. Hoc appellat Chaldaeus ἄλογον προφάση, impigram conuersionem, conuersionem vehementem, accensam, ardentem. Proinde dicuntur etiam Seraphim ardentes, amore flagrant. Explicanturq; hoc oraculo, quae praedicauit sublimis Paulus, quod per ipsum condita sunt omnia visibilia, & inuisibilia, omne Deorum genus, Throni, dominationes, principatus, quos etiam Chaldaeus appellat πηγὰς, ἀρχὰς. Mercurius asserit ab eo creata animalia, terram ab aqua, vt ipse optasset, separatam, creatum hominem sui similem, inferas animo nostro sapientiae rationes, vocari nos ab illo, adducique ad Patrem. Chaldaeus autem & satorem mundi, satorem animarum, & Angelorum, Deorumq;. Ceteri Aegyptij Solis, aut lucis creatorem: Theologia profecto per omnia saecula luminosissima: vt qui putet hanc mundi nunc, aliquando non fuisse religionem, ac sapientiam, mireturq; Patris, ac Filij traditam terris vt nouam religionem, non sit admiraturus, cognita diligenter, probèque explorata vetustissima Theologia. In cuius apud omnes gentes mirabili, stupendaque concordia, nemo erit modò solers, modò non peruicacia, aduersorumq; dogmatum dura persuasione irroboratus, qui non miretur, Deum aeternum colaudet, fateatur, noscatq; parentem beneficum, qui se totum nobis ostensurus, qui varias prius apud homines sui, obscurasq; visiones fecisset, venit ipse, verfatúsque est aliquandiu nobiscum, vt nos in aeternum cum eo latremur. Eoque in die iudicij nulla supererit excusatio. Semper enim qualicunque ratione cognitus est: voluntasq; eius, vt rectè viuamus: potestas, quod per cum creata sint omnia, quòd ipse fuerit origo nostra, semper celebris ac nota fuit. De hac item Mente, audire operæ pretiū mirabile profundissimumq; mysterium, cuius omnis nostra postea Theologia, quae melius & aptius vetustam Theologiam declarauit, fuit explicatio. Adducitur hoc oraculum à Platonici. Νοήσεις γὰρ πατρὸς νόος αὐτοῦ ἀλόγος, πᾶσαν ἐπέσειρει δέσμων περὶ ἐλευθέρῃ ἐρωτῶν ἄφρονι. τὰ πάντα μὲν ἔχον ἐς ἀπεργεῖσθαι, ἐρῶντα. Cogitando paterna Mens, quae est per se generatrix, & intelligendo, omnibus inferuit vinculum igne graue, amoris, vt cuncta permaneant tempus in immensum, amantia. Haec verè diuina, caelitusq; missa vox, primum nominat, sibi constans, Mentem paternam, Mentem Patris, cui Pater est. Eum appellat per se Genitricem: quod scilicet concorditer omnis & indefessè clamat Philosophia, Mentem rerum principium fuisse, cuncta de nihilo, tantum ex originibus illis aeternis, quarum simplex vnitas est ipsamet, produxisse, proinde dicitur ab aliis αὐτοστροφος, per se sapiens: αὐτοτελής, per se perfecta: ἀρωτόγονος, primogenita, id est, tum ante omnia ab aeterno generata, tum ipsa prima rerum generatrix, origo prima. Eandem dicit sola cogitatione (quod dogma nostrum, & Platonico est) produxisse, procreasse, inferuisse rebus vinculum amoris, vinculum igneum, quòd se cuncta amantia, inuicemq; adhærentia, in omne tempus perdurarent. Hoc vinculum est primum in animantibus miscendorum corporum mira libido, vt Philosophus Graecus, & Latinus tradit: ex quo perennis existit generatio, nullo vnquam tempore amore deferbente, sese in cunctis animantibus foemina, marèque appetentibus. Quod Aristoteles confitens à Deo repertum, profecto confitetur ab illo, quo Chaldaeus, id est, Mente filia Dei, rerum inuentrice. Id enim ipse dixit in Politicis: Ἄμει δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῦται πάντῃ τῇ ἀπόδοσιν τὸ αἰετῆρον, ἐπει κατ' ἀεθλὸν ἔ δυνάμει, ἀλλὰ καὶ ἡ τὸ εἶδος. ἔπει ἀρωτογόμυται ἑκαστὸν τὸ θεῖον, ἐκαστὸν ἡ φύσις τῆς ἀφροσύνης, καὶ ἡ γυναικὸς ἀφροσύνη πᾶσι κοινονίαν. Quod est, Simul autè & natura replet hac circuitione, & reditu, vt sit sempiterna: quando non secundum numerum, sed secundum speciem tantum id fieri poterat. Sic prouisa fuit à Deo natura maris & foeminae ad coniunctionem. Eadem haec in libris de Generatione & interitu, Cum cuncta, inquit, corruptibilia essent, quoniā plurimum ab eo, quod primum est, aberant, τῶ λοιπομὲν τῶ πᾶσι συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, συνεπλήρωσε τῶ γενεῶν: reliquo, qui supererat, modo repleuit vniuersum Deus, faciens generationem perennem. Haec ille, scilicet vt generarent omnia mutuis amoribus, sese inuicem ardentè amantia. Quod à Mente diuina factum Chaldaeus praedicat, vocans id vinculum περὶ ἐλευθέρῃ, igne graue, inflammatum. Eoque, vt apud Philonem videbis in libro de Mundo, Verbum Dei est δεσμὸς ἀφροσύνης, vinculum indissolubile totius mundi: quoniam non animantis solum, sed etiam inanimis inferuit amorem aeternum, quo sese mutuo deperirēt. Is amor tam mirabilis est in arboribus, & herbis, in elementis, aqua, igni, terra, aère, quàm in animalibus. Nec fuit aliud quod Moses factū prodidit à Deo, Producat vnumquodque iuxta genus suum. Idcirco & Theologus noster, Manus tuae fecerunt me: &

Seraphim quid Coloss. 1. Appellationes Angelorum.

Omnes gentes concordēs in vera Dei cognitione.

Semētia Platoniorum de mente.

Attributa Mentis diuinae.

Vinculum amoris in animalibus.

Arist. Politic.

Philo de Mundo.

Gene. 1.

Sicut lac me coagulasti, & Antè & retrò formasti me. cæteraque multa, quoniam ille & D formas aptas inuenit, & amorem addidit ambobus. Videsq; vt mirabiliter consentiant qui religionem Christianam plusquam annorum duo penè millia antecesserint.

De eadem Mente, ex Mercurio, & Platonis, omniq; eius diuinitate: & quòd sit mundi creatrix, & Idea mundi, ipsèq; mundus archetypus.

CAPVT X.



Mens ἀπαθής καὶ ἀσώματος.

Trismegist. in Asclepio.

Fons Græce philosophiæ Mercurius Trismegist.

Que tribuit Menti Trismegistum.

Mens ἀναύγεια.

Mens archetypus animæ. Duæ Mentis Philoni.

Oraculū Mercurij de Deo.

Deus vñs καὶ ἀπύκνιστος.

VOVOQVE extant alia diuina, & sapientissimo cuique admiranda testimonia de Mente: alterum apud Mercurium Trismegistum, alterum apud Platonicos. Primus Trismegistus, eam illam Mentem Anaxagoræ & Platonis, quam teste Aristotele dixit Anaxagoras ἀπαθῆ, impassibilem, Plato ἄδεν ἢ μεμυγμένον, nulli rei admistam, docuit Græcos, vt nomina & proprietates eas ei attribuerent, in eo qui inscribitur Asclepius: τὸ οὐδὲν ἀσώματος τί ἐστὶν, γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ἐλευθεροῦν σώματος πάντος, ἀπαθῆς ἀσώματος, καὶ ἀναπθῆς: αὐτὸς δὲ σώτῳ ἑστῶς, χωρητικὸς τῶν πάντων καὶ σωτήριος τῶν ὄντων. Ἔκτιστες ἐσὶ τὸ ἀγαθόν, ἢ ἀλήθεια, τὸ ἀρχέτυπον φῶς, τὸ ἀρχέτυπον ἡμῶν. Quæ sunt, Quid igitur est incorporeum? Mens, inquit, & Verbum, quæ seipsam ex vniuerso ab omni corpore liberam sustinet, & continet: Inenarrabilis, impassibilis à corpore, & intangibilis: ipsa seipsa stans, capax omnium, seruatrixq; rerum: cuius radij sunt bonitas, veritas, lux exemplaris, exem E plar animæ. Hæc Trismegistus: quibus clariora, diuinioraq; ne si Angelus quidem loqueretur, enarraret. Is vt apparet fuit fons Græcæ Philosophiæ, inde Theologiam hauserunt, hinc asciuerunt vulgatam celeberrimam Mentem illam, rerum originem, & causam, cui dabant sapientiam, inuentionemq; omnium rerum, eam perinde, vt merita esset describentes, prædicantesq; inerrabilem, vt quæ plena esset scientiæ, solertiæ, prudentiæ, cuius omnis inuentio, vt in Phædone dicit Socrates, non potuerit esse, nisi bona, solertissima. Est enim, inquit Trismegistus, infallibilis, non potest falli, & decipi. Deinde nullis corporeis adiumentis sustinetur, nulla corporea vi viuunt, agitaturq; æuum, non indiget corpore, quod corruptibile est, sed ab omni corpore libera, & expedita, sustinetur seipsa, sua sapientia, incredibili potestate naturæ suæ. Neque potest vllum à corporibus accipere detrimentum, vt quam corpora nequeant attingere. est enim intacta. Cumq; sit huiuscemodi natura, est capax omnium rerum, & conseruatrix omnium: In ea enim viuunt, & subsistunt omnia: secretum, arcanumq; vinculum, & conseruatio est cunctarum rerum. Nec potest tuendis rebus fatigari: quoniam tam vasta est, non quidem corporea mole, & vastitate, sed sapientiæ & solertiæ, vt omnia capiat, vbique adsit. Ab hac, inquit, Mente, tanquam luce immensa, fulsere radij bonitatis & sapientiæ, ac veritatis omnes. Hinc emicuit quidquid rerum vbique est, quidquid boni, quidquid veri. Propterea fuit archetypa lux: ea nempe lux, quæ tanquam Regina, materq;, omnia creauit. Ab ea accensa sunt lumina cælestia. F Hoc vocatur à Philone Iudæo παναύγεια, dicas licet omnium lucis, ingens omnis lucis regio, sedes, ipsamet origo lucis, à qua lux omnis corporea, & incorporea manauerit. Eoque etiam Archetypum animæ, vt superius omnes confitebantur. Ipsamet creauit hominem, eique fuit velut archetypum, formans eum ad imaginem suam. Hanc ob causam autore Philone sunt duo λόγοι, duæ rationes, duæ Mentis: altera supra nos, exemplar rationis nostræ: altera nostra ipsa. Ibique apertè Philo confessus est, credo ab his libris Trismegisti imbutus, Verbum archetypum, creatorem verbi nostri, id est, rationis nostræ, mentis, animæ. Descripsit igitur nobis Mentem Mercurius, eam ex profundissima sapientia appellans etiam λόγον, Verbum, cuius vocis plena est Theologia Philonis & Platoniorum, vt videbis, descendens, oriensq; à priscis sæculis, reuelata ab ipso met Verbo, qui se Mercurio, multisq; aliis priscorum detexit. Constatq; hæc verè priscum illum Mercurium locutum: quoniam sunt etiam à Platone, Platonisq; omnibus vsurpata, librisq; eorum celebria. Idem Mercurius in eo qui inscribitur ἱερὸς λόγος, loquens de creatione, exordiensq; quasi genesim, hæc ait: Ἐξ ἑαυτῶν ὁ θεὸς, καὶ ὁ νῦς, καὶ φῶς καὶ ἕλη. Principium rerum Deus, & Mens, natura & materia. Ecce quod perhibet Laërtius Platonem dixisse, mundum creatum à Deo, appellasseq; Deum νοῦν καὶ ἀίτιον, Mentem & causam, acceptū ex Trismegisto. Deus igitur & Mens

A Mens idem sunt. Hæc fuit principium omnium, quod tot alij fatebantur superius. Hunc omnes vna voce hominis creatricem, Mentem, nunc mundi declarantes, consultantes. Duo igitur principia rerum veteres statuerunt, alterum agens Mentem, Deumq;, alterum admittens, & patiens naturam, vel materiam. Priscorum Theologia, vt vbique vidisti. Platonici quoque iuxta vetustam hanc Theologiam dicunt, τὸ πᾶν ἐκ νοῦ καὶ ἀνάγκης ἐστὶ, τοῦτ᾽ ἐστὶν ὁ θεὸς καὶ ἡ ἀνάγκη, τῆς δὲ ἀνάγκης κατὰ τὸν νοῦν ἐπιπροσφύω, Vniuersum ex Mente, & necessitate esse, Mente persuadente, & cogente obedire necessitatem, necessitate autem obsequente & ad mentem se conuertente, eamq; sequente. Hæc prior Plato in Timæo, in hunc modum loquens, paucis exceptis: Sed & quæ à necessitate, inquit, fuerunt, adhibere oportet. Mistra enim mundi huius creatio ex necessitatis, ac Mentis constitutione fuit: sed Mente imperante necessitati, vt sibi parerent, quæ fierent, haberentq; optimè. Sic igitur necessitate victa, & coacta ab Intelligentia, & imperiis Dei, hoc omne conditum est. Obseruandum quoque, perspicaciterq; animaduertendum quod refert Proclus, Theodorum Platonico apud Porphyrium inuenisse opinionem, quasi allatam ex Perside: δύο νόσας κατὰ αὐτῆς θεῖτες, τὸν μὲν τῶν ὅλων κατὰ ἰδέας ἔχουσα, τὸν δὲ τῶν μεμεγμένων: Duas mentes ante animam eos statuisse, quarum altera continet ideas vniuersorum, altera particularium. Sunt enim hæc ea, quæ dixit apertius Philo esse δύο λόγους, duo verba, duas rationes, alteram archetypam, alteram nostram. Dabant autem magnæ Menti, vt creatrici, ideas vniuersales, quod Plato in Timæo & Mercurius in Pœmandro, & Timæus B Locrensis: minorem autem Mentem, quæ nostra est, particularium rerum dicebant tenere ideas. Hæc Theologia venerat à Barbaris. Quanquam fieri possit, vt duas Mentis potius sentirent eas, quas in primo oraculo demonstrauimus. Omnia, inquit, perfecit, pater, & tradidit Menti secundam, quam vocant primam omne hominum genus. Longè autem clarius, & verbis plenioribus, aureaque prorsus, & cælesti oratione locutus est in sermone tertio ad Asclepium Mercurius de hac Mente: videbis claram Theologiæ Græcæ, & omnium Platoniorum originem. Profertur etiam à Diuo Cyrillo: Οὐ γὰρ ἀφ᾽ οὐρανοῦ ἐβῆν εἰς ἀμνήτης ποιῶντα μυστήρια παρέχεσθαι, ἀλλὰ τῶ νοῦ ἀκίβητα. ἐν μόνον ἢ φῶς νοερὸν κατὰ φῶτος νοερεῖ, καὶ ἐβῆν εἰς νῦς φωτίνος, καὶ ἐβῆν ἕτερον ἢ ἢ τῆς ἐνοτίας. αἰεὶ ἐν ἑαυτῷ ὄν, αἰεὶ τῶ ἑαυτῷ νοῦ καὶ φωτὶ, καὶ πνεύματι πάντα παρέχει. ἐκτός τῆς ἐνοτίας, ἢ θεός, ἢ ἀγγελός, ἢ δαίμων, ἢ ἐστὶ κατὰ ἄλλη. πάντων γὰρ ἐστὶ κύριος, καὶ πατήρ, καὶ θεός, καὶ πηγὴ, καὶ ζωνὴ, καὶ δὴμας, καὶ φῶς, καὶ νῦς, καὶ πνεῦμα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ, καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ ἐβῆν. Quæ sunt, Neque enim fieri potest, vt eiusmodi mysteria tradas apud profanos, necdum initiatos. sed animo audite, Vnum solum erat lumen mentale, ante lumen mentale: & est semper Mens illuminata, aut luminaris: & nihil aliud erat, quàm istius vnitas, semper in se ipso existens, semper sua mente, & lumine, & spiritu omnia continet. Post pauca addit Mercurius: Extra hunc, non Deus, non Angelus, non Dæmon, non substantia, nulla alia. Omnium enim est dominus, & Pater, & Deus, & fons, & vita, & potestas, & lumen, & Mens, & spiritus, & omnia in ipso, & sub ipsum sunt. In his Trismegisti verbis cernitur vnde Plato mysteria sua potarit. Vt autem Plato in Epistola de mysteriis iisdem C locuturus præfatus est, se per ænigma loqui velle, ne venirent ad manus imperitorum quæ scribit, & non intellecta contemnerent: eadem præfatione vsus est Trismegistus, & Orpheus similiter. Dicam queis fas est, claudatur porta profanis. Primumq; apud Trismegistum sunt hæc nomina paterna, vt etiam apud reliquos omnes Theologos, Vnum lumen mentale ante lumen mentale. Sicut igitur Chaldæus duas Mentis docuit, quarum superior & prior genuisset secundam: sic Mercurius duo lumina mentalia, duas Mentis luminosas, Mentis luminis plenas. Prima est ipsa Vnitas. Iam enim sæpe vidimus, & videbimus, Vnum dici ipsum æternū genitorem. Hoc vnum & lumen est, & non est lumen corporeū, sed lumen mentale, lux alterius generis, quàm quæ cernitur corporeis oculis. Est autè hoc mentale lumen supra, vel ante aliud lumen mentale. Duæ lucis, altera prior, altera secunda, vel posterior. Fuit semper hoc lumē, siue primum, siue secundum. Et nihil aliud fuit vtrumque lumen, quàm vna coniunctio, vna associatio. Nec aliud fuit ab æterno, quàm luminis huius coniunctio, & vnitas, summāque vnio. Ante omnia sæcula fuit semper in se ipso. Creato autem mundo, continet omnia non manibus, sed diuinitate mentis suæ, & spiritu, siue sapientia sua. Præter hunc primum, & secundum non fuit aliud ab æterno, non Deus vllus, aut Angelus, non qui secundum locum obtinent dæmones, non substantia. Quæ neque fuerunt ab æterno, neque dici possunt esse, quibus non sit verum esse.

Duo principia rerum, Deus & Natura.

Platonis locus è Timæo.

Locus è Theodoro Platonico de duplici mente.

Idea rerum vniuersarum, Dei: particularium, hominis.

D. Cyrilli loc. eius.

Lumen mentale.

Vnum, æternus genitor.

Lumen primum & secundum.

Quomodo Deus omnia continet.

A De Mente ex oraculo quoque Chaldaeorum, & Porphyrio, & Proclo: & quod sit a Patre, quod creatrix mundi: & quod sit ea qua dicitur ultramundana Mens.

C A P. X I.



DECLARATUR etiam à Philosophis Græcis, crediturque oraculum illud Chaldaeorum, de Patre, & Filio fuisse locutum, quod primo loco prolatum est: è quibus est Psellus: Dicebat Chaldaeus, Omnia perfecit Pater, & Menti, siue Intelligentiæ tradidit secundæ, quam vocat primam, omne humanum genus. Psellus autem Philosophus: τὴν πρῶτην κτίσιν δημιουργήσας, ὁ τῆς τετάρτης ἀρχῆς πατὴρ, παρέδωκε τῷ τέλει, τῷ νόῳ, ὃν τινα νοεῖ τὸ ζῶμασαν γένος τῶν ἀνθρώπων, ἀγνοοῦντες τὴν πατρικίαν, ὑπεροχὴν, ἣν ἔχουσιν καλοῦσι, πλὴν τὸ πρῶτον ἡμῖν δόγμα ἐναντίας ἔχει, ὡς αὐτὸς ὁ πατὴρ τοῦ νοῦς, ὁ υἱὸς τῆς μεγάλης πατρὸς τὴν ἰστίαν πᾶσαν ἐδημιούργησεν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ λέγεται ὡς τῆς μωσαϊκῆς βίβλου ἀρχὴ τοῦ νόου, τὴν ἰδέαν τῆς παρὰ τὴν γῆν κτίσεως, ὁ δὲ υἱὸς αὐτῆς τὸ πρῶτον κτίσιν. Hoc est, Vniuersam rerum conditionē molitus primum in trinitate Pater, tradidit Menti, quam Mentem, omne humanum genus, ignorantes paternam excellentiam, Deum primum vocant. Verum nostrum dogma in contrarium habet: quoniam ipsa prima Mens, Filius magni Patris, omnem molitionē perfecit. Nam Pater in libro Mosaico, dicitur Filio ideam productionis rerum: Filius autem ipse per se operatur. Hæc Psellus. Sed aduertat Psellus hoc oraculum non aduersari dogmati nostro, sed vndeque congruere, si rectè quis intelligat & enodet. Confitemur enim ipsi Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, & Filium, per quem omnia facta sunt. Hoc dogma Chaldaicum sentit, omnium autorem Patrem, primum fuisse, Filium autem secundum, iussu à Patre creare, aut qui volente Patre, & qui cum omnipotentem genuisset, creauerit. Vtriusque creatio est, sed Patris primum, qui primus est. Idque etiam est, quod prodidit Psellus, Patrem dicere, proponere Filio ideam creationis, Filium autem operari. Primum ergo Pater fecit, in quo primo fuit idea & voluntas, & fecunditas creationis: Filius autem creauit, quia non fecit, nisi quod Pater voluisset, fecunditatem, totamque in idea & fecunditate paterna molitionem accepisset. Estque creatio, prima mundi inuentio, quæ cum in Patre primo fuisset placita, & concepta, decreta, & designata, etiam in Filio fuit, Patre donante: qui dedit ei potestatem in cælo, & in terra, glorificauitque Filium suum, gloria quam habuit, priusquam mundus fieret. Hoc sentit Chaldaeus. Hæc ipsa item Mens est à Platonicijs appellata ὁ ἐπέκεινα νοῦς, Mens ultramundana, ante omnia, & quod diuus ille, & quod diuus ille, & quod diuus ille, de qua Porphyrius in Propositionibus: ἀλλὰ τὸ ἐπέκεινα νοῦς καὶ μὴ νόσιν πολλὰ λέγεται, θεωρεῖται δὲ ἀνοσίτα ἐπέκεινα νοήσεως ὡς ἀλλοτρίου καὶ ἀνεπίγνωτου. ἀλλὰ μὲν ἐρηγηρῆσεως πολλὰ λέγεται, ἀλλὰ δὲ τὸ ἐπέκεινα, ἢ γινώσκω, ἢ γινώσκω, τὸ γὰρ ὁμοίως τὸ ὁμοίως γινώσκω, ὅτι πᾶσα γινώσκω τὸ γινώσκω ὁμοίως. De Mente, inquit ultramundana, aut superna, secundum intellectionem multa dicuntur. Cognoscitur autem & consideratur ignorantia, quæ est omni cognitione melior. Sicut de dormiente. Nam per vigiliam multa dicuntur: per dormitionem verò fit notio & apprehensio. Simili enim simile noscitur: quia omnis notio, rei notæ est similitudo. His innuit Porphyrius, quæ sæpe noster Dionysius de negationibus in Theologia, Meliorem sæpe ignorantiam in altissimis rebus quàm scientiam, negationem quàm affirmationem. Sacrum item silentium, quo colitur ineffabilis diuinitas. Tuncque rectè Theologiam explicamus, cum dicimus: Deum inscrutabilem, inuestigabilem, incomprehensibilem, ineffabilem. Hoc à Porphyrio dicitur ἀνοσίτα, omni notione melior inscitia. Dixit item Porphyrius per affirmationem multa de ea predicari, vt quod sit omnipotens creator, opifex omnium. Sed esse rursum negationem (quæ si in animo sit, dicitur ἀνοσίτα) omni affirmatione meliorem. Pulcherrimumque adhibet exemplum: Qui vigilant, de eo qui dormiat, multa differere posse, multa super eo fabulari: sed notione veram dormitionis & quid somnus tandem sit, quid ve dormire, tunc fore perspicuum, si tu qui dormieris aliquando, didiceris, quid ipsum dormire sit: Sicque melius sciri somnum, per alium somnum, quàm per vigiliam, quia simile simili perspicuius. Sic de altissima & ultramundana Intelligentia, multa predicari per notionem, & scientiam, esse autem inscitiam quandam somni similem, melius & dignius tacentem, tacendoque intelligentem, quàm si loqueretur, & affirmaret. Quia supermundana Mens illa, mentes, & sensus excedit omnes. His igitur

Præclarus locus Trismegistis, cōsentiens cum historia sacra.

Patrem vobis.

Terra, chaos, &c.

Pronerib. 8.

Gen. 1.

Vniuersum, mentis imitatio. Locus ex Plutarchi commentario de Iside.

Gen. 1.

Mens, spiritus, sapientia.

Eulogia Dei magnifica.

Est Deus ipse & hæc sunt nomina eius. Item aliis locis de eadem locutus est Trismegistus, in Pœmandro, vbi visionem qualem vidit in rubo Moses exposuisset, emissamque vocem, cuiusmodi item audiuit Moses, & vt apud Mosem ille idem dixit, Ego sum Deus patrum tuorum, ego sum, qui sum: sic apud Trismegistum, seipsum declarans dixit: Εγὼ μὲν φησὶν ἐμὴ ποιμανθῆναι ὁ τῆς ἀβελθίας νόος. Paulo post: Τὸ φῶς εὐεῖνο ἔφη ἐγὼ νόος ὁ σὸς θεός, ὁ ἀεὶ φῶς ὑγῆς τῆς ἐκ σιότητος φανεύσει. Ego, inquit sum Pœmander, id est, Pastor humani generis. Id enim videtur designare, Mens autoritatis. Illud lumen, inquit, sum ego Mens. Deus tuus, qui eram ante humentem naturam, quæ ex tenebris apparuit. Hæc grandia sublimitate effatur Trismegistus mysteria. Primum cum Mens, se Mentem autoritatis appellat. Autoritatem enim dixit patrem, qui primus est, & ante omnes, maior etiam ipsa mente, quatenus genuit eam, deditque ei potestatem: sed non maior, quoniam æqualem sibi que cœternam genuit. Ipse igitur est autoritas, primatus, principium, caput, primum esse, natura bonitatis. Huius est Mens, vt dixit Chaldaeus, toties appellans eam πατρικίαν νόον Mentem paternam: in nostra Theologia, Sapientia Patris. Deum quoque seipsam prædicat eadem Mens, sicut apud Mosem. Etiam se ante humidam naturam gloriatur extitisse. Hic sublime, mirabile mysterium. Est enim humida natura, quod apud antiquos Chaos, à fusione, humiditate, terra, aqua, commista, hyle, id est, literis inuersis ἰλύς, limus, humus. Est terra inanis & vacua, vel ἀόρατος καὶ ἀχρητιστευμένος, inuisibilis, & incomposita. Ante hanc, quæ fuit rerum primordium, initium, embryon, semen fundamentum, inchoatio totius mundi ex terra & aqua, gloriatur Mens se fuisse. Ergo hæc illa est, quam Solomon appellans Sapientiam, inducit eam loquentem, sicut loquitur apud Trismegistum: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam æthera firmaret sursum, & libraret fontes aquarum, cæteraque de creatione. Apud Solomonem prædicat se possessam à Domino: apud Trismegistum, prædicat se esse Mentem autoritatis: apud Chaldaeam, Mens patria: apud nostros, Sapientia Patris. De quo igitur Moses; cum rerum descriptionem inchoans dicit, In principio creauit Deus cælum & terram: & Qui ferebatur super aquas: & Qui præcepit luci, vt emergeret: innuit istam Mentem, quæ fuit antea quàm fieret cælum, & terra, ante humidam materiam, & inchoamentum, primordiumque totius mundi. Sic item in eo quem vocat ὑμνωδίαν, hymnum, cantum, gratiarum actionem, versus erga creatorem suum loquitur: Σὺ ὁ πατήρ, σὺ ὁ κύριος, σὺ ὁ νόος. Tu es pater, tu Dominus, tu Mens. Cuncti igitur Mentem nuncupantes, creationem sentiebant: partaque omnia eius sapientia monstrabant. Eoque est oraculum apud Platonicos ex antiqua Theologia, νοῦ μὲν γὰρ ἰμμημα πέλει τὸ δε πᾶν. Hoc vniuersum, inquit, est Mentis imitatio. Est, inquit, vniuersum, à Mente depromptum, formatum à mente, velut opifex. Mirabile verò argumentum & indicium, Mercurium, Ægyptiosque de Mente, Verboque Dei conditore mundi, hæc mysteria prodidisse, ex Plutarcho, in eo, quem inscripsit de Iside, & Osiride, siue de Theologia Ægyptiorum. Ait enim in eorum arcanis fuisse fabulam (mos enim prisce Theologiæ fuit, fabulis inuolucrare veritatem) Ὅτι καὶ ἐαυτὸν ὁ θεὸς νοῦς καὶ λόγος, ἐν τῷ ἀρχαίῳ, καὶ ἀφανεί βέλτερός ἐστι γένεσιν ὑπὸ κινήσεως ἐποήθη. Quod Mens & Verbum Dei, cum esset per se in inuisibili, & in abdito, processit mota ad creationem, vel mouit se ad creandum. Agnoscis omnes ex vno fonte per omnem mundum sparsos veritatis riuos? Si scire cupis, quis fecit eam, quæ dicitur Genesis, quam scripsit Moses (Deus autem fecit) qua continetur generatio cæli, & terræ, cælestium, ac terrestrium, autoribus Ægyptiis, fuit Mens, fuit Verbum Dei, inuisibile, regnans in arcanis diuinitatis suæ. Manebat in secreta, inscrutabili diuinitatis suæ caligine: & quod ait magnus Theologus noster, Erat apud Deum cōiunctissimus illi, in sinu eius. Processit ad creandum, ad generandum. Ergo is est, de quo Moses, In principio creauit Deus cælum, & terram. Hæc est Genesis facta testibus Ægyptiis, à Verbo, à Mente diuina. Quæ sicut Græcè dicta νοῦς, Mens, λόγος, ratio: sic Hebraicè, spiritus, sapere ipsum, ipsa sapientia, vita. Ex his fontibus arbitror manat, quæ tam præclara Philo de Verbo Dei eodè & Mente canit, vocans eam similiter ἀόρατον θεῦ λόγον, inuisibile Dei Verbū, opifex mundi: & vt ait Pindarus, ἀεσιτέχνην, optimum artificem: Italicus autem poeta, magistrum æternum. Is est Verbum Dei, Mens, sapientia inuisibilis, arcana, abdita, postea quasi facta visibilis, cuius mysteria supremo tempore, ipsa propius ad nos accedente, claruerunt. De hoc ipso Ægyptiæ Theologiæ princeps, quæ ceteri sacerdotes forte super his, quæ retulit Plutarchus, respiciebant, in Pœmandro locutus est: ὁ δὲ ἐκ νοῦς φασὶν ἴσθαι λόγος υἱὸς θεῶν: Ex Mente verò radians Verbum Filius Dei.

De mente

Pselli locus de Mente.

Pater dicitur, filius operatur.

Matth. 28.

Mens ultramundana.

Ignorantia melior cognitione.

Notio, rei nota similitudo.

Negatio melior affirmatione quomodo.

Somnum per somnum melius sciri.



Mēs princeps  
distincta ab  
alijs.

Porphyrj documentis, declaratur æternæ Mentis, ac cæterarum discrimen. Sæpe enim D & apud Mercurium, & alios Philosophos, de mente nostra, & mente in commune fit fermo: sed separat ubique ipsa ratio, principem Mentem, genitricemque aliarum, ab omni alia. Hæc princeps præcipuè dicitur, δ̄ ἐπειρὰ τοῦς. De hac item eundem Porphyrium siue Proclum par est locutum eodem libro, cum ait: Omnium processus est ab eo, ad quem naturalis fit conuersio: Postea, quoniam à Mente, vt à principio, & origine cuncta nascuntur, infert: ἐκ δὴ τῆς αὐτῆς φανερὸν ὅτι καὶ ὁρεκτὸν πᾶσι νοῦς, καὶ ἀπόρροια πάντα ἀπὸ τοῦ, καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἀπὸ τοῦ ἔχει, καὶ ἐν αἰδίοις ἡ, καὶ διὰ τὸ ἀπορροεῖν ἀπὸ τοῦ διότι αἰδίοις, ὡς γὰρ εἰρησὶ τὸ ἐκ ἐπιτραπέζου διότι αἰετὸν ἀπορροεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀπόρροια αἰετὸν καὶ αἰδίοις καὶ ἑστῶν, καὶ ἐπιτραπέζου αἰετὸν ἀλυτὸς καὶ τῶν: Ex his, inquit, manifestum est, quod ab omnibus desideratur Mens, & omnia procedunt à Mente, & omnis ornatus est à Mente, ctiã si sit æternus. Neque propterea non procedit à Mente, quoniam fit sempiternus. Neque enim ob id non conuertitur, ac reflectitur, quoniam semper gubernetur, & ordinetur. Sed & procedit semper sempiternus, secundum substantiam: & conuertitur semper etiam indissolubilis secundum substantiam. Hæc ille sine dubio de Mente siue Sapientia vlttramundana. Nec moror nunc, quæ de sempiternis ordinibus disputat: suis hæc locis perpendicularentur. Diuinè quoque naturam Mentis huius, ac potestatem explicuit, & assignauit Proclus in Theologia Platonica, vt secundo quoque libro demonstrabitur: de qua sic loquitur: οὐδὲν αὖ καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πλῆθος ἀπορροεῖται ἀπὸ αὐτῆς ἀλλῆς ἀπορροεῖται ἀπὸ αὐτῆς, καὶ νοῦν ἡγεμόνα τῆς ὅλων ἀπορροεῖται, τέλος μὲν τὸ ἀεὶ εἶναι φασὶ, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ νοῦν τῆς ψυχῆς ἕνωσιν: Qui verò, inquit, multitudinem animarum produ-

Procli locus e  
libro de Theo-  
logia Platonis.

Mens, origo  
animarum.

cunt ab alio vetustiore principio, Mentemq; principem omnium decernunt, finem optimum esse dicunt, animæ cum Mente coniunctionem. Hæc Proclus, referens placita quorundam aliorum Platoniorum. Quibus nihil venerabilius, nihil celestius. Mentem esse fontem, originem animarum, principiumq; maius, eamq; esse omnium principem, & imperatorem, vt est in Epistola, & in Philebo. Eum autem esse finem optimum vt vniatur, copuleturq; anima cum principe Mente. Hæc enim etiam nostra Theologia est, necesse esse, vt sociemur, vnumq; efficiamur cum illo, si beati volumus esse. Pergit etiam Proclus, hæc ipsa melius de tribus principiis, quid Platonica sentiat Theologia, declarans: σωματικὴν μὲν ὡς ἀπὸ ἐπιπέδου, καὶ ψυχῆν πατιέει τὸν νοῦν ἀπὸ οὐρανοῦ καὶ ἀίθριου, καὶ αἰετὸν ἐκείνου πάντα, καὶ εἶναι καὶ ἐνεργεῖν ὅσα τῶν ζώων ἐν διαστάσει, καὶ ἀεικίεσι κείνηται: Corporum, inquit, quemadmodum dictum est, & animorum paucem & causam mentem pronunciat Theologia Platonis: circaq; illam esse omnia, & operari, quæ vitam in processibus, & explicationibus possideant. Sic ille. Aduerte igitur, quæ de Mente nunc sentire dicit Theologiam Platoniam Proclus. Innuit enim Epistolam ad Dionysium de tribus regibus, Mentemq; secundum esse ex illis imperatoribus, principibusq; tribus, circa quam omnia esse Plato fatetur. Sicq; est Filia summi Boni: quoniam summum bonum est primus rex. & is primus rex & pater causæ, & principis in Epistola. Causa autem & princeps est Mens.

Quod Mens sit Deus, opifexq; mundi: & quod veteres Græciæ Philosophi id agnouerint: & de Ideis.

C A P. XII.

Mēs princeps,  
rerum omniū  
causa, Platoni.

**Q**UOD Plato in Philebo dixit, non solum Anaxagoram, sed maiores ferme omnes, præcipuè prudentiores, dedisse Menti principatum, inuentionemq; rerum, eamq; Deum, & causam declarasse, non modò tam multa superius testantur, sed etiam hi, quos autor est Plutarchus in Philosophia nobiles extitisse. Ac primum de Anaxagora. Is inquit corpora à principio constitisse: νοῦς δὲ θεοῦ αὐτὰ διακόσμησεν, καὶ τὰς γενέσεις τῆς ὅλων ἐποίησε: Mentem autem diuinam hæc exornasse, omniumq; satus naturalisq; fecisse. Quod ergo sensit Anaxagoras, à priore Thalete traditum fuerat. Thales, inquit, sentit νοῦν τῆς κούρας θεοῦ: Mentem siue Intelligentiam Mundi, Deum. Pythagoras item hanc intelligentiam, seu Mentem diuinissimam agnouit, eodem autore, vt Deum quidem appellaret Monada, id est, Vnitatem: & τὸ ἀγαθόν, ipsum Bonum, quæ sit natura vnitatis. Quod à Mercurio prius proditum. Siquidem Trismegistus in eo qui inscribitur Crater (quod

Mens mundi,  
Deus Thaleti.

Deus, vnitatis  
& bonum lo-  
cus e Cratere,  
libro Trismeg-  
gisti.

**A** (quod nomen & rem imitatus est in Timæo Plato) dixit: ἡ μονὰς πάντων ἔστα ἀρχὴ καὶ ρίζα: καὶ ἀρχὴ ἔστα, αἰετὸν δὲ ἀρχὴς ἔσθαι, ἔστα μονὰς ἐν ἀρχῇ καὶ πάντα ἀεὶ ἐμὴν ἐμπειρέει, ἀπὸ μὲν ἑνὸς ἐμπειρέει-  
χομένου: καὶ πάντων ἀεὶ ἐμὴν γένεσιν, ἀπὸ μὲν ἑνὸς γένεσιν ἑτέρου ἀεὶ ἐμὴν: Vnitatis, inquit, omnium est principium, & radix. Cumq; sit principium (Nam sine principio nihil fit) omnem numerum continet, à nullo contenta: & omnem numerum gignit, à nullo alio numero genita. Hanc igitur, quam docuit Pythagoram Trismegistus Theologus Ægyptius, longeq; Græcis antiquior, Monada, siue Vnitatem, idem Pythagoras dicebat αὐτὸς ὁ νοῦς, quod sit ipsa Mens: Democritus etiam, qui plurimum aliàs delyrauit, νοῦν τὸν θεόν: ἐμπει-  
ρα δὲ πᾶν τὸ κόσμον ἡμετέρου: Mentem ipsam Deum, igneam mundi animam Deum, habuit à Chaldæis, qui Deum priores ignem dixerant in sententiis Zoroastreorum: εἶσι πάντα πῦρ ἐκ ἐκ γένεσιν: Sunt ab igne vno omnia nata. Ignem inuisibilem, nostræ quoque li-  
teræ Deum vocant. Ab eo sic nata cuncta Chaldæi, sicut Democritus, quod sit anima mundi. Socratem, & Platonem Plutarchus ait similiter atque Trismegistus sensisse: τὸ ἐν τῷ μονοφύει, καὶ αὐτοφύει, τὸ μονοδιόν, τὸ ὄντως ἀγαθόν, πάντα δὲ ταῦτα τῆς ὀνομασίας, εἰς τὸν νοῦν ἀπορροεῖται: νοῦς ἐν ὁ θεός, καὶ ἐν εἰδός: ταῦτα τὸ ἀμύγες πάσης ὕλης, μὲν ἐν τῷ παθητῷ συμπεπλεγμένον: Ipsum Vnum singularis naturæ, per se natum, singulare, verum bonum esse Deum: hæc q; nomina spectare ad ipsam Mentem. Mens igitur Deus, forma separata: hoc est, nulla materia contaminata, & concreta, nulli rei passibili admista. Ecce quod Anaxagoras superius, & quod de eo prodit Aristoteles. Stoici quoque, qui mundum, & stellas Deos, sicut Aristoteles & Plato, putarent, tamen τὸν ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν ἀθίει, Altissimum, ac

Democriti sen-  
tentia de Deo.

Igne mundi  
anima.

Stoici & Pla-  
to stellas deos  
putarunt.

Idea Platonis

Definitio Idea-  
rum ex Dio-  
nyso

Alia descri-  
ptio Idearum,  
& quæ causâ  
ratio.

**B** supremum omnium Deorum, ipsam dixere Mentem. Hinc apparet quid senserint, quicunque astris, aut mundo dederunt diuinitatem, non illam scilicet ineffabilem, supremam, principem inuentricem omnium, sed diuinum quiddam, factumq; ab ipso Deo. Ideas quoque Plutarchus perhibet Socratem & Platonem sensisse, ἐν τοῖς νοήμασι, καὶ ἐν ταῖς φαντασίαις τῆς θεοῦ, ταῦτα τῶν νοῦ ὑπερῶνας, In cogitationibus, sensibusq; Dei, hoc est, Mentis subsistentibus. Sic Deus est mens, creatrix mundi, cuius Ideas in se contineret. Is locus & hæc declaratio Plutarchi admirabilis & obseruanda, vt scias & quid de Ideis senserit Plato, & quo in loco habere deceat Ideas. Sunt videlicet, sicut rectè & sapienter diffiniuit Dionysius, προελοσμοτα καὶ θελήματα θεοῦ, prædefinitiones & voluntates Dei. Idq; etiam perhibet Pfellus priores Chaldæos sensisse: cuius testimonio recognosces ea, quæ superiores attulerant, Chaldæorum esse, sicut item erant Trismegisti. μίαν ἀρχὴν τῆς πάντων διέταξεν, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἀγαθὸν ἀπὸ ὁμοίου ἰδέας δὲ νομίζουσιν, καὶ μὲν τὰς τῆς πατρὸς ἐνοίας, καὶ δὲ τὰς καθόλου λόγους, φυσικὰς καὶ ψυχικὰς καὶ νοητὰς, καὶ δὲ τὰς ἐξηγητικὰς τῆς ὄντων ὑπάρξεως. Vnum, ait, principium omnium opinantur Chaldæi, ipsum Vnitatem, & Bonum, laudando vocantes. Ideas sentiunt, modò Patris cogitationes, modò rationes vniuersales naturæ, mentis, animæ, modò separatas à rebus subsistentias. Dico igitur ex sententia Plutarchi & Dionysij, prioris quidem, opinionem Platonis fuisse, Ideas esse primum illud Chaldæorum, Patris, id est, opificis mundani sensû, & meditata: posterius, Ideas esse ipsas Dei voluntates. Si addideris secundum significatum, vt sint rationes naturales, & vniuersales in natura, & in mentibus & anima, rectum erit, & idem ferme atque primum. Vltimas autem Ideas sicut Plato & Aristoteles, & Dionysius reiecerunt, delectum in Chaldaicis dogmatis habentes, sic prorsus reiiciendas cuique, perspicuum. Ergo pro errore, & fabula, commentoque habendum dogma quorundam Platoniorum, τὰ νοητὰ, id est, Ideas, quæ Plato in mente opificis statuit, esse quandam diuinissimam, primamq; Deorum gentem, ceu primam Angelorum Hierarchiam. Item vnitates rerum, & Ideas separatas, fontes, & origines. Commentum non à veritate modò, sed etiam Platonis animo alienum, vel Plutarchi ad rationis claritatem testimonio accedente. Item ex Plutarcho obseruari operæpretiû est, & scitu dignissimum, idem esse diuinam Mentem atque ipsas Ideas, quod Philo, & Plotinus docuerunt: Sapientiamq; eius esse Idearum cunctarum naturam, ac substantiam: idemq; totam Idearum seriem, atque ipsam immensam Dei sapientiam. Obseruandum item hanc Mentem eò fuisse cunctis Philosophis creatorem, quod ei tribuerent Ideas rerum origines. Ex quibus claret eos sensisse, locutosq; esse, quæ à Barbaris didicissent. Priores Barbari Chaldæi, Ægyptij, & quos priore loco statuere fas erat, Hebræi hanc Mentem rerum creatricem prædicauerant, antepontes ei quendam alium genitorè suum. Cuius rei pro Chaldæis testis est cum Sibyllis secta Zoroastreorum & Magorum: pro Ægyptiis Trismegistus: pro

Hebraeis ad alios multos, Philo: pro Graecis maxime Plato, omnique Platoniorum familia: prior autem Orpheus. Apud quos vno ore, Patrem istius aeternae, omnipotentis, omniaque creantis Mentis, inuenies. Quod partim ostendi, partim ostendam.

Ex Proclo, & Porphyrio de Mente, & eam antecedente Genitore.

CAP. XIII.



HAC item Mente, non solum rerum opifice, sed etiam secundo principio, habente ante se priorem, multa loquuntur alia concorditer Platonici, per manus inuicem tradentes Theologiam. Nam Proclus in praemonstrato libro, ubi de Theologia Platonis, quae traditur in Parmenide, multa dubitat, haec dicit: ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ, καὶ τῆς πλειονῆς φιλοσοφίας μετέχοντες πλὴν νοερῶν φύσιν ἐνταῦθα περιφρονεῖν λέγουσιν, ἀπὸ τῆς ὑπερῆς οὐσίας τῆς ὄντων ἀρχῆς ὑφισταμένου, καὶ πάνθ' ὅσα εἰσὶν τούτης συμπερασματικῶς ἐκτείνονται, τῆ τῆς οὐσίας καὶ πᾶσι δυνάμει, συναρμολογῶν ὅτι χροῦσι: Sed veteres; inquit, & qui Plotini Philosophia sunt initiati, naturam intelligibilem in Parmenide dicunt ab vno super substantiali rerum principio subsistentem, & omnes, quae per hanc praeponuntur conclusiones, Mentis vni, atque perfectissimae potestati coniungere nituntur. Ecce Proclus testatur Philosophiam Plotini id maxime studuisse, ut ostenderet naturam intelligibilem, & inuisibiles substantias, Angelorumque choros ab vno substantiali procedere principio. Quod E autem sit principium tantum ac tale, paulo post docet: Mens videlicet; ad cuius ineffabilem potestatem, omnes, quae sunt in Parmenide Platonis, & de quibus tam multa cuncti differunt, conclusiones, conentur reuocare: vt quidquid ibi locutus sit Plato, pertineat ad Mentem, ordinemque intelligibiles, a super substantiali principio Mente nascentes. Hocque est quod in nostra Theologia, per eum creata visibilia, & inuisibilia, siue thronos, siue potestates, siue virtutes, siue dominationes. Haec a Platonis dicitur νοερὰ φύσις, & dicitur nata a super substantiali principio, ab ineffabili, & omnipotenti Mentis auctoritate. Perhibet idem Proclus, apud vetustiores Platonicos (vt eorum diuinitatem agnoscas) καὶ πᾶρ αὐτοῖς εἶθε ἡρῶν λέγειν, τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ θεοῦ ἐν πύλλῃ, πλὴν δὲ ψυχῆ ἐν καὶ πολλὰ: Apud eos iactari solere, primatum omnium rerum Vnitatem, ipsam autem Mentem vnum multa: Animam vero Vnum & multa. Sunt igitur haec omnia symbolica, & mathematica, quibus significabant res diuiniore, Tria numina, & qui in Epistola sunt tres reges, nominibus mathematicis designantes. Primus est vnitas Pater, qui est ante omnia, eoque est Vnitas, & Principium. Mens autem nascens ab illo, est Vnum multa: Vnum quia retinet naturam paternam: Multa, quia facit secundum numerum. Est enim secunda. Ab ea incipit numerus. Tertio loco est tertius rex, aut tertio, vocatus Vnum & multa, addita copula, vt magis eum a primo distare, secundum numerum, designarent: quia secundo loco. Copula quidem verum non significaret in eo, quia faceret tertium, aut numerum. Separatis autem duobus, vnum ab vtraque parte F est. Tertius est vnum, & multa: Quia tum procedit a primo, eoque retinet naturam eius & nomen: tum tertio loco existens est, & multa: quia si tria separet, ab altera parte remanet vnitas, ab altera multitudo, nempe duo. Sed relinquamus nomina nihilium mathematica. Illud perspicuum est, secundo loco Mentem eos statuisse, post Patrem suum: idque vetustiores Platonicos tradidisse. Proclusque adducit ex Porphyrio ἐν τῇ πατριαρχῶν τριαγῶν μαθηματικῶν, τὸν γένεσιν εἶναι μὲν αἰώνιον ἐν πολλοῖς καὶ χαλοῖς ἀποδείκνυσθαι λόγους, ἔχει δὲ ὅμοιος ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀσπαράσσον τὸ νῦν, τὸ ἐν ἑαυτῷ ἀσπάρσσει. εἰκὲν μὲν ἢ ἐπέλεγα πᾶντος: τὸ δὲ αἰώνιον δευτέρου ἔχει, μᾶλλον δὲ τρίτου ἐκείνου. πᾶν γὰρ οἶμα τῶν ἀσπαράσσον καὶ αἰώνιος τὸν αἰῶνα, μέσον ἰδρῶσαι: Porphyrius, inquit, in libro quo agit de Patriarchis id est, primis rerum auctoribus, Mentem esse aeternam, multis, ac praclaris probat rationibus: habere tamen in se quod sit Menti praeternum (vt sic vertamus verbum) Vnitati connectere. Illud quidem erat ultra omne aeternum: aeternum autem secundum habere, imò verò tertium ordinem ab illo. Oportet enim, vt reor, praeterni, & aeterni mediam ipsam collocare aeternitatem. Tum addit Proclus (sed de hoc, sermo nobis ne sit) ποσὸν δὲ δὲ ὅμοιος ἐν τῷ εἰρημῶν λέγειν, ὅτι καὶ ὁ νοῦς ἔχει πᾶν κρείττον ἐν ἑαυτῷ τῶ αἰώνιος: Tantum, inquit, ex dictis accipiamus, quod etiam Mens habet aliquid melius in se ipsa, quam aeternitatem. Ex his, etsi dicuntur obscure, & more Platoniorum, is tamen efficitur sensus, Mentem esse

Mens, vnum multa. Tria numina, tres reges, vnum Deus.

Mens post patrem statuta. Procli locus.

Mens aliquid in se melius habet quam aeternitatem.

Aesse sempiternam, habere autem quod eam antecedit, non tempore, aut aeternitate (nam aeterna sunt aequalia) sed natura: vt cum sint duo aeterna, sed alterum alterius genitor, necessarid gignens verè sit aeternum, & aliud magis, quam alterum. Nam Primus ipse est ante omnem aeternitatem, non tempore, sed natura: aeternus autem ipse Filius habet secundum locum, imò verò, quoniam inter aeternum & praeternum, interiacet aeternum, vel aeternitas, necessarid tertio in loco est aeternum. Sed scias ista dici de summa Patris excellentia: quia cum Mentem aeternam genuerit, non potest esse praeternus ipse, id est, ipsam aeternitatem antecedens. Et ipse Porphyrius testatur esse Mentem habere quid aeternitatem melius. Ergo ea dicuntur, vt ostendatur id, quo Genitor praecedit Genitum, vt ipse docuit, cum Patrem suum maiorem se praedicabat, referebatque illi accepta cuncta bona. Hoc Platonici explicare melius non valentes, vti sunt nominibus Aeterni, & Praeterni, quorum primum, est Mentis, secundum eius qui Mentem natura praecedit. Quorum conformitatem, & summam naturam coniunctionem declarantes, dicunt Aeternum, ipsam nempe Mentem, habere quid aeternitatem melius, adstantere scilicet, ad naturam Primi. Dicunt etiam ipsam Mentem habere in se Praeternum, id est, naturam ante aeternum, ante saecula, quo copulatur cum Vnitate, quae Pater ipse est, primum esse, primatus, fons omnium rerum, vnde numeri cuncti prodire, ante omnia ipse Filius. Totaque tandem haec Theologia est, quam nos quotidie celebramus, quod Mens & proles Dei fit patri suo co-

Primus non tempore, sed natura.

Ioan. 14.

Ex eodem Proclo, de Genitore, summo Bono, progenie diuina, Mente: item de tertio Anima, seu spiritu: & de diuinitate ipsius Mentis.

CAP. XIII.



DIUINITVS etiam est de ea locutus Proclus, declarans & Platonis Theologiam, & aliorum placita Platoniorum: cuius testimonio, & quantum Menti praecellat Vnitas ipsa, noscitur, & quanta rursus inter eam ipsamque Vnitatem coniunctio intercedat: in eo ipso libro de Platonica Theologia: ἡ ἑστία καὶ ὁ νοῦς, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὁρώτως ὑφισταμένη λέγεται, καὶ αὐτὴ τὸ ἀρχαῖον ὑπερῶν ἔχει, καὶ πληροῦσαι τὴν τῆς ἀληθείας φωνὴν ἐκείθεν ἀροῖόντος, καὶ τῆς ἐπιβαλλέσης αὐτῆς μεθέξεως ἐκ τῆς ἐνδοσεως τῆς φωνῆς τῆς αὐτῆς, ὃ δὲ καὶ αὐτὴ νῦν, καὶ τῆς οὐσίας ἐστὶ θεώτερον, ὡς τὸ ἀρχαῖον ὁρώτως ἐξήρητη μόνον. Quae sunt: Substantia, & Mens a Bono & principaliter, & primò dicitur subsistere, & circa Bonum, existentiam habere, & repleti lumine veritatis illinc promanantis, & accipere participationem seu dependentiam ex coniunctione, & vnione luminis, quod & ipsa Mente & substantia est diuinius, vt quod primò dependet a Bono. Haec ille: quibus nihil profundius, grandius, sublimius effari potest omnis Theologia. Est autem apud Platonicos altissimum dogma, idem esse, substantiam, siue Ens, atque ipsam Mentem: idem quoque Bonum, & Vnitatem. Iure autem, Mens, & substantia, siue Ens, sunt idem: quippe & ipsa Mens apud vetustissimum Theologorum Mosen dixit, Ego sum, qui sum, Graece, εἰ δὲν: Philosophis, τὸ ὄν. & Dionysius Iesum vocat τὸ ὄν. Est autem Iesus filius Dei, Mens ipsa. Ea est primum, excellentissimamque Ens, primo principaliterque nascens a Patre summo Bono, & Vnitate. Vt ergo substantia & Mens sunt nomina secundi principij a Patre procedentis: sic ipsum Bonum, aut summum Bonum, atque item Vnitas, sunt nomina primi principij. Vnitas quidem, quod ab eo nascuntur omnia, vel ipsa Mens, caput, & fons omnium. Dicitur, inquit Proclus, & constantissima fama est inter omnes Theologos, ab ipso summo Bono, primitus, primò, ante omnia subsistere Mentem, & ab eo, & circa ipsum habere existentiam, circa ipsum reuolui: quia nisi esset illud, ipsa non esset. Inde nascitur, dependet, sicut ipsa fatebatur in mundo. Inde repleti quoque inquit lumine veritatis manantis inde. Est enim diuina progenies lumen aeternum, lumen de lumine, est sapientia patris sui. Eoque clamabat, Doctrina mea, non est mea, sed eius, qui misit me. & cum diceret se glorificatum a Patre suo gloria aeterna, antequam mundus fieret. Hoc omne multis nominibus

Substantia, id est atque Mens, bonum, vnitas, & ὄν, καὶ τὸ ὄν.

Ab ipso bono Mens: Lumen de lumine. Ioan. 7.

Mira Platoniorum Theologia.

significant Platonici, dependentia, participationis, existentia ex illo, & circa illum, luminis ex illo. Ac quod ait, hoc lumen quod Patris est, esse Mentem diuinam, noris eum sentire, Patris preexcellenciam, & primum esse, fontalemque lucis aeternae (quae natiuitas ipsa est proles sua, imò proles ipsa) existentiam. Non potest enim aliter excellentia paterna designari. Sed audi mirabilia, ut caelos eis patefactos possis dicere, vidiffique eos gloriam sempiterni Dei. Omnis enim haec Theologia Procli, est superiorum, & ante eum Platoniorum, ut stupeam nostram radiantem apud eos miratus Theologiam.

Mens nostra, imago prima Mentis e quomodo.

πῶς τὸ νοῦ τὰ ἐν δυνάμει ἀπορρίπτει τῆς ἐξηρημώσεως τῆς ἐνός ὑπεροχῆς. εἰ τῶν καὶ ὁ ἐν ἡμῶν νοῦς ἐκείν τῆς πρώτης νοῦ, καὶ κρατῶν τῆς τοῦ μόνου τῶ ἀγαθῶν, καὶ ἡμῶν κρατῶν τῶ νοῦ μετουσίαν ἀνταρθεῖα, καὶ τὸ οὐκ εἶναι ἀγαθὸν παρῶν: ἀλλὰ ὁ μὲν ἡμέτερος νοῦς, τῆς ἀγαθῆς διαζευκται, καὶ βῆν ἐν δυνάμει, καὶ ἀφ' οὗτο διακτε, καὶ τῆς ἡδονῆς δέεται. ὁ δὲ γὰρ ἁγιος νοῦς, αἰετῶ ἀγαθῶ μετῆχει, καὶ σὺλλύεται πρὸς αὐτὸ, καὶ ἀφ' οὗτο τῆς ἁγιῶς βῆν, ἀγαθοειδῆς βῆν ὡν κρατῶν τῶ ἀγαθῶ μετουσίαν, ἁγιος δὲ ὡς τῆς πρώτης θεότητος ἐξηρημώσεως: Secundum, inquit, ordinem, post Vnitatis separatam excellentiam dicere Platoniam Theologiam habere Mentem. Si igitur & mens nostra est imago primae Mentis, etiam secundum hoc tantum bonum, & nobis secundum Mentis participationem, sufficientia, & proprium bonum adsit. Sed mens nostra à bono difuncta est, estque indiga, eoque etiam voluptatis indiga ad humanam perfectionem. At diuina Mens semper bonum participat, & vnita est cum ipso, & propter hoc diuina est. Similis quidem ipsi summo Bono, secundum Boni participationem: diuina verò, ceu quae sit cum prima Deitate connexa. Haec Proclus. Ecce secundus ordo loci que Mentis post altissimam eminentissimamque Vnitatis excellentiam, ac supereminentiam. En item mens nostra, imago diuinae Mentis. Fecit enim nos ad imaginem, & similitudinem suam. Ecce nobis non aditus ad Patrem, non Boni communicatio, nisi per Mentem primogenitam, nostra mente ab ipso summo Bono longè difuncta. Ecce quoque Mens diuina, Mens Dei, Mens paterna, ut Chaldaeus dicebat, ἀγαθοειδῆς similis summo Bono, gerens similitudinem, formamque summi Boni Patris sui. Propterea dicebat, Qui videt me, videt & Patrem meum. Ecce Deus ipse Pater, ipsa prima Diuinitas. Denique ecce quod ait diuus Ioannes, Et Verbum erat apud Deum, qui quidem sermo sonat, quod Proclus, σὺλλύεται πρὸς αὐτὸ, Coniunctus erat cum ipso Bono. Ioannes, ἦν πρὸς τῶν θεῶν: Proclus, σὺλλύεται πρὸς ἀγαθῶν. & Ioannes, Erat apud Deum: Proclus, Coniunctus, vnitus cum ipso. cum Ioannes ait, Erat apud Deum, designat, coniunctus erat, cohaerebat cum Deo, erat à Deo inseparabilis, coaeternus. Quem Ioannes vocat Deum, Proclus ipsum Bonum, etiam Deum. Quod Ioannes item λόγον, Rationem, Verbum: Proclus νοῦν, Mentem. Idem est autem Ratio & Mens. Ratio, sapientia summi Dei. Nota obsecro, inure menti, infige verbum illud σὺλλύεται, coniuncta est, vnifaceta, ut sic loquar, erumpens Verbum Philosophis contra Arianos, & alios, qui disungebant Mentem à summo Bono. Coniuncta est, ait, vnita cum summo Bono Mens. Hoc Proclus ex Platone, hoc omnes. Quod si Proclus dicat excellentiam summi Boni etiam à Mente ἐξηρημώσεως, separatam: scias eum maiestatem illam, altissimamque diuinitatis arcem eo, non difunctionem innuere. Quod si secus sentiat, ecce se ipso refellitur, σὺλλύεται, vnita, vnifaceta, copulata, connexa Mens cum summo Bono: Nec rectè explanaret Platonem. De Mente quoque considerandum, quod ex sententia caeterorum Platoniorum idem Proclus pronunciat: νοῦς δὲ ἐν αἰῶνι τὸ (ἡμῶν) ἔχει τῆς ἁγίας αἰῶν ἐνεργείας καὶ πάσαν ὁμοῦ τῶ νόησιν ἐν τῶ νοῦ ἐτάσσει πηξάμενος, ἐνθεός ἐστὶ ἀφ' οὗ τῶ πρὸ αὐτῆς παντὸς αἰῶνι, διττῆς γὰρ ἔχει τῶ ἐνεργείας ὡς φησὶν ὁ πλάτων, τῶς μὲν ὡς νοῦς, τῶς δὲ ὡς μεθύων τῶ νέκταρι, καὶ ἐν ἄλλοις ἔπει καὶ ὁ νοῦς ἔπος ἐν τῶ πρὸς ἑαυτῆς ὡς θεός, ὡσαυτὴ ἡ ψυχὴ τῆς ἑαυτῆς ὑπὲρ ψυχῆς ἐκέρχεται νοῦς, καὶ τὸ σῶμα τῆς πρὸς τῶ σώματος δυνάμει ψυχῆς. πάντα δὲ ἐν ὡσαυτὴ ἐκποικίλει ἐν ἑρτηται τῶ ἐνός ἀφ' οὗ μὲν καὶ ψυχῆς. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἐνοειδῆς βῆν, ἡ δὲ ψυχὴ νοειδῆς. ὁ δὲ θεός πρὸς τῶ νοῦ τῆς νοερα φῦσει πρῶτος ἐπιχάμενος. ὁ δὲ νοῦς ἁγίατος ὡς πρὸς τῶν ἄλλων ἐνθεός μενος. ἡ δὲ ψυχὴ ἁγία καὶ ὅσον δέεται τῆς νοερας μεσότητος. Quae sunt, Mens in aeternitate habet vitam, & substantia, operationeque intelligendi est ipsa aeternitas, simulque omnem intellectionem in praesenti habens defixam, Deifica est, id est, Deo similis, diuina propter causam vniuersi, quae ante se est. Duas enim, ut Plotinus testis est, habet operationes: primas, ut Mens: secundas, ut nectare ebria. & in caeteris quidem est ut Mens: in eo autem, quod ante ipsam, ut Deus: sicut anima super omnem animam sua excellentia est Mens: corpus autem virtute, quae est ante corpus, fit anima. Omnia igitur, ut diximus pendent ab Vno, per Mentem

Gen. 2. Nullus nobis ad patrem aditus nisi per Mentem. Ioan. 14. Ioan. 1. Cōsiliatio loci D. Ioannis cū Procli verbis de Mente Dei. Ariam disingebat Mentem à Deo.

Mens vnita cum Deo.

Mens, Deo similis.

A Mentem quidem, & Animam. Et Mens quidem Vniformis est, Anima vero Mentiformis, ut sic loquar. Atque Deus qui est ante Mentem, naturae mentali primum superuehitur. Mens autem est diuinissima, ut quae ante omnia Deifica. Anima verò diuina, quatenus indiget media Mente. Haec apud Proclum, similia atque superius admiranda mysteria, ut mirabile sit, quoniam instinctu ad haec peruenerint. Tria dicuntur esse apud eos principia, Deus aut Bonum vel Vnitas, Mens, Anima: tres imperatores, primus Bonum, secundus Mens, tertius Anima. Mens, inquit, est sempiterna, aeterna sapientia, aeternum intelligere, sempiternum sapere. Haec fit, aut gignitur Deus ab antecedente causa Genitore suo, qui proprie & primò dicitur apud nos & illos, Deus. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi. Glorificauit Deus Filium suum. Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati. Quem proposuit Deus propiciationem per si dem in sanguine ipsius. Nemo nos separabit à Charitate Dei, quae est in Christo Iesu. Innumeràque exempla. Habet igitur Mens ab antecedente causa eam diuinitatem, aeternamque sapientiam. Est quidem & ipsa Deus, sed ab illo Genitore suo. Quidquid autem est, aeternaliter est. Habet duas operationes: alteras, ut Mens, ut rerum principium, ut intelligens, moderans, producens omnia quae creauit, ut spectans post se: alteras, ut respiciens supra se Genitorem suum, fruensque ex eo aeterna voluptate, nectare diuino ebria, beata ex amore, & dulci charitate, quem suspicit, admiraturque semper, Patris sui: ex quo deificatur, fit, estque Deus, sicut est, quia genita ab eo, ut Macrobius dicebat. Anima verò tertium principium est ut Mens, propter coniunctionem substantia, eoque etiam Deus, quia & ipsa à primo per secundum, & à secundo. Corpora verò, ut effectus trium principiorum. Omnia denique sunt ab Vnitate. Nam Mens ab Vnitate gignitur, inde voluptas est, & diuinitas eius: eoque diuinissima: quoniam sola gignitur à Deo, & genita est Deus. Caetera participant diuinitatem, propterea non sunt diuinissima. Nomen autem Diuinissimi est apud Platonem, & Aristotelem. Plato vocat Verbum Dei diuinissimum: Aristoteles, Mentem diuinissimam, ut videbis. Anima autem etiam Deus, per vtrunque, maximè per secundum. Ac Pater, ut ait Dionysius, quoniam est pater luminum, irradiat in omnem naturam Angelicam. Haec illi dixere, partim ex Platone, partim ex nostra Theologia hausto. Siquidem haec sunt ea, quae Graeci, Latinique definiere, Spiritum, id est, Animam, tertiumque principium, esse aeternaliter à primo, & secundo. Primus dicitur à nostris, & ab illis Pater: praecipue verò ab illis Vnitas, & bonum. A nostris item fons, & principium totius Deitatis. Ipsam inquam dixere Animam, seu Spiritum, essentiam suam, suumque esse subsistens habere ex Patre simul, & Filio, & simul ab vtroque aeternaliter tanquam ab vno principio procedere. Filium causam esse Animam, Graeci, principium Latini, sicut & priorem. Omnia enim, quae Patris, seu Boni sint, dedisse Patrem ipsum vnigenito Filio suo gignendo, praeter esse Patrem. Et quod Anima vel Spiritus procedat ex Mente vel Filio, ipsam Mentem à Patre aeternaliter habuisse, à quo aeternaliter sit genita, Patremque esse fontem & principium totius Deitatis. Ecce enim ipsi dicunt omnia pendere ab Vno, sed per mediam Mentem & Animam. Quippe Pater cum sit fons, & principium totius Deitatis, primò efficit esse Deum Filium, & Animam, alterum gignendo, alterum producendo. Est enim Proclo teste, etiam Anima Deus, non fontaliter, sicut primus, proprie Deus: sed ut ab illo producta. eoque vocat eam magis diuinam, quam Deum: & quod procedit à primo, vel datur per medium secundum. Gratias igitur agamus summo Deo, qui coegit etiam suae religionis imperitos, rapido mentis excessu abstractos, pro ea loqui, caque perhibere de ipsa testimonia, quae nemo fit, qui non miretur, obstupescat, lacrymas etiam qui pius est, praegaudio profundat.

Mens vniformis, Anima mentiformis. Tria principia Platoniorum, Deus, Mens, Anima.

2. Corinti. 1. Ioan. 17. 1. Ioan. 4.

Mentis duae operationes.

1. Comment. in Somn. Omnia sunt ab Vnitate.

Verbum dei diuinissimum Platoni. Deus, pater luminum.

Spiritus, anima.

Filius causa anima.

Omnia pendere ab Vno, sed per mediam Mentem.

Etiam religionis diuina imperiti de Deo magnificè loquuntur.

Mirabile testimonium Porphyrij de eadem Mente ab aeterno genita.

C A P. X V.



ÆDEM lacrymae manabunt ei, eadem eum gaudia arripient, qui leget ea, quae scripsit Porphyrius. Quippe quae Proclus, perinde ac si de caelo caelestis Angelus eum docuisset, nunc locutus est, & proposuit, superiores Platonici, & quidem diuinius & augustius tradiderunt. Porphyrius igitur in quarto de historia Philosophi (quem locum totum Cyrillus contra Iulianum Imperatorem:

Porphyrij locus praclarus de aeterno.

quem cæca dementia, & odium veritatis non finebat cernere verum, nec quam contemneret religionem, illam esse, perspicere, quam sæcula Philosophiæque omnis arcanæ coluisset, quamq; ipse nescius insectaretur, profert) de summo bono ex opinione Platonis, stupenda miracula scripsit: *Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἐστὶν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο, ἢ τὸ θεῖον, καὶ τὸ θεῖον ἑαυτὸν ὑπερῶτα: ἢ ὅτι δὴ τὰ ὄντως ὄντα, καὶ ἡ πᾶσι ἕσται τῶν ὄντων, ὁ δὴ καὶ τῶν ὄντων κελόν, καὶ αὐτοῦ κελόν παρ' ἑαυτοῦ τῆς κελόντος ἔχον τὸ εἶδος, τῶν δὲ τῶν ὄντων ἀπ' αὐτῆς τοῦ θεοῦ ἀρμυμυμῶς αὐτοῦ γένεσις ὡν, καὶ αὐτοῦ πατὸρ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος κελόντος τῶν γένεσις τῶν ὄντων. ἢ τῶν ὄντων γένεσις, ἀλλὰ τὰ τῶν ὄντων αὐτοῦ γένεσις ἐκ θεοῦ, τῶν ὄντων δὲ ἐκ ἀπ' αὐτῆς τῆς κελόντος ἔπειτα γὰρ γένεσις ἦν, ἀλλὰ ἢ δὲ γένεσις γένεσις τῶν ὄντων ὅτι ὁ γένεσις. ἢ γένεσις γὰρ αἰεὶ καὶ μόνος ἀγένεσις ὁ νῦν, ὡς περὶ δὲ ὁ θεὸς ὁ τῶν ὄντων, ἐκ γένεσις μόνος αἰεὶ, καὶ ἀπ' αὐτῆς γένεσις τῶν ὄντων, τῶν μὴ τῶν ὄντων συναεθμεία, μὴ δὲ τ' ἀξίωσι αὐτῶν συγγενεταίτηα, δυνάσται τῆς ἐκεῖνος ὑπάρχει. ἢ τῶν ὄντων ἀγένεσις μόνος, καὶ ἀγένεσις ὑποστῆσι καὶ τῶν ὄντων αὐτῶν γένεσις ὅτι ἐν τῶν ὄντων αὐτῶν γένεσις ἑαυτῶν ὑποστῆσι.* Quæ sunt, Ab hoc autem summo bono ratione quadam hominibus incognita genitam Mentem tradit Plato, quæ prorsus per se ipsam existat: in qua videlicet sint veræ res, & omnis rerum substantia: quod & primò pulchrum, & per se pulchrum sit, habeatq; speciem pulchritudinis. Processit autem ante sæcula, vel æternitatem, ab autore Deo promanans, per se genita existens, & per se Pater. Neque enim illo mouente se ad generationem huius, processus fuit: sed isto progrediente per se generaliter, vel ex sua generatione à Deo: & progrediente, non à principio aliquo temporali: necdum enim tempus erat: sed neque creato tempore, præ illa est aliquid tempus. semper enim est carens tempore, & sola æterna Mens. Sicut autem Deus ille primus, vnus, & singularis semper est, licet ab ipso facta fuerint omnia, eò quòd cum his cõnumerari, & in eodem loco, quem habet substantia sua, ea poni non possunt: sic & Mens sempiterna sola, & sine tempore: & creatis his, quæ sunt in tẽpore, ipsum tempus est, permanens in vnitatem suæ substantiæ. Hæc testatur Porphyrius sensisse Platonem ex antro diuinitatis missa oracula, mysteriaq; ineffabilia, vt admirando expleri nequeam quibus tandem diuinis (vt sic loquar) Aquilonibus portati in cælum altissima sacramenta intropexerint: Nisi quòd iam Euangelio coruscante, melius ea, quæ Plato, Trismegistus, Sibylla, Magi, tot per omnem mundum oracula locuta fuerant, explicare poterant. Principiò igitur ingressus vastum Theologiæ pelagus, refert ab hoc summo bono, quod esse sempiterni Genitoris nomen, sæpe iam claruit, nasci Mentem, ineffabili, inexplicabili cunctis mortalibus modo. Vt & noster Vates similiter dixit, Generationem eius quis enarrabit? Cuius enim mens capiat vnquam ineffabilem Mentis natiuitatem? vt miraculum sit, vel hoc ipsum eos agnouisse, quòd nascatur, quòd sint duo, Genitor, & Genitus. Hoc primum decus huius testimonij, quòd ineffabilem fateatur hanc natiuitatem. Secundum, quòd nascens Mens per se subsistat, Deus scilicet & ipsa, omnipotens & ipsa. Tertium, quòd sit omnium rerum domicilium, sedes, & origo, fons, & principium, rerum vniuersalis essentia, verarum rerum regnum, & Idearum, quæ sunt essentiæ veræ, vasta mater. Sic prima pulchritudo, & omnis pulchritudinis origo, pulchritudo primordialis, exẽplar omnis pulchritudinis, mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse. Eoq; fuerunt omnia pulchra & bona, quæ fecit. Hanc pulchritudinem, & speciem, ideamq; venustatis, tanquam principium, & origo habet ipse à se ipso. Ad hæc, quòd nata sit ab ipso Deo æternaliter, & ante sæcula, ante æuum per se genita, per se Pater, quippe quæ nata, velut sui principium, & sibi pater est, quia genita à Patre, ipsa gigni, & nasci volens. Proinde etsi nascatur à Patre suo Deo, nascitur tamen ineffabiliter, volens ipsa nasci, quasi natiuitatis suæ etiam ipsa principium, non se ipsam generando, sed nascendo coniunctim, æternaliterq; ab illo. Designatur enim ineffabilis quædam Genitoris, & Geniti coniunctio, genus nascendi inauditum, incomprehensibilisq; modus. Diuersa, quam nostra, nascendi ratio, qui non sumus, antequam nascamur, nec à nobis habemus quidquam, differentes substantia à genitoribus nostris. Ibi quoniam ineffabilis, & admirabilis, alteriusque omnino generis natiuitas, & vt nascatur, tamen est patri cõqualis, coæternus, dicitur nasci ipse, volens à Patre generari, vt volendo nasci, ineffabiliterq; exultando ex ea natiuitate, & inseparabiliter à patre nascendo, ferme sit & ipse sibi genitor. Mysterium quidem altissimum, validissimæque in eos vociferatio, qui detrahunt diuinitati Filij. Hic non modo non detrahatur, vt nimium propemodum tribuatur. Repetit deinde hanc generationem non esse sempiternam, ante sæcula, cum nullum tẽpus esset:

Deus vnus, à quo omnia facta.

Nata Mēs in explicabili modo.

Esa. 53. dicitur. Genitor & Genitus.

Prima pulchritudo & exẽplar pulchritudinis, Deus. Nata Mens à Deo ante sæcula.

Genitoris & geniti coniunctio.

Aeslet: vt etiam tempus postea creatum nihil sit præ ipsa Mente, vt quæ sola sit sempiterna, & ante omnia tempora, nullum habens cum tempore consortium, aut dependentiam. & vt Pater sit sempiternus, & vnus etiam creator omnium, & autor: quia cum nullis commiscetur, & censetur omnibus tempore longissimè remanentibus: sic Mentem quodque æternam esse solam omnium: quæ etiam sit ipsum tempus, cum res sub tempore creauit, & ad ipsum tempus, mundi mensuram, venit, ipsum tempus, quo mensurarentur omnia, conditura. Nihil dici, aut cogitari poterat altius, grandius, sublimius, profundius. O Platonici igitur, qui nesciebatis huius admirandæ Sapientiæ religionem Christianam patronam esse veram, nec aliud hanc religionem esse, quàm cultum, & notionem summi Boni, & æternæ mentis, eorumq; inter se sempiternæ cõiunctionis scientiam, quæ nihil loquatur, clamet, vociferetur aliud: qua reprehensione tandem digni, qua cæcitate capti, qui eam insectabimini, quibus vos admiranda, stupendæque mysteria, cum summa admiratione explicatis, & principem vestrum Platonem putatis, & asseritis ea tenuisse, scripta reliquisse? Misereri quoque oportet miserrimos Hebræos, quibus ob inauditam cæcitatẽ, ob profundam animi caliginem, eadem dominatur calamitas: qui quæ iam inde ab exorto mundo per omnia sæcula innouit Sapientia, quam gentes omnes cælitus reuelatam coluerunt, tradiderunt, & suæ gentis doctissimi monumentis literarum mandauerunt, apud omnes suæ gentis eruditos sub secretis mysterijs abscondebatur, non vident nunc adorari, coli, agnosci à toto terrarum orbe. Ideo nunquam deficiet hæc religio, & vera illa Sapientia, & antiquissima sæculorum omnium, in arcanis abstrusa Theologia.

Mens sola æterna & ante omnia tempora.

Religio est cultus & notio summi boni.

Platonici cæci qui tam mira dixerunt, tamen vera religionis expertes. Hebræi cæci & ignari vera sapientiæ. Religio nunquam deficiens.

Ex Plotino de eadem ipsa mente, & Genitore eius, & eius cum Patre coniunctione: & quòd post Patrem sit maxima omnium Mens.

C A P. X V I.

**P**LOTINVS item inter Platonicos maximus, & vbiq; celeberrimus, mirabiliter omnia, quæ superius ab antiquis tradebantur, approbavit, differuitque copiosius, vt hæc veræ Sapientiæ mysteria perfectissimè videatur tenuisse: vt instar miraculi sit, totus is hominum, ac sæculorum concursus, ac consensus. Audiant igitur Philosophi patefactum nouissimis sæculis, quòd antea foret etiam notum, atque animis multorum hominum comprehensum, declaratum autem postea, atque ita diffusum, vt quod angustis locis prius contineretur, in totum mundum euaserit, nuncq; Numen istud adoretur, omniscq; de eo philosophentur, de quo soli sapientissimi quondam, & hi omnino pauci philosopharentur. Hæc est enim scientia Domini, qua repleta est omnis terra, quòd omnes nunc philosophantur, Patrem & Filium cognoscentes, adorantes, semper loquentes: quæ scientia prius erat paucorum. Ac Plotinus, qui nec Christianus fuit, nec foras se norat Christianos, si scisset eos hanc adorare Sapientiam, quam maiores sui tantopere coluissent, ac veluti de profundissimis mysterijs de ea loquerentur, quorum scripta & ipse veneratus est, & approbavit, certè ipse cum cæteris Platonici religionem nostram, quam nonnulli eorum propter incertiam, velut superstitionem contemnebant, adorasset, retinuisset, veramq; esse sapientiam prædicasset. Plotinus igitur ad alia, hæc diuina, sublimiæque in libro de Tribus principalibus hypostasibus loquitur, quæ postea imitati sunt, & secuti Porphyrius, & Proclus, pluresq; alij Platoniorum: *τι οὐκ ἔστιν ἄλλο, ἢ τὸ θεῖον, καὶ τὸ θεῖον ἑαυτὸν ὑπερῶτα: ἢ ὅτι δὴ τὰ ὄντως ὄντα, καὶ ἡ πᾶσι ἕσται τῶν ὄντων, ὁ δὴ καὶ τῶν ὄντων κελόν, καὶ αὐτοῦ κελόν παρ' ἑαυτοῦ τῆς κελόντος ἔχον τὸ εἶδος, τῶν δὲ τῶν ὄντων ἀπ' αὐτῆς τοῦ θεοῦ ἀρμυμυμῶς αὐτοῦ γένεσις ὡν, καὶ αὐτοῦ πατὸρ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος κελόντος τῶν γένεσις τῶν ὄντων. ἢ τῶν ὄντων γένεσις, ἀλλὰ τὰ τῶν ὄντων αὐτοῦ γένεσις ἐκ θεοῦ, τῶν ὄντων δὲ ἐκ ἀπ' αὐτῆς τῆς κελόντος ἔπειτα γὰρ γένεσις ἦν, ἀλλὰ ἢ δὲ γένεσις γένεσις τῶν ὄντων ὅτι ὁ γένεσις. ἢ γένεσις γὰρ αἰεὶ καὶ μόνος ἀγένεσις ὁ νῦν, ὡς περὶ δὲ ὁ θεὸς ὁ τῶν ὄντων, ἐκ γένεσις μόνος αἰεὶ, καὶ ἀπ' αὐτῆς γένεσις τῶν ὄντων, τῶν μὴ τῶν ὄντων συναεθμεία, μὴ δὲ τ' ἀξίωσι αὐτῶν συγγενεταίτηα, δυνάσται τῆς ἐκεῖνος ὑπάρχει. ἢ τῶν ὄντων ἀγένεσις μόνος, καὶ ἀγένεσις ὑποστῆσι καὶ τῶν ὄντων αὐτῶν γένεσις ὅτι ἐν τῶν ὄντων αὐτῶν γένεσις ἑαυτῶν ὑποστῆσι.* Quæ sunt, Quid igitur de perfectissimo dicere conuenit? Nihil ne ab ipso, an maxima post ipsum? Maximum autem post ipsum Mens, & secundum. Etenim aspicit Mens ipsum, & eius tantum indiget: ipsum autem, Mentis nihil prorsus. & quòd à Mente maiore generatur, Mentem esse: & omnibus maior est Mens: quia post eam sunt cætera. Hæc intimæ Philosophiæ mysteria proloquitur Plotinus, vt si Christianus esset, aperius loqui non potuerit. Principio Patrem dicit esse perfectissimum, principium scilicet, maximum, eminentissimum, excellentissimum, præcedens etiam Mentem.

Plotini laus.

Plotinus minime religionem nostram nouit.

Liber Plotini de trib. hypostasibus principalibus.

Ioan. 10.

Hoc enim est quod Filius dicebat toties, Pater maior me est. Non id quidem tantum D propter corpus assumptum: sed quia ille Pater sit principium, fons totius Deitatis: Filius autem genitus, nascens & proles. A maximo ac perfectissimo Plotinus ait nihil generari præter Mentem: Maximam autem post perfectissimum, siue Patrem, esse Mentem, siue Filium: & quod ante omnia mirabilissimum est, ait Mentem suspicere, & intueri Patrem, & indigere eo solo, Patrem autem eo minimè. Aperit enim abditissimum mysterium, Patrem scilicet gignere Filium: tanquam ipse sit maior autoritas, quanta scilicet est inter Genitum, ac Genitorem. Quoniamq; Pater genitor est, primaque omnium origo, non indigere, aut dependere à Filio, Mente scilicet: contra, filium indigere eius solum, quod ab eo diuinitatem, substantiamq; habeat, discatq; ab eo omnia. Nec aliud dicitur hic à Plotino, quàm quod eadem Mens sæpe locuta est apud nos mortales, docens se à Patre missum, vnicam se, amantissimamq; eius esse prolem: nihil habere se, nisi quod Pater ei dedisset: quidquid haberet traditum sibi à Patre. Ecce Plotinus ait, Filium intueri Patrem, tanquam in eum, à quo tota sua pendeat beatitudo, tanquam in bonum suum, felicitatem suam. & iure quidem. Nam si ab eo, qui maximus, qui perfectissimus est, habet tantam diuinitatem, tantam naturæ magnitudinem, ut potuerit mundum visibilem, & inuisibilem creare, necesse est beatitudinem esse tantam, quanta beata maximum filium suum efficiat: id est, tantam esse beatitudinem, quanta est rerum suarum magnitudo, quanta diuinitas, quanta potestas. Intuetur Filius in Patrem, sinuque paterno continetur, nec alia est beatitudo eius, quàm ex bonis, & cog

Matth. 17. Luc. 9. Mar. 9. Filius intuetur Patrem, quomodo.

Optimum quod gignit & gignitur. Omnia terna, apud Platonem.

Ens, Mens, Idea.

Bonum est ultra substantiam.

Maxima coniunctio ex maxima perfectione.

Sola in se ipsa, id est alteritate separantur Boni ac Mēs, & quomodo.

Eadem nostra Philosophia, qualis veterum.

E

gnitione paterna, maximarum voluptatum thesauro. Ideoque optauit omnes ad hæc paterna bona sublimare. Præter hæc autem addit Plotinus: πῶς δὲ πᾶν τὸ γεννησάν, τὸ γεννώμενον καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα ὅταν αἰσι μῶσι τὸ γεννησάν, καὶ τὸ γεννημένον: ὅταν δὲ καὶ ἀέλπον ἢ τὸ γεννησάν σύνεστιν αὐτῷ, ὡς τῇ ἑτερότητι μόνον κεχρησάσθαι. εἰκόνα δὲ λέγουμεν εἶναι τὸν νοῦν. δεῖ γὰρ σαφέστερον λέγειν, καὶ ἀπὸ τούτου καὶ τὰ πλάτωνος τριτάτοι πάντοι: Defiderat omne quod gignit, id quod gignitur, & hoc amat: maximè verò, cum soli fuerint gignens, & genitum: cum autem optimum est quod gignit, necessariò est cum eo coniunctum quod gignitur, ut sola alteritate separentur. Dicimus autem imaginem eius esse Mentem. oportet enim loqui clarius. Eoque apud Platonem terna sunt omnia. Sunt, inquit, penes omnium regem omnia, & penes secundum secunda, & penes tertium tertia. Dicit quoque causam habere Patrem, causam quidem appellans Mētem ipsam. Opifex enim illi est Mens. Hunc autem dicit creare animam in cratero illo. Cum igitur causa sit ipsa Mens, Patrem eius dicit Bonum, & quod ultra Mentem est, vltraque substantiam. Multis autem locis appellat ipsum Ens, & Mentem, & Ideam: ut Plato cognouit, ex Bono quidem Mentem existere, ex Mente Animam, & esse verba ista minimè noua, neque nunc cœpta dici, sed olim, licet obscurè. Verba autem, quæ nunc super hac re habeantur, esse quasi earum interpretatores, quæ attestentur dictis Platonis, esse ea verba vetusta. Talia dicens ad verbum Plotinus, innuit quicquid prædicatur nunc de Patre, & Filio, de Mente, de Bono, à quo veteres fluere, aut gigni Mentem dixere, prisca Theologia: Tum quod Bonum sit vltra substantiam, vltra omnia: in quo excellentiam summi, ac Genitoris Dei oportet agnoscere. Neque enim est excellentius, ac maius quicquam. Idem Bonum vocat Genitorem, Mentem genitam, eaque fatetur esse coniunctissima, quia sit optimum quod gignit, & quia Genitor, ac Genitum sint soli. Ex quo vult effici, ut inter eos sit indissolubilis coniunctio. Maximam enim esse coniunctionem ex maxima perfectione. Aduerte igitur diuinam, profundissimamq; apud Plotinū Theologiam, de sempiterna Filij generatione ex Patre, & cum eo coniunctione, de beatitudine eiusdem, ex intuitu in Patrem. Postremò ait eos sola alteritate separari. Rem inauditam, ac stupendam. Sola, inquit, alteritate Bonum, ac Mens separantur, Græce ἑτερότητι, solis personis diceret Christiani. Alter enim est Pater, alter Filius, non aliud, vel alterum. Tanta est enim inter duos illos perfectio, perfectaque coniunctio, quanta deceat eorum diuinitatem. Tum respice quæso attentius, quid Plotonius tradat. Ait hæc mysteria, hos ipsos sermones, vltreamundana hæc sacramenta, esse vetusta: & nunc quæ dicantur, non esse noua, sed his explicari à veteribus tradita. Audi quæso, referq; animum ad ea, quæ tum in præfatione, tum toto progressu locuti sumus, quam nos habemus nunc Philosophiam, fuisse etiam apud veteres. Ipsum Plotinum audis consententem totam hanc Philosophiam à prisca descendere. Quo testimonio probatur, confirmatur, quicquid Chaldæi, Mercurii s

A Mercurius Trismegistus, Orpheus, Sibyllæ, cæterique omnes de Patris, ac Filij diuinitate tradidissent. Ipsi hoc testantur, non possunt à Christianis post natum Christum, esse conficta. Plura sunt alia apud Plotinum miranda de Patre, & Filio testimonia. Quos appellat nostra Theologia expressius, ac notius Patrem, & Filium, illi Bonum, & Mentem, Generans, & Genitum, Patris, ac Boni imaginem, ipsam Mentem, Bonum & Vltra substantiam, ipsum Patrem. Quis hæc cognouisset, nisi Philosophia cælestis illuxisset? Benedictus igitur primogenitus, vnicus, summi Boni filius, per quem & creati sumus, & redempti, & eousque amati, ut non celauerit vnquam profundissimam diuinitatem suam, cuius humanitatem, affabilitatem, clementiam, benignitatem, familiaritatem sentit in omni ætate omnis terra.

Vocabula Patris & Filij eadem atque Boni & Mentis.

Deus nunquam celauit suam diuinitatem ac benignitatem.

Ex eodem Plotino, quod Mens sit post summum Bonum, quod per eam ad summum perueniatur, quod sit locus, & Idea omnis pulchritudinis, quod creauerit mundum.

CAPVT XVII.



LATONICORVM item præcipuus Plotinus, cuius à cunctis prædicatur admirabile ingenium, etsi floruit ante Porphyrium, & Proclum, ut testimonia eius debuerint antecedere, tamen ordinè quendam de ea, quam dixere Mentem, Prolemq; summi Boni, nos sequentes auidos reddit, ut ea proponamus. Varia verò, & multiplex præter superiora de duobus illis, Genitore, Proleque ab æterno genita extat apud eum Theologia. Equibus in libro de Pulchro, hæc ex intimo quasi Philosophiæ antro profatur: γενεῶσα δὲ παρὰ τὸν θεοειδῆ πᾶς καὶ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλοι θεόσσεια καὶ θεόν τε καὶ καλὸν. ἦξει γὰρ παρὰ τὸν ἀναβαλόν ὅτι τὸν νοῦν, καὶ εἰ πάντα εἶδεται καλὰ τὰ εἶδη, καὶ φησὶ τὸ καλὸς τὸ εἶναι πᾶς ἰδέας, πάντα γὰρ ταῦτα καλὰ τοῖς νόοις γεννημασι καὶ εἶσα. τὸ δὲ ἐπέκρουα τὰ τε, πᾶς τῷ ἀγαθῷ λέγουμεν φύσιν, καὶ ἐβελγημάτων τὸ καλὸν παρὰ αὐτῆς ἔχουσαν, ὡς ἄλλοι κερὶ λόγῳ, τὸ παρὰ τὸν καλὸν: διαφανὲς δὲ τὰ νοητὰ, τὸ μὲν νοητὸν καλὸν ὄν, τὸ δὲ εἶδὸν φησὶ τόπον, τὸ δὲ ἀγαθὸν τὸ ἐπέκρουα καὶ πηγῶν, καὶ ἀρχῶν τῶ καλῷ, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν παρὰ τὸν θῆσεια, πᾶσι ἐκεῖ τὸ καλὸν. Quæ sunt, Sit igitur quisque primum Deiformis, & pulcher quisque, si Deum, & ipsam pulchritudinem sit contemplaturus. Veniet enim primum ascendens ad Mentem, ibique omnes species pulcherrimas noscet, & dicit hanc pulchritudinem Ideas esse. Omnia enim hæc sunt pulchra genituris, & substantia Mentis. Vltra verò & supra hanc, naturā Boni dicimus, quæ propositum sibi pulchrum habet. Quocirca perfecta ratione est prima pulchritudo: Diuidens autem intellectualia, quod quidem est intellectuale pulchrum, formarum dicit locum. Bonum autem quod est vltra fontem & principium pulchritudinis, vel in eodem Bonum, & pulchrum, primum statuet, verum ibi pulchrum. Hucusque ille. Quæ etsi abstrusa Plotiniciq; vsitata ratione proferuntur, hunc tamen habent sensum: Vides primum sanctissima illa duo, altissimaque numina, quorum primum in omni vetusta Philosophia vocatur Bonum, secundum Mens? Ac loquitur de eo, qui cupiat videre veram pulchritudinem, oportere eum primum fieri Deiformem, affumiliari Deo, quod nunquam ad verum venustatis intuitum sit admittendus, nisi diuinam sibi similitudinem assumat. Est autem similitudo, Platone ipso teste, sanctitas, iustitia. Hæc habeat necesse est, quem tenet veræ pulchritudinis aspiciendæ ardor. Atque is qui beatitudinē hanc affectat, ascendens animo ad fastigium rerum, primum gradum faciet ad Mentem: hæc enim est post summum Bonum. Et ipsa dicebat hominibus, se duces esse, & portā ad summum Bonum: & quod nemo potest videre Patrem, nisi Filius adduxerit, ac reuelarit. In hac igitur Mente, quæ fuit mundi melioris origo, omniumq; rerum, quæ suis originibus, & rationibus æternis (quas Ideas Philosophi dicunt) continebantur, principium, cernit omnem Idearum venustissimam varietatem. Habent enim, ut superius vidimus, omnes fateri, Idearum locum, sedemq; in ipsa Mente. Mens, ac Verbum, ut ait Philo, est Idearum locus. Progressus igitur ad Mentem, cernit hic omnes Ideas, earumq; venustatem: quæ quoniam Mente continentur (Mens enim habet exemplar omnis pulchritudinis) iure omnia sunt pulchra, Mente creatrice, genitricæque, & substantia, siue existentia rerum. Vbi autem Mentem attigerit, superabit quoque altius ad alium subli-

Principes Platoniorum Plotinus.

Ex lib. de pulchro, Plotini. Enneadis. lib. 6. cap. 17.

Primum assensum ad Mentem debet esse, ut ad Bonum perueniatur.

Quomodo fieri homo possit deiformis.

Primum gradus ad Mentem faciendus, ut ad Bonum perueniatur. Mens, mundi melioris origo.

Idea sedem habent in mente.

Mens habet exemplar omnium pulchritudinis.

miorem, qui dicitur Bonum, seu Natura bonitatis, quæ & ipsa pulchritudinem eximiã, & eandem, atque Mens, sed principalius complectitur. Eoque fit, vt qui velit perfectè loqui, statuatur primùm pulchritudinem, ipsum Genitorem, videlicet pulchritudinem, omniãque bona dantem Secundo, necesse est. Quocirca dirimens singula, locum quidè Idearum, vel formarum dicit ipsum intellectualem pulchrum, id est, Mentem. Summum autem, & vltius Bonum, fontem vocabit, & principium pulchri. Quoniam etiã Mens, quidquid habet pulchri, habet ab illo principio. Aut in eodem gradu statuet Bonum, & Pulchrum, vt non aliud fontem dicat, aliud ipsum Pulchrum, sed vnum, & idem. Ibi que primum hæc statuet. Ostendit etiam Plotinus cum superioribus Philosophis, & prædicat hanc Mentem mundi principium, inuentorem, & causam, vt hinc summa maiestas, diuinitasq; Mentis enitescat. Multaque scitu digna, velutq; ineffabilia mysteria prodit de ea, in libro de Prouidentia. Quæ mihi non modò proponenda sunt, sed etiam declaranda, & explicanda, vt si quid obcuritatis habeant, aperiantur, vt veritas nuda, claraque remaneat. τὴν πρῶτην οὐσίαν ὁρθῶς ἂν καὶ ἀκολούθως λέγομεν τῷ παντὶ εἶναι τὸ κατὰ νοῦν αὐτὸν εἶναι, καὶ νοῦν πρὸ αὐτῶ εἶναι, ὅτι ὡς πρῶτος πρῶτος ὄντων, ἀλλ' ὅτι πρῶτος ὄντων, καὶ φύσις πρῶτος ἐκείνος, καὶ αἴτιος τῶν ἀρχαίων οἶον καὶ τῶν ἀειμένων ἐκείνος τῶν ὄντων. εἰ οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστιν, καὶ εἰς ἀπαντα ἐληλυθῆναι τὴν δύναμιν αὐτῆς πρῶτον δευτέρου ὅλα ἔχειται τῶν κατὰ φύσιν. Quæ sunt, Prouidentiam rectè, & consentaneè in Vniuerso dixerimus, quòd ipsum Vniuersum sit secundum Mentem, & Mens ante ipsum, non quasi tempore priorem, sed quia à Mente est. & Mens ipsa naturâ prior, & causa huius, velut archetypum & exemplar huius, qui sit imago. Si igitur ex Mente dicimus pendere vniuersum, & in omnia vim eius pertinere, sic conabimur ostendere cuncta bene posita. Hæc Plotinus, Mentem asserens à maioribus confessam causam mundi, cuius quasi sit (vt Plato tradidit in Timeo) exemplar: mundus autem, velut imago, factus ad eam vim & formam, quam Mens animo complecteretur: quæ quidem forma, & conceptus mundanus, vt Philo dixit, erat Mens ipsa. Sicq; apparet Mens mundi principium, & causa. Apparet hanc eam esse, à quo sustineatur vniuersitas, per quam omnem pertinet Mentis diuinitas. Hanc ait Plotinus rationem esse prouidentia veram: quoniam cuncta fecit, posuit, cõstituit, ordinibusq; distinxit Mens & potestas eius, per omnia commeans: vt hac vna pulcherrima causa possis, in omnem rationem prouidentia latissimè tendere, ostendens bene unicuique rei esse consultum, quia Mens fuit, estq; semper moderatrix. Quòd autem Plotinus hoc loco Mentem antecedere mundum non tempore, sed vt causam, & autorem, & à quo sustineatur semper mundus, asserit, vt videatur (quod Proclus affirmat) æternitatem mundi credere: dico cum, quod plurimis Philosophorum accidit, diuersa sensisse, & quod sæpe fit, à veritate ab illo suo sensu, reuocatum. Nec longis ambagibus opus est: ipse in seipsum stet testis. Eodem enim libro hæc prosequutus est. Quoniam igitur mundus omnis est id, quod factum est, hunc tu aspiciens, audire hæc fatentem fortasse possis: ὡς ἐμὲ πεπεισῆκε θεός, κερῶν ἐκείθεν ἐργασίαν, τέλος ἐν παντὶ ζῶων καὶ ἰχθύων ἐμαυτῶν, καὶ ἀνταρκτικῶν, ἐδδόνος δὲ ὁμοῦ. Quòd me creauit Deus. Et ego inde extiti, absolutio omnium animantium, sufficiens, cõtentusq; me ipso, nullius indigens, quoniam in me sunt omnia, & plantæ, & animalia, & omnis generabilium rerum natura, & Dij multi, & Dæmonum populi. Neque enim γῆ μὲν κεκοσμηται, terra quidem plantis omnibus, & animalibus omne genus est ornata, & ad mare vsque peruenit animæ potestas: ær autem omnis, & æther, & cælum omne est animæ expers. Nouissimè concludit: ἡδὲ τὸν νοῦν δέξαι εἰς αὐτὸν, εἰς ἕλλησιν ἀστρεμῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν τὸ πάντα ἐργάζεσθαι. Mens igitur cum dedisset aliquid ex se ipsa, in materiam stabilis ipsa, & quieta, & immota, cuncta moliebatur. Quibus testimoniis, siue vltro, sponteque pronuntiatis, siue quòd non admittit alium natura fermonem, & vult nos ad hanc rationem loqui, claret cum locutum, qua ratione loquuntur omnes, qui principium habuisse mundum fatentur. Et quo verbo Moses dixit, In principio ἐποίησε, fecit, creauit Deus cælum, & terram: eodem vsus est Plotinus. Sic etiam, operabatur, aut operatus est. Sic, ornata est terra, pertinuit, extenditq; sese animæ potestas. Sic, inde ego extiti, vel sum effectus: & quòd Mens sine labore, sine commotione sui, sed quiescens, immittensq; vim suam in materiam, molita est. Quæ quidem ostendunt, ac præ se ferunt quoddam tempus, quo sunt omnia creata. Neque enim, qui seipsum præteritiam designaret, præteritis, sed præsentibus verbis vteretur: aut si interdum præteritis, certè non semper. Diceretq; non fecit Deus, operatus est, sed, operatur, producit. Quid quòd idem definit Prouidentiam? πρῶτος οὐσίης καὶ

Bonum, fons & principium pulchri.

Ex lib. Plotini, de Prouidentia 2. cap. 1.

Vniuersum à Mente profectum.

Mens, causa mundi & exemplar. Mens omnia constituit & ordinat.

Cur sit bene consultum rei vnicuique. Plotinus in eo errauit quòd mundum ab æterno esse putauit.

De prouidentia 2. cap. 2.

Creatio mundi.

Mens sine labore, & quiescens omnia fecit.

Α τὴν λογισμὸς θεῶν, ὡς ἂν γίνονται, τὸ δὲ τὸ πᾶν, καὶ ὡς ἂν ἀεὶ καὶ τὸ διωκτὸν εἶναι: Prospectio quædã, & consideratio Dei, vt fieret hoc vniuersum, & vt optimè, quoad fas esset, haberet. Nõnne hæc eum prospexisse, cogitasse de re facienda, demonstrant? Nõnne est Theologia Moisaica, quòd Deus fecit bene omnia, quæ fecit, & vidit bene facta? His etiam Plotini dictis constat eundem esse Deum, atque Mentem: eamq; rationem esse manifestæ Prouidentia, quòd sunt omnia facta diuinitus, sapientissimisque Mentis, Intelligentiaq; consiliis constituta. Vt sit hoc illud Moses, Et vidit Deus lucem, quòd esset bona. Sicq; ad vnam quamque rem creatam. Postremo, Et ecce omnia erant valde bona, videlicet à Sapientia summa, perfectaque Intelligentia creata. Tum est illud apud eum pulcherrimum, quòd Mens est alius, & primus mundus, à quo mundus iste habuit principium.

Quòd creatio sit Mentis, Genitore iubente, ipsa operante, & de duobus his, ex eodem Plotino.

CAPVT XVIII.

**D** INTELLIGENDVM quod Plotinus dixit, Mentem quietam, sine motu, concitationeque sui, cuncta fecisse, est operæpretium animaduertere, quæ Eusebius, & Cyrillus contra Iulianum Imperatorem referunt Numenium locutum, Primum Deum (sic enim locuti sunt Platonici, primum Deum, Patrem, secundum, ipsam eius Progeniem vocantes) quietum & immobilem esse, Secundo dedisse ipsum, actionem, auctoritatemq; creandi, quod quidem est ineffabile mysterium. εἰσι δὲ θεοὶ βίοι, ὁ μὲν πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος θεός, δὴ λὸν δὴ ὅτι ὁ μὲν πρῶτος θεός ἔστιν ἔσως, ὁ δὲ δεύτερος ἐμπλαῖν ἔστι κινῆ μόνος, ὁ μὲν οὐκ ἔστι πρῶτος ἀεὶ τὸ νοητὸν, ὁ δὲ δεύτερος ἀεὶ τὸ νοητὸν, καὶ ἀίθερα καὶ μὴ θαυμασίως δὲ πάλιν εἰ τῶτο ἔφην, πολὺ γὰρ ἐπὶ θαυμαστότερον ἀκούσῃ, αὐτὴ γὰρ τῆς πρῆξις τῶν δευτέρου, κινήσεως, τὴν πρῶτον πρῶτον ἴσασιν εἶναι φησὶ κίνησιν σύμφυτον, ἀφ' ἧς ἦτε τὰς τῶν κόσμων, καὶ ἡ μὲν αἰδῶς καὶ σωτηρίας ἀναχέεται εἰς τὰ ὅλα. Sunt, inquit, hæc duæ vitæ, altera quidem primi Dei, altera secundi: videlicet quòd primus quidem Deus erit stans, quiescens: Secundus verò rursus erit qui se moueat. Itaque Primus est circa intelligibilia, seu spiritualia: Secundus circa intelligibilia, & sensibilia. Neque verò mireris, quòd hoc dixerim: Multò enim mirabilius audies. Nam pro motione, quæ præexistit in Secundo, præexistentem Primo missionem esse dico, motionemq; coniunctam, à qua & ordo mundi, & sempiterna, salutarisq; stabilitas permanet in omnia. Hæc Numenius: quæ & postea necessariò profertur. Hic ego obtupesco, attonitus hæreo, nec capio, nec explicare queo, vnde tanta Theologiae profunditas, horum mentes inuaduerit. Hoc mysterium altissimum est, nostræ Theologiae sacramentum, Patrem qui primò est Deus, mittere Filium ad agendum, illum esse Angelum Patris. Et apud Platonem est ὑπαρχος, magistratus Dei: ἡ σοφία τῆς, declarator, interpret, quo Pater est ad omnia, tanquam suarum voluntatum executore vsus. Ideo sicut venit in mundum missus à Patre, sic creauerat mundum & hominem: Prophetis apparuit, legem Mosi dedit, Legationibus paternis est functus. Sic dedit ei iudicium Pater, & ipse iudicabit omnem carnem. Denique non primus Deus vnquam, sed secundus (Dico autem Primum, & Secundum, vnum eundemq; Deum) monstratur, prædicatur venisse. Non admiraberis igitur hæc apud Plotinum. Hausta sunt è superioribus Platoniciis, Philone, Numenio, cuius lectioni perpetuam dedit operam, centumq; libros scholiorum autore Porphyrio, in eũ scripsit. Is prior etiam hæc prodiderat: τὸν μὲν πρῶτον θεὸν ἀρχὴν εἶναι συμπάντων, καὶ βασιλέα, τὸν δευτέρου δὲ θεὸν ἡγεμονεῖν δι' ἐραθεῖ ἰόντα: Primum quidem Deum vacare ab omni opere, vti regem: opificem autem Deum imperare, per cælum euntem. Philo quoque in optima diuinitatis Idea, Primum florentem, nefas putat, vt ad hominis molitionem descendere, misisse nuntium, legatumq; vnigenitam prolem suam, quæ vias documentaque Patris, cuius est Sapientia, secuta, non hominem modò produxerit, sed omnem mundum decoris formis, ordinibusq; instruxerit. Hanc quoque fuisse præceptoris Platonis sententiam refert, vti à Platoniciis relatum & proditum, diuus Cyrillus: ὁ γὰρ πλάτων θεὸν μὲν τοῦ ἀνωτάτου φησὶ τὸ ἀρχόν, ἔξ αὐτοῦ γὰρ μὲν ἀναλάμψαν νοῦν, καὶ τὰ τὸν εἶναι τὸν πρῶτον καὶ δευτέρου τῶν κόσμων δημιουργῶν, ὄντος ἐν ἀκίνησιν τῶν πρῶτων καὶ τῶν ἐπιπέδων εἰς φῆρεν ἄμωχον, ἀφ' ἧς τὰ πάντα κινῆσθαι φησὶ. Itaque Plato, inquit, supremum quidem, altissimumq; Deum fatetur ipsum summum Bonum. Cæte-

Prouidentia quid, Plotinos

Gen. 1.

Primus, deus ipse eius progenies.

Mirum est quàm curiosè mysteria illud diuinitatis, in personarum distinctione, verbis exagget Plotinus.

Theologiae hoc maximum sacramentum: a Patre filium angelum missum.

Ioan. 5. Primus & secundus, vnus & idem deus.

In Numenij philosophiam, centum libros scholiorum scripsit Plotinus.

D. Cyrilli locus. Vide eundem, de trinitate 2. & cõtra Iulian. 8.

rum ex eo emicuisse Mentem, & hanc esse proximum mundi opificem, Primo manente D in quiete, & vacatione. Tertiam inducit Animam, à qua cuncta ceteri, agitarique censet. Apparet igitur (vt loquar ipse) quodam admirabili, & caelesti beneficio (Non enim humana consideratione eò peruenire potuerunt) eos audisse, legisseque, in vetustissimis oraculis duos Deos, in vnam substantiam diuinitatemque cõiunctos: quorum Primus admirandæ, suspiciendæ, augustæ maiestatis, mitteret Secundum ab se genitum ab æterno, ad omnia. Et hæc est illa toties ab ipsa diuina Mente prædicata Theologia: Doctrinam suam, non esse suam, sed eius, qui misisset eum. & Quod sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum filium suum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. & Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos, & Quod Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio. Denique, quod eum semper prædicabat genitorem maioremque suum, præceptorem, mittentem: Illi cunctos honores, vt i maiori, ac patri deferebat. Nec alia propè fuit ab eo reuelata Theologia, quam quod à Patre missus, rediturus ad eum, certo tempore circumactò, venisset, faciens omnia, sumpta humana figura: quæ Pater non fecit, sed voluit, & iussit Filium, Deumque secundum facere, sicut & opificem mundi eum miserat. Eademque ratione, secundus Deus, mundum, & hominem creauit, qua prædicatur: verissimumque fuit, in mundum eum venisse, ea exequentem, quæ Primus non quidem fecit, sed voluit iussitque vt magnus genitor, facere Secundum. Cuius est clarissima ratio, quod è duobus, quorum alter Genitor, alter Genitus esset, Genitus debuit parere, & facere, quod non decuisset facere Priorem, præsentem E Secundo. Cuius rei tota humana progenies fuit imago, vbi maiestas & præcellentia genitorum (si parua licet componere magnis) super genitis apparet. Atque vbi iustitia regnat, iubentibus genitoribus, parenti piè, reuenterque nati. Id, vt dixi, fuit imago eius, quod ab æterno præcessit in Deo. De qua re mirabile est, & stupendum, Platonicos tam profundè philosophari: & dicunt id sensisse Platonem, qui Christum natum plus ducentis, & quinquaginta annis antecessit. & Plotinus testatur hos sermones non novos esse, sed vetustam quandam, nescio quibus à locis manentem ad Græcos, Theologiam. Atque iterum tradit Plotinus, etiam diuo Cyrillo teste: τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἑνὸς πατρὸς φησὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἐπέκεινα τῆς ἕσσεως, πλάττει δὲ τὸ ὄν καὶ τὸν νοῦν, τὴν ἰδέαν λέγει. ὡς πλάττει εἰδέναι οὐ μὲν τὸ ἀγαθὸν νοῦν, οὐκ δὲ τὸν νοῦν πλάττει, καὶ εἶναι τὴν λόγον τῆς τῆς, μὴ καμῆς, μὴ δὲ νῦν, ἀλλὰ πάντα μὲν εἰρησῶν μὴ ἀναπεπαισμένως, τὸ δὲ νῦν λόγος ἐξήγηταις ἐκείνων γρηγορίας, μαρτυροῖς πιστοσσιμῆσιν τὰς δόξας ταύτας παλαιὰς εἶναι, τοῖς αὐτῶν τῶν πλάτωνος γράμμασι. Cumque, inquit, autorem, & causam dicat ipsam Mentem Plato, eius quoque Patrem dicit ipsum Bonum, & id, quod est ultra Mentem, & substantiam. Multisque in locis ipsum ens, & substantiam, Ideam appellat. Quocirca Platonem nouisse, ex Bono quidem Mentem, ex Mente Animam existere: & hos sermones, non nunc natos, ac novos esse, sed cum omnia superioribus sæculis obscurè dicta essent, his verbis esse declarata, & velut ab interpretibus explanata, has esse vetustas sententias ipsius Platonis, libris eius pro testimonio nobis vtentibus. Sic Plotinus. quibus non est mirabilius quicquam, non ipsos tantum, qui Christianam religionem non colebant, sed etiam, velut ineptam, ac superstitiosam, ad cuius profundissima sacramenta nõ attigerant, sed vulgi opinionem, contemptumque sequentes, aspernabantur, confessos esse, sed longè antiquiores, hæc mysteria. De quo superius. sed nequeo mihi moderari, quin repetam, & inculcem quæ mihi suaui, iucundaque sunt.

Ioan. 7. Ioan. 3. Ioan. 6.

Summa Theologie Christianæ.

Imago Patris, filius. Plato floruit ante Christi natum 250. eo plus. D. Cyrillus locus.

Nõ rectè fuit Platonis doctrina de Bono, Mente, Anima.

De eadem Mente ex Plotino mirabilis Theologia, vt à Patre generetur, omnibus bonis dicitur.

CAPVT XIX.

Mens agnoscitur, Bono similis.



**M**ENS in libro de Prouidètia, & speculatione, multa differit veneratione, & cultu dignissima, sed explicada, declaradaque nobis. Mens, inquit, indiget ipso Bono, Bonum eius nõ indiget. Vnde fit compos ipsius Boni, efficiturque ἀγαθοειδής, ipsi Bono similis, & perficitur à summo Bono, Specie quidem, siue Idea, quæ est in ipsa Mente, quæ venit ab ipso Bono, eam efficiète ἀγαθοειδής, Boniformem. Ac quasi cernitur in ipsa Mente vestigium summi Boni. Eiusmodi archetypum cogitare conuenit reputando, quod verum est in

est in eo, ex vestigio quod ad Mentem peruenit. Itaque vestigium eius, quod est in ipsa Mente, dedit ipsi Menti aspicienti, vt in ipsa sit cupiditas, & semper cupiens semper assequatur. Illic autem neque cupiens est (quid enim cupiat?) neque qui assequatur: neque enim cupiebat. Non igitur neque Mens cupit: Nanque cupiditas est in ipsa, & intellectus ad speciem eius. Cum igitur Mens sit pulchra, imò omnium pulcherrima in lumine puro, & claritate pura: καὶ πάντων καλλίστη ἐν φωτὶ καθαρῶ, καὶ αὐτῇ καθαρῇ, καὶ τὴν τῆς ὄντων ἀειλαμβάνοντος φύσιν, ἢ καὶ ὁ καλὸς, ἕτος κόσμος, οὐκ αὐτῇ εἰκὼν, καὶ ἐν πᾶσι ἀγλαΐα κηρύσσῃ, ὅτι μὴδὲν ἀνόητον, καὶ σιωπῶν, μὴδὲ ἀμετρεῖν ἐν αὐτῷ ἕδωτος καλὸν μακροῦ, θάμβος μὲν ἂν ἔχοι τὸν ἰδόντα, καὶ τῆσιν, καὶ ὡς ἡρῆ αὐτὸν εἰς δόξα, καὶ αὐτὸν γονομῶν ἐν αὐτῷ: Et cum omnium naturam complectatur: cuius & iste pulcher mundus est vmbra & imago, & in omni claritate ea resurgente, quoniam nihil incognitum, & obsecurum, neque immensuratum est in ipsa, viuente vitam beatam: stupor quidem subiret aspicientem, & istum, & vt oportet, penetrantem, ibique vnitum, factumque vnum & idem. Vt autem, inquit, qui suspexit cælum, videritque claritatem astrorum, cogitat & quærit τὸν ποιητὴν, creatorem: sic oportet, & qui mundum intelligibilem contemplatus, & intuitus, admiratusque est, eius opificem, qui eum constituerit, inquirere, aut vbi, vel qui, ὁ τοῦτον παῖδα γενήσας ἐν κόρον καλόν, καὶ παρ' αὐτῶ γονομῶν κόρον, πάντως τοι, ἔτε νῆς ἐκείνος ἔτε κόρος, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑνὸς καὶ κόρος, μετα γὰρ αὐτὸν νῆς καὶ κόρος, δὴθεντα καὶ κορίσσει, καὶ νοητικῶν, ἀ πλῆστον μὲν ἔστι, τὸ ἀπειροειδές, καὶ τῶ νοῦν ἕδωτ' ἀδύμῳ, πλήρωσιν δὲ ἀληθινῶν, καὶ νόστον ἔχει, ὅτι παρ' αὐτῶν ἔχει, τὸ δὲ παρ' αὐτῶν, ἔτε εἶται, ἔτε ἔχει, ἢ ἐν ἂν τὸ ἀγαθὸν εἶναι, Talem genuit filium, & puerum pulchrum, & ab ipso genitum filium. Omnino autem neque Mens ille, neque coros, id est, filius, vel vbertas est, sed & ante Mentem, & filium, vel fatietatem. Post ipsum enim Mens & filius, aut fatietas est, quem oportuit fatiari, & intelligere. Quæ proxima quidem sunt ei, Qui non indiget, neque habet opus intelligere. Plenitudinem autem veram, & intellectionem habet, quia primò habet. Quod verò antecedit hæc, neque indiget, neque habet: alioquin non esset summum, vel ipsum Bonum. In his Plotini verbis est omnis hæc Theologia. Bonum, quoniam Deus, est Genitor, ac Pater omnis substantiæ, bonorumque suorum, Menti largitor, non indigere Mentis: contra autem, quoniam sit proles, & genita, lumen de lumine ipsa Mens, indigere ipsius boni: quippe quæ à Patre suo generetur, nec possit non generari, nec lucens lucere aliunde possit, quàm ab illo. Dat Bonum omnia ipsi Menti, totam substantiam, videlicet gignendo dat diuinitatem: Pater autem à Mente nihil accipit. Et quoniam cuncta, quæ Pater, aut ipsum Bonum possidet, habet etiam Mens, indest, vt Mens sit ἀγαθοειδής, imago summi Boni, speculum diuinitatis, vt qui videat Mentem adamussim, videat ipsum Patrem, ac Bonum. Peruenit autem à summo Bono, ad Mentem Idea, & vestigium, siue creati mundi, siue ipsa bonitatis species, totaque substantia, & diuinitas: ac tanquam à primo Sole, Sol alter eluxit. Quo fit, vt si videas hunc secundum, putes te vidisse primum Solem. Quoniamque Pater est pulcherrimus, pulchritudo, item est & venustas, à Mente cernitur, & consideratur, & desideratur, concupisciturque semper: nec Mens frustratur concupiscendo, sed simul cupit, simul assequitur. Nec quisquam est, siue Angelus, siue quouis alio gaudeat nomine, qui fructum capiat tantum ex summo Bono, vt Mens. Est enim filius in sinu Patris. Suspectus ergo & consideratio est Mentis ad Primum: Primi non suspectus, sed amor. Nec bonum habet, cum sit eminentissimum, quod aspiciat, vt maius, sicut Mens aspiciat eum. Est autem Mens pulcherrima, in luce claritatis suæ, complectiturque omnem rerum naturam. Est omnium principium, & fons, cuius est pulcher is mundus vmbra, & imago, vt dictum est à Platone. Apparetque, quod etiam tradit Philo, Plotinum, nunc mundum νοητὸν, de quo scribit in Timæo Plato, interpretari ipsam Mentem: vt nihil sit aliud mundus archetypus ille, quàm ipsa Mens. Cum inquam ipsa Mens sit in summa claritate, & pulchritudine (Erat enim, vt ait noster, quem Plotinus hoc loco sequutus videtur, in eo lux vera, quæ illuminat omnem mundum, & in eo tenebræ non sunt vllæ.) Tum cum sit (vt idem etiam ait noster) in ipso vita beata, si quis & istum videret coniunctus cum eo, idemque effectus, obstupefceret, attonitus hæreret, eueniretque ei, quod illis, qui dixerunt, visâ hac pulchritudine & claritate, Bonum est nos hîc esse. Vt autem, inquit, qui suspicit cælum, attollitur in considerationem opificis: sic qui viderit hanc Mentem, & mundum intelligibilem, necesse est inquiret, quis eum genuerit, quis & hunc filium genuerit, & fatiauerit, impleveritque sapientia, dederitque pelagus sapientiæ. Nam Primus, ipsumque Bonum, sapientissim-

Mens omnium pulcherrima.

Mundus, imago Mentis.

Deus, pater omnis substantiæ bonorumque.

Cuncta quæ pater habet, & Mens habet. Idea in Mente.

Sol lucens & visibilis, imago eius qui est in Mente.

Mundus νοητὸς in Mente tanquam archetypo.

Matth. 17. Filij considerationes ducit ad Patris considerationem.

Pater recte  
avvδeῖς ap-  
pellatus.

Unum sunt  
in deo, geni-  
tor & geni-  
tum.

Cōciliatio phi-  
losoφiæ Plo-  
tini cum sacra  
D. Ioannis Theo-  
logia.

Ioan. 1.

Virgil. G.  
Aeneid.

Veritas nun-  
quam latuit.

mus est, nec indiget, qui eum compleat vbertate sapientia, & intelligentia. Est enim emi-  
nentissimus, iureque vocatur ἀνευδής, non indigens. Habet autem Mens πληρωσιν, pleni-  
tudinem, veramque sapientiam: quoniam prior ipsa habet, & fruitur. At vero, quod Men-  
tem antecedit, non quod sine sapientia sit (nam Chaldaeus, & Mercurius dixerunt  
vtrunque Mentem siue Intelligentiam, prioremque Mentem genuisse secundam) sed quia  
à nemine accepit, dicitur non habere. Nam si acciperet ab illo, non esset summum Bo-  
num. Proxima autem, imò coniunctissima, est Mens, seu fatietas, cum summo Bono, vt  
superius monuit, cum dixit, καὶ μάλιστα ὅταν ᾧσι μόνοι πο γενήσων, καὶ πο γεννηθῶν: Et maximè  
cum sunt vnum Genitor, & Genitum. Hæc est tota Theologia Plotini, eam non à maiori-  
bus modò, Platone, omnibusque eius, & superioris ætatis Philosophis, deducens, sed vi-  
detur prorsus nostrum expressisse Ioannem. Nam quod ille dixit, Verbum fuisse in prin-  
cipio, id est, ab æterno apud Deum: est quod Plotinus inquit, Diligit Genitor Genitum,  
maximè cum sunt vnum vtrunque. Erat apud Deum, videlicet erat cōiuncta, vnita cum  
Deo, & cohærebat Mens inseparabiliter. Sic, Quod sine ipso factum est nihil: est, quod  
ipse plenitudinem habet, & scientiam omnium rerum, atque exemplum à Patre. Ecce  
item, vita illa beata, claritas, gloriæque filij, quam habuit priusquam mundus fieret. Ecce  
stupor, & extasis intuentium gloriam filij Dei, & summa voluptas: circumstant animæ,  
dextra, læuæque frequentes: Nec vidisse semel satis est, iuuat vsque morari. Denique ec-  
ce Genitor, & Filius apud Plotinum, qui Christianus non fuit. Veritas igitur, quoniam  
est Solis claritate luculentior, nunquam latuit.

Summa eorum, quæ diuinitus Plotinus de Primo & Secundo est locutus, De Bo-  
no & Mente ab eo genita, Idearum plena, sapientissima origine Mundi.

CAPVT XX.



ED quoniam tanta est apud Plotinum, tamque ineffabilis Theologia, quem profani Philosophi ad eum admirantur, diuinumque iure merito vo-  
cant: Christianam autem sapientiam, vt superstitionem insectabantur: quo quidem apparet eos Andabatarum more contra veritatem depu-  
gnasse, quasi cæca vulnera offerentes ei, quam traditam à suis vencia-  
rentur, adorarent, suspicerent, diuinos qui de ea loquerentur, prædica-  
rent: proponenda sunt pauca ex his, quæ scripsit ad alia pressus in libro de Tribus hypo-  
stasibus, inscribens eum, καὶ τῶν τριῶν ἀρχαίων ὑποστάσεων, De tribus principalibus hypo-  
stasibus, vel, tribus Imperatricibus subsistentiis, illis scilicet tribus regibus, de quibus eg-  
rat in Epistola Plato. In eo libro asserit, Mentem à summo Bono generari, à Mente Ani-  
mam mundi, id est, Spiritum ipsum. Ac Primum appellat supremum, Vnum dicens, ascen-  
dendum esse μερῶν τῶν ἀκροτάτων, καὶ ἐνός καὶ πρώτου, Vtique ad altissimum, & Primum. Ab Ani-  
ma dicit omnes animas natas, vt postea latius ostendemus. De ipsa verò Mente loquens, F  
in omnem mundum, magnitudine, & pulchritudine, & ordine, motuque perenni insi-  
gnem hortatur respicias. Tum Deos in ipso perspicuos, alios obscuros Dæmonas, ani-  
malia quoque & plantas. Ad eius item archetypum, verioremq; mundum ascendens,  
omnia ibi cernas intelligibilia, & in ipso sempiterna, vt in propria sapientia, & vita, ex-  
ponens, vt reor, & vsurpans illud Ioannis, Quod factum est, in ipso vita erat. Plotinus au-  
tem ea fuisse ἐν οὐρανοῖς (υπέσι, ἢ ζῶν), in sapientia sua domestica, & vita. Tum prosequitur,  
καὶ τῶν τῶν ἀκροτάτων ἔν τῶν πρώτων καὶ σοφίαν ἀμύχανον: Et horum omnium principem, ac  
præfectam Mentem, & incomprehensibilem sapientiam. videlicet illius intelligibilis  
mundi, & Idearum. Quod idem sonat, atque quod alibi sæpe locutus est, Esse mundum  
intelligibilem, & Ideam mundi, ipsam Mentem. Audisti sapientiam ineffabilem. Pro-  
sequitur hunc Deum & Mentem esse magnum, cui cum contemplator appropiauerit,  
ζητεῖ τις οὐδὲ τῶν γενήσων, ὁ ἀπλῆς, καὶ ὁ πρῶτος τῶν πλῆθους, ὁ ἄπλος, καὶ τῶν ἐνῶν, καὶ πολλῶν ἐνῶν τῶν  
ὁ τῶν ἀεθλῶν ποιῶν: Querit quis hunc genuerit, respondetque simplex, & ante talem multi-  
tudinem, Autor & essendi, & vt magnus esset is, qui & numerum faciat. Pater scilicet &  
principium Filij, vt nostri & Græci: simplicissimus, ipsa Vnitas, & quod cum eo Pater  
omnia genuerit, fecunditatem scilicet omnium formarum, ac specierum, & quod omnia  
complectatur, cuncta continens, in amplexu suo, sapientiaque pelago. Hanc esse priscorum  
Theolo-

Pagani veri-  
tate Christia-  
nam insecta-  
bantur, cuius  
mysteria late-  
bat in scriptis  
Platoniorum.

Liber Plotini  
de trib. hypo-  
stasibus.

Ascendendum  
ad altissimum  
& primum.

Ioan. 1.

Mens, mundus  
intelligibilis,  
& Idea mū-  
di.

Deus omnia  
suo quasi sa-  
pientia pelago  
complectitur.

Anon potest inuito Plotino excidisse, sed suapte arbitrio loquente, & eo modo loqui vo-  
lente, pronuntiatum, necesse est.

Apertè perspicueque Porphyrium de temporis exordio scripsisse. Iamblichum  
multis rationibus omnia nata esse, confiteri: Qui consentaneè cum Mose  
prædicet hominem diuinitus factum. Itémque ordines caelestes à diuinitissi-  
mo Verbo repertos. Et quod condemat hunc mundum, asserens ab eo fu-  
giendum esse.

CAPVT XVIII.



ORPHYRIUM, & Iamblichum, quin ipsos etiam creationis inimi-  
cos, Proclum, & Simplicium, probabo vel falsitatis oblitos, vel aliquo  
veritatis impetu, creationem temporis asseruisse. Quorum dicta, qui  
diligentius, accuratiusque pensitet, totamque eorum rationem euol-  
uat, & quid ex ea necessariò sequatur, altè spectet, eos deuolui cer-  
net ad creationem, sine qua stare quæ loquuntur (licet ipsi id forsan  
non animaduertent) nulla ratione possint. Sed testimonium Por-

Porphyrius  
& Iamblichus  
etiam nolentes  
vera dixe-  
runt.

Mens mundi  
nata æterna-  
liter, & ante  
omnia tempora.

Duo status  
æternæ mens.

Iamblichus,  
diuinus pla-  
tonicus appel-  
latus.

Fallus hono  
à Deo.

phyrii est omni luce radiantius, admiratione certè dignum, allatum superius. Is lo-  
quens de ea qua dicitur à Philosophis Mens, Principium & Origo mundi, considerans  
que statum eius quo vixisset ante mundum, tribuensque ei eas Diuinitatis laudes, qui-  
bus cum tempore nulla sit ei communicatio, apertèque & luculenter eam à summo bo-  
no æternaliter natam asserens, dixit, quod hæc natiuitas non modò fuit æterna, sed  
etiam ante omnem Æternitatem. Natam autem fuisse, vt dixi, æternaliter dicit, non in  
tempore, non modò quia sempiterna fuit ea natiuitas, sed etiam quia nondum tempus  
esset. Hæc enim sunt expressa verba eius: ἀεθλοῦτος δὲ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, πρὸς χρόνους, ἔπει-  
α γὰρ χρόνος ἦν, ἀλλ' ἐπὶ χρόνος γενομένος, καὶ εἰς αὐτὸν ἔστι πῖ ὁ χρόνος: Proccidisse verò non ab ali-  
quo temporali principio. Neque enim adhuc tempus erat. Sed nec factò quidem &  
creato tempore, tempus præ ea quidquam est. Hæc pauca ex multis apud Porphyrium  
verbis. Quid mirabilius? Non potes hic aduocare solitum refugium, Tempus factum  
quidem, sed æternaliter factum, sicut dicunt de mundo. Ecce duo status proponun-  
tur, æternæ Mentis, æternaliter manantis, atque temporalis principij. Nominatur  
principium temporis, & dicitur hoc principium aliquando non fuisse, cum scilicet nasce-  
batur vel nata est æternaliter Mens à summo bono, nondum erat quod postea fuit. Mens  
non est nata in tempore, quia tempus nondum erat. Etiam verò post factum tempus,  
nihil habet cum Mente tempus affinitatis, vt res creata cum æterna. Audis hic, cernisque  
γενόμενον χρόνον, tempus creatum. Cernisque ἀρχὴν χρόνικὴν, temporale principium. Vides,  
ἔπεια χρόνος ἦν, Nondum tempus erat. Ibidemque dicit Porphyrius, καὶ εἰς αὐτὸν γενομένη  
τῶ πάντων: Etiam si ab ipsa Mente facta sint omnia. Hæc igitur cum clara sint, qui secus in-  
telligenda contemdat, impudentem: Porphyrium autem, aut inconstantem, si secus alibi  
statuisse deprehendatur: aut quod fieri solet, veritatem secretis ad se machinis eum  
traxisse, dicendum erit. Quomodo autem Iamblichum, quem diuinum non cessant  
vocare Platonicum, confessus sit, mundum, & genus humanum certo temporis initio, à  
Deo habuisse principium, hac ratione probatur. In libro de secta Pythagoreorum,  
ostendens Pythagoreos in omni genere virtutum claruisse, sapientiamque eorum, ve-  
ram illam germanamque fuisse, in notione rerum diuinarum omnem existentem, quip-  
pe qui censerent, persuaderentque sibi, ad hoc ipsum factum hominem à Deo, magnis  
in animo, & corpore dotibus adhibitis, vt omnis scientia capax esset, quo loco prorsus  
cum Mosaica Theologia consonante, reperto, mira sum affectus lætitia, sumque ex-  
osculatus mirum in modum. Eorum verba videlicet Archytæ sic profert: τὸ πο δοκεῖ μοι  
ἦ μὲν ποτ' ἀπὸ καὶ γένονε, καὶ συνίστα ὁ ἀσφραγτος καὶ ὄργανα δὲ, καὶ δυνάμεις εἰληφεν τῶν τοῦ θεοῦ.  
Hoc, ait, mihi videtur fuisse quod certè fuit, Factum hominem, organa quoque, sa-  
& ad comprobationem suorum dictorum adducens, primum quid illi senserint, ostendit:  
tum ascensum suum declarat. Itaque assentitur, probatque Pythagoram, Archytamque



benelocutus, cum hominem factum à Deo confitentur, *καλῶς ἄρα κατὰ γὰρ τὸν λόγον, Δ*  
*πυθαγόρας εἴρηκεν ὡς ὅτι τὸ γινώσκαι καὶ θεωρῆσαι, πᾶσι ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ θεοῦ συνέστηκεν:* Pulchrè igitur  
 & congruè hac ratione locutus est Pythagoras, ad cognoscendum, speculandumque  
 factum omnem hominem à Deo. Nemini igitur dubium, vt ipse nunc loquar, quin si  
 genus humanum est creatum, cætera quoque eo inferiora, & vñibus eius cuncta seruien-  
 tia, sint aliquando creata. Trahit enim humana creatio, cæterorum secum creationem,  
 Hoc Pythagoras, & Architas cenfuerunt: Iamblichus multis verbis explicat Atticè, quod  
 Doricè illi protulissent, additque: *καὶ τῶν τῶν γένων, καὶ ὄργανα, καὶ δυνάμεις εἰληθε τῶν*  
*τῶν θεῶν:* Et ad hoc factus est homo & organa, facultatèque accepit à Deo. Hæc & id gen-  
 us multa Iamblichus, in quibus cum creatione hominis, clarè & perspicuè, totius mun-  
 danæ machinæ molitionem, siue palàm, siue absconditè fateatur, quod qui non tardus,  
 aut proteruus sit omnino, facillè noscat. Totum enim illum locum accuratè, diligen-  
 tèrque interpretans, ex eoque ad Philosophandum omnes cohortans, repetit, incul-  
 cātque quasi quandam de humana creatione historiam texens, Deum, mentem & cor-  
 pus sic fecisse, vt ex omni mundo, notionem capientes, philosophari homines possent,  
 cuius finis sit scientia, cultusque Dei. Altera ratio, qua persuaderi possit, aut expedite  
 volentem, aut ratione ex dictis suis manante, Iamblichum rerum corporearum princi-  
 pium credidisse, ea prudentibus erit, quoniam vna è præcipuis rationibus, quibus pro  
 Æternitate mundi pugnatur à nonnullis, est quòd nihil hoc mundo melius, iucundiusq;  
 existimantes, totamque corpoream vitam admirantes, nefas esse putant, eam, non sem-  
 per fuisse, sempèrque futuram esse, nunquam tam diuino ordine vitæ, clarissimisque  
 illis cælestibus luminibus defecturis. Huic igitur rationi, quæ ferme præcipua est, ad-  
 uersatur, totamque hanc destruit persuasionem, quòd non Platò modò, sed & ipse Iam-  
 blichus, sublimi quadam, admirandaque sapientia retulerunt, Qui velit verè sapiens, &  
 beatus esse, fugiendum ei celerrimè ex hac vita, odióque eam habendam: Nos inter  
 magna discrimina versari, corpus quod mille nobis afferat incommoda, & ad notionem  
 veritatis impedimenta, deserendum esse omnino, nunquam nobis veritatem adepturis,  
 nisi relicta odióque habita præsentì vita, quæ veris bonis ignoratis, nos cupiditatibus,  
 vanissimisque detineat amoribus. In primisque ait, *τὸ μέγιστον ἡμῶν ἢ φιλοσοφία παρήχουσα,*  
*τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ γενεῆς δεσμῶν:* Maximum bonum afferre nobis Philoso-  
 phiam, quòd liberat & disungit nos à vinculis, quæ & in animo sunt, & in hoc præsen-  
 ti mundo corruptibili, qui dicitur à Philosophis Genesis, factio, generatio, instabilitas  
 rerum. De corpore quoque, *μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τῶν φύσεως, ἀλλὰ καθαρῶμεν ἀπὸ*  
*αὐτῆς, ὡς ἐν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσει ἡμᾶς:* Neque verò repleamur natura huius, sed quàm maxi-  
 mè puri simus ab eo, donec Deus ipse nos ab eo dissoluat. Dicit etiam de anima, huic  
 misero mundo implicata: *καὶ ἐν τῶν ἀμείνων ἐν τῇ τῆς θεοῦ καὶ καθαροῦ, καὶ μονοειδῆς συνήσεως:*  
 Ne cupiditatibus, & huic mundo connexa, confortij diuini, purissimæq; & vniformis  
 illius societatis sit expers. De eadem liberata, *καὶ ἐπὶ δὴν τελευτήσῃ εἰς τὸ εὐχρῆδες, καὶ εἰς τὸ*  
*τοῦτον ἀφικουμένη ἀπὸ πᾶσιν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων κακῶν:* Et cum abierit ex hac vita, & ad con-  
 sanguineam gentem peruenierit, liberetur ab humanis malis. Hæc & multa alia præcla-  
 ra philosophatur Iamblichus de contemptu, & fuga istius mundi, beatiorum dicens,  
 qui eo minus vtatur. Ex his, cui prudentia, iudiciūque inerit, videbit necessariò de-  
 duci, non esse tanti mundum hunc, vt æternus esse debuerit, qui sit animis potius causa  
 mali, quàm boni, & in quo magno cum discrimine versentur animi. Apparetque ipsum  
 mundum, cum potius malus sit, quàm bonus, voluptatèscque eius spernendæ, fugien-  
 dæq; à sapientibus censentur, nec melius fuisse semper esse, nec semper esse debuisse,  
 eumque nec diuinum esse, nec deificandum, adeo, vt maiorum bonorum amittendo-  
 rum sit causa: & à quo discedentes, à malis potius quàm bonis, vt ait Cicero, abduca-  
 mur. Huic annexa est ea ratio, qua sumus vñ superius, euidentissima sanè, & perspectif-  
 sima. Cum in confesso sit apud sapientes, Æternitatem mundi, tollere pietatem: Secun-  
 dò, cum vitæ futuræ Sempiternitas, impediatur ab Æternitate præsentis: quia si vita  
 præsens est æterna, non potest esse futura, nec possumus quicquam de futura loqui, quia  
 nunquam perfecta cælestis apparebit, nisi deleta terrestri, vt propter cælestem, neces-  
 sariò remouenda sit terrestri: vbi autem finis est, fuit principium: efficitur vt hæc vita,  
 tanquam corruptibilis, fugax, inferior, debilis, fragilis, quo succedat melior, sit interit-  
 tura: nec æternum debere fuisse, à quo fugiendum Philosophi, abstinentiumque credi-  
 derunt:

Humana crea-  
tio strabit etiā  
vna scilicet crea-  
tionem. cæte-  
rorum.

Finis philoso-  
phicæ, cultus  
Dei.

Sapientib. hæc  
vita fugienda.

Maxima vi-  
litas è philo-  
sophia pe-  
titur.

Non est tanti  
mundus, vt  
æternus esse  
debuerit.

Vita huius  
sempiternitas  
impeditur  
præsentis  
Æternitate.

Aderunt: nec æternum esse, vel esse debuisse, cuius Æternitas sit melioribus bonis impe-  
 dimento. Huic adiuncta ea ratio est, qua possit intelligi, mundum nec fuisse perennem,  
 nec esse debuisse, nec futurum esse, ex Iamblichò, qua diximus, Melius non esse pror-  
 sus, quàm malè esse. Cum autem mundus potius in statu calamitoso, lugubrique sit,  
 malis, quàm bonis affluentior, nulli non modò perfectam lætitiā, sed mœrorem affe-  
 rens, idq; semper, quandiu mundus fuit: Iamblichus autem asserit homini prauo, vti-  
 liorem esse mortem, quā vitam, his verbis τῶν μοχθηρῶν βέλτων τὸ τεθνήσκειν, τῶν ζῆν. videtur cer-  
 tē aliqua ratione posse deduci, si quis totam hanc considerationem explicet, eum iudi-  
 care potuisse, mundum, qui refertus miseris sit, & potius in malo, ac tristi statu, quàm  
 bono, ac delectabili (vt in quo non solum leuium gaudiorum, si qua sunt, per mortem  
 sit abolitio, verum nemo sit mortalium, quem non potius vexatio, quàm lætitiā, in  
 omni vita tenuerit) huiuscemodi mundum, nec natura semper esse debuisse, nec pru-  
 dentis esse, Æternitatem eius aut optasse, aut credidisse, cum melius sit, iniucunda, la-  
 boriosa, non esse, quàm esse. Hæc ratio potest ex Iamblichò duci. Ea verò euidentissi-  
 ma est, qua non ambiguit, non inuolutè, sed clarè, apertèque dixit, à diuinissimo Ver-  
 bo, iuxta Platonem, visibilem mundum repertum, & instructum: *ἕως δὲ ἐξεύρωμεν τὸν ὄλον*  
*κόσμον ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θεότατος, ὁμοῦτον:* Philosophandum, inquit, donec vniuersum  
 mundum, aut ornatum reperiamus, quem omnium diuinissimum Verbum posuit visi-  
 bilem. Qua potuit clariore voce creatio designari, decantari, prædicari? Quid aliud ve-  
 tuftissimus Iob? Spiritus eius, inquit, ornauit cælos. Quod λόγος Iamblichò & Platoni,  
 hoc Ratio, Spiritus, Ingenium, Sapientia, ipsi Iob. Ea quoque clarissima ratio est, quòd  
 humanam creationem totam attribuit Deo summo, in præteritum tempus prædicans  
 eum, non facultatem modò sese supra mundum, ad aspectum rerum diuinarum attol-  
 lendi homini dedisse, qui sit finis rerum humanarum, verum etiam duces, custodèscque, à  
 quibus arcanis documentis agamur ad recta, adhibuisse. primum sic perhibet: *τὴν γὰρ*  
*πάντων καλλίστην, καὶ θεοτάτην φύσιν ὅσω ἀνθρώποις θεὸς δέδωκε κατὰ δέον:* Pulcherrimam omnium  
 ac diuinissimam Naturam, viuendo, & contemplando, philosophandòque assequamur,  
 quantam dederit hominibus Deus aspicere. Ecce datum hominibus à summo Deo,  
 tum cum eos creauit, spiritum Diuinitatis suæ similem infudit, mente, intelligentia de-  
 corauit, vt creatorem suum, cuius est pulcherrima natura, noscerent, ad scientiam eius  
 assurgerent, vt venustissimam naturam assecuti, in vero beatitudinis regno colloca-  
 rentur. Hoc fuit à principio, cum Deus hominem tam inclytum, nobilemque fecit, &  
 super omnes animantes subleuauit, eumque paulominus, quàm Deum nobilitauit. Fuit  
 hoc in exordio, fuit cum legibus cuncta suis disponderentur. De custodibus autem datis,  
 Oportet, inquit, ad omnia, aciem mentis inflectere: *διαφερόμενος δὲ δὴ τὸ κρεῖσσον τῆς ψυχῆς*  
*εἶδος, ὅσῳ δαίμονα ὁ θεὸς ἐπέστρεψε δέδωκε, καὶ ὅσῳ ἔσπο γῆς ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πλὴν ἐν ἕσπερῳ ἐπιγινώσκων.* Quod  
 est, Cum primis autem, præstantissimum animorum genus, quòd Dæmonem Deus vni-  
 cuique dedit, idq; est, quod nos è terra tollit ad cælestem cognationem. Sentit Iambli-  
 chus Deum non hac modò parte hominem nobilitasse, quòd ei similitudinem spiritus  
 ac Diuinitatis suæ dedit, extulitque adhibita ratione & sapientia super omnes animan-  
 tes, sed etiam sublimiores spiritus, socios & comites adiecit, à quibus vt ducibus præsi-  
 dibusque gubernaretur. Hocque quando factum sit, Plato docebit in Timæo, cum sator  
 hominum, atque Deorum, creato mundo, allocutus est Dæmones, siue Angelos, paulò  
 antè cum mundo satus, vt alerent, fouerentque homines, & custodirent. Sunt alia plu-  
 rima, quibus possum, si velim, docere, claras edidisse voces Iamblichum super creatione  
 rerum factarum & inuentarum, cum prius non existerent; siue natura secreta, siue vo-  
 luntate, certaque persuasionem huc eum vocante.

Melius nō esse  
prorsus quim  
malè esse.

Visibilis mun-  
dus instructus  
à diuinissimo  
verbo.

Mens homi-  
nibus à Deo  
concessa cur.

Sublimiores  
spiritus comi-  
tes hominibus  
dati.

Crantorem Platonium, vitam præsentem condemnasse, etque non esse et  
mortem anteposuisse. Quo sequitur improbatio Æternitatis mundi. Idem  
ex Aristotele infertur.



IMILIS probatio posset, si verum est quod Proclus refert, Crantorem Platonicum, Aeternitatem mundi voluisse, scq; dictis Platonis violenter ad hanc sententiam adiuuisse. Quicumque enim volunt fuisse semper mundum, volunt quia videtur eis melius semper aliquid quam nihil fuisse. Dictis igitur Crantoris probabo, non fuisse cur ob hanc causam desideraret mundum aeternum, quem dicit esse microsum mortalium habitaculum, vitamque datam non ad voluptatem,

Vita hominibus ad supplicium data.

sed supplicium. Plutarchus in consolatione Apollonij, hæc de eo perhibet: πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν ὡς φησι κρᾶνται, ἔτι νῦν, ἀλλὰ πάλαι κέλευσται τ' ἀνθρώπινα, τιμωρέων ἡγεμόνοις ἐνεκὶ τοῦ βίου, καὶ ἀρχῆν τὸ γινέσθαι ἀνθρώπων, συμφερόν τι μὲν γένηται: Multis, inquit, & doctis viris, ut inquit Crantor, non nunc, sed olim deploratæ sunt res humanæ, arbitrantibus vitam esse supplicium, initiumque nascendi hominem, maximam calamitatem. Plutarchus hæc quidem. Si calamitas igitur est nasci, si vita supplicium, certè non aliud desiderant, qui mundum retro sempiternum desiderant, quàm sempiternas calamitates, sempiterna supplicia. Sunt enim cum aeterno mundo, etiam aeternæ vitæ, calamitates aeternæ. Aeternasque hominum calamitates, aeterna supplicia cupiunt, qui cupiunt mundum aeternum. Nec solum non meliora ferunt nobis, sed deteriora. Melius est enim aut minus malum, paucis annis, quàm innumerabilibus fuisse miserum. Non solum igitur horum iudicio, non debuit aeternus, sed etiam nunquam esse mundus. Vera certè sententia, nisi spes melioris vitæ iuncta cum abolitione præsentis nos solaretur. Nam vitam fugacem veluti vmbra, & quod grauius est, miseris & incommodis refertam, melius erat nunquam hominibus contigisse. Hoc incommodum non accidit his qui creant mundum, quia & finis fuit malorum aliquando, & erit, cum nullus malorum finis adsit illis. Eandem rationem ducet ex Aristotele, qui volet: quem autor est idem Plutarchus, similia fermè de repudianda, nullique sapienti magnopere expectenda vita prodidisse, eodem libro scribens: Hoc Aristoteles testatur etiam Silenum Midam docuisse. Sed melius, inquit, est ipsa Philosophi verba subiicere. Dicit hæc in eo qui inscribitur Eudemus, vel de Anima: Quocirca ò optime omnium, & beatissime, præter quàm quòd beatos, & fortunatos esse defunctos arbitramur, etiam mentiri, aut insultare maledictis in eos, pium, ac sanctum, utpote contra eos, qui meliores effecti sunt, non ducimus. Hæcque adeo prisca vetustaque decreta apud nos perseverant, ut nemo neque temporis initium, neque qui primus posuerit recordetur, sed infinitum æuum semper vti lex inualuerunt. Ad hæc autem cernis per ora hominum iam multis pridem annis circumferri. Quid hoc? inquit. Et ille subiiciens, Quòd videlicet non nasci optimum quidem omnium, & melius est mori quàm vivere, Quod multis quidem à Deo testimoniis comprobatum fuit. Hoc quidem illi Midæ dixisse Silenum dicunt, postquam ipsum in venatione cepisset. Roganti autem, ac scicanti, Quidnam sit hominibus melius, omniumque maximè eligendum: primum quidem nihil dicere voluisse, sed racuisse, cum verò tandem omni conatu responsum extorsisset, tum denique coactum respondisse, Fortunæ arumnosæ, & asperæ diurna progenies, quid me cogitis dicere, quæ præstaret vos ignorare? Lucunda enim vita est, suis cuique malis ignoratis. Optimum primum hominibus non nasci, natos autem quàm primum mori. His dictis subdidit Plutarchus: δὴλον ἔν ὡς ἕως κρείττονος τῆς ἐν τῷ τελευτᾷ διαγωγῆς, ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, ἔτιως ἀπερὴνατο: Claret igitur cum pronuntiasse, melius agere cum mortuis quàm viuis. Hæc igitur cum Aristoteles ipse proferat, videtur certè in eadem sententia fuisse, hominibus aut nihil prodesse vitam, aut melius fuisse non nasci. Cum quibus sequitur execratio, de testatioque Aeternitatis mundi. Eorumque iudicium sanius, & melior cupiditas probatur, qui iudicant mundum nec semper fuisse, nec esse debuisse. Euripides item eadem censuit, cuius carmen sic vertitur à Cicerone:

Aeterna calamitates, si mundus æternus.

Optimum non nasci.

Melius cum mortuis quàm cum viuis agi.

Tuscul. i.

Nam nos docebat cœtus celebrantes domum  
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,  
Humane vitæ varia reputantes mala.  
At qui labores morte finisset graueis,  
Omnes amicos laude, & lætitia exequi.

Iudicant igitur omnes meliorem mortem, quàm vitam. Sic Solomon laudauit magis mortuos quàm viuos. Eiusmodi igitur vita, cui mors antepositur, nõ debuit esse sempiterna. Qui

Qui cupiunt aeternam, deteriora cupiunt: cupiunt calamitates, ob quas vitæ mors præfertur, sempiternas. Similia grauius autem Senecam sensisse videbis in libro de Consolatione, ut veritas huius rei facile comprobetur, cui sapientes adeo concordēs assenserunt: Nihil, ait, est tam fallax, quàm vita humana, nihil tam inuidiosum. Non mehercule quisquam illam accepisset, nisi daretur inficiis. Itaque felicissimum est non nasci, proximè puto, breuitate vitæ defunctos cito in integrum restitui. Hæc ille. Si felicissimum igitur est non nasci, non nasci autem est non esse: felicius ergo fuit, mundum paucioribus annis fuisse, quàm sempiternis. Ac certè minus malū fuit, si vita miserabilis est (quia non esse, & felicissimum) vitam pauciorum annorum, quàm aeternam fuisse.

Felicissimum non nasci, aut breuiem esse vitam.

Epictetum & Arrianum homines à Deo creatos, inq; mundum, operum diuinorum spectatores introductos fateri.

CAPVT XX.



ADEM ex cæteris Philosophis assumi poterit probatio, si dictis eorum quis prudenter institerit. Arrianus è Philosophis, aut Epictetus, confessus est ad bene, beatèque viuendum, homines à Deo creatos: ὁ θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἔτι τὸ εὐδαίμονεον, ἔτι τὸ εὐστατέον ἐποίησε. τῶν δὲ τὸ ἀφορμιλλῶν ἔδωκε, τὸ μὲν ἴδια δὲ ἐξέστρω, τὸ δὲ ἀλλότρια. τὸ μὲν ἀκάλωστα, καὶ ἀνὰ γέφυρα, καὶ ἀφαιρέτῳ ἴδια. Quæ sunt, Deus omnes homines ad felicem, optimūque statum creauit, ad hoc occasionem dedit: alia propria largitus vnicique, alia non propria. Sed quæ non sunt libera, coacta, & quæ auferri possent, non propria. In his quis est, qui non cernat, apertam mundi creati confessionem? quia generis humani prædicatur primordium, quum creator & sapiens, optimusque ille Deus dicitur homines ad felicitatem, optimamque conditionem creasse: Quæ quidem, si Mosen percuncteris, est, cum creauit eos ad imaginem & similitudinem suam, dominatum super omnes animantes dedit. Dedit sapientiam, qua se contra malās cupiditates tuerentur, & in optima sese conditione, beatæque vitæ actione continerent. Hæc omnia respiciunt primordium, non perennem dependentiam: nec sine principio, si spectes altè, potest intelligi, ut Deus creauerit, ad felicitatem occasionem dederit: Semper enim fuit hæc occasio, si fuit mundus aeternus. Qui si aeternus fuit, nulla fuit ad felicitatem, & εὐστατέον, compositamque vitam occasio, sed fuit potius ad infelicitatem, ad confusionem. Idem Epictetus, & Arrianus (pauca enim è multis) τὸν δὲ ἀνθρώπων, θεοτῆρ ἐστὶν ἄρα, αὐτῶν τε καὶ τῆς ἔργων αὐτῶν. καὶ ἔμνον θεοτῆρ, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητῆρ αὐτῶν: Hominem verò spectatorem sui, & operum suorum introduxit, nec spectatorem modò, verum etiam interpretem. Quæso Philosophi, quando spectator in mundum introductus est homo, si fuit aeternus mundus? Nullum enim fuit vnquam tempus, in quo non homines spectatores Dei affuissent. Introducuntur enim prius absentia: aeterno mundo, humanum quoque genus aeternum. Quomodo igitur introductus homo, quasi prius non adesset? Nec defendes vnquam per introductionem sempiternam. Nam tametsi posset aeterna creatio, aeterna prouidentia dici, absurdè tamen diceretur inductio sempiterna, cum inductioni sit absentia necessaria. Repetit eadem Epictetus: πῶς δὲ γινεται, ὡς διέταξεν αὐτὸ ὁ διατάξων, διέταξε δὲ θέρος εἶναι, καὶ χειμῶνα, καὶ φερίν, καὶ ἀφορίαν, καὶ ἀρετῆν, καὶ κακίαν, καὶ πάσας τὰς ποιούτας ἐναντιότητας τῶν συμφανῶν τῆς ἔδωκε. ἡμῶν δὲ ἐκείτω σώματα καὶ μέρη τῶν σώματος, καὶ κτήνη, καὶ κοινῶν ἔδωκε. Quæ sunt, Quomodo fiunt hæc omnia? Quomodo inquam moderator ea moderatus est? Aestatem iussit esse, hyemem succedere, statuit abundantiam & caritatem, terræ virtutem dedit, dedit & vitium. omnes id genus contrarietates pro concordia rerum. Vnicique verò nostrum dedit corpus & membra corporis, possessionem & participes. Hæc Epictetus, quibus omnibus, rerum dispositarum non aeternus, sed inchoatus quidam continetur ordo, eruente Natura voces has, è pectoribus hominum. Seneca quoque grauius Romanæ Philosophiæ scriptor, exordium mundi sæpe faterur, cum nominat fundatorem eius, cum docet, qua ratione cuncta disposuerit. Denique ait in Epistolis: A primo mundi ortu, vsque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis, fordidisque alterna dies.

Ad quid homines nati.

Cur homini data sapientia.

Homo spectator & interpretes Dei.

Ordo quidem rerum, sed inchoatus.

Ex sententijs Plutarchi de mundo, Principijs q̄ eius. Ea in quibus nonnulli peccauerunt, de materia prima, de anima malefica, Responſionis contra calumnias Lucretij, quas contra providentiam, temeritatem, & casum defendens, effudit.

CAPVT XXI.

Plutarchus excusatur, Lucretius arguitur impietatis.



UPEREST, vt quosdam de mundo Philosophorum non ferendos errores coarguam, Plutarchi scilicet & Lucretij. Nam quæ vel Aristoteles, vel Platonici quidam in disputatione de mundo peccauerunt, superius declarata sunt. Quanquam protinus in ipso sermonis limine vera sese offert responsio, quod Plutarchus non ex sua sententia, sed Platonis & aliorum quorundam loquitur. Lucretio verò si leporem poeticum detraxeris, nihil ferè boni reliqueris. Quippe qui eam se-

ctam sit professus, cui certum esset, nihil quod à superioribus ingenio præclaris philosophis dictum esset, asserere: & quasi iustica coacta manu, in Philosophiæ campos lutulentis pedibus inuaserunt: sed celeriter reiecti, latrare tamen non destiterunt. Videas homines loqui velut furentes mirificas animorum phantasias, monstraque terrificas, quales quibus elleboro sit opus: vt pariter cum illis desipiat, qui sese malefactorum delirij opponat. Plutarchus igitur in eo quem de Satu animi in Timæo Platonis inscripsit, principio sic scribit: κόσμον τὸν δὲ φησὶν ἡρώκληϊτος, ἔτε θεῶν τις, ἔτε ἀνθρώπων ἐποίησε: Hunc mundum Heraclitum dicere, neque Deorum quenquam, neque hominum fecisse. Quasi, inquit, timeret, ne Deo excluso, aliquem hominem suspicaremur creasse mundum. Non ita ô Plutarche, sed sentiebat nec hominem vllum, nec Deum ex illis, quos colebant illa sæcula, Mineruam, Apollinem, Dianam, fecisse mundum. Dein Plutarchus proponit aduersus Chrysippum rationes de materia prima, in quam cuncta mala, quæ suspicabantur in creatione remansisse, solebant reiicere, esse materiam ἀπειρίαν, ἀσχηρὰν, καὶ ἀκαχοποιὸν, ἀδύς δὲ ἀνάγκη πολλὰ τῶ θεῶ δισμαχῆσαι, καὶ ἀφηνιάσκειν: Infinitam, turpem, maleficam, necessitatem quoque Deo repugnantem, & rebellem. Hæc quidem Plutarchus optimè primum refellit, mihi que mirificè probantur. Nisi Deus cuncta fecisset, si necessitas in rebus inesset, non omnium dominus esset. Hoc impium & vsquequaque rationi dissonum. Hic igitur laudo Plutarchum, ingenium plenis laudibus honoro. Cum verò Platonem, vel Chaldaeos, Zoroastrémque secutus, animam quandam maleficam describit, quæ teneret ante mundum Chaos, elementaque in confusione, turbans inordinatè, rebellis Deo, repugnansque creandi, hic ego clamores continere non possum. Falleris ô Plutarche, & te quoque defendentem Platonem, contra Stoicos, & Epicureos, eadem incommoda sequuntur. Arguebas Stoicos de necessitate, de repugnante materia: at idem & deterius flagitium, de anima malefica, ἀπιπάλω, aduersante sum-

De materia prima.

Plutarch. reprehenditur, de anima malefica.

Neque fuit chaos neque anima ante mundum.

Nullum interuallum à fundamento ad ædificium.

mo Deo. Quid est enim quod possit Deo supremo resistere? Iam non erat ille motus animæ, si fuisset, sed elementorum confusorum, inanimatorum velut ignis, & aquæ: sic quoque non omnium Dominus, cui tu sæpe submittis omnia, sceptrum rerum cunctarum dedisti, esset Deus. Qui quidem si esset, nullus ei in creatione obsistere potuisset, deuictus, & expugnatus, in cineres redactus ab illo. Quis æternæ inexhaustæ bonitati Dei obstare potuisset? Veritas igitur est, quod ante mundum non fuit Chaos, vt verisimis rationibus Aristoteles euincit. Neque fuit Chaos, neque Anima. Si Chaos fuit, vt veritas est, ab antiquissimis sæculis descendens, fuit initium rude mundi, non æternis sæculis ante mundum, sed ipsum mundi rude exordium, massa mundi, primum fundamentum, cui iacto positoque, reliqua mundi fabrica superextructa fuit, ab eodem architecto fundamenti atque totius ædificij. Nullum interuallum, nullum otium à fundamento ad ædificium. Turbatio quidem elementorum, quæ dicitur etiam à Mose nomine Hebraico rachaph, vnde Græcum addita syllaba ταράχη Tarachi, vera fuit, sed fuit non ab aduersanti anima, sed ipso eodem Deo, turbante nempe, fabricante, moliente, terribiliter ex aquis & abyſſo cælestes orbis elementaque disiungente. Iam Plutarchus peccat, quod Platonis in Timæo Phædróque animam, non verè nec iuxta mentem præceptoris interpretatur. Anima cuius origo contextusque describitur in Timæo, non est omnis

Omnia anima, sed anima cæli. Eodem quoque libro describitur origo particularium animarum. In Phædro quoque scribitur de anima humana: sed in Timæo generatur, in Phædro sempiterna declaratur. Quod à Plutarcho non est explicatum, ambagem hanc contradictionemq; refugiente. Veritas igitur est primum, quod Plato (quis enim non præferat hominibus veritatem?) inconstans fuit, quod generatum & ortum in Timæo, sempiternum in Phædro constituit. Deinde nusquam est apud eum anima malefica rebellisq; Deo. Sceleratum Magorum dogma. Si Platoni Chaos placuit, secutus est maiores. Non rectè. Delectus enim in dogmatis humanis haberi debet. Aut si rectè, sensit Chaos nulla comitatum anima, sed rudem elementorum confusamque congeriem, turbatam non ab anima, sed quia frigida pugnabant calidis. Ad postremum verè defenditur Plutarchus, veris auxilijs à dedecore redimitur. Non ex vbertate pectoris sui sanaque Philosophia, qua florentissimum eius ingenium exuberavit, talia scripsisse, sed ex Platone, Platonem autem ex maioribus nonnullis, quorum dogmata plusquam lyncæis oculis euoluenda, sub eadem massa bonis & malis iacentibus.

Anima cæli. Plato inconstans qui ortum sempiternum statuat. Chaos apud Platonem.

Excusatur Plutarchus.

Diffoluuntur vanæ Lucretij contra mundi creationem, rerumque ordinem, calumnia. Coarguitur necessariò sensisse providentiam rebus inesse, Omnia causa nostri fecisse Deum: quæ putasset Epicurus noxia, vel superuacanea, summam providentiam habuisse.

CAPVT XXII.



VCRETIO verò propter sermonis insolentiam quis respondeat? Meras enim, velut emota mente, crepat vanitates: sed non potest sic veritas aboleri, quin illam mens humana nonnunquam profundat. Principio igitur nominat naturam:

Impius Lucretius.

Confringere vt arcta Nature primus portarum claustra cupiret.

Lib. I.

Videtur itè eà detestari religionè, quæ peperit scelerata & impia facta:

Quin contra sapius olim Religio peperit scelerosa atque impia facta.

Ibidem.

Procedamus igitur per singula. Cõgigit enim inuitum, vel incautum Natura fateri, quod omni eo libro fugiebat. Si natura est, ordo quoque est. Quid enim est aliud Natura, quã rerum nascentium, crescentium certus ordo, concentus, recta ratio? Si recta ratio & certus ordo rebus inest, qui Natura dicitur, vbi casus, vbi temeritas, quã totis illis libris obnixè tuetur? Vbi temeritas atomorum? Vbi mundi constitutio ex concursu temere cadentium atomorum? Vbi lapsus & interitus eiusdem, nullo præside? Si vult ratione & natura discutiendos esse terrores, vult agi ratione cuncta, Quæ maior ratio, quàm Deum esse, resque humanas eum scire & attendere? Quæ maior ratio, hominumque consensus, quàm mundum consilijs vnus maxime sapientiæ gubernari? Quæ natio tam effera, id non confessa est? Quis animus non animaduertit? Quot argumentis confirmatur? rerum ipsarum testimonijs prædicatur? Vult autè ratione nos vti Lucretius, & eius auxilio terrores vanos, falsasque opiniones discutere. Ipsa igitur hæc ratio, docet esse falsissima, quæ libris illis scripsit. Præterea quid sibi vult quod prosequitur?

Natura, est ordo rerum.

Quippe vbi non essent genitalia corpora certa, Qui posset mater rebus consistere certa? At nunc seminibus quia certis quaque creantur, Inde nascitur, atque oras in luminis exit Materies vbi inest cuiusque, & corpora prima. Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni, Quod certis in rebus inest secreta facultas.

Ibidem.

Audis vt seminum certos ac præscriptos ordines fateatur? Vt rerum formas inuariabiles, constantes, æternosq; reditus rerum nascentium? Hæc constantia & certus ordo seminum, quid est aliud, quàm consilium Dei, quod Moses explicuit datum, cum cuncta producerentur? Dixitque Dominus, Producat vnumquodque iuxta genus suum, habens

Certus ordo semini quid. Gene. I.

semen in semetipso. Vides ordinem, secretamque facultatem, quam Lucretius agnoscit & d fatetur fuisse imperium Dei. Secreta rerum & certa facultas arguit quandam sapientiam inuentricem & praesidem. Certa quoque genitalia corpora, quod Aristoteles & praesens plenius vocibus praedicaerunt, temeritatem tota Natura exulare cogunt. Protestantur artificis mirabilem, quae dedit ordinibus, perennitatem, sapientiam. Situs ille genitalium membrorum probat aliquem consilio, solertiaque potentem: Non casu, fortuitoque venisse tale, tantumque artificium, quod perennem suppeditaret originem. Nam qua temeritate venisset, eadem brevi concidisset. Cito enim cadunt, quae temeritas inuenisset. Per tot annos ordo nascendi ductus est, idem semper & similis sui. Quod igitur creantur quaeque seminibus certis, arguitur ratio magna, mundi praesens, ingentium operum opifex, Naturae rector, arguitur spiritus intus alens. Quod verò detestatur eam religionem, quae peperit scelerata & impia facta: Ergo laudabilis & sancta, quae sanguinem humanum fundi prohibuit, scelerata sacrificia sustulit, iter hominibus ad innocentiam aperuit: eos summa charitate, modo sequantur, deuinxit: cuncta flagitia summouit. Quod si mala, nefariaque

Consilio non casu membra humana facta.

Malefica religionis & vera sanctaque effecta.

Tantum religio potuit suadere malorum,

Certè quae tot bona quotidie suadet, exosculanda, summis laudibus efferenda. Vera generis humani magistra iudicanda. Haec ad alia fatetur, suadet, mundum non temere, sed consilio aeterni Dei fuisse creatum. Alias autem rationes, quas Epicurus, non contra creationem, sed contra quale retulit Moses, inuexit, superius discussas non repetam: quod Deo nullum emolumentum gratia nostra praestare potest, ut causa nostra mundum moliri voluerit: Quod tanto ante tempore quietum nihil illucere debuit, ut cuperet vitam mutare priorem. Fas enim esse, rebus nouis studere eum, cui veteres obsint: sed cui nulla omni antea tempo ægritudo accidisset, cum pulchre degeret æuam, non potuisse amore nouitatis accendi. Nobis quoque non nasci nihil mali fuisse. Responsum enim superius, Maiorem esse bonitatem, charitatemque diuinam, quam cuiusuis hominum. Nec si homines remunerantur, qui beneficium dedisset, eadem ratione Deum eos remunerari, à quibus beneficium accepisset: sed cuius omnes virtutes sunt virtutibus humanis in immensum maiores: sic benignitatem & clementiam tanto nostra esse debere maiorem, quod nostra remuneratur à quibus accepisset, illa gratificatur à quibus nihil accepisset. Improbatur etiam & criminibus incessitur à mortalibus amicitia, quae remunerationes expectat, mercatura dicitur, non amicitia. Contra, summis laudibus tollitur, vera charitas iudicatur, cum gratificatur amicus amico, nullius remunerationis causa, sed sola bonitate sua. Deo quoque simillimi iudicatur, qui beneficium inimico contulissent, qui pepercissent. Vera igitur bonitas Dei fuit beneficium dare creandi mundi, à quibus nihil accepisset. Sic enim magnitudo bonitatis suae cognita fuit. Quod autem Deum creando mundo, vitam mutasse priorem, & quasi tædio prioris ætatis accusas ad creationem venisse, magna cæcitas, inexplabilis error. Si Deus causa nostri, non sua, creauit, cur putas cum vitam mutasse priorem? Mutasset, si propter se mundum fecisset, si quasi male prius habitans mutare sedes, reficere domum statuisset. Hoc stulti dicant: sapientes autem, Deo semper ubertate felicitatis suae circumfuso, nunquam sempiterna gaudia sua defuisse. Quibus cum bonitas quoque par adesset, alios eius efficere participes voluisse: Id autem in Aeternitate fieri non potuisse. Solus enim ipse potuit aeternus & laetus esse laetitia sempiterna. Homines igitur & Deos fecisse, terras hominibus, Diis caelum, vtrisque caelum & terras, ut maiestatem suam noscerent, colerent, pariterque secum beati essent. Quod in tempore duntaxat, in Aeternitate minimè fieri potuisset. Solius enim eius aeterni æui. Sed his facile resolutis, quae mouere forsan aliquem possent, quae posuit Epicureus idem probaturus temere & fortuito, non à Deo creatum mundum, quod tantis culpis subiectus sit, quod magna ubique temeritas & inordinatio, & confusio, resellantur.

Ibidem.

Principio quantum caeli regit impetus ingens,  
Inde auidam partem montes, syluaeque ferarum  
Possedere, tenent rupes, vastaeque paludes,  
Et mare quod late terrarum distinet oras.

Plaga mundi caloribus & frigoribus inhabitata.

Haec Lucretius. Ad haec, quod duae maximae mundi partes, aliae feruoribus, aliae gelu affiduo mortalibus sint ablatae: quidquid autem arui restet, ni vis humana resistat, breui sentibus obducatur. Et cum iam late virere, floreretque fruges coepissent, partim nimis feruori-

Aferuoribus Solis, partim hymbribus gelidisque pruinis auferri: Vexari violentis flatibus ventorum. Ad haec cur feras horriferas, hominibus infestas alant mare & terrae. Cur anni tempora morbos apportent. Quare mors immatura vagatur. Cur infans humi proiectus, contra quam bruta, indigus opis, implet locum vagitu. Nec pecudibus quemadmodum nobis, opus est mœnibus altis, quibus se tueantur. Quibus omnibus Epicureus nitebatur probare, mundum non Dei consilio, sed temeritate & casu emeruisse, cuncta Fortuna gubernante. Ad quae è verissimis Naturae thesauris rationes depromptas, poterit, qui voluerit, obuiocere. Principio ut in omni causa, atque opere, qui bonis silentio praeteritis, mala & accusationi obnoxia persequeretur, improbus haberetur: sic improbus habendus, qui tam mirabilibus rebus, quibus conficitur ornatus mundi, tacitis, ea tantum infectetur, quae calumniandi locum praebere possent. Verè enim dixit grauis orator. Sed est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Innumerabilia sunt in mundo, quae non admirari modò sapientes, sed obtupescere coegerunt. Nec fatiare sese considerando illi potuerunt. Improbantur, stultique dicuntur, qui vel ignem, vel aquam, vel ferrum conuitiis infectentur, quod aliquas clades ab his importatas audiamus. Denique nulla res, cunctorum iudicio, vtilis, necessariaque iudicata, quae non ob aliqua adiuncta incommoda vituperari possit. Consideranda sunt igitur longè plura ac meliora, quam paucissima, ac minima mala. Quemadmodum qui eloquentia quam diuina virtus sit, vult noscere, non vrbes euerfas malorum loquacitate, sed innumera bona bonorum eloquentia parata consideret. Ut igitur dem, in tanto bonorum numero, quaedam mala interuenisse, non protinus assequeris ut calumniari mundum, mentemque magnam, qua gubernatur, tollere possis. Sed praeter hoc responsum, mihi non modo calumniam patere non videntur, quae Lucretius obiecit, ut non minus in his ipsis prouidentia vigilasse, ingeniumque suum exercuisse videatur, quam in his, quae claram prouidentiam protestantur. Montes, Syluae, vastaeque paludes, & mare latissimum Lucretio visa sunt, quae prohibeant ne fateamur mundum diuinitus creatum. Audiatur igitur principio. Montes nihil habent in terris, quod non maximorum commodorum, incredibilique venustatis causa factum videatur: ut si montes in terris non adessent, multa mala cum dedecore consecutura fuisset videntur. Cernentur autem mala montibus absentibus, si commoda venustasque his praesentibus considerentur. Iamprimum coercentur montibus rupibusque celsis mare, ne profluat in terras: in eos durissimos, & inexpugnabiles carceres illudit fluctus insanos. Hic rabies efferata quiescit. In montibus caelum saluberrimum, defecatus aër, corporibus firmandis aptus. Et cum graue calum infestat ætate habitantes in plano, qui tenent montes, locorum celsitudine, calique bonitate à morbis defenduntur. Hic amoenissimi secessus, hic saltus opaci, virides syluae, ad voluptatem, vitamque quietiorem iucundissima. Secedit in montes innumerabilis hominum multitudo, secessus illos sacros, syluasque viridantes & propiora caelo loca adamantes. In campis nulla grata oculis varietas, eadem semper terrarum facies. Motes autem mirabili varietate distinguuntur. Hic valles vmbrosae. Hic latè prospectus oculorum. Nunc tumulus surgit, nunc caua vallis hiat. Nunc pendet rupis, nunc occurrit nemus vmbiferum. Nihil in montibus ociatur. Nam syluae tum gratissima sunt, tum praebent nobis omne genus materiam ad humanos vsus maximè necessariam. Tum feras, animaliaque mansueti nutriunt, quae causa hominum esse facta, declarat, quod his soli homines vtuntur. Qui feras item persequentes, tum, carum venatu vitant, tum exercentur: firmant vires corporum: Incredibilis est laetitia persequendis eis. Ad postremum, magna montium necessitas. Sine his nec hominum vita sustineri, nec vlla in terris venustas inueniri posset. Quis est enim, qui nesciat, si non essent fontes & flumina, maximis incommodis humanam vitam fuisse vexandam, imò verò defecturam breui? Montes igitur gignunt nobis fontes & flumina. In cauernis montium cogitur frigidus aër: hic destillat, defluitque in fontes. Fontes aggregati flumina conficiunt. Haec ad vrbes in plano sitas descendunt, deferunt secum quae nullius ore numerari possunt bona. E montibus Aethyopiae oritur, labiturque per varias terras Nilus. Heluetiorum montes quatuor incluta flumina mittunt in varias terras, Danubium in mare Euxinum, Padum in Italiam, Renum per Germaniam in mare Oceanum, Rhodanum in Galliam. Sic è monte Taurò, Tigris & Euphrates. Denique cuncti fontes, è cauernis illis, latissimisque specubus oriuntur. Quid esset autem humana vita sine fontibus, & fluminibus? Qui igitur accusauit montes, eosque temere

Incommoda & aequa.

Et laetum infectatur improbus quae mala putantur, bona vero silentio transigis. \* 3. de Legib.

Nihil tam commodum quin incommodum videri possit.

Lucretius calumniator rerum diuinarum.

Ordo admirabilis & pulchritudo partium diuersarum montes.

Syluae.

Campi.

Feras. Animalia mitia.

Fontes. Flumina. Cauernae.

Nilus. Flumina quatuor è montibus Heluetiorum. Fontium commoda.

terras occupasse putavit, nec eorum vidit commoda & necessitatem, diuinamque creaturam eis providentiam non perspexit, is sine dubio dementissimus fuit. Quorum accusatione expiata, purgata est etiam culpa sylvarum, quæ tametsi tenentur à feris, tamen feræ ipsæ, ad utilitatem, voluptatemque nostram deseruiunt: ut, si non fecisset Deus, facienda fuerint ab hominibus earum lustratum maiores capiunt homines è syluis fructus quam feræ, ut propter homines factæ, non propter feras aperte nascantur. Venio ad paludes, & lacus, & mare, quorum non minor necessitas & usus, quam montium, ac sylvarum. Hincque primum aggredior. Quanto melior Lucretio & Poëta & Philosophus fuit? qui collustrans oculis opera mundana, in quibus lacus & paludes contemplans, ea non temeritatis, sed summæ providentiæ, diuinæque bonitatis munera iudicavit, & inter precipuas Italiæ laudes ascripsit:

*Feræ ad quid create.*

*Paludes, lacus, mare.*

*Præcipue 2. de mar. Deor.*

*Lacuum commoditas.*

*Animalium usus. Mare ad quid creatum. Aëris usus.*

*Solis commoditas.*

*Maris commoditas.*

*Lucretij cecitas & imperitia.*

*Feruoies & frigora terræ ad quid.*

*An mare quod supra, mæxorem, quodque alluit infra? An ne lacus tantos, calavi? maxime teque fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?*

Laudavit igitur mare, lacus, ad pulchritudinem Italiæ data, non ad infamiam providentiæ putavit. Marcus igitur Tullius omnibus laudibus Lucretio superior, quantus est in explicanda diuina providentia? quæ respicitur in his, quæ mari, lacubus & paludibus nascuntur. Duos igitur vni Romanos oppono, quanquam nulla ratione conferendos, Lucretio, siue patrij sermonis elegantiam, siue mentis diuinitatem compares. Lacus igitur in Terris etsi prohibent habitationes humanas, non tamen tollunt commoda, decorem, necessitatē. Neque enim erant omnia casis, domibus, palatiis replenda. Pars terrarum ad urbium ædificia, pars ad agros, vnde victitarent homines, parabat. Ut hominibus replere terras venustissimum fuit, sic replere piscibus maria, lacus, paludes. Non decoris tantum, quod diuersi generis animalia nata sunt, terrestria & aquatica, verum etiam & is, quod cibis ex omni loco datus hominibus fuit, perspectus est. Ad postremum doceo, summo consilio, magna necessitate, mare factum esse latissimum, ipsiusque terris longè magnitudine, vastitateque amplius. Nec secus fieri potuisse, nec debuisse. Omnium rerum quibus animantium vita sustinetur, nemo est qui nesciat, aërem maximè necessarium. Eo viuunt, spirantque animantes, eodem olfaciunt, eodem vident. Nubes item & vapores, atque hymbres, ad vbertatem, fecunditatemque terrarum necessarios esse quis nesciat? Hoc igitur tam salutare, & omnibus terris vniuersale beneficium, qui rectè consideret, nobis mare ministrat. Nunquam citra mare contigisset. Tantundem est ad id in terris mare necessarium, quam Sol supernus. Sol igitur super immensas aquas, quæ per vniuersum terrarum orbem circumquaque diffusæ sunt, flammam euomens, easque irrequietis ignibus excoquens, & resoluens, elicit reparatque aërem, quo tota inter cælum ac terras regio repleta, suggerit animantibus spiracula, recreat haustus, frigiditate sua, cordis æstuantis calores. Is, ut dixi, reficitur, reparatur, renouaturque semper extractus è mari, rapidi potentia Solis. Qui quanquam elicitur etiam è terris, at is perexiguus est, ut nisi magnitudo maris, aquarumque numerus tantus adesset, nulla ratione tantus aër fuerit reparandus, exhauriendusque quantus ad omnem mundum satis esset. E mari quoque trahitur alia euaporatio, quæ coacta, densataque in nubes, pressaque ut spongia, protinus hymbrem ingentem demittit in terras. Is gremio telluris exceptus, magnus alit, magno permixtus corpore foetus. Nisi igitur tantus, quantus est numerus aquarum, fuisset creatus, nisi sese per omnes terras mare diffundisset, nec aër reparari potuisset, nec nubes è mari sublata, terras hymbribus fecundasset. Vtilius igitur fuit animalibus, & ad eorum vitam magis necessarium, ut fieret latissimus aquarum cumulus, quam ut vbi nunc mare decumbit, esset habitabilis terra; quæ nec ipsa, nec alia pars terrarum, quæ nunc habitatur, teneri ab hominibus propter sterilitatem potuissent: ipsi que animantes nec nati fuissent, & si nati, respirare postea non potuissent. Hanc calamitatem, quia contra Naturam arma susceperat, & in eam scripturus venerat, videre Lucretius non potuit: cui visum est, caruisse consilio & providentia, quod mare tantum terrarum occuparit. Mitto enim nunc alia, nullius ore enumeranda commoda, quæ percipiuntur è mari: mitto nauigationes, piscis que omni generis, quibus maxima pars humanæ vitæ sustinetur. Venio ad perpurgandas alias accusationes, quod alia terræ propter feruoies, alia gelu assiduo sint mortalibus ablata. Eadem atque superius, Naturæ calumniandæ dira cupido. Principio deprehensum est, nullas esse terras vel ob frigora, vel calores, non habitabiles. Deprehensum est, eos falli, qui vel Zonam torridam, vel

Adam, vel duas frigiditas inhabitabiles existimassent. Inuentumque est, nec tam seua frigora, nec tantos esse feruoies in mundo, qui prohibeant, quo minus omnis terra colatur, quisque locus hominum cultu teneatur. Omnis enim regio, quæ Solis rectis radiis subiaceret, à Tropico Cancræ, ad Capricorni, innumerabiles sustinet habitatores. Mitius quidem cælum nostrum, ac temperatius, at & illis sunt sua bona, quæ nos in terris produci nostris cuperemus. Illique ad æstus affueti tam iucundè ac beatè viuunt in sua, quam nos in nostra regione. Cunctis Natura proprium quid gratificata est. Si quid aduersi dedit, remedia quoque, quibus incommoda locorum leuantur, non denegauit. Eas quoque Zonas, quæ polis rectè subiacent, vbi necessario sunt dies ac noctes temporibus variis bimestres ac trimestres, vidi qui ferrent non modò facillè ab hominibus habitari, sed vsque ad cælum illud temperatum esse, ut binas ac ternas fruges singulis annis legant. Cui ratio quoque astipulatur. Quo tempore Sol assiduus super terris immoratur, fruges maturari, produci de terra cuncta bona. Densores autem tenebræ, mensē duntaxat ingravescunt. Hæc vidi qui vidissent, fidelissimè que referrent. Non illic mare glaciale est. Tum si glaciale, habitabile quidem, & vestigia patiens, super astricta glacie, casus figunt, dum gelu durata solida terræ modum præbet. illic negociantur. Vbi resolutio propinquat, tollunt urbem, redeunt in terras. Vbi que igitur fuit diuinitus consultum. Cur porro tacuit Lucretius, qui queritur æstus & frigora, quæ solis facit accessus, ac discessus, diuinum, quo Sol it, reditque singulis annis, ordinem, nunc hyemes, nunc ætates efficiens? Quo quid diuinius? Dum nobis hyems necessaria, frigoraque grauidant terram, & in viscera naturalem calorem reiciunt, hymbresque omnia fecundant, interea dat illis Sol accessus feruoies, quibus maturatas fruges ad horrea portant. Quod autem queritur accusatque Naturam Lucretius, quod cumque restet agri boni, ni vis humana resistat, sentibus obduci, partimque feruoribus, partim casibus aliis auferri: primum monebo eum, si voluerit, aut potuerit suspicere, quod longè meliores Philosophi docuerunt, explorumque abunde est, cum felicitas, rerumque secundarum successus & copia mortales reddat insolentes ac peiores, cum sint deteriores, quo ditiores, cum corrumpunt animos & corpora haud citra diuinum consilium euenisse ut victus sudore constaret, ut excussa corporibus atque animo torpedine, & fortiores fierent homines, & alacriores, addo etiam meliores. Nemo enim est qui nesciat, laborando non modò corpora, verum etiam animos effici meliores, quod ocium tam corporibus tabem ingenerat, quam animis rubiginem. Cernere est equos longè deteriores, quos ocium & sagina corrupisset. Certissimum igitur sit, nisi victu quærendo labores hominibus dati fuissent, multa mala consecutura fuisset. Nec vlla designari poterit honesta causa, cur Deus auferre labores hominibus debuisset, quibus ablatis remanent ociosi, ventri, libidinibusque fœdis, quales hodie, quibus res affatim suppetunt, seruientes. Tales essent omnes in ocio & ignauia, quales Campani, quos agri bonitatem grauis orator dicit superbos & crudeles reddidisse. Itaque maximè fallitur Lucretius, quod optimum fuit, hominibusque vtilissimum, diuinèque sapientia testimonium, suspicatus fuisse temeritatis. Similis est responsio, de pruinis & hymbribus. Neque enim si quando calamitas ab igne contigit, ut domus incederetur, infans in ignem lapsus arderet, protinus accusabimus ignem, & temere non ad utilitatem ex summa providentia datum arbitramur: Sic cum sint hymbres optimi, necessarii, sine quibus vniuersa terra squaluisset, qualis ea regio, vbi mare fabulosum est: si quando cadat vberius, non est protinus temeritati tantum, tanquam diuinum munus tribuendum. Sunt autem regiones, quibus pruinæ rosque cælestis, quibus cadit copiosissimus, est pro pluuia. Eadem de ventis dicenda. Nemo potest enumerare commoda, quæ venti largiuntur. Hi differunt nubes, & grauidas hymbre per omnes terras diffundunt. Per omne mare cursus dirigunt: magnos afferunt hominibus vsus, ut ex omni regione vectigalia, merces, vni in locum comportent: efficiunt ut mores, habitusque peregrinos, quæ semper fuissent incognita, noscamus. Sed hæc quidem oblectationis, illa necessitatis, quod ab his vapores è mari Solis ardoribus educti congregantur in nubes & constipantur. Ab eisdem velut manu spongiæ nubila compressa in pluuias laxantur: quod sine ventis nulla ratione fieri potuisset. Venti præterea purgant aëra, tetros odores, malisque exhalationes ex omni mundo surgentes amoluntur. Iidem serenitatem, iidem nubila, velut aëris moderatores ac domini, apportant. Sine ventis non minus homines viuere, quam sine Sole non potuissent. Nunquam enim his absentibus pluisset. Nunquam serenitas cælestis affulisset. Vbiq;

*Natura omnibus gratificata. Zona.*

*Temporū anni vicissitudines.*

*Rerum copia insolentiam parit.*

*Cur homini labor propositus.*

*Ignis non accusandus quod adurat.*

*Ventorum commoda.*

Insignes virtutes non omittenda in virtutibus notandis.

Bona nostra non eadem semper: Dei bona permanentia.

Ex feris plura commoda quam incommoda.

Monstra in locis calidioris.

Ferrum datum ad usum, non exitium.

Morbis et mors temere deplorantur a Lucretio.

Domorū edificiorum usus.

In morte nulla culpa confertenda, sed in nostras cupiditates qui eam acceleramus.

caliginosus aer inhorruisset. Numerare igitur ventorum commoda Lucretius, non incommoda debuerat. Sic commoda, quæ nimij feruores apportant, quos vehementes fieri ad torrendas fruges conueniebat. Neque verò bonus apud mortales haberetur, qui cuiusquam leuioribus vitiis notatis, maximas, insignioresque virtutes omitteret. Si quid igitur nimij feruores frugibus natis nocuerunt, at respice vt ab eisdem est terræ visceribus promuntur, aluntur ad incrementum & maturitatem, denique maturatæ caloribus, domum ab hominibus deportantur. Sine feruoribus nec nasci, nec crescere, nec maturari potuissent. Ac verè dixit ille, longa est oratio, multæque rationes, quibus doceri possit, omnia quæ terra concipiat semina, quæque ipsa ex se generata stirpibus infixæ contineat, ea temperatione caloris, & oriri, & auferre. Solus autem Deus vndeque bonus ac beatus. Nostra, bona quidem, sed quoniam à Deo longè distita non eadem perfecta, syn-cera, inuiolata bonitate, vt semper profint, nunquam nocent. Quemadmodum nihil est luce melius, ac delectabilius: at Sol sæpe corpora hominum inflammavit. Quod autem de feris horriferas, quæ nobis infestas alant maria & terræ, obiecit Lucretius, similis responso. Paucissimæ enim sunt feræ hominibus infestæ, at innumerabiles ad omnes vsus aptæ. Ex eisdem quoque remedia, vel ad earum, vel aliarum ferarum nocuenta sumuntur. In omni igitur Europa, siue Italiam, siue Germaniam, & Galliam aut Hispaniam peragraueris, has hominibus infestas, nisi fuerint priores irritatæ, feras paucissimas enumerabis. Nam regiones calidiores, necessariò multa monstra, propter feruores, aluerunt: sed & ea prodigiosa, magnæ voluptatis cum visuntur, magna Naturæ potentis indicia, non vnam aut alteram faciem, sed longè varias ac dissimiles nobis offerentis, & quasi ludetis. Quid Elephantis, Rhinocerotibus mirabilius? Quis Cetum conspiciat, non obstupuit, miratúsque vocem & mentem ad artificem sustulit? Quod Naturam accusans, casum temeritatèque defendis, quod lupos, voracèque bestias crearit, cur non laudas & admiraris, quod boues & equos, ad humanam vitam necessarios, quod tot ferarum genera ad cibos, omnèque alios vsus eduxit? Cur oculis iniquis munera eius, tamque mirabiles diuitias cernis, nec te vel odium, vel hebetudo laudare sinunt, quæ meliores non modò laudarunt, sed etiam obstupuerunt? Factæ sunt igitur quot fieri formæ potuissent. Mirabilis est, & ad diuinam prouidentiam illustrius, tot tantisque animalium formas apparuisse, tam varij generis arma, quibus se tuerentur, accepisse, quam questu dignum, quod his arma dedisset. Quæ neque data sunt, vt hominibus nocerent: sed sicut non fuit datum ferrum ad exitium sed ad usum, sic vt his illa se tuerentur. Vt igitur cornua tauris, apibus aculeos, ceruis velocitatè, equis calces dedit, sic venena serpentibus, morsus feris tetroribus: quibus vt dixi, non nocerent, sed se defenderent. Hoc fuit naturæ mirabile consilium. Quod autem morbos, mortemque immaturam deplorat Lucretius, hincque prouidentiam, quæ rebus humanis consuluisse, tollere festinat, in mediūque protrahit infantes, humi proiectos & flentes, & opis indigos, vna eademque responsio. Nā quæ morbos apportant, parte alia sunt optima, salutaria, vitalia. Sol magnis feruoribus febres accendit: at eodem tempore fruges torret: fructus maturefcere cogit: efficit vt vna dulcescant, leuèque & pressæ dulcia vina profundant. Hisque intelligimus, non idcirco totius orbis dominum, nobis lampada Solis inflammasse, quò corpora morbis conflictarètur, sed quò frumenta, frugèque omnes maturatæ carperentur, & vuarum liquores, acerbitate mitigatæ, suaues effecti, non multò post ab hominibus biberentur. Quod si eodem tempore febres inflammant, tum id perrarum est, tum nulla ratione cum bono & vtilitate, quam feruor ille largitur, conferendum. Sed nostræ prudentiæ extiterit, quemadmodum ignem ne lædat, declinamus, duntaxat autem ad vtilitatem, quæ tam varia, mirabilisque est, vt imur: sic domibus, & tectoriis, quorum faciendorum Deus idem ingenium dedit, feruores Solis declinantes, eos sinere flammis iactare per arua, & maturandarum frugum munus absoluere. Quoties agricolas ipse vidi, summis votis æstus ingentes efflagiantes, quibus excutiendis frugibus incredibiliter iuuantur? Vidi nautas mare, quod nauigantes, tam varia bona domum aduertunt, dicere mare benedictum, mare diuinum, ac sanctum: Sic feruores Solis agricolæ sciunt ac faentur sanctos, diuinisque, propter incredibiles vsus. Mors igitur immatura non fuit Naturæ consilium, quæ cuncta mirabilibus modis ad omnium conseruationem studuisset. Raro hæc culpa eius, sed nostra, qui cupiditatibus effrenatis feruientes, exitium nobis acceleramus, & aut inimicitis, ferroque ante diem cadimus, aut morbis, quos voluptates ac libidines attulissent, conflictamur. In vniuer-

A Theologiam, è quibus Parmenides tres illas hypostasas exquisitius ab inuicè separatè rit, Primum appellantem, ipsam principalem Vnitatem: Secundum Vnum multa, vt postea dicemus: Tertium, Vnum & multa. quorum rationes libro secundo reddentur. Sicque consentire Parmenidem φύσει τῶν ἑρσιῶν, Tribus naturis (sic enim loqui consueuerunt) Anaxagoram autem Mentem puram, & intemeratam statuentem, primatū rerum potuisse simplex, & separabile, ipsum Vnum: Heraclitum quoque ipsum Vnum agnouisse sempiternum, & intellectuale: Empedocli materiam fuisse quatuor elementa, amicitia ipsum Vnum, in corporeum quidem, quoniam elementa corporea. Denique veteres præcipuè, qui Pythagoræ, & Pherecydi successissent, huic supremæ, simplicissimæque naturæ, cum primis incubuisse, sed alios sensa sua scripta reliquisse, alios non scribendo, sed in communi sermone tradidisse, esse videlicet vltra ipsum Ens, τὸ ἐν, ipsam Vnitatem, sequi deinceps τὸ δι, καὶ ἕξ, id quod vocatur Ens, & Mens. Tertia iam animi natura. Ac quemadmodum ea terna inueniantur in natura, sic arbitrandum esse apud nos. In libro quoque de Generatione, & ordine eorum, quæ post Primum, dicit ipsum Vnum, videlicet Patrem, genitorem esse τὸ ὕπτος, ipse Entis, nimirum Mentis, hancque esse primam generationem. Nam cum sit perfectissimum ipse Genitor, qui neque quærat, neque habeat, neque indigeat, vt superius monebat, summæque eius vbertas genuerit alterum Genitum quidem, in ipsum conuerti Genitorem, ac repleri, Genitumque esse in eum respicientem: καὶ ἕξ ὕπτος, huncque esse Mentem. Hæc & id genus præclara multa, eo & sequentibus libris Plotinus docens ipsum Primum esse sibi copiosissimum, vberimum suæ bonitatis fontem: etiam simplex, & primum omnium, appellatum τὸ ἐπέκεινα ὕπτος, vltra substantiam, scilicet vltra Mentem, quæ dicitur Substantia, & Ens: Quod sit principium ingentium, & perfectissimum omnium, prima virtus, & potentissima, quam omnes alie virtutes imitentur: & quod δὲ ἢ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γινώσκον τὰ ἐφεξῆς, δὲ ἢ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γινώσκον, καὶ δεύτερον ἐκείνους τῶν ἄλλων ἄμενων εἶναι. Oportet pretiosissimum esse quod gignit posteriora, oportet pretiosissimum esse genitum, & secundum ab illo, omnibus rebus melius, proles scilicet prima omnium, meliorque, vt Chaldæus dicebat: idem esse Mentem & ipsum Ens: & quod ait in libro de Bono, intelligibilia non esse extra Mentem: Hanc vnam naturam nempe Mentem esse omnes res: Esse ζῆλον ἀληθείας, veritatem, quemadmodum ipse locutus est in mūdo: Esse Deum magnum, eam naturam, καὶ θεὸς δεύτερος, & secundum Deum, proferentem, & ostendentem seipsum, antequam videat illum: Esse regem, nō rerum à se exterarum, sed iustissimo, naturalique imperio, & vero regno. ἄτε τῆς ἀληθείας βασιλεὺς, vt pote rex veritatis, Vt in nostris litteris extat, & Dominus vniuersi, secundum naturam γινώσκματος, καὶ θεὸς τῶν μακρῶν, proles & diuini ordinis, Rex regum, & Pater Deorum iuste appellatus. In libro autem de Pulchritudine intelligibili, Sapientiæ, inquit, magnitudinem, & potestatem quis perspiciat? quoniam secum habet, & fecit entia, seu res, & omnia consecuta sunt cum ea, & ipsa est, quæ sunt & fuerunt cū eo, & substantia illic est sapientia. Pluræque alia diuinissima, in quibus etiam possunt esse (neque enim est, cur absolutam inuolatamque Theologiam, quemadmodum à nostris, ab illis expectes) quæ limam non respuant, eò tamen scopus intendit, vt omnium sæculorum sapientia, quæ nouissimis diebus, ruptis omnibus claustris inundauit in orbem terrarum, eorum testimonio appareat. Ecce enim Plotinus, maiores Græciæ Philosophos, ipsam Vnitatem, primum principium, altissimumque, Diuinitatem fatetur sensisse, deinceps Mentem. Sic apparet Christianam religionem vetustissimam esse, reuelatam postea, exhibitamque passim omnibus, vel pueris, & fœminis, quæ quondam apud solos Philosophos, nec perfecte intellecta, latitaret. Præclara verò sunt & illa, quæ in libro de Ideis, An sistendum sit, vbi Mens: an ad id, quod est vltra Mentem, sit procedendum. Mens, inquit, præfuit principio primo, tanquā in vestibulis ipsius Boni, annuntians in ipso omnia, tanquam τύπος, forma, aut imago illius, magis in multitudine, quàm ipsum quod manet in Vnitate. Considerandamque Mentis huius naturam, quam ratio pronunciet esse τὸ ἐν ὕπτος, καὶ πᾶν ἀληθὴ ὕπτος, verum Ens, & veram Substantiam. Eandem esse χορηγὸν τῶν λόγων, quasi dixeris, fontem rationum, & quod verè intelligat ea, quæ sunt & intelligendo creet. Esse igitur eam τὸ ὄν, ipsa entia. Hæcque esse ante mundum, Ideas nempe, non figuras, aut imagines ab aliis rebus nascentes, sed ἀρχέτυπα, καὶ ἀρδτα, καὶ ἢ ὕπτος, Archetypa, & prima, & Mentis substantiam. Eòque infert, ἕξ, μὲν δὲ ἕτω τὸ ὄν, Mens igitur esto ea, quæ sunt. Eandem Mentem pronuntiat, non simul, ac aliquid cogitauerit, aut in-

Parmenide circuitione miserii τῶν ἄλλων ἐπιπέρας.

Anaxagoræ sententia.

Heraclitū sententia.

Empedoclis opinio.

Pythagoræ & Pherecydis decreta.

Pater, genitor cuius.

Mens, substantia & ens.

Mentem, esse res omnes.

Rex veritatis, & dominus vniuersi. Præclara de Deo eologia.

Omnium sæculorum sapientia, nostris sæculis apparuit lucidissima, quæ per obscura fuerat.

Christianæ religio vetustissima.

Mens omnia in Bono annuntians, tanquā imago illius.

Mens, verum ens, & vera substantia. Mens, fons rationum.

tellexerit, continuo creare, neque enim cum Deum cogitasset, factum est videlicet ali-  
 quod astrum, neque statim, ut motum cogitasset, creatus est. Quo declaratur, non omnē  
 eius intellectionem, esse creationem, sed duntaxat cum vult. De eadem in libro de Ge-  
 neribus entis loquens, Aspice, inquit, in hac magna Mente, & incomprehensibili, non  
 πολλὰ ἀλάφῃ, multa loquente, & verbis creante, sed πολλῶν, multa intelligente, id est, sapien-  
 tissima, quomodo omnia sunt ex ea. Est ἓν καὶ πολλὰ, Vnum & multa. Hæc q̄q; multa, in-  
 quit, sunt vires admirandæ eius, non debiles illæ quidem, sed puræ, maximæ, conglobatæ  
 virtutes, aut vires veræ. Neque hæc vsque ad certum modum procedentes, ἀπειρον ποι-  
 νῶν, καὶ ἀπειρία καὶ τὸ μέγα, Infinitas igitur ipsa, & immensitas, & magnitudo. Hæc ma-  
 gnitudo cum pulchritudine substantiæ, quæ est in ipsa, & splendore, & lumine. Ex quibus  
 Plotini verbis, ipso auro pretiosioribus, fit perspicuum, Mentem esse ipsam rerum vni-  
 versalem, spiritualiter, formaliterq; substantiam: esse sapientiam infinitam, esse omnia,  
 sed formaliter, virtualiter, originaliter, diuino, & ineffabili modo. Esse imaginem, & spe-  
 culum Bonitatis, ut est apud Sapientem, esse veram substantiam. Res nostras præ illa esse  
 uti simulachrum, sicut mens nostra, est eius imago. Et quod maxime obseruandum, fi-  
 gendumq; in pectore, colliges ex Plotino, Ideas nil aliud esse, nisi vires illius sapientiæ in-  
 finitas, immensas, admirandas, quibus in omnia tendit eius ineffabilis inuentio, & molitio,  
 ut his viribus, omnia creata, & creanda contineantur. Ea causa est, quod cum multa  
 sint Hebræis nomina diuina, illud in creatione Moses vsurpauit, quod designat fortitu-  
 dinem, potentiam, Elohim. Illa igitur multa, quæ sunt in eo, sunt Ideæ. Ideæ autem sunt  
 vires eius ineffabiles, immensæ, fontes fecundissimi, formæ primæ, in vnam diuinitatem  
 consentientes. Non enim, etsi multitudinis nomine nuncupantur, sunt multæ: sed  
 multæ sunt, & Vnum. Is est verissimus, optimusq; Idearum sensus, dignus qui recipiatur,  
 & inter principia rerum primo loco habeatur. Quamquã non erunt duo principia Deus,  
 & Ideæ, nisi quadam consideratione.

Mens, cum vult, creat.

Mens, rerum vniuersalis, spiritualis, formalisq; substantia.

Mens, imago & speculum bonitatis.

Mens nostra, imago Mētis diuine.

Ideæ, vires infinitæ sapientiæ Dei.

Ideæ, quanta sunt.

Deus et Ideæ non sunt duo principia.

Ex Theologia Chaldaeorum apud Sibyllas, de Prole diuina, quod sit Regina mundi visibilis, & inuisibilis: & quod à Patre princeps constituta. Ex quibus est conformatio & comprobatio eorum, quæ superius Platonici dixerunt.

CAPVT XXI.



Sibylla Erythrea vnde denominata.

Oracula Sibyllæ Erythreæ de filio dei.

Romani, carmina Sibyllæ non intellexerunt.

Imperator mundi, filius Ioan. 1. Math. 28.

**S**IBYLLÆ ERYTHREÆ Theologia sunt etiam Erythreæ Sibyllæ testi-  
 monia, quæ Chaldæa fuit, filia, ut fama est, Berosi Chaldæi, appellata  
 fortasse Erythrea, nõ ab Erythris Ioniæ vrbe, sed à sinu Persico, & mari  
 rubro, quod vsque in Perfas & Indiam pertinēs, Erythreum, siue rubrū  
 vocatur. Potius autem ab Erythro rege, ut duces Alexandri testaban-  
 tur: cuius sepulchrum eo in littore ad veteris regis memoriam conspi-  
 ceretur. Hæc præclara edidit oracula, ut & claritate, & numero carmi-  
 num cæteras omnes tum Sibyllas, tum Prophetas antecesserit. Nullus enim prophetarū  
 tam clarè & apertè de Filio, & Genitore, de creatrice Mente, de rebus ab ea gerēdis, hu-  
 mana natura, diuinitati cōiuncta, scripsit. Cuius cum ad manus Romanorū carmina per-  
 uenissent (neque verò omnia peruenerunt, sed vix minima pars) non intellecta, ut quæ ad  
 res eorū non pertinerent, sæpe peruersè interpretabantur. Eadem igitur ea, pluribus eius  
 oraculis ommissis, cecinit de Mente, atque Magi: ut omnibus è locis fiat perspicuū, Men-  
 tem à Græcis vsurpatam, ascitamq; ad rerū creationem, non fuisse, nisi eundem, quē po-  
 steriora sæcula confessi sunt creatorem: cuius laus & gloria, & diuinitas, ac maiestas sem-  
 per celebris, semper nota terris fuit, sed ut Dei, non ut filij Dei, nisi longè paucis. Oraculū  
 Magorū dicebat Patrem omnia patrasse, & Menti, quæ prima celebretur à mortalibus,  
 tradidisse, scilicet Patrem per suam hæc prolem esse creatorē, tradentem ei totā potesta-  
 tem, autoritatemq; creandi, altero dante, altero recipiente. Sic & principium rerū à Ge-  
 nitore Mentem constitutā. Peculiareq; est eius oraculi testimoniū, imperatorem mundi  
 esse Filium, esse Mentem: sed imperio accepto ab alio, nempe à Genitore: ob quā causam  
 eum dicebat omnia perfecisse. In eo igitur est filij diuinitas, ut tum sit à Patre genitus, tū  
 omniū rerū creandarū ab eo quondam, postea conditarum, imperiū acceperit. Hoc cla-  
 māt nostræ litteræ, docētes per hunc creatas esse res: hunc iudicē viuorū, ac mortuorū à  
 Patre

A Patre constitutū. De seq; ille ipse, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. omnia  
 concordia, mirabilesq; omnium sæculorum consensus. Quod diuinum Magorum præ-  
 dicabat oraculum, quod Plato, Platoniciq; omnes, non ita fortasse cognitū ante Chri-  
 stum fuisse, donec præsentia eius fecit clarissimum. Sibyllam igitur Chaldæam eadem  
 prædicantem, & totam hanc Diuinitatem duobus carminibus exprimentem, audire iu-  
 cundum est. Nam cum de Patre Deo, à quo principium carminis fuerat auspiciata, plura  
 dixisset, sicut Magi, adiungens eius ad Filium maiestatem, protulit,

Παντοκράτορα ἑστί, ὅστις γέννησεν πνεῦμα ἀπ᾿ αὐτοῦ  
 Κἀπ᾿ αὐτό, ἢ γινώσκεις θεοῦ πάντων ἐποίησε. Id est,  
 Diuorūmq; ducem, & qui cuncta alerētque, crearētque,  
 Instituit, dulcem qui vitam homini dedit omni.

Sibyllini vni-  
sum.

Conciliatio  
doctrinae Chri-  
stiane cum o-  
raculo Sibyl-  
lino.

Dominus  
exercituum,  
Deus.

Psal. 135.

Gen. 1.

Hebr. 1.

Psal. 8.  
Hebr. 2.

Coniuncta  
diuinitas Pa-  
tris & Filij.

Vnde ducit-  
tur tota Theo-  
logia.

Duo sunt in hoc carmine, quæ Christiani, id est, patefactæ, & notæ Mentis adoratores  
 cognoscentes, mira lætitia exiliant, omnibus gaudiis incessant. Clamat Sibylla Patrem  
 dulcem omnibus vitam dedisse. Oraculum Magorum, omnia Patrem perfecisse: Theo-  
 logia Hebræorum, Qui fecit cælos per intellectum: Theologia Christiana, Patrem vocat  
 creatorem cæli, & terræ. Multa id genus Platonici. Prosequitur vates, Constituit eum  
 παντοκράτορα ἑστί, Creatorem, fouentem, sustinentemq; omnia, alentem cuncta. Eundē  
 dicit à Patre datum principem, & imperatorem Deorum, quasiq; regem corporearum,  
 incorporearumq; rerum. Quod & Hebraica Theologia semper respiciens, vocat eundē  
 Dominum exercituum, quasi regem, ac principem, ductoremq; Deorum, quos Ange-  
 los, & Deos appellat. Chaldæus igitur, Omnia perfecit Pater, tradiditq; Menti secundæ,  
 quam credunt, & conferunt principem omnes homines. Græca Theologia, autorem & crea-  
 torem, & omnis ordinis inuentorem, terram informem, formis decorantem, Mentem  
 siue Intelligentiam prædicabant. Hebræa Theologia, præter aliā, hunc vocat Spiritum,  
 super Chaos operantem: tum ait eadem, Qui fecit cælos in intellectu, quod sonat, per  
 Intelligentiam. Nam apud Hebræos In, est Per. Idemq; dicit Græcus, atque Hebræus.  
 Idem apud Græcum ἄνευ, Intelligentia, atque Hebræum, Spiritus super aquas, & Intelli-  
 gentia creans cælos. Nouissima Theologia, totum vulgata per orbem, quoties hæc præ-  
 dicat: Considera, & confer hoc oraculū cum magni Pauli dicto. Cui enim, inquit, Ange-  
 lorum aliquando dixit, Filius meus es tu, sede à dextris meis? Sibylla verò, Constituit eū  
 pater ἡγεμόνα, principem, regem, ducem Angelorum, id est, Deorum. Dij enim apud He-  
 bræos & nostros Angeli vocantur: Ut illud, Minuisti eum paulominus ab Angelis: He-  
 braicè ab Elohim, id est, Diis, & illud, In conspectu Angelorum, in Hebræo, In conspectu  
 Deorum. Aspice diuinitatem, maiestatemq; Filij à diuinitate Genitoris non separatam.  
 Duos hi omnes fatentur, vnum tamen ostendunt. Ut nisi sit in dictis eorum altissimum  
 mysterium, sit necessariò contradictio. Chaldæus omnia perfecisse Patrem, ac Filio, qui  
 Mens prima sit, dedisse. Vates autem, Patrem, dulcem spiritum, dulcem animam, omni-  
 bus infudisse. Post, omnium creatorem, & alumnum illum, Secundum, vocat. Duos ergo,  
 & vnum. Nam vtrique dant rerum creationem. Planè igitur, omnem filij diuinitatem,  
 autoritatem, ac facultatem venire à Patre tradiderunt. Quoniamq; vtrunq; vocant vi-  
 tarum datorem, eorum apertè coniungunt diuinitatem, coniunctamq; vociferantur, &  
 adeò coniunctam, ut omnia habuerint duo principia, veluti vnum, duos creatores, quos  
 ob id coniunctissimos, vniuosq; asserunt, quia non possunt esse duo mundi creatores.  
 Si enim dat cunctis dulcem spiritum ipse Pater, iuxta Sibyllam: & si Pater omnia perfecit,  
 iuxta Magos: quid restat Menti secundæ? Atqui iidem Mentem declarant creatricē.  
 Videbant igitur, aut auditam prædicabant coniunctissimam substantiam & diuinitatē,  
 Confessiq; sunt filium Regem Deorum, creationis Principem, sed eius à Patre genitam  
 substantiam, & autoritatem. Totaque deducitur Theologia ex hoc oraculo. Magi nomē  
 Patris vsurpant, eo primam illam dictatricem, genitricemq; Mentem nuncupantes. Quæ  
 si Pater est eorum testimonio, certè propter eum, quem genuit. Sic æterna generatio.  
 Tum autoritatem quandam maiorem, gradumq; inter illos ostendunt, dum alter dici-  
 tur Pater, dicitur Primus, dicitur tradere creationē alteri, constituit eum omnium crea-  
 torem. Iungunt autem diuinitatem, & substantiam, quia iungunt creatorem. Si enim es-  
 set seiuncta substantia, etiam autoritas, & facultas: aliudq; fieret ab vno, aliud ab altero.  
 Sed cum rerum creatio sit opus eminentissimum, si tantum à Patre id sit, quàm à Filio,  
 necessariò sunt vna substantia, vna autoritas, potestas vna, vnū imperium, vna diuinitas.

Quidquid enim fit ab vno, fit item ab altero. Quod fieri non posset, nisi esset vnum. Sic D erant in antiquissima Chaldaeorum Theologia Pater, & Filius. Et lumen, quod postea in immensas excreuit flammis, tunc quasi in crepusculo scintillabat.

Fidele esse Magorum, Sibyllarumq; testimonium.

CAPVT XXII.

Chaldaei & Hebraei, soli sapientes, vel teste Appolline.



I QVIS autem esset, cui forsân incredibile videretur, hæc à Magis, & Chaldaea Sibylla dicta, & cognita fuisse: is si libros Platoniorum, dictis, ac Theologia istorum Magorum refertos legerit, consideraritq; ea, quæ superius ex eis adduximus, certè non dubitabit. Tum solos Chaldaeos, & Hebræos Apollo testatus est fuisse sapientes: *μοδοι χαλδαίοι σοφισται λάρων, ἡδ' ἄρα ἑβραίοι*: Solis nosse datum Chaldaeis, atque Hebræis. Nec aliunde euenisse putes, vt hi potissimum cognouerint ortum istius magnæ Mentis, diuinæq; prolis, creatricisq; Intelligentiæ, quàm ex antiqua eorum Theologia, quæ prædicabat apertè, fore, vt filius ille Dei, omnium rerum creator, venturus esset aliquando in mundum, ostendendumq; ipsi Magis super hac re signum de cælo. Itaque in eorum Theologia, quæ referta esset oraculis de Filio Dei, & tempus aduentus declarabatur, & signum, quod locum indicaret ostendendum cælitus. Propterea vigilantissimè obseruabant, totumq; ea fama Orientem repleuerant, vt Suetonius in Vespasiano, & Tito testatur. Præceperatq; Sibylla, vt in cælo signum conspicati, duces stellas sequerentur, regemq; magnum adorarent. More autem gentis suæ adorarent. Nemo autem apud Persas salutabat Regem, nisi muneribus allatis. Munera erant, quorû regio esset ferax. Itaque & illi, quoniam auro propter vicinam Arabiam, & thure, ac myrrha abundant Chaldaei, & Persæ, his oblati, regem illum Deorum, creatorem mundi, filium Dei, primam Mentem, adorauerunt. Sed testimonium Theologiæque Magorum, etiam nostris litteris & Platoniorum est clarissimum. De quibus satis erat superiore loco dixisse: sed ideo repetere rationem super eorum Theologia placuit, quod de Sibylla, quæ & ipsa Chaldaicæ Theologiæ est vates, esset dicendum. Vera igitur esse, ac fidelia testimonia istius vatis, clarissimum est. Nam Romani, gens scilicet nondum Christi religione imbuta, earum libros Romam deportatos, in Capitolium collocarunt. Quorum inspiciendorum potestas facta est postea Laetantio, propter Constantini Imperatoris familiaritatem, vt quod præceptor esset Crispi filij. Ea testimonia à doctissimo, eloquentissimoque viro fidelissimè referri, credendum est, propter summam eius probitatem, & docterinam, quam vtranque & libri eius locupletissimè testantur, & quod filij Imperatoris ascitus esset præceptor. Sed luculentissimum est apud Marcum Tullium super hac re testimonium, primum de ordine carminum istius vatis, tum eo ipso, quod his cõprehenderetur. Attestabiturq; Tullius dictis, & oraculis Sibyllæ, scribens de eo diuinationis genere, quod afflatu diuino fieret, quem illi Insaniam appellant: volensq; morem Academiæ secutus id destruere, plura dedit nobis indicia, & argumenta super his carminibus. Primum testatur ea carmina fuisse contexta per *ἀκροστιχίδα*, id est, cum deinceps ex primis cuiusque versus litteris connectitur, ac dissultat aliquid. Asseritq; idem in versibus Sibyllinis ex primis litteris cuiusque versus, omne carmen prætexi. Confer igitur hoc eloquentissimi viri testimonium cum carmine Erythreæ Sibyllæ, quod cecinit de extremo iudicio, rebusq; nouissimis, quod est nunc ferè notissimum, & ab Augustino in libris de Ciuitate Dei refertur. Ibi videbis ex primis litteris cuiusque versus totius carminis, colligi Græce, *ἰησοῦς, χριστὸς, σωτὴρ, θεὸς υἱὸς, πατρὸς*. Iesus, Christus, Seruator, Dei filius, Crux. Sed audi, quid idem in dictis Sibyllarum deprenderit. Quorum, inquit, carminum interpret, nuper falsa quædam, hominum fama dicturus in Senatu putatur, eum, quem reuera Regem habebamus, appellandum quoque Regem, si salui esse vellemus. Audite inquam quid Sibylla vaticinata Romanis esset: Eum, qui reuera, qui solidè, eorum Rex esset, appellandum quoque, adorandumq; vt Regem, si vellent esse salui. Idq; Sibylla prædixerat futurum pauld post ea tempora, cum Marcus Cicero hæc scriberet. Erat autè eius oraculi publica fama. Etenim ait, Hominum fama est, interpretem carminum Sibyllinorum, necessarid dicturum falsa in Senatu, videlicet de Rege Romanorum, quem appellare Regem,

Sibylla stellam prædixit de qua.

Libri Sibyllini Romæ asseruati in Capitolio. Vide Laet. lib. 1. cap. 6.

Lib. 2. de Diuinatione.

Persus acrostichi.

Vide August. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 23. Eusebium in τῷ λόγῳ βασιλικῷ. Oraculum Sibyllæ publicè cognitum.

Rex Romanorum, Christus.

A gem, Romanos oporteret, si vellent esse salui. Hæc erat fama hominum, oraculumq; multis erat notum, falsum autem ab eisdem putabatur, quia nunquam fore credebant, vt esset Rex vllus Romanorum, quorum res esset publica, à quo salui Romani fierent. Hæc autem scribebat Marcus post mortem Caij Cæsaris, paulo ante Triumviratum. Hoc tempore scribens dicebat, Quorum interpret, nuper falsa quædam dicturus in Senatu putatur de Rege Romanorum. Obserua tempus. Dixit enim, Nuper dicturus putatur, indicans proximum esse tempus, cum lectis carminibus Sibyllinis in Senatu, ab interprete ostendetur ex illis quidam Romanorum Rex, quem appellare, & fateri Regem Romanis necesse esset, si vellent esse salui, id est, à Seruatore redimi. Et quamquam erat certa temporum sublata definitio, id tamen tempus istius Regis, Sibylla constituerat, vt Romani & ipse Tullius intelligere potuerint, sub ea tempora eum oriturum. Vnde enim hominum fama ex carminibus manasset, nuper ex his Regem proferendum? Legebantur enim ea iuxta tempora, & olympiadas, quas describebat etiam Sibylla. Et forte talem olympiadem Sibylla istius Regis declarauerat, vt non multo post tempus suum, Marcus, cæterique cognoscerent, hunc Regem ex carminibus illis proferendum, ac monstrandum, non illum quidem multo post futurum, sed iam ferè præsentem. Itaque idem concludens, & detestans Regem, quippe qui reipublicæ partes tueretur, ait, Cum Antistitibus agamus, vt quiduis potius ex his libris, quàm Regem proferant, quem Romæ posthac nec Dij, nec homines esse patientur. Non intelligens videlicet, quem Regem Sibylla dixisset. Prædixerat autem Regem, non per quem euerenda Respublica esset, quod Cæsar, & Augustus fecerunt, sub quibus crudelissimæ proscriptiones, & ciuium Romanorum miserabiles cædes extiterunt: sed per quem salus esset Romanis præstanda. Eoque Seruator, & Salus à Sibylla vocabatur: præstanda autem, si eum Regem cognoscerent, & appellarent. Tale oraculum etiam Magi, quo ferè tempore Marcus hæc scribebat, cognoscentes, hunc ipsum Regem, & appellarunt Regem, & adorauerunt. Dixit autem Marcus, Nuper. Ab eo autem tempore, quo hæc scripsit, ad Christum natum, viginti plus minus anni interfuerunt. Propterea dixit, Posthac. Prædixerat ergo Sibylla Regem Romanorum, qui Reges ipsi cæterorum essent, non multo post ea tempora oriturum, post scilicet bella ciuilia, post pacatam rem publicam, & pacem vsquequaque partam, & omnes gentes à Romanis subactas. Romæ fama increbuerat, quendam Regem ex carminibus Sibyllinis esse monstrandum: Cernèque, vt concordare fuerint, & Magi in agnoscendo eo, & Sibylla in prædicando. Et forte idem oraculum eiusdem Sibyllæ erat apud Chaldaeos, Babylo-niam nanque Sibyllam Erythream fuisse multi autores sunt. Vnâque & prior Sambethe è decem Sibyllis, de Perside dicitur fuisse. Sed clarius, vt in suo fonte habebatur apud Chaldaeos. Propterea toto Oriente, sicut & Romæ & in Iudæa, vt Iosephus est autor, hæc fama de magno quodam Rege vulgata fuerat. Non solum autem de Rege plura fuerat vaticinata Sibylla: sed etiam easdem circumstantias adscripserat, quas & Esaias, Reditura aurea sæcula, pacem vbique futuram. Quæ cum Virgilius quoque in carminibus Sibyllinis legisset, eadem qua Tullius inscitia ascripsit homini, quæ de Deo canebantur. Sic & Tullius suspicatus hominem fore hunc Regem, in eum destomachatus est, & in carmina Sibyllina, quæ de eo vaticinarentur. Ex his igitur, & Theologia Magorum & oracula Sibyllæ sunt probata, & fidelia, omniâque mirabiliter consentiunt. Ex Sibylla quoque ratio succedentis ab antiquissimis patribus in posteros doctri-næ maximè confirmatur. Vna enim Sibylla Chaldaea, vel de Perside, innumerabilia de Christo & eius aduentu vaticinata dicitur, ex successione Noë vocata, vt dixi, Sambethe. Viginti quatuor libros fertur scripsisse. Suidas autor. Et Constantinus Imperator, cum apud Virgilium carmina Sibyllina deprehendisset, obstupuit, eoque testimonio comprobauit, quæ de Christo Sibyllæ vaticinentur, à Christianis non fuisse conficta. Atque in hunc modum loquitur: Sibylla igitur Erythrea, quæ se sexta ætate post diluuium fuisse dicit (hoc est, sexcentesimo anno) Sacerdos Apollinis erat, ferens diadema æquè, atque is Deus, quem ea coleret, & tripodâ custodiens, circa quem anguis erat obuolutus, respondebatq; sciscitantibus, huic cultui & dementiæ à parentibus addicta, in qua præter furor in compositos, nihil præterea venerandum cerneret, iuxta ea quæ de Daphne feruntur. Ea igitur intra adyta ineptæ superstitionis ingressa aliquando, diuinòque afflatu mysteria Christi, expressione litterarû *ἡ τις ἀκροστιχίς λέγειται*,  
d ij

Quo tempore Cicero de diuinatione libros scripsit.

Christum, paulo post Ciceronis mortem natum.

Christo rege, salus expectabatur.

Natus Christus, resurrectio ciuiliu bellorum incido.

Virg. 4. ecloga de filio Polionis male prædixit, quæ de Christo solo intelligenda verè fuerant. Sibylla Persicæ vaticinia de Christo seruatore.



quæ dicitur Acrostichis expressit. Productisq; carminibus illis, quæ superius dixi, profequitur Constantinus: Et hæc utpote virgini diuinitus datum fuit vaticinari. Beatam ego cenſeo, quam Seruator suæ de nobis prouidentia vatem elegerit. Sed plerique fidem abrogant, Sibyllam quidem Erythream fatentes fuisse, hæc autem carmina ab aliquo è nostris fuisse conficta, qui poetice non esset ignarus, adulterinaque esse, inscripta Sibyllæ, quod vtilis ad vitam sententias contineant, à voluptatibus ad modestiam auocantes. Sed in propatulo veritas est, collectis diligenter temporibus, à nostris hoc poemata post aduentum Christi, & mortem non fuisse scriptum: falsoque ei detraxi, quando tot annis antè editum est à Sibylla. In confesso enim est Ciceronem hoc poemata vidisse, & transtulisse in linguam Romanam, scriptisq; suis adnumerasse. Hunc autem ab Antonio occisum Augustum Antonio superstitem fuisse, qui sex & quinquaginta annis imperauit. Huic successit Tiberius, cuius tempore, Christi illuxit aduentus, id est, religionis eius fuit incrementum, ἥτε νέα τοῦ δήμου ἀφ' ἑδρῆς Γενέσθι, nouaque populi extitit successio. De qua eminentissimum Latinorum vatum arbitror locutum: Iam noua progenies cælo demittitur alto. Hæc omnia Constantinus Imperator in oratione, de Religione Christiana. Examinatq; totum carmen Vergilianum è sexta Egloga. Obseruareque operæpretium, quod in ultimo carmine, quod per præpositionem de Christo contextuit Sibylla, nouissimè sunt hi duo versus:

Augustus Octauus quot annos imperarit.

Ὁντος ὁ νῦν παρρησιαφείς ἐν ἀποστολῆσι γὰρ ἡμεῖς,  
 Σωτήρ ἀθανάτος, βασιλεὺς ὁ παθῶν ἐνεργῆς ἡμεῖς. Id est,  
 Is nunc præscriptus per singula carmina noster,  
 Est Deus, est seruans Rex, passus pro crimine nostro.

E

De Verbo diuino, & quo modo sit Lumen de lumine, ex Mercurio.

CAPVT XXIII.

**T**HEOLOGIA quoque Ægyptiorum complura continet de æterna Mente, ipsoque Patre ingenito testimonia. Nam Mercurius non Mentem modò, iuxta vniuersam Platoniorum, præcorumq; Theologiam, progeniem illam diuinam nuncupat, sed etiam eo ipso nomine, quod celebre est, ac tritum in nostra Theologia, Verbo. Scriptisq; de eo antequam ipsam Verbum venisset in mundum, stupèda: ut apud eum omnè ferè reperias religionem. Mirabiliter cum Chaldæis congruit, verbis humanis explicans rem æternam, & incomprehensibilem: ὁ δὲ γὰρ ὁ θεὸς ἀρρηθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀπεκρίθη δὲ λόγον ἕτερον ἐν ἑαυτῷ. Hoc est, Intelligentia illa Deus, cum maris, ac fœminæ vim haberet, & vita, & lumen esset, genuit Verbum, alteram, scilicet Mentem opificem. Hæc enuntiat antiquissima Ægyptiorum Theologia. Ex multis autè vetustissimi Theologi dictis, pauca nunc cito, vnde liceat de tota re diiudicare. Audis eum commemorare similiter, atque F Chaldæum, duas Mentem, quasi duas Christianorum personas. Et ut rudes doceret, quomodo potuerit Pater generare, testatus est eum eadem vi præditum ad gignendum, qua sunt mas, & fœmina separatim. Quod quidem vocibus humanis, remq; corpoream sonantibus abusus, dixit, ut erat veteris Theologiæ mos. Neque enim potest in sensus humanos cadere, ut Mens gignat Mentem, cum in omnibus animantibus procreandis, utraque vis sit necessaria. Æternæ autem generationi, & incomprehensibili, remotissimæq; ab oculis natiuitati, potius congruunt exempla nascentium, rerum inanimatarum, quæ, ut altera ex alteris nascuntur, in plerisque tamen sola, & vna res est generans. Nullum est autem aptius, clariusq; exemplum, quàm vitæ, & luminis. Contemplare igitur, & suspice altissimum mysterium, profundissimumq; sacramentum, quo omnia de æterna generatione declarantur, atque in nouissima hac, redditaque mundo cælitus Theologia prædicat cælestis Sapientia, quomodo à Patre æterno, Filius æternus generetur, dicens, Lumen de lumine. Mercurius autem ait, Patrem, quia lumen sit, genuisse, & peperisse Filium. Ergo talem generationem, & ortum nobis illius æternæ Mentis ostendunt, qualis est immensæ lucis ex immensa luce, purissimi luminis ex lumine purissimo, diuicissima nostra, atque illius æternæ Mentis procreatione. Ac quoad ex visibilibus exemplis licet res æternas capere cogitando, sola propemodum quadrat generatio lucis ex lu-

Mercurius Trismegistus, videtur nomine Verbi ad Mentem significandam.

Dua Mentem quid apud Trismegistum. Abusus Verbi. A patre æterno filius æternus genuit.

Exemplis visibilibus inuis-

**A** ex lumine, ad æternam illam intelligendam. Diuinus Apostolus, & is qui Sapientiam tantopere celebravit, vocavit Filium Dei ἀπαύλασμα ἀσπίδα φωτός, candorem, siue radium lucis æternæ. Sic Mercurius, ut vides, volens explicare, quomodo Pater generet, lumen dicit eum esse. Agnosce veterem Theologiam, non aliam fuisse, atque hanc nostrorum sæculorum? Semper enim est veritas, nullo non tempore aliquo modo clarescens. Mercurius etiam eam causam cur gignat Mens mentem, proponit, quod Pater sit vita. In quo latet profundissimum mysterium. Simul enim lux est Pater, simul vita. Non enim est ista lux, quæ nostris oculis præfulget, sed lux viuens, maxima lux, lux lucens, & viuens, lux cum maxima vita, & aut vita luculentissima, aut viuacissima lux. Nostra lux, est lux tacens, & quasi mortua lux. At neque lumen viuunt, neque de lumine manans lux. At in illa lux est vita. Imo ipsa vita est amicta lumine, sicut vestimento. Quod igitur altissima lux, & lucidissima vita est Pater, hoc gignit alteram Mentem, velut alteram lucem. Quoniamq; hæc generatio luci comparatur, indicatur etiam eam esse generantis & geniti connexionem, qualis inter lumen, & lucem. Nunquam autem lux à lumine siue radius à luce separatur: se semper comitantia sunt. Vbiq; alterum gignit, alterum gignitur. Nec radius sine luce esse potest genitrice, vel genitore, & causa sua, neque lux sine radio: quia nunquam potest lux non generare lumen. Quam enim dabis lucem, non semper fundentem totum lumen? Hæc prædicauit antiqua Theologia. Verba clarent, & exempla. Tum Mercurius tribus nominibus vocat rem generatam, sicut suis item nominibus Patrem nuncupauerat. Patrem appellauerat Intelligentiam seu Mentem: quanquam hoc sit proprium Secundi, ut vidimus. Item Deum cum articulo, & emphasi, quod principaliter conueniat in Patrem nomen diuinitatis, qui totius diuinitatis est autor. Tum vim gignendi, nomine fictitio, & humanæ consuetudinis expressit: deinde Lumen, tum Vitam, eum esse dixit. Quæ etsi in Filium quoque conueniant, propria tamen sunt ipsius Genitoris. Nam & Filius est Deus. Sed cum hæc diuinitas generetur à Patre, ille principalis est Deus. Vita quoque & Lumen est Filius sed proprie Pater, ut pateat causa, & vita, & fons diuinitatis. Nomen autem Mentis, proprie congruit Filio, utpote Sapientia. Quod autem totum mysterium complectitur, omnemq; vim, & potestatem filij exprimit, est nomen Verbi, & Opificis. Sunt apud Mercurium paternæ proprietates, est generatio proles sempiterna. Postremò creatio mundi per eundem Filium. Nam cum eum appellat λόγον δημιουργόν, id est, Verbum opifex, noris his nominibus significari autoritatem creandi, atque originem, quam omnis Theologia noua & vetus, summo consensu decernit Filio Dei. Si æternam igitur generationem aspicias, dicitur Filius, dicitur Proles: sin autoritatem, principiumq; creandi, quod accepit à Patre, vocatur Verbum, & Opifex. Dicitur verbum siue locutio, quasi locutor, & interpres Dei, quasi Dei ad omnia internuntius, aut ratio, & forma, origo rerum creaturarum. Hoc & potestas Dei, & autoritas, & missio, & sapientia: Omniaque respiciunt creationem, rerumq; administrationem à Patre traditam Filio. Hoc illud Verbum est, per quod cæli firmati sunt, & per quod cælum stat in æternum. Sic enim canit Vates, In æternum Domine Verbo tuo stat cælum. Mirabilis profectò omnium temporum omnis Theologiæ concordia. Quoniam igitur affirmat Vates Hebræus per Verbum Dei factos esse cælos: Verbum autem Dei clamat Mercurius natum, ac generatum à Deo: claret Hebræum prædicasse per generatum à Deo, creatum esse cælum. Et cum hunc Psalmum & Veteres olim Hebræi, & nunc quotidie canunt in synagogis, certè canunt per Filium Dei cælos creatos. Sic est profectò, velint, nolint, huc veniunt. Magna enim vis est veritatis, quasi quidam rapidus æstus, etiam resistentia ad se rapiens. Potest etiam Verbum Græcè λόγος, interpretari, autore Aristotele, rei cuiusque ratio, & forma & essentia. Filius autem Dei omnium rerum ratio est, & principium: Forma formarum, & ratio, & principium: Forma formarum, omnium essentiarum, & formarum inuentio, Idearum regnum, ut Plotinus antè dixit: Forma vastissima comprehensas habens omnium rerum perfectissimo modo rationes, & formas: ut ita ab ea reperiuntur, sicut ab equo equus nasci potest, à leone leo, ab igni ignis, & sicut à particularibus rationibus omnia. Omnis res habet particularem λόγον, qua vnum quodque est quod est, alterumq; potest gignere simile sui. Vna est autem maxima, & omnipotentissima ratio, potens sola quicquid, & quantum particulares omnes, potens sic omnem producere rem, ac si forma particularis esset eius. Ab hac non minus potest homo creati, & ignis accendi,

Sibylla capientia.

Veritas semper clarescit.

Pater vita & lux, & vita. Nostra lux, muta et quasi mortua.

Lumen de lumine.

Mens, & filius, & sapientia.

Verbum opifex.

Magna vis veritatis.

Logos quid.

λόγος, forma  
formarum.

quàm ab homine, & igne: Eoque est λόγος, & forma formarum. Prima ratio, qua filius Dei dicitur Verbum scripturis, unde nata est hæc locutio, congruetior. Est enim verbum Dei, quasi locutio eius, & sermo, missio, interpret, legatus. & solet hebraismus pro denominatis abuti denominationibus, vt Seruatorem appellant salutem, & redemptorem redemptionem. Hac ratione eum, qui loquitur pro Deo, Verbum Dei appellat, & locutionem dicunt, quasi locutorem, & interpretem. Secunda magis apta philosophantibus, rerumq; veritatem indagantibus, locutiones autem humanas in Deo non recipientibus.

De diuino Verbo, ex eodem Trismegisto, & de virtute eius, quod sit opifex mundi, & quod nascatur à Patre.

CAPVT XXIIII.

Mēs, et Verbum, prisca et cognita seculis omnibus vocabula. Mens quid. Verbi quid.



**P**LURA sunt in clyta, augusta nomina eius, quæ semper cognita, & adorata sæculis omnibus fuit diuina progenies. E quibus duo cum primis, quorum in omni arcana Philosophia, sacrosancta semper est mentio. Ea sunt Mens, & Verbum. In Theologia, quæ postea cunctis latebris apertis, incognita mysteria cunctis hominibus patefecit, Verbum est frequentius. Apud Philosophos vtrumque tritum, sed Mens vrsitior. Multa igitur præclara, suspiciendaq; tradita sunt ab eis, sicut de Mente, sic de Verbo. Est autem eadem vtriusque nomenclaturæ ratio. Mens diuinam illam, sempiternamq; designat Sapientiam. Verbum Græcè λόγος, est ratio, notio, vis sentiendi. Potuit λόγος quoque vocata esse, vt dixi, perinde quasi forma, Idea. Primus igitur è quibus ad notionem nostrâ peruenire potuerunt Trismegistus, locupletissimus testis, & ingens præco fuit eius quod dicitur Verbum: quem secuta tota Græcorum Philosophorum classis, quos & quæ Mercurius scripsit, & alia nobis incognita legisse, verisimile sit, ceu priscorum mysteriorum interpretes, (libenter enim grandia, paucisq; nota, referimus) sæpenumero ipsum illud Verbum suspexerunt, eximiiq; laudibus extulerunt. E multis igitur, vt audito principe, unde manarint ea, quæ apud posteriores admiramur, noscas, Trismegistus de Verbo hæc dixit: ὁ γὰρ λόγος αὐτῆς παρελθὼν παντέλειος ἄν, καὶ ἡνίκος καὶ διμυργῆς, ἐν ἡνίκῃ φύσει, περὶ ὅτι ἡνίκῃ ὕδατι, ἔχουσι τὸ ὕδωρ ἐπιπέσει. Quod est, Verbum eius procedens vnde quaque perfectum, & fœcundum, & opifex, lapsus in naturam fœcundam, & fœcundas aquas, fecit eos prolificas. Hæc admiranda Mercurij Theologia. Primum procedens Verbum dixit, à suo nempe genitore: perfectum autem & fœcundum & opifex, quia fœcundissimus, creator ditissimus Sapientia, copiosissimus rerum thesaurus, infinitæ diuitiæ. Sine enim ipso, nihil factum est, quodcunque factum est. Ipse origo, inuentio, generatio. Cum quæsieris, unde facta sint omnia, hoc assignato Verbo, siste gradum, originem rerum veram deprendisti. Nomen Opificis etiam Platonice Theologiæ est tritum. Is Opifex mundum creat Platoni. Apud Mosen, & Trismegistum est Spiritus super aquas, eas fœcundans, ex quibus omnia Verbi diuini virtute progenita, prosequitur Mercurius: ἡ οὐκ ἔστι πνεῦμα ὑποκείμενον φύσει, καὶ τῷ νοερῷ κόσμῳ, ἔχει γὰρ ἀρχόντα ὁπτιέμενον τὸν διμυργῆν λόγον τῶ πάντων δεσπότη, ὃς μετ' ἐκείνου ἐκείνη δύναμις, ἀγνώστου, ἀπείρου, ἔξ ἐκείνης παρεκλάσει, καὶ ὁπτικεῖται, καὶ ἀρχεῖ, τῆς ἀφ' αὐτῆς διμυργηθέντων, ὅτι δὲ τῶ πάντελειος παρελθὼν, καὶ τέλειος, καὶ ἡνίκος, ἡνίκος ὕδωρ. Quibus nihil clarius, euidentius de Filio Dei. Latineque sunt: Pyramis subiacet naturæ, mundoque intelligibili. Habet enim principem incumbentem, opifex Verbum eius, qui est omnium dominus. Qui post illum, est prima virtus increata, infinita, ex illo promanans. Et incumbit, atque imperat his, quæ ab ipso facta sunt. Est autem perfectissimi primogenitus, & perfectus, & fœcundus, legitimus filius. Vidisti mirabilem hominis antiquissimi Theologiam? Pyramidem vocat elementa rerum, naturæ quidem subiacentia, sed longè magis mundo intelligenti. Est autem mundus intelligens, siue mentalis, cum primis opifex Verbû, qui mens dicitur, imperator, & astans mundo. Hoc verbum est eius, quo omnium dominus est, qui post ipsum vniuersalem dominum est prima virtus, increata, infinita, ex illo procedens. Hæc regit omnia creata. Estq; primogenitus eius, qui vocatur παντέλειος, perfectissimus, absolutissimus. Huius perfectissimi ipse perfectus, & fœcundus ob res creatas, & legitimus filius. O diuinam Theologiam, coarguit autè verè Mercurium vetustissimum

Trismegisti, de Verbo testimonium.

Ioan. I.

Verbo, omnia facta.

Gen. I.

Pyramis quid apud Trismegist.

Filius παντέλειος.

Asimum illum hæc dixisse, non ab aliquo nostrorum, si quis forte addubitaret, conficta, tota Platoniorum Theologia, non hæc nomina modò, sed totam ad amissum rem continens: præcipueque videbis totum hunc fermè locum vsurpasse Philonem; apud quem est, Verbum primogenitum, legitimus filius: Verbum gubernare mundum, vinculum vniuersi esse. Probaturq; hæc antiqua esse Sapientia. Nihil dici potest diuinius, quòd post Patrem Verbum sit prima virtus increata, infinita, manans ab illo, tenens imperium, & gubernacula mundi. Prosequitur Mercurius, loquens cum alio Aegypcio sacerdote ex eo quærenti, quid hæc, quæ dixisset, significarent. οὐ δὲ ἐ σὴν ἡσας, φύσις τῆ νοερῆ αὐτῆς λόγου, φύσις ὅτι γνηστικῆ, καὶ διμυργηστικῆ. τὸ ἀσπερ αὐτῆ ἡ γνησις, ἡ φύσις, ἡ ἔθος, ἡ ὁ ἡλῆσις αὐτὸ καλέειν. καλεῖ τὸ μόνον νοῶν, ὅτι τέλειος ἔστι ἐν τέλει, καὶ ἀπὸ τέλει τέλει ἀρχὴ ἐργασταί, καὶ διμυργεῖ καὶ ζωοποιεῖ, ἐπειδὴ οὐκ ποιῆται, ἔχεται φύσεως, καλεῖ τὸ παρεσηρέται: Tu inquit, non intellexisti. Natura mentalis ipsius Verbi, natura est generatrix, & opifex. Hoc veluti eius generatio, siue natura, siue mos, aut quidquid libet vocare, voca: id vnum sentiens, quòd perfectus sit in perfecto; & à perfecto perfecta bona operatur, & molitur, & viuificat. Quado igitur hac maximè naturâ præditus est; iure id appellatum est. Ecce, & nunc Trismegistus, sicut superius, de generatione sempiterna, diuinitate, substantia, potestate diuinæ proles, de Genitore eius meminerat, sic nunc explanat quare sic appellatum Verbum prolificum, quæve dignitate, & autoritate præcellat. Est, inquit, natura Verbi huius prolifica, generatrix, producens, creans omnia de nihilo; quia fœcundissima per se, plena formarum, & originum, nec indiget præeunte materia. Etenim materia, & forma omnium rerum ipse est, quia talis est natura eius, ea vis, vt generationes, formæque genitales, & principia in se contineat omnium rerum. Sicut in semine animalium latent inuisibiliter formæ ipsorum, nascæq; calorem, & tempus, aperiantur, & clarescunt: sic inuisibiliter, in illo Verbo latitant omnes formæ, & rerum principia. Nec opus est, vt dixi, alio præcedente principio, alia materia, & forma. Talis est natura eius, eoque dicitur prolificus, fertilis, opulentissimus, ditissimus. Quemadmodum in palatio regio sunt variæ diuitiæ, in terra sunt variæ formæ, vt fertilis aqua parit tot monstra: sic (si parua licet componere magnis, & à corporeis ascendere ad inuisibilia) ea est vrbs, & palatium omnium, quæ caelo, terris, mari æthere sunt, fieriq; possunt formarum. Eo creat, molitur, inuentor omnium bonorum. Eo perfectus est: nihil illius inuentionem, ac potestatem subterfugit. Hac Theologia nihil ineffabilius, nihil quod possit magis animos quietare nostros, cum nequeunt adduci, vt capiant. E nihilo facta omnia. Effet scilicet mirum, si Deus sterilis esset, & infæcundus: nunc autem cum sit ars omnium formarum, non cadet nisi in imperitam mentem, & corporeis assuetam, huiuscemodi cogitatio. Hæc ego in prisca illa Philosophia reperiens, admirando expleri nequeo, attonitus obtupesco, lætusq; gratias ago redemptori nostro summo, qui diuinitatis suæ, paucis quondâ reuelatæ, nouissimè veniens ipse declarator, impleuit omnes terras notione sua. Addit Mercurius ad Tat filium, quem suo nomine vocauit. Dicitur enim ab Aegyptiis Mercurius autore Platone, Tohyt, vel Theut, arbitror ego Tat. ὁ τῆς διμυργῆς λόγος ὁ πῶνον, αἰδὸς, ἀποκλήτος, ἀναξῆς, ἀμείωτος, ἀμετάκλητος, ἀφθαρτος, μόνος αἰ ἐαυτῷ ὁμοιος, ὅτι δὲ ἴσος καὶ ὁμαλῆς, εὐσταθῆς, εὐτακτος, εἰς ἂν, ὁ μετὰ τὸν παρεργασμένον Θεόν. Verbum Opificis, ὁ filii, sempiternum, per se mouens, inaugmentabile, indiminuibile, immutabile, incorruptibile, singulare, semper sui simile, æquale, concors, stabile, bene instructum, Vnum existens, est post Deum, qui prior intelligitur. In his quoque quanta possit de Verbo diuino, vocibus humanis efferri Theologia, quantum vires animi cogitando valent, imò non animis vires, sed quanta potuit cælitus illabi in humana pectora veritatis irradiatio, tanta paucis verbis effusa? Vbi igitur (vt hoc primum, veritate dante, arripiam) vbi inquam dementia illam suam potauerit Ariani, & Valentiniani, quam videntur è profanæ Theologiæ libris hausisse, cum Prolem, & Verbum Dei factum, solum autem Patrem Deum sempiternum pugnant? Scilicet perinde malè in Philosophia, & in qua gloriabantur, iactabantq; sese, profana sapientia cæcutiebant, sicut in literis sacris. Nonne vides Trismegistum, Verbum sempiternum prædicantem, eique eas condiciones, eas dotes dantem, eam vitam, eam substantiam, cum locum, quem sola diuinitas admittat? Est sempiternus, nempe Deo coæternus. Omnes motus, omnem vitam, omnem siue ad creandum impulsus, siue ad cogitandam, speculandamq; diuinitatem suam habet à se ipse. Ipse motus sui principium. Non mouetur, vel exterius ab

Natura mentalis Verbi, est opifex.

Verbum prolificum.

In Verbo latitant principia rerum omnium.

Theut, vel Tat filius Mercurij.

Hæretici à profanis auctoritatibus suam errorem hauserunt.

Verbi pulchra descriptio.

obiectis rebus, vt sensus nostri: aut habet vsquam celo, & terra, quod eam impellat: sed D ipse sibi motus, sibi origo, fons vitæ suæ. Cumq; sit æternus, cum nihil sit melius, cum infinitus, hoc quoque necessariò possidet, vt non possit augeri, nulla fieri ad eam possit accessio. Quid enim accesserit, quod non possideat? quantumuis per vastum bonorum omnium campum diuageris, quantumuis curiosus explores, an quid sit vsquam, quod illic non offendas, certè nihil occurret; quod non exuberet in regnis illis. Illudq; in eo mirabile, & solitariū, ac singulare, quòd hæc bona minui, aut labefactari, felicitasq; tanta interpellari non potest, perinde vt augeri non potest. Eadem enim ratio minuendi, atque augendi. Cui potest detrahi, potest addi. Vbi tanta perfectio, vt aduentus rerum exterarum, non habeat hospitium: quid dico exterarum, cum ipse sit omnia? ne migrare quidem à sedibus suis possit. Est enim immutabilis, incorruptibilis, singularis, præditus natura non modò rara, sed singulari, semper eadem permanente, & sui similis semper; non quemadmodum nos, quorum animi & corpora assiduis ceu fluctibus huc illuc deportantur, & tanquam scena demutant facies. Eòque est æqualis, planus, non modò hac, modò illa mente, variòque sensu. Ipse enim dixit, Ego Deus, & non mutor. Et is est post Deum gradu; Pater enim dicitur propriè Deus. Sed cum & ipse dotes omnes diuinitatis obtineat, est etiam ipse Deus, sed Deus ab illò. In sermone autem, qui dicitur τὸς, Filium Dei alloquens ait: Filius benedicti, ac bonæ voluntatis, cuius nomen non potest humano ore nominari. Quem locum citat Augustinus ex superioribus; quædam Cyrillus, vterque doctissimus, & sanctissimus. Videmus in his sapientiam, Theologiaq; Christianam, æternam quidem apud Deum, semper autem in mundo aliquò splendore radiantem: declaratam affatim nouissimis sæculis, vt omnes recognoscerent, quæ Genitor noster principio sensit, vidit, cognouit, gustauit: vt sciretur ab omnibus, suam diuinitatem manifestatè Deo, quod penes paucos olim per oracula, successionesq; existeret. Sed de ipso Mercurio, Sibyllis, Zoroastre, Magisq; quædam testimonia proponamus, vt sit eorum Theologia probator.

*De Mercurio Trismegisto, Theologiamq; eius esse veram, id est ab antiquissimo illo Mercurio perscriptam: de Magis, & Sibyllis.*

CAPVT. XXV.

**P**OTEST dubitari, hæc non quidem à Mercurio Trismegisto dicta, sed facta à posterioribus fuisse. Sed nullis antiquis Theologis, ac Philosophis, non perfectissima diuini viri huius doctrina fuit, vt eum propter inauditum ingenium, propter mirabilem, multiplicemq; omnium rerum scientiam Ter maximum vocarent. Græcorum loquendi mos est, vt summum quid, ac perfectū dicturi, Ter istud ipsum esse dicant. Homerus τρισμάχαρος, appellat ter beatos, vnde quæque beatissimos. Vnde quæque nequissimum dicunt τρισχάρατον, ter execrandum. Sic eum quem vnde quæque maximum, ac mirabilissimum perspicerent, Ter maximum appellarent. Antiquorumq; Græcorum fuit appellatio, quòd ad Ægyptum profecti, diuque cum sacerdotibus versati, copiam magnitudinemq; ingenij tanti viri cognoscerent. Quocirca, qui putant eum Ter Maximum vocari propter tria munera, quòd sacerdos, quòd rex, quòd propheta esset, eaque omnia maximè non rectè, mea quidem sententia, suspicantur, nec norunt, aut non animaduertunt vim sermonis Græci. Hunc Plato perspectum habuit, totumque hausit, & in suos libros fontes eius deduxit, vt quicquid diuini, ac celestius in eo admiramur, non à Mose, vel prophetis, sed à Mercurio potius sit profectum. Eum in Phædro scribit Deum apud Ægyptios habitum, cui sacrata esset anis Ibis: primum numeri, supputandi scientiæ, & item Geometriæ, & Astronomiæ, tesserarum, calculorum, itemq; literarum repertorem fuisse. In Philebo profequitur, quo artificio elementa sermonis, ac literarum distinxerit, artemq; legendi confecerit. Hunc ipsum Philo Phœnix, autore Eusebio, scribit, Sanchuniatū, qui Theologiæ Phœnicum illustrator fuit, dixisse omnium mortalium, quos Sol aspiciat, sapientissimum, eumq; principem, ac ducem secutum se esse in repetendis verustissimis rerum exordiis, totaq; Theologia describenda, translatis è lingua Ægyptia in linguam patriam quoscunque idem

Malach. 3.

Sapientia Christianorum æterna, aliquo splendore insinuatæ veteribus.

Mercurius, cui Trismegistus. i. ter maximus appellatus.

Vnde hausta philosophia Platonis.

Ibis sacra Mercurio.

Ianus Mercurij & rebus insensitis.

**A**idem scripsisset libros: quos transtulit, autore Clemente, è lingua Phœnicum in Græcam Iosephus Iudæus. Idem vocat Mercurium Toautum, ab Ægyptiis ait appellatum Thoth, Thoyth, ab Alexandrensis Thoth. Apud Platonem semper vocatur θεῦθ, Theuth, Tullius de natura Deorum Thoyth. Eundem Platonici diuino cultu venerantur. Hinc Iamblichus inchoans opus suum de mysteriis, ait: Θεὸς τῆς λόγων ἡγεμὸν ἐρμῆς πάλαι δέδοικται καλῶς ἅπανσι τοῖς ἱεροῖσι ἐναὶ κοινῶς: Deus loquendi Princeps Mercurius omnibus olim sacerdotibus rectè visus est. Huic omnia sua reperta, omnia ingenij monumenta proficos facrare solitos, idem est autor. Quasdam eius etiam antiquissimas columnas in Ægypto fuisse commemorat, quas viderint, ac legerint Pythagoras, & Plato, vnde se ad Philosophandum tradiderunt. Plutarchus, Ἐρμῆν δὲ θεαματικῆς, καὶ μουσικῆς εὐρετῶν νομίζοντες: Ægyptios ferre inuentorem grammatices & musices Mercurium. Huius testimonium vsi sunt Lactantius, & Augustinus, doctissimi viri: quod non fecissent, nisi probatam doctrinam eius habuissent. Apuleius item Platonici dialogum eius diuinum Latinum fecit. Versi fuerunt libri eius quidam in linguam Græcam ab his, qui in Ægyptum amore Philosophiæ proficiscebantur. Vt versus est item Orus Apollo. Atheniensem quendam quindecim eius libros refert Cyrillus transtulisse, inscriptos Hermaicos. Ibique repetit primò de Mercurio, quæ scribit in Phædro Plato. Ad aliâque de eo scribit: Τελεθῆς ὄν, καὶ τελεθῆσι θεῶν παρεσχίζηται αἰετὸν πεφρονῆως εὐερίσεται τὰ Μάστωρ, εἰ καὶ μὴ εἰς ἅπαν ὄρθας, καὶ ἀνεπιλήπιος. ἀλλ' οὐκ ἐν μέρει, ἀφ' ἑλπίται γὰρ καὶ αὐτὸς ἐν τῆς μουσικῶν. παρρηίηται δὲ καὶ τῶν μνημῶν, ὁ (σωτηρικῶς ἀβλύσιον ἐν ἰδίῳ θεαματικῆς ἐρμῆν. πέντε καὶ δέκα βιβλία γράφει δὲ ἕως ἐν τῷ πρώτῳ παρὲς αὐτῆς, καὶ κειόμενος δὲ πάλιν τῆς ἱερῆς γλῶσσης λέγονται. ἄρα ἔχρησεν καὶ ἡμετέρον Ἐρμῆν ἀκούεις, πάλιν Αἰγυπτίον εἰς λήξιν, καὶ κληροῖς ἅπασιν τεμῆν χρόνον τοῖς ἀρχαῖς καταμετροῦνται. Cum esset, inquit, sacrificus, templiq; Deorū assideret, visus est semper Mosaiica amulatus, tametsi haud profus syncerè, & citra culpam. At ex parte habuit, vnde ex Mose proficeret. Huius quoque meminit is, qui separatim scripsit Athenis libros nuncupatos Hermaicos, id est, Mercuriales. De eo in hunc modum inducens sacerdotem quendam loquentem: Nónne nostrum Hermen audisti, Ægyptum in priuatas partes, & sortes distribuisse, funiculo metitum agros? & quæ sequuntur. His constat verè Mercurium illum fuisse diuinum, plenumq; doctrinæ, eximiaq; sapientiæ, & incomparabilis ingenij virum, vt non sit mirum superiora cum scripsisse. Columnarum quoque eius, quæ in Ægypto multis mysteriis plena viscerentur, præter Iamblichum, etiam Proclus meminit: μερτηρῶσι δὲ καὶ οἱ Προφήται φησὶ τῆς Αἰγυπτίῳ ἐν τῆς τῶν ἱεροῦ, ταῦτα ἡγεσθαι, Attestantur his, inquit, prophetæ Ægyptiorum, in columnis, quæ nunc vsque seruantur, ea scripta esse. Rursumq; eodem libro: ἡ δὲ μνήμη τῆς ἱστορίας αὐτῆς δὲ τῶν ἐπιπέδων, ἐν αἷς ἀπεγράφονται τὰ παράδειξα, καὶ τὰ τῶν θαύματος ἀξία, τῆς παραγμάτων, εἴτε ἐν πρώτῳ, εἴτε ἐν εὐρέσει. Memoria, inquit, ex historia erat. Ea verò ex columnis, in quibus admiranda egregiaque, siue inuenta, siue res gesta descriptæ erant. Magorum quoque & Zoroastris Pythagoram, Platonemq; secutus Theologia (vt causa vera innotescat, vnde de tribus regibus, de causa, & Patre eius loqui poterit Plato) Magicaq; illa eloquia verè ipsorum esse, quippe quorum sensa extant apud Platonem, qui Magos fuerit imitatus, autor est eximius Platonici Plethon, cognomento Gemisto, aduersus Scholarium: ἐφιλοσοφήσετε, οὐκ ἰδίῳ αὐτῶν φιλοσοφίαν τεμῶν, ἀλλὰ τὴν τῶν Ζωροάστρου τῆς Πυθαγορείων εἰς αὐτὸν κατεληλυθίαν. Πυθαγόρου γὰρ τοῖς τῶν Ζωροάστρου συγγενότα ἐν τῇ Ἀσίᾳ μάγοις, ταῦτα τῶν φιλοσοφίαν μετελθῶν, τὸν δὲ Ζωροάστρου ἱσχυροῦν. ἄλλοιτε καὶ Πλάτωνος περὶ τῶν πρώτων γεγονέναι ἔπεισι προσβύτερον. εἰ τῶν, δὲ τῶν ἐπιπέδων, ἀλλ' οὐκ παλαιότατος ἐν τῆς ὅλος ὄνομαζομένων, σφῶντε καὶ νομοθετοῦν. ἐδέξαντο δὲ καὶ οἱ τῆς Αἰγυπτίῳ οἱ ἱερεῖς μάλιστα τὰ Ζωροάστρου τῶν δόγματα, καὶ εὐδοκίμου, καὶ τῶν δόγματα. ὡς δὲ ταῦτα Πλάτων μισθῆκε τὴν φιλοσοφίαν, τὰ τῶν Ζωροάστρου, ἐπὶ καὶ ἐς ἡμῶν σαζόμενα λόγια διηλοῖ σὺν αὐτῶν ὄντα, ταῖς Πλάτωνος πάντητε, καὶ πάντως δόξαις. Et ad Bessaronem: ἔ γὰρ πάλιν γε μάλιστα λόγια τῆς τῶν Ζωροάστρου μάγων, οἷς καὶ Πυθαγόρου καὶ Πλάτων ἠκολούθησαν. Philosophatus est, inquit, Plato, non peculiari, priuataque sibi Philosophia reperta, sed secutus Philosophiam Zoroastris, quæ per Pythagoreos ad eum vsque peruenit. Nam Pythagoram hanc Philosophiam à Magis, qui à Zoroastre descenderent, in Asia didicisse. Zoroastrem autem bellum Troianum quinque annorum millia antecessisse præter cæteros, Plutarchus testis. Quod sicut forte incredibile videatur, certè antiquissimus est omnium, qui vel in philosophia, vel legibus latis celebres sunt. Huius Zoroastris dogmata, sacerdotes Ægyptiorum

Mercurius Theuth, eiusque inuenta varia.

Plato Magos imitatus. Plethon Gemisto Platonici.

Zoroastris philosophia.

Ægypti edocti à Zoroastre.

Decreta Magorum sparsa in Philosophiam Pythagoreorum et Platonis.

Iamblichus lib. de Mysteriis.

Hermias Platonius.

Mira de Sibyllis, quibus non est omnino creditum. Tres Sibylla apud quos.

Erythraea Sibylla que et Eriphile.

Plutarchi locus, de Sibylla.

Sibylla multa prædixerunt.

fufceperunt, magnamq; sibi ex his gloriam quaesierunt. Quod autem Plato hanc Philosophiam exercuerit, indicant Magica eloquia, quæ à Zoroastre descendunt, & usque in nostra tempora seruantur, consona prorsus & congruentia opinionibus Platonis. Neque verò hæc habentur in oraculis, siue eloquiis magicis, quæ Pythagoras & Plato secuti sunt. Hoc Plethonis magni in Philosophia Platonis viri testimonio, fit perspicuum, ea oracula, siue eloquia, quæ superius vbiq; adhibita sunt, ipsorum verè fuisse Magorum, quorum decreta per omnem Pythagoreorum, Platonisq; Philosophiam internoscantur. Nam & Pfellus Philosophus eadem testatur, atque Plethon, Pythagoram, Platonemq; Magica illa dogmata ex parte suscepisse. Hæc origo, hæc illa concordia, quod oraculo magico, de duabus mentibus, loquente, Plato quoque de Causa principis, & Genitore eius scripsit. Vidit id in arcanis dogmatis Mercurij, ac Magorum. Iamblichus quoque in libro de Mysteriis veneratur, sequitur, vt priscam, veridicamq; theologiam Assyriorum. De Sibyllis item, & Trismegisto Hermias Platonius super Phædro Platonis, vt claret magnos, priscosq; viros fidem habuisse carminibus Sibyllarum, Magicis eloquiis, & Trismegisto, sic loquitur (Non fuit autem Christianus) *αὐτὸν δὲ τῆς Σιβύλλης, ἕως ἔσθ' ἑαυμάτω τὰ λεγόμενα, ὅτε δόξα μύθοις εἶναι, πολλὰ μὲν τοὶ Σιβυλλὰν γενόμενοι, πᾶσαι τῶν ἐλομένων βίον. πᾶσαι μὲν αὖτε ἴσως αἴτιον ἔλογον Σιβυλλὰν πορρομεύουσαν, ὡσαύτ' ὁ περιμέγιστος Ἑρμῆς λέγεται, πολλὰ μὲν ὀπιδημίαις τῆς ἀρχῆς, ἑαυτῷ ἀναμνηστικῶν, καὶ πρῶτον κεκλήθη Ἑρμῆς, καὶ τρεῖς δὲ ὀρφεὺς ὡσαύτ' ὀραζέει γενέσθαι, ἴσως οὖν, καὶ αὐταὶ καὶ τῶν κωνωνίαν, καὶ ἀνάμνησιν ἔλογον ταύτας τὰς πορρομεύουσας, ἐπεὶ αὐτὴ γὰρ ἡ Σιβυλλὰ ἡ Ἐρυθραία, αὐτὴ ἡς καὶ λέγει Ἐλεφάντη ἐκλεῖτο ἐξ ἀρχῆς, λέγουσι δὲ αὐτῶν εὐδὲς πορρομεύουσαν πορρομεύουσαν ἐξ ὀνόματος εἶχεν καὶ ἑμμετρα φθιγγέσθαι, καὶ εἰς βραχυὸν χρόνον τέλειον εἶδος ἀνθρώπου λαβεῖν.* De Sibylla verò, inquit, adeò mira sunt, quæ feruntur, vt penè pro fabulis habeantur. Sed tamen multæ Sibyllæ fuerunt, eodem genere vitæ omnes, omnescq; forsân rationabili de causa Sibyllas à semetipsis appellatas: sicut fertur Trismegistus, sepe in Ægypto versatus fuimet mentionem fecisse, tertioque Hermetem appellatum. Tres quoque apud Thraces Orphei extitisse dicuntur. Fortasse igitur & hæc ob aliquam inter eas communicationem, ac commemorationem, has appellationes delegerunt. Quandoquidem hæc ipsa Sibylla Erythraea, de qua nunc loquitur Plato, à principio Eriphile vocabatur. Ferunt autem eam continuo, vt edita esset, appellasse vnumquenque proprio nomine, versufq; numerosos elocutam, breuique in perfectam hominis speciem euasisse. Hæc ille. Claret igitur doctissimos viros, & Sibyllas credidisse, & carminibus earum fidem habuisse. De Trismegisto quoque, & Chaldaeis eadem est apud eruditissimos fides. His dictis Hermiæ, & de Sibylla testimonio, mirum in modum congruunt ea quæ scribit Plutarchus in eo quem, Cur defierit Pythia metricè respondere, inscripsit. Ac primum de ea refert: *Σιβυλλὰ δὲ μνημονίῳ γόμεται, καὶ Ἑρμῆ κλειστον, ἀγάλας, καὶ ἀρελλώπις, καὶ ἀμύρις φθιγγέσθαι, καὶ ἰων ἐπὶ ἐξενέται τῆ φωνῆ αὐτῆς τὸν Θεόν.* Sibylla verò, inquit, ore furcanti iuxta Heraclitum loquens incompta, inordinata, irridenta, voce sua, superauit annorum millia, Deo afflante. Hic Plutarchus, cum redderet causam cur oraculum Apollinis defierit respondere vt quondam carmine, primum ait Formis prisca tempestate fuisse, vt non oracula solum, sed etiam historia, Philosophiâque modulatè scriberentur, afferens exemplum ex Orpheo, Hesiodo, Parmenide, Empedocle, Xenophane, Pherecyde, Thalete, qui quæ scripserint, modulatè scripserint: sic Sibyllam plura oracula, versibus edidisse, millia sæculorum futurorum voce sua complexam. Verè multos voce sua superauit annos, vt quæ non media solum tempora, casus, calamitates, bellâque multa, sed etiam quæ suprema die ventura essent, cecinerit. De bellis prædictis, aliisq; calamitatibus, idem Plutarchus testis. Quod si, inquit, fabulosa putas, quæ de Sibyllarum vaticiniis prædicantur: *ἀλλὰ ταῖς τε μνημονίαις ὀπιμαρτυροῦσιν πολλὰ μὲν ἀναστάσεις καὶ μετακινήσεις πάλαιον ἐλλευίδων. πολλὰ μὲν δὲ βαρβαρικῶν στρατιῶν ὀπιφανείας, καὶ ἀναστάσεις ἡγεμονικῶν, ταυτῶν δὲ τὰς πορρο, φατὰ, καὶ ἴνα πᾶσι αὐτῶν τε κίμνω, καὶ διχημαρχίαν ἐκ ἑμνέμω παλαι, καὶ ἀδόμενα αὐτῶ τῶν Σιβυλλεῶν ὁ χρόνος ὡσαύτ' ὁ φίλων ἀπέδωκε ὀπιρξέεις πύρος ὀρείου, καὶ ζῴσης θαλασσίας.* At vaticiniis, inquit attestantur vrbium Græcarum plurimæ cucisiones, aut migrationes: plurimi barbarorum exercituum aduentus, cædesq; clarorum virorum. Sed enim nouas istas, recentescq; calamitates circa Cumam, & Puteolos, prædictas, decantataq; carminibus Sibyllarum, nonne tempus velut debitor, reddidit? Scisciones montani ignis, marinasq; ebullitiones scopulorum, flammarmq; à ventis incendia, interitus tot, tantarumq; vrbium, vt qui interdum superuenirent, tota regione confusa, quo in loco

A loco vrbes hæc fuissent habitata, scire non possent. Hæc Plutarchus, addens sine diuinitate hæc prædici non potuisse. Easdem Sibyllas bella Romanorum contra Carthaginienses, & quod in omnes gentes arma illaturi essent, testatur quingentos annos antè prædixisse: *ἀλλ' ἡ τάξις ἐμφαίνει τὴν πορρομεύουσαν, καὶ τὸ Ρωμαίους πορρομεύουσαν ὅτι μὲν τοὶ πεντακοσίων πορρομεύουσαν τὸν χρόνον ἐν ᾧ ἅπαντα τὰ ἔθνη πορρομεύουσαν ἔμα.* Sed inquit, tum sæculorum ordo declarat, eas hæc prospexisse, tum prædixerunt quingentorum annorum tempus, in quo Romani contra omnes nationes essent præliaturi. Idem Plutarchus, quemadmodum Hermias, testatur Sibyllam Erythraeam vocatam Herophilem: *Ἡροφίλλω δὲ τὴν Ἐρυθραίαν μνημονίῳ γενόμενῳ Σιβυλλὰν πορρομεύουσαν.* Herophilem autem Erythraeam vatem, quæ Sibylla fuit, appellarunt. De prima quoque Sibylla refert: *ἐπεὶ δὴ γὰρ ἔσθ' ἑμνέμω καὶ τὴν πύριον.* & quæ sequuntur. Postquam sedimus in petra, quæ in foro, super qua fertur prima Sibylla fuisse, ab Helicone descendens, à Musis educata. Quidam verò ferunt eam in Meleona venisse, filiam Lamia, ex Neptuno natae. Serapion quidem meminit carminum, in quibus se ipsam laudauit, quod ne mortua quidem sit forte vaticinandi, aut ne mortua quidem vaticinari desisset. Sic Plutarchus. Iustinus autem Martyr, & Philosophus, inuitat gentes, vt credant Sibyllæ: *πέρισθητε ὡς ἔσθ' ἡ ἀρχαιοτάτη καὶ σφόδρα παλαιὰ σιβύλλη ἡς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οὐρανῶν σάξασθαι συμβαίνει.* Credite, inquit, vt dixi, vetustissimæ, longæque antiquissimæ Sibyllæ, cuius libros toto terrarum orbe feruorum ait de Sibyllis scripsisse. Dicit etiam, Cumæ quidem volumina, quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur: cæterarum tamen ferè omnium libelli quo minus in vsu sint omnibus, non venantur. Sic Lactantius. Vides quanta sit omnium doctissimorum, super Sibyllis & carminibus earum, concordia.

De Verbo diuino, ex Philone Iudæo, cuius dictis probetur verè priscum illum Mercurium de ipso Verbo superiora scripsisse. Multiplexq; de eo apud Philonem Theologia, quod sit creator Mundi, & origo, quod Filius Dei, quod hominis archetypum.

CAPVT XXXVI.

**S**ED DE verbo diuino superiora sensisse, prodidisse vetustissimum illum Mercurium, omnis admiranda Platoniorum, Hebræorumq; Theologia clamat. Neque est alium reperire eorum mysteriorum fontem, quæ Platoniorum libris continentur, quam vetustam Aegyptiorum, Hebræorumq; Theologiam. Ex Hebræis Theologis Philo, quem Platoni coæquat Græcum prouerbium, qui & Aegyptiani, & Græcam, præcipuè Platoniam cum Mosaica temperauit Philosophiam, mira, & velut oraculum, de Verbo diuino canit, & eadem prorsus, atque Trismegistus, nosterq; Ioannes. Sæpe quidem sum arbitratus ex eadem Hebræorum secretiore Theologia, tot, tamq; clara Philonem de Verbo diuino locutum, atque Ioannem eundem etiam Hebræum: vt præterquam quod potari Ioannes de Christi peccatore Theologiam, scripserit etiam, quæ penes arcanarum rerum scriptores Hebræos prius haberentur: qualia multa sublimia mysteria, melius postea ab Apostolis explicata, apud veteres Hebræos licet deprehendere. Quod igitur Ioannes Apostolus, Hebræus, dixit, In principio erat λόγος, Verbum, & Verbum erat apud Deum, omnia per ipsum facta sunt. idq; dixit, vt doceret Verbum rerum fuisse creatorem, eumq; ante mundum extitisse, vt per quem creatus sit mundus: eiusdem generis multa per omnes libros suos eloquitur Philo, non Christianus sed Iudæus: in libro de Allegoria legum: *βιβλίον δὲ ἔγραψε τὸν τῶν Θεῶν λόγον, ὃ συνέθετο ἑγὼ ἑραφραῶν, καὶ ἔγραψε τῶν τῶν ὄλων σάξασθαι.* Librum, inquit, vocat Moses allegoricè, Verbum Dei, in quo descripta, & impressa sunt vniuersarum rerum existentia. Hoc testimonio eandem declarat Philo Theologiam, atque Ioannes, & Platonici superius de Mente. Vt enim ille dixit, Omnia per ipsum facta sunt: sic is in Verbo Dei, quod creatorem semper appellat, tāquam libro perhibet existere rationes, & essentias omnium rerum, tanquam forma maxima, omnium rerum creandarum capacissima, origine vasta, Mente infinita, latissima maiestate, rerum creandarum copiosissima potestate, facta rebus omnibus ratione. In libro quoque de his, quæ post sex dies, hæc scribit: *τὸ δὲ γεννηώτατον ὅστιν ὁ Θεός, καὶ δεύτερος ὁ Θεὸς λόγος: Generandi*

In apologia pro Christianis.

cap. 22.

Ex veteri Aegyptiorum & Hebræorum theologia, mysteriorum Platoniorum fons.

Aut Plato Philonem, aut Philo Platonem.

Ioan. 1. Philo de allegoria legis.

Ioan. 1.

potentissima, maximè que genitilis res, est Deus, & Secundus, Verbum Dei. Hæc quoque est Theologia Ioannis, Omnia per ipsum facta sunt. Quia maximè genitale, & fecundissimū est Verbum Dei, secundus, vt superius Platonici dicebant, post Deum. Theologia quoque nostra dicit, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, de Filio per quem omnia facta sunt. Tale quid Philo appellans Filium, Secundum. Quia sunt à Patre per Filium cuncta, quo coniunctio demonstratur diuinitatis. Vterque enim creat, vterque est genitilissimus. Secundumq; dicit Verbum, id est, gradu, non natura, aut diuinitate post Patrem. Vterque est Deus, quia creat vterque mundum. Non possunt autē esse duo mundi creatores, & non possunt esse duo Dij, quia Deus est summa Natura. Summū autem nisi vnum esse non potest. In libro autem, quod in somnia sint à Deo: *κατὰ δεύτερον δὲ πρότερον ὁ θεῖος λόγος, ὅστις ἐστὶν ὁν ἐκπεπληρωμένον ἔδον, δι' ἑλπίαν ἀσωμάτους δυνάμεων αὐτὸς ὁ Θεός*: Secundum alium modum, diuinum Verbum, locus est, quem repleuit totū per omnia incorporeis potestatibus ipse Deus. Hoc item testimonio explicat Theologiam, quæ est apud Ioannem de Verbo diuino, Philo: quæ appellatio ob creationem mundi, non natiuitatem spiritualem, vt nonnullis postea visum, ab antiquis Philosophis est indita. Idemq; dicit de hoc Verbo, quod Ioānes, Omnia per ipsum facta sunt: Philo, cum repleuisse Deū incorporeis virtutibus, id est, Idæis æternis, prolificis virtutibus, rationibus sempiternis, quarum copiam habuit à Patre suo Deo, teste etiam Plotino de Mente. Vtq; Ioannes dicens, Erat apud Deum, appellans Deum peculiariter ipsum Patrem: sic Philo, Deum repleuisse Verbum virtutibus incorporeis, nimirū à Patre creandi mundi potestatem Verbum accepisse, genitum, missumq; ab eo ad creandum mundum. Dico autem missum, humano more loquens, declaransq; rem diuinam nomine corporeo. Hunc appellat locum Idearum incorporearum, quasi vastam Mentem, amplissimum Idearum, & originum, rationum, formarumq; regnum, fertilissimum, feracissimumq; rerum creandarum mundū, infinitam originem. Totum autem ait à Deo repletum, quasi vndequaque prolificum genitum. Hæc q; omnis Theologia spectat ad creationem mundi, cuius principium fatētur omnes Verbum Dei, maximum formatorem, latissimam sapientiam, habentem virtutes omnes, quibus tanquā originibus suis, omnes res produceret. In eodem quoque de duobus Primis: *ὡν τὸ μὲν ἕτερον, θεῖος ἐστὶ λόγος: τὸ δὲ ἕτερον ὁ πατρὸς τῶν λόγων θεός. ὁ δὲ ἕτερος γινώσκων ὑπὸ σοφίας εἰς τὸν πατρὸς ἄφικνείται πόσει εὐρά, μένος τῆς ἀρεσκείας κεφαλῆ, καὶ τέλος τὸν θεῖον λόγον, ἐν ᾧ γινώσκωνος ἐφθάσεν πατρὸς τῶν λόγων, ἔλθῃν, ἀλλὰ αὐτὸν ὅρα, μακρόθεν*. Quoiū alterum quidem, est diuinum Verbum: alterū autem Deus, ante Verbum. Is verò, id est, Intellectus, homoq; ipse, ductus à Sapientia in primum peruenit locum, inuento lubētia capite, & sine, Verbo diuino. In quo positus, non attingit vt perueniat, vt sit Deus, sed ipsum procul aspicit. Hoc quoque loco Philo & Verbum diuinum & Deum, qui sit ante verbum commemorat, appellans Deum ipsum Patrem, sicut Ioannes, Verbum erat apud Deum. Deinde dicit, Verbum diuinum, esse principium, & finem voluptatis, felicitatis, finem contēplandi, amorem, & desiderii, gaudiumq; vt canunt nostræ litteræ. Hoc omne Græcè dicitur ἀρεσκεία. Per hoc ipsum verbum, ait homines Deum procul aspiceret, Ducem ad perueniendum ad Deum, esse Verbum eius: sicut ille in mundo se ostium vocabat, quo perueniatur ad Patrem. priusq; ait per sapientiam attingi ad Filium: inde videri Deum procul. Estq; profundissima Theologia, quam puto Philonem in antiquorum suorum monumentis reperisse: celebrem item apud Chaldaeos, Ægyptiosq;. Eodem libro scribit: *τὸ μὲν ἕτερον ἔστιν ἕνα ὁ πληρέστατος ἢ αὐτῶν λόγος*. Exemplar, inquit, erat plenissimum Verbum eius. Sic & isto loco denotat originem mundi Philo esse Filium Dei. Exemplar autem propter res creatas: plenissimum, propter fecunditatem, infinitamq; rerum creandarum potestatem, formam rerum infinitam genitricem omnium rerum Sapientiam. Eodem libro, sub quibus significatis sit Sol: *καὶ τὸ τρίτον συμμαρόμενον ἡλίον καλεῖ τὸν θεῖον λόγον, τὸν τῶν λόγων ἕνα ἕνα τοῦ λούτος*: Secundum tertium significatum, Solem vocat diuinum Verbum eius, qui per cælum circumambulat. Quid admirabilius dicere Philo poterat de Verbo Dei? appellari eum Solem, qui de se dicebat, Ego sum lux mundi. & Ecclesia canit, Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Hæc nuncupatio ad magnam Verbi diuinitatem, vniuersalemq;, & incorporeum nitorem, inuisibilem q; oculis humanis claritatem respicit: quæ claritas non possit, quàm Solis nomine verius designari. Eodem significatu Ioannes dixit de cælesti ciuitate, Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam gloria Dei illuminat eā, & lucerna eius est agnus, & non eget lumine lucerne, neque

Ioan. 1.

Res diuina declarata nomine corporeo.

Verbo Dei creata omnia.

Verbum, dux ad perueniendum ad Deum.

Verbum, exemplar plenissimum, et cur.

Ioan. 8.

Proc. 23.

A neque lumine Solis: quoniam Deus illuminat illos. Sic & idem Ioānes, Erat lux vera, quæ illuminat omnem mundum. Inambulantiem autem per cælum dicit, aut ipsum Patrem, cuius maiestas sit in cælo, totum implens intrā & extrā mundum, aut certē Solem ipsum eius, qui per omnē inambulet cælum. Quod Plato de Ioue, Psalmus quoque, Qui ascendit cælum cæli ad Orientem, Quod Hebraicè, qui æquitat Araboth, orbis cælestes, aut cælum supremum. Eodem quoque libro: *Δύο γὰρ ὡς ἔοικεν ἱερεῖ. Θεός, ἐν μὲν ὁ δὲ ὁ κόσμος ἐν ᾧ καὶ ἀρχιερεὺς ὁ παρὰ τὸν αὐτὸν θεῖος λόγος. ἕτερον δὲ λογικὴ ψυχὴ τῆς ἱερείας, ὁ πατρὸς ἀληθείαν ἀνθρώπων*: Duo sunt, vt apparet, templa Dei. Vnum quidē mundus iste: in quo & Pontifex primogenitus eius, diuinum Verbum. Alterum verò, rationalis anima: cuius sacerdos est, verus homo. Quid apertius, diuinius, mirabilius? Pontificem templi, qui est totus mundus, esse diuinū verbum, primogenitū? Mundum templum Dei. Huius tēpli, diuinum summumq; sacerdotem, primogenitum Dei, Verbum eius. Quia scilicet ille Rex est, & Dominus mundi, omnia regens, ac sustinens, creator, altor. Pontificem quoque vocat eum Paulus, qui pro peccatis hostiam obtulerit, inter homines, Deumq; sequester, & mediator. Qua ratione Dionysius item vocat eum *τελευταίον μυστήριον*, initiationum, mysteriorumq; principē. Primus ipse initiator, & sacerdos, qui suis mysteris, præcipuè cognitione, & cultu patris sui, nos initiavit. Hoc maximus ipse in toto mūdo sacerdos egit, & agit. Triaque sunt hic diuina nomina filij Dei apud Philonem, Verbum diuinum, Summus sacerdos, Primogenitus. Altissima Theologia Apostolorum. Quam est etiam diuinum, quod mundum vocat templum Dei, in quo colitur, adoratur, cognoscitur, laudatur Deus inuisibilis? Sic & animum esse templum Dei, nostra Theologia est: Templum Dei, inquit Paulus, estis vos, Dei ædificatio. Philo quoque eodē libro loquens de hoc ipso: *τὴν τῶν Θεῶν εὐλογία, τὸν ἄγγελον αὐτῶν λόγον*: Imaginem Dei, Angelum ipsius Verbū. Hic quoque tria sunt nomina Filij Dei diuinissima, Theologiæ veræ frequentia. Imago Dei, id enim etiam vocat eum Paulus, & Characterem. Angelus item est, sicut in Esaia, Magni cōsilij Angelus. Eo q; etiam dicitur λόγος, sermo Dei, locutio Dei, nuntius Dei, loquens & agens omnia pro Deo, tanquam sequester inter nos, & illum. In quibus est omnis Theologia. In libro quoque de Agricultura: Hæc omnia, inquit, *ποιμὴν καὶ βασιλέως Θεὸς ἀγαπᾷ διὰ τὸν καὶ νόμον, παρὰ τὸν αὐτῶν λόγον παρὰ τὸν ἕνα ὅς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερείας αὐτῆς ἀγάπης, οἷα τις μεγάλη βασιλείας ὑπαρχοῦσιν ἀξιοδότηται*. Hoc est, Pastor, & Rex Deus ducit rectē, & legitimè, præfecto lege recta Verbo suo, primogenito Filio, qui curam sacri istius gregis, tanquam magni Regis quidā magistratus suscipit. In his quoque Philo apertè primogenitū Filium Verbū nominat, eum prospicere gregi suo, omni mūdo, præcipuè generi humano. Idem etiam Filius dixit, appellans homines, ouile suum, ouesq; homines à patre sibi creditas. Denique omnē generis humani administrationem, redemptionem, curam, traditam sibi à Patre dicebat: scq; ab eo missum in hunc mundum, agentem quæ Pater suus imperasset. Eamq; ob causam vocat eum Philo *ὑπαρχον* magistratum, ministrum, subimperantem, vt sic loquar, alterius imperio parentem: imperantem quidem, sed sub altero imperatore, & Patre qui mittat eum ad omnia. Ea q; est ratio appellationis λόγος, quod rectius vertitur, sermo, locutio, quàm Verbum. Sonat enim id nomen locutorem, internūtiū, non natiuitatem, vt reor, spirituale. In libro quoque, Quod diuinitas sit immutabilis: *χωρεῖται γὰρ ἐν κλίματι λόγος ὁ θεῖος, ὃν οἱ πατέρες τῶν ἀνθρώπων ὀνομάζουσιν τὴν γῆν, εἴτα αἰεὶ ῥέων καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ χεῖρας τῶν ἀλλων, ἀλλοίους, καὶ πᾶσι τὰ πάντων ἔτινέμεναι, χεῖρας αὐτοῦ μοις ἀλλάττων, τὰ παρ' ἐξέστους*: Inambulat enim circū, Verbum, quod appellant plerique Fortunam. Deinde semper per vrbes cōmeans, & gentes, ac regiones, quæ sunt aliorum, aliis, & omnibus, res omnium distribuit, tēporibus liberis, mutans quæ singuli habent. Hic quoque Philo ostendit Filium Dei, Verbum, esse rectorem, gubernatorē, moderatorē q; Vniuersi, sicut superius, datam curā gregis à Patre, Filio dixit. Quæ quidē omnia indefessè cōcinunt sacra littere. Eum dicit inuisibiliter perambulans mūdum. Eadem causa superius vocabat eum hyparchum, magistratū. Eum ait omnia distribuere, vertere, versareq; regna, commutare diuitias, opes, quod totum est mundum moderantis. Portans omnia, inquit ille, verbo virtutis suæ. Et in quo omnia, est quo omnia, per quem omnia. Idem in libro de Flammeo gladio: *μετέλθων οὐκ ἐπὶ τῶν ἐν μέρει κατασκευῶν, ἰδὲ τὴν μεγάλην οἰκίαν, τὴν πόλιν, τὸν δὲ τὸν κόσμον, εὐρήσας γὰρ ἄπτον μὲν αὐτῶν τὸν Θεόν, ὅφ' ἔγγονε, ἔλθῃ δὲ τὰ πένταρα σοφεία, ἐξ ἧν συνειράθη, ὄργανον δὲ λόγον Θεοῦ, δι' οὗ κατασκευάσται, τῆς δὲ κατασκευῆς ἄπταν τὴν ἀγαθότητα τῶν δημιουργῶν*. Digressus igitur à particularibus opificiis, aspice maximam domum, aut urbem, hunc mundum. Inuenies enim eius

Ioan. 1.

Psal. 67.

Duo templa Dei, mundus & anima rationalis.

Hebr. 5. 12.

Deum initiationum & mysteriorum princeps. Trias nomina Filij Dei.

1. Cor. 3. & 2. Cor. 6.

Hebr. 1.

Pastor & rex, Deus.

λόγος, sermo: quia Filius interlocutor & internūtius.

Filius, moderator vniuersi.

Hebr. 1.

Maxima domus, aut urbs totus mundus.

causam Deum, à quo factus est: materiam, quatuor elementa, è quibus constitit: Organum autem Verbum Dei, per quod constructus est: constructionis autem causam, bonitatem opificis. Quanta hoc quoque loco Theologia? Urbem dicit, aut domum, totum mundum: eius opificem, & causam, Deum: materia, quatuor elementa: Organum, id est, causam mediam, Verbum Dei. Quatuorq; nominat causas: efficietem, Deum ipsum: materialem, quatuor elementa: Organicam, siue morticem, seruientem primo: finalem, bonitatem, vel etiam efficientem. Nostræ Theologiæ mysteria, prædicantis Deum creatore cæli, & terræ, vti causam principalē. Filium autē, per quem omnia facta sunt, Græcè sicut & Philo, δ' οὐ, Præpositio enim Græca αὐτῶν, designat mediū. Et quod expressit Philo Organum, id est, motorem eum, qui ab alio mouebatur: mouebatur enim à Patre Filius ad creationem, eo vti artifice utebatur: cum imperavit creare, dederat potestatem creandi. Itaque mundus à Patre, & Filio est creatus: à Patre, vti prima causa, volente, dicente, iubente: à Filio, parente iusso, motoque à Patre. Sicq; fuit creator vnus, & quia creauit vterque, vterque Deus. Sed quoniam bonus, nisi vnus, necessariò vna diuinitas: quod ipsa ratio declarat, Theologiæque demonstrat. Non enim tāquam à duobus diuersis autoribus creatus est mundus, sed à duobus, velut vno, à principali causa Deo, à causa mota ab ipso Deo Filio. Neque enim Filius creasset, si Pater noluisset, & si potestatem non dedisset. Paruit igitur Patri accepta ab eo æterna potestate. Quæ res exemplis humanis est clara. Ergo dicit Philo nunc, quod Ioannes, vtens simili præpositione, Omnia per ipsum facta sunt. Philo autem, δ' οὐ κατασκευασται. Eaque est ratio cur appellauerit ipsum, Organum. Vides igitur & hinc profundissimum mysterium: quod etiam inuenies apud Platonem, Orpheum, Mercurium, Trismegistum: diuinitatemque secum omnes consentiunt, reuelatam nouissimis sæculis radiantissimè theologiā prædicantes. In libro quoque in quo differit, quod apparuit Dominus Abrahæ, dicit, ὁ ὑποφήτης αὐτῷ λόγος, Internuntius, denunciator, interpret eius Verbum. Eadem est ratio, vt appelletur ὑποφήτης, Interpres, atque hyparchus, magistratus, & logos, id est, locutor, locutio, sermo, & superius Angelus. In secundo quoque Allegoariarum legum, hæc scribit: σικὰ δὲ Θεοῦ, ὁ λόγος αὐτῷ ἔστι, ὡς κελὶ τῶν ὀργάνων παρομοιωσάμενος. Ομοσμοποιεῖ αὐτῇ δὲ ἡ σικὰ, καὶ ὡσαύτῃ ἀπεικονισμα, ἑτέρων ἔστιν ἀργύτυπον. ὡσαύτῃ ὁ Θεὸς τῷ ἑξιδείγμα τῆς εἰκότος, ἡ δὲ σικὰν μὴ κελημιδν, ἕως ἢ ἐκείων ἄλλο γίνεταί τῷ ἑξιδείγμα, ὡς καὶ ἐν ἀργύρῳ τῆς νομοθετικῆς, ἐδήλωσεν εἶπῶν, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἀνθρώπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ὡς τῆς μὲν εἰκότος καὶ τὸν Θεὸν ἀπεικονισθεῖσιν, τῆ δὲ ἀνθρώπου καὶ τὴν εἰκόνα λαβῆσαι δύναμι τῷ ἑξιδείγματος. Quæ sunt, Vmbra Dei, est Verbum eius, quo tanquam organo vnus, creabat mundum. Hæc autem vmbra, & quasi assimilatio, aliorum est exemplar. Sicut Deus exemplar imaginis, quam vmbra nunc vocauimus: sic imago alteri fit & exemplar. Sicut inchoans libros legis expressit Moses, dicens, Et creauit Deus hominem ad imaginem Dei. quasi ipsa quidem imago secundum Deum similita fit, homo autē secundum imaginem, quæ accepit vim exemplaris. Hic quoque Philo maxima fatetur altissimaque mysteria, esse Verbum quasi vmbra Dei (non poterat enim alio commodiore nomine vti) Sed se ipsum quoque declarat, hanc vmbra esse velut assimilationē. Nostræ quoque, vt diximus litteræ, imaginem Dei, Filium vocant. Nam Paulus ad Colossæos: ὁ ἔστιν εἰκὼν τῆς Θεοῦ, τῆς ἀορατῆς, ἀφαντοῦτος, κἀσκῆς κτήσεως. Et Solomon, Imago bonitatis eius. Hinc ipse dicebat, Qui videt me, videt & Patrem meum. Iterumq; eum Philo nominat Organum, quo Deus fit ad creationem vsus, innuens medium, sequestrū, autorem, quo Paulus eum omnis conditionis, & creationis primogenitum dicit, id est, anteeuntem, præcedentem omnes res, creatas. Quia (vt ibidem fatetur) in ipso facta sunt omnia, cælestia, terrestria, visibilia, & inuisibilia, Angeli, potestates, dominationes, throni, omnia per ipsum, & in ipsum facta, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Hæc Paulus. Non alia Philo, etiam Iudæus. De eo quoque diuinam eminentissimamq; canit Theologiam: Sicut ipse fit imago Patris, vt Pater illi tanquam exemplar fit: sic ipsum esse exemplar hominis: idq; ait à Mose declaratum, cum de homine creato scriberet, Ad imaginē Dei fecit illum. Quo Philo significari putat, hominem factum ad illum, qui est imago Dei. Is autem est Filius: vt in eo Moses dicto, sint duo exemplaria, duæq; imagines: primum cum ait, Ad imaginem Dei: is autem est Filius. Ergo Pater exemplar Filij. Cum verò ad similitudinem istius imaginis fit homo creatus, erit Filius ipsi homini exēplar. Sicq; Filius respectu Patris sui, est imago: respectu hominis, exemplar. Audiuitq; ex altissima Sapientia Philo, Filium creasse mundum, tanquam organum Dei: creasse hominem, tanquam exemplar.

Filius, δ' οὐ, quid sit.

Bonus, nisi vnus.

Ioan. 1.

λόγος, ὁ ὑποφήτης.

Hebr. 1. Filius, imago Dei.

1. Coll. 15. Sap. 7. Ioan. 14. Verbum, organum Dei.

Rom. 8.

Gene. 1.

Pater, exemplar Filij. Filius, imago Dei, & exemplar hominis.

A exemplar. Quamquam & exemplar, & Idea mundi dicitur à Platonis: vt quando cunque Mosès loquatur de mundo, vel homine à Deo creato, illum innuat Deum, qui est Organum, & Imago Patris sui: organum respectu creationis: imago, respectu naturæ, quam Patri habet coæqualem. Ideo necesse est ipsum quoque esse Deum: si Deum, æternum quoque. Sed sicut in sacris litteris propriè Deus dicitur Pater: vt sæpe ostendimus, quia principaliter & genitor: sic apud Philonem, Deus propriè Pater ipse est. Et quoniam petit testimonium Mosès super hoc, Mosès autem dixit, Et creauit Deus hominē, ad imaginem Dei creauit illum. Hunc autem creatorem, Philo, vult esse Filium, qui etiam mundum, tanquam iussus à Patre, & vt organum creauit. Claret etiam ipsum assertionem Philonis esse Deum. Itaque cum dicit, In principio creauit Deus cælum, & terram: si Philonem Iudæum audias, Patrem, & Filium creasse dicit: Patrem, vt Autorem primum: Filium, vt Sapientiam, & Organum Patris. Ideò veteres Hebræi, quod apud Mosē est, In principio, interpretabantur, in Sapientia. Si consulas autem veteres illos, & ipsum Philonem, Sapientia est ipsum Organum, est primogenitus filius, Verbum, plenus Idearum Deus, archetypū hominis. Hanc eandem prædicabant Apostoli in toto orbe Theologiæ: cuius, vt arbitror, plenæ erant secretæ, & synceræ traditiones Hebræorū. Hinc ipse dicebat, Scrutamini scripturas, & inuenietis ibi de me. & Incipiens à Mose, & Prophetis omnibus, interpretabatur eis in omnibus scripturis, quæ de ipso erāt. Nec fieri poterat quin hanc de Patre, & Filio Sapientiam Philo ex aliqua profunda, & oraculis reuelata Theologia hauserit. Eodem quoque libro: ὁ Θεὸς λόγος ὁ ἐξυδερξάμενος ἔστιν, ὡς ἐφορεῖν εἶναι ἰκανός: Dei Verbum acerrimi oculi est, vt cōspicere queat omnia. Hoc testimonio sentit, quod superius, esse Prouidentiam Filij Dei, quem dicebat totum inambulare mundum. In libro quoque, Quis sit hæres rerum diuinarum: ἀόρατος καὶ ἀπερματικὸς τεχνικὸς θεὸς λόγος: Inuisibile, seminale, opifex, diuinum Verbum. His quoque nominibus potentiā creandi, qua præditus sit Filius, declarat, plenum artis, feminū, rationum, formarum, cum dicens. Eodem libro: ἐπὶ τοίνυν τὴν ἕρμηνον τροφὴν ψυχῆς, ἡ καλεῖ μάνα, ἀφ' ἧν ἐμεί πασι τοῖς χριστομύθοις λόγος θεὸς ἐξ ἰσού περροντικῶς ἀφ' ἑρρόντος ἰσότητος. Quod est, Adhuc igitur, caelestē eicam animi, quam vocat Manna, distribuit vniuersis, qui vtentur, Verbum diuinū, ex æquo præcipuè prospiciens æqualitati. Sentit Philo Sapientiam, quæ dicitur Manna, à Verbo, quem prosectorē, prouidentemq; superius vocauerat, donari. Collectis autem omnibus inuenies apud eum, Filium, aut Verbum, esse creatorem mundi, esse maximam mundi creandi Sapientiam, Idearum, id est, originum, feminum, formarū, fontem, ac regnum, hominis creatorem, mundi gubernatorē, moderatorem generis humani, mutantem, transferentemq; regna, dantem sapientiam. Quamquam hoc Manna, cuius nunc meminit, potest intelligi, beatitudo caelestis, quæ donetur à Filio Dei. Eodem quoque libro: Inuenies, inquit, δύο λόγους, ἐνὰ μὲν ἀργύτυπον ἑστῶν ἡμῶν, ἕτερον δὲ μίμημα, τὸν καλεῖ ἡμῶν ὑπερχοῖα. καλεῖ δὲ μωσῆς τὸν μὲν ἑστῶν ἡμῶν εἰκόνα θεοῦ, τὸν δὲ καλεῖ ἡμῶν τῆς εἰκότος ὀμιλεγεῖσιν. ἐποίησε γὰρ φησὶν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐκ εἰκόνα, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα. ὡς τὸν καλεῖ ἔκαστον ἡμῶν, οὐκ ὅτι καὶ παρὰ ἀλήθειαν, κελίας ἀνθρώπου ἔστιν, τρεῖς ἔναι τύποι, ἀπὸ τῆς πεποιτικῆς. τὸν δὲ μέσον παρὰ ἡμῶν μὲν τῆς ἀπεικονισμα δὲ Σιεύνης: Duo Verba esse, vel, Rationes: vnā quidem exemplarem, supra nos: alteram imitationem, quæ nostra est. Vocat autem Mosès, eam quidem quæ supra nos est, Imaginem Dei: quæ autem nostra, imaginis simulachrum. Fecit enim, inquit, Deus hominem, non imaginem, sed secundum imaginem. Quo fit, vt singuli cuiusque nostri mens, quæ scilicet verè & propriè est homo, tertia sit expressio, ab eo, qui fecit. Medius autem exemplar quidem nostræ huius, assimilatio autem illius. Hæc Philo. Audisti igitur, duas siue Mentēs, siue Rationes: alteram supra nos, archetypum, & exemplar ad nostram, ad quam nostra creata sit, sicut Mosès declarauit, quem Philo etiam Iudæus sentit de Filio, de Verbo fuisse locutum: huncq; fuisse, qui creauit hominem, ad similitudinem suam, quia fuit illi exemplar, qui se respiciens, hominem creauit. Vt quemadmodum Filius ipse est imago Patris, sic nos simus imago eius. Itaque si Philonem audias, Mosès de Filio, & Verbo Dei, diuinè prædicauit, & scripsit: vt iure merito Græci vocent Dei filium παρωτότυπον, prototypum, primum exemplum ad ipsum hominem creatum ab eo: vt ille fuerit verus homo, ab eo alter homo, mens nostra ad similitudinem eius. Sanctissimum, eminentissimumq; nostræ Theologiæ mysterium. Hinc ipsi Filio canimus, Qui mundi in primordio Adam plasmasti hominem, cui tuæ imaginis vultum dedisti similem. Itaque Philone magno Theologo teste, qui mundum creauit, qui spiritum, mentemq; humanā afflauit,

Gene. 1.

Gene. 1.

In principio, in sapientia.

Ioan. 5. Luc. 27.

Deus, acerrimi oculi est.

Exod. 16. Sapientia, manna: eademque caelestis beatitudo.

Duo Verba, vnum exemplaris: imitationis alteri.

Dei filius, πρωτότυπος.

cæteraque fecit, quæ tam multa in veteri testamento Deo adscribuntur, fuit Verbum Dei, medius, interpres, nunciator, legatus summi Patris ad hominem. Sic gerens vices providentiæ, sicut gessit creationis. Eodem quoque libro: *ὁ γὰρ θεὸς λόγος τὰ ἐν τῇ φύσει διείλε, καὶ δὲν ἡμῶν τὰ πάντα*: Verbum Dei omnia, quæ natura continentur, diuisit, ac distribuit. Hic quoque Philo repetit, Verbum fuisse creatorem, moderatorem, qui digessit, distinxit, distribuit omnia. Vt sit illa Anaxagoræ Mens, quæ Chaos digessit, in quæ ordinem redegit. Refertur item hoc ad Prouidentiam. Eodem item libro: *ἀτρυνοὶ μὲν οὐδὲ ἀὶ δὸ φύσιν, ἢ τε ἐν ἡμῶν τῷ λογισμῷ, καὶ ἡμῶν τῷ θεῷ λόγου*. Pauld post: *νῦν τε ὁ ἐν ἡμῶν, καὶ ὁ ἑσθὲ ἡμῶν*. Id est, Indiuisibiles igitur sunt duæ naturæ, ea quæ in nobis rationis, & ea quæ supra nos diuini Verbi, Mens, quæ in nobis, & quæ supra nos. Ecce semper recitat eadem, clarioraque reddit, commemorans, celebrans Verbum diuinum, appellans ipsum Mentem, quæ supra nos, superius autem ad quam nostra sit formata. Indiuisibilis naturæ dicit utranque esse, sicut sunt incorporeæ. Nam cum nostra censetur etiam Mens Angelorum, quam & ipse creauit, vt posterius erit manifestum. Eodem item libro scribit: *πᾶς ἀνθρώπος καὶ μὴ τῶν ἀθέλων οἰκείοται θεῷ λόγῳ, τῆς μακροτέρας φύσεως ἐκμαγαίων, ἢ Σόφιστικῆς, ἢ ἀπαύρασμα, γερνός*. Omnis homo, inquit, secundum Mentem similitudine, communicatque cum Verbo diuino, factus beatæ naturæ expressio, aut abscissio, aut radius. Quid his altius, mirabilius? Ecce iterum creatio animi nostri, Verbum diuinum, cum eo nos habere societatem, affinitatem, communicationem, animum nostrum illius beatæ naturæ aut simulacrum esse, aut abscissionem quandam ex ea, aut radiationem. Nec enim explicare melius licet, quod traditur à Mose, cum insufflauit Deus in hominem. Hunc afflatum, quem animum nostrum vult à Deo manantem fuisse, vocat aut expressionem, vt cum in cera reddimus imaginem sigilli, vt talis homo fuerit ad Verbum diuinum, ipsum sigillum, homo cetera: aut radium, aut abscissionem, quibus rationibus immortalitas animi declaratur. Ac cum Aristoteles & ipse confiteantur animum nostrum esse Deo συγγενέστατον, simillimum, finitimum, eiusdem generis, ecce quomodo debeat intelligi, licet diuino Verbo simile. Et cum dicit animum venire in corpus ὑπέσθην, exterius à Filio Dei, à Verbo diuino, ab Archetypo nostro, intelligendum est, ipso Philone non Christiano, sed Iudæo, eminentissimoque Platonico declarante. Item in libro, Quod mulieres non decet indecore agere: *ψυχὴ γὰρ ἀνθρώπου σημεῖον, ἢς μεθισταμένης, καὶ μεταποικιζομένης τὰ Σοφιστικὰ βιβλία πάντα μιμνῆσται, τερρόμεθα θεῶν εἰκόνας, ἐπεὶ δὲ θεοειδῆς ἀνθρώπινος πᾶσι ἀρχέτυπον ἰδέειν τὸν ἀνωτάτω λόγον τυπωθεῖς*: Anima enim hominis sigillum est, qua discedente, & migrante, quæ remanebunt omnia fœdantur, priuata diuina imagine. Quoniam diuinæ similis est mens humana, ad archetypum, id est, exemplarem Ideam, altissimum Verbum formata. Quid is item diuinius, excellentius, in omni Theologia profundius, de creatione animi nostri, & quod oporteat retinere imaginem, qua discedente, cuncta fœdentur, & pollutantur? Tota igitur hæc Theologia est apud Philonem, nec aliam apud scriptores sacros reperias, vt mirabile sit ab homine Iudæo, à Philosopho, tam clara, tam minimè ambigua testimonia proferri, nisi videremus Theologos omnium gentium eadem cognouisse, prædicasse, nouissimisque sæculis inclaruisse quod olim fuisset celebre apud sapientes omnium nationum. Verbum igitur apud Philonem est Primogenitus, est Filius, & organum Dei, est fœcundissimus, & Idea Idearum, est mundus archetypus, est hominis item exemplar, & archetypum. Est imago Dei, est distributor, moderator, est is per quem venit ad Deum, est Sol, est Pontifex in templo Dei hoc mundo, est rector, moderator omnium, est magistratus Dei, est humanarum rerum, regnorumque dispensator, est prouidentissimus, oculatissimus, est Mens supra nos, ad quam nostra est creata, eius similis est homo. Quod item iste Logos sit Deus, & æternus apud Philonem, non sicut plerique dementissimi, naturæque ignari suspicati sunt, non Deum, sed Mentem quandam velut Angelum maximum, vt Valentiani, declarant tum omnia, quæ nunc protulimus, tum locus in libro de Mundo, cum de creatione hominis loqueretur. Nam cum in his locis productis, Verbum diuinum dixerit fuisse archetypum, exemplarque animi nostri: in libro de Mundo scribit, ceteros affinitatem esse homini cum æthera dixisse. At magnum Mosen, nulli rei creatæ, speciem animæ rationalis similem tradidisse: *ἀλλὰ αὐτὸν εἶπεν τῷ θεῷ λόγου, καὶ ἀρετῆς Θεοῦ εἰκόνα, δόκιμον εἶναι νομίνας, ἢς εἴθε, καὶ τυποθεῖν σφραγίδα Θεοῦ, ἢς ὁ χειροκτετῆρ ἔστιν ὁ αἰδῖος λόγος, ἐνέπνευσε γὰρ φησὶν ὁ Θεὸς εἰς τὸ πνεῦμα αὐτῶν πνεῦμα ζωῆς, ὡς ἀνάγκη παρὰ τὸν ἐκπέμποντα τὸν δεξιόχρονον, ἀπειρονοῦζοντα, δὲ καὶ*

Mens chaos diremit, Anaxagora.

Due nature indiuisibiles.

Omnis homo, similis verbo quomodo.

Homo, Dei abscissio & radius.

Animus noster Deo simillimus.

Mens humana formata ad archetypum Verbum.

Adiò καὶ τὸν ἀνθρώπου κατ' εἰκόνα φασὶ Θεοῦ γεννηθῆναι, ἢ μὲν κατ' εἰκόνα τινὸς τῆς γερνότητος: Sed eam dixit diuini Verbi, & inuisibilis illius Dei imaginem, probabile arbitratus, etiam quod formatum fuit, sigillum esse Dei, cuius character est Verbum sempiternum. Inspirauit enim, inquit, Deus in faciem eius, spiraculum vitæ. Quocirca necesse est, eum qui accepit, ad eum, qui emisit, assimilari. Ideo etiam hominem dicunt factum ad imaginem Dei, non ad imaginem alicuius rei creatæ. Ecce fatetur Philo ipsum Verbum sempiternum, fatetur Deum, fatetur nos ad imaginem eius, fatetur Mosen de eo fuisse locutum.

Ex Platone, Filium habere Patrem: Verbum esse diuinissimum, Principem presentium, & futurorum.

CAPVT XXVII.

**P**LATO quoque, cuius omnis Theologia fluxit à Trismegisto, cuius tredecim annos in Ægypto versatus omnem introspexit sapientiam, eaque amplitudinem suam ditauit, expressis, nullaque ambage obuolutis verbis confessus est in Epinomide, creasse mundum Verbum diuinissimum. Mercurius ergo, & Philo λόγος, id est, Verbum, non solum Filium Dei dicebant esse, sed etiam opificem. Verbumque est opifex, propter mundanum opificium, in quo opificium cæli est præcipuum. Plato autem in Epinomide sic ait: Quælibet stella proprium cursum conficit, (ὡσαπτελῶν κόσμον ὃν ἔταξε λόγος, ὁ πάντων θεότατος, δεσπότης), Absoluens, inquit, ac peragens eum ordinem, & decorem, quem, vt videri posset, fecit diuinissimum Verbum. Audierat ergo Plato ex Mercurio, Mentem, Verbum opificem, condidisse mundum. Quocirca in Phædone clamat, & affirmat Mentem omnium creatricem, in Timæo vocat creatorem mundi opificem, in Epinomide Verbum diuinissimum cælestes ordines excogitasse. Hinc necessarium sequitur, eadem vt sentiant Aristoteles, & Plato: Aristoteles vocat Mentem θεώτατον diuinissimum in libris diuinæ Philosophiæ: Plato verbum dicit esse diuinissimum. Profecto non possunt esse duo diuinissima. Sunt igitur omnia nomina Filij Dei, quibus eadem res apud duos inclytos Philosophos, totamque priscorum Theologiam significatur. Quoniam igitur & nomina, & res apud Platonem reperiuntur, quæ superius in Theologia Mercurij habebantur, perspicua ratio est, ea quæ sunt ex illo prolata, illius esse euidentissimè, nec fuisse vel à Christianis, vel aliquo alio commenta. Sed audi aliud luculentum testimonium super & Theologia Mercurij, & ipsa veritate, de Patre in qua & Filio apud Platonem, ac vide quantum ex Christiana Theologia priscis innotuerit, tum ex eo intellige, quæ de Magis, Sibyllis, Ægyptiisque prolata sunt, sine controuersia non esse adulterina, & commentitia. Filius non solum à Christianis, sed his etiam omnibus, quorum usus sumus testimonij, vocatur totius orbis, cæli, ac terræ princeps, vt Sibylla canebat. Princeps, ait noster, regum terræ, Dominus dominantium. Vocatur etiam Opifex & Causa. Vbi que enim nunc scimus celebrari, ac commemorari, quod omnium rerum causa sit Filius Dei. Idem etiam valet Opifex, ac Causa: vt qui dicat opificium, necessarium id designet, quod sit à causa. His ergo nominibus clarissimè usus est Plato pro ipso Filio. Tum eodem loco, vbi hoc dixerat, Patrem istius Causæ, & Principis commemorat, eamque commemorationem mysticam, arcanam, facerrimamque asserit. In epistola ad tres amicos, Hermiam, Erastum, Coriscum, de amicitia, & charitate locutus, postea epistolam claudens hæc adiecit: Hanc epistolam vos tres simul oportet legere, sin minus, duos certe in commune, idque quoad eius fieri possit, creberrimè, fœdere, & lege firma, ac sancta, quæ iustitia est, adiuuantes omni animi contentione disciplinam, quæ soror, & comes est studiorum: καὶ τὸν τῆς πάντων θεῶν ἡγεμόνα, τῆς τε ὄντων καὶ τῆς μελλόντων, τῆς τε ἡγεμόνος καὶ ἀγίας πατρός, ἡγεμόνα ἐπιμνηστέος, ὃν ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσοµεθα πάντες σαρπῶς εἰς δυνάμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. Hoc est, Adiurantes etiam, omnium rerum Principem Deum, rerum inquam presentium, ac futurarum, tum Principis huius & Causæ Patrem. De quo si verè fuerimus philosophati, dilucidè, ac clarè cognoscemus, quantum potest concedi hominibus beatis. Hæc Plato de fontibus Mercurij, vt reor. Quæ mecum reputans, modo non lacrymas profundo præ gaudio. Video enim generis humani Seruatorem semper cognitum, nunquam se ab aspectu humano adeò subduxisse, vt eo veniente, profusus noua res Diuinitas

Gen. I.

Platonis doctrina proferta ab Ægyptiis.

Nilhil commentitium de Deo asseritur à Platone & Ægyptiis.

Seruator humani generis, cognitius gentibus.

eius, & augustissima, quæ dicitur Trinitas, videretur. Videtur enim ignaris admirabile, in Deo esse Patrem, ac filium, idque præcipue cæcutientibus displicet Hebræis, quorum sunt animi semper ineptissimarum cogitationum pleni, nec finit eos vnquam imperitia videre veritatem. Habes apud Platonem, Philosophiæ profanæ antistitem, hominem ante Christum multos annos natum, nudam, atque apertam Patris, ac Filij commemorationem. Filium dicit esse Principem omnium rerum præsentium, ac futurarum. Quæ sunt autem res futuræ, nisi futurum sæculum? Si quidem & Paulus Regem sæculorum, & præsentis, ac futuri sæculi Principem eum appellat. Vtriusque Principem dicit eum Plato, cuius paulò post nominat Patrem. Tum Plato vocat eundem Causam, eam videlicet, quæ creavit omnia, omnium causarum princeps, ac magistra. Ideoque per excellentiam vocatur Causa, vt Pater per excellentiam vocatur ipsum Bonum. Eam Causam scilicet Plato innuit, quam in Epinomide vocat Verbum diuinissimum, ordinem cælestium repletorem, in Phædone Métem, in Timæo Opificem. Hæc inquam in epistola vocatur ab eo Causa. Quod & Laërtius testatur, asserens Platonem duo creati mundi statuisse principia, Deum, ac Materiam, ὃν καὶ νοῦν παρονομαζοῦντες, καὶ ἄπειρον, quem Deum, inquit, & Mentem appellat, & Causam. Cuncta igitur hæc sunt nomina Filij Dei, Causa, Mens, Opifex, Verbum. O rem mirabilissimam. Vide etiam generationem istius Causæ. Nominat enim eius Patrem: vides creationem mundi per Filium, dum nominat Causam, nominat Regem, vel Principem rerum præsentium, & futurarum, quemadmodum videlicet Sibylla Regem, seu ἡγήτην, Principem Deorum. Sunt autem Dij, res futuræ respectu nostri. Nā Paulus, Omne, inquit, nomen, quod nominatur in hoc sæculo & in futuro. Horum Sibylla Principem Filium dicebat à Patre constitutum. Similiter & Plato. Nomina quoque sunt familia: Sibylla ἡγήτης, Plato ἡγεμόνα. Tum appellat Plato hanc ipsam Causam Deū. Ergo hæc omnia eidentissimè locutus est in Epistola Plato, Filium esse, & Patrem: Filiumque esse Causam, esse Regem visibilium, & inuisibilium, esse Deum. Quid superest in Theologia? Postremò, quod omnibus modis est mirandum, suspiciendum, exosculandū, & in quo nequeo ipse lacrymis & gaudiis moderari meis, & admirando satiari, dicitur à Platone, de Patre esse verè philosophandum. Fore enim vt hæc scientia nos efficiat beatos. Certè diuine Plato magnū quid innuebas: ideoque cautè & absconditè more Prophetarum es locutus. Quid enim verè est de Patre philosophari? Cur id de Patre potissimum? Nempe ea de causa, quoniā, vt superius dicebamus, & vt ostendemus in sequentibus, ex sententia Philonis, Numenij, & Plotini, non erat hominibus notus Pater, sed Filius tantum, creator scilicet mundi. Sciebant omnes, & prædicabant mundum à Deo creatum. Solum ergo norant creatorem, Patrem non norant. Ergo bene admonet, oportere de Patre verè philosophari. Quid est verè, Græcè ὄντως, id est, realiter, essentialiter? Digna scilicet de eo philosophari, cogitare, ac loqui, quæ illius sunt: & facere, quod faciebat Filius eius, qui reuelauit hanc de Patre suo Philosophiam, omnia illi ascribens, diuinitatem, essentiam, potestatemque suam, dicens se ab eo missum, ab eo constitutum iudicem viuorum ac mortuorum, omnia sibi ab eo tradita, appellas eum Patrem suū, Deum suum, affirmans eum esse se maiorem, nunquam Patrem agnoscendum, & ad conspectū eius iucundissimum veniendum, nisi filio reuelante, & perducente. Hæc inquam est Philosophia de Patre reuelata à Filio, faciens homines beatos, imò beatissimos: reuelata inquam à Filio, non nouissimis sæculis modò, sed etiam, vt apparet, iam inde ab origine mundi. Filius eam reuelauit, redditurus hac cognitione nos beatos, & ad voluptates paternas, paternum regnum adducturus. Hic esse beatitudinem, prædicante Platone, quis erit tam tardus, ac saxeus, quem non hæc commoueant in admirationem, semper hodiernam sapientiam, quæ nunc est vbique vulgatissima, fuisse prioribus sæculis notam, prædicatam, licet paucis? Quòd autem Plato in hac epistola de Filio Dei sit locutus, & quòd non mihi primo veritas hæc affulserit, sunt doctissimi Græcorū Theologi, iidemque maximi Philosophi testes, Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, Cyrillus, qui fatentur hac Epistola, de Filio Dei scripsisse Platonem, idque contra Philosophos profanos differentes, & eos scriptis suorum reuincentes. E quibus Origenes contra Celsum, libro sexto: ὁ δὲ πάντα ἐπαγγέλλομαι εἰδέναι κέλσος, καὶ πολλὰ τῶν τῶν Πλάτωνος ὡς πῶς πῶς εἰδέναι, ἐκ τῶν ὁμιλιῶν αὐτοῦ τῶν περὶ τοῦ λόγου, τῶν ὡς Πλάτωνι λεγόμενον ἐν τῇ πρώτῃ, ἐρμείων καὶ κωλύσεων ἐπιτολῆς, ὅτι δὲ ἐχθρὸς τῶν Πλάτωνος λόγους: Celsus autem, qui se omnia scire profitetur, multaque ex Platone profert testimonia, vltro, vt quidem ipse arbitror, reticet, quæ de Filio Dei loquitur Plato,

Rex sæculorū. 1. Tim. 1.

Deus, Causa que creauit omnia.

Deus pater, bonum.

Duo principia rerum omnium, Deus & Materia.

Ephe. 1.

Deus, rex visibilium & inuisibilium.

Plato, prophetas imitatus, obscure distulauit.

Prisci norant creatorem Deū, patrem non norant. ὄντως quid.

Philosophia nō nouissimis tantum sæculis, sed vetustissimū.

A Plato, in Epistola ad Hermiam, & Coriscum. Sic enim scribit ibi. Hæc Origenes. Eadem Eusebius, & Cyrillus, & Clemens in Stromatis. Sed vnus Origenes sufficit. Nam Platonicos ipsos videbimus in progressu similia cōfidentes, hacque Epistola pro testimonio duarum hypostaseon vtentes. Hoc idē vidit, & protulit Vgo senior, valde bonus Theologus.

Ex Theologia Orphei, de Verbo diuino, & quidd sit vox diuina, & quidd formator mundi.

CAPVT XXVIII.



RINCIPEM Græcæ Theologiæ diximus Orpheum. Nam nemo ferè ante hunc apud Græcos memoratur. Siquidē ante Poëtas, quos appellant Theologos, & ante Philosophos floruit. Constatque eum in Ægypto diu peregrinatum, ab Ægyptiis Sacerdotibus Theologiam didicisse, Hunc Ioannes Grammaticus in vita Homeri vocat σοφώτατον. Eius Iustinus Martyr, & Cyrillus egregiè meminerunt. In huius Theologia multa veritatis antiquæ visuntur vestigia, quæ etsi sunt quibusdam fabulis à superstitionibus postea temerata, seposita tamen, ac expurgata, suam recipient venustatem. Nam cū & superstitionibus falsis, & cultui dæmonum, omnique idololatriæ deditus antea fuisset, & hymnos, & odas Diis fictitiis cecinisset (si tamen eius sunt hymni, non potius alterius Orphei ætate multo posterioris) postea rerum verarum scientia adiutus, cecinit anteaactæ vitæ palinodiam, & in vnum, verumque Deum acie defixa, maiestatem, diuinitatemque eius, quam Apud Ægyptios didicisset, miris laudibus celebrauit. Hunc igitur, cū omnes vetustissimum confiteantur, quidamque asseuerent eum discipulum Moysis fuisse, id est, Musæi, è quibus est Polyhistor (quod ipse non affirmo) ex illa Ægyptia sapientia, aliisque per orbem sparsa Theologia, multa scripsit vera, & his sæculis admiranda. Altissimumque Dei Verbum sequens celebrem famam, vocat Vocem, per quam asserit Patrem omnia creasse. Scripturusque hæc altissima mysteria, sic carmen inchoauit:

Principes Theologia Græcæ, Orpheus, & eius laus.

Orpheus, vnum eadem vniūque Deū agnouit.

Φθὲρζομαι οἷς ἦμις ἐστὶ, γύρας δὲ ἀπὸ θεοῦ βεβήλοισ.  
Dicam queis fas est, claudatur porta profanus.

Proponentur igitur quædam tantum carmina ad fidem, vt consensum omnium sæculorum agnoscas. Apparent enim eadem apud hunc de Filio atque Platonem, Mercurium, Chaldaeos, cæterosque omnes. Ad Filium:

Eis δὲ λόγον ἦεν βλάψας, πούτω παροσέδρευε,  
Γούβων κραδῆς νοσῶν λύτος, εὐ δ' ὀπίσσω  
Ἀπειτῆ, μῆνον δ' ἐξόσσε κοσμοιο τυποτιῶ,  
Ἀθάνατον, παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τῶν φαίνεται,  
Ὡς ἐστὶ ἀποτελής, αὐτῆ δ' ἅπαντα τελείται,  
Ἐν δὲ αὐτοῖς αὐτὸς ἀεινάσσειαι, ἕδεται αὐτὸν  
Εἰσορῶσα ψυχῶν ἡμετέρων, νόω δ' εἰσοροῖται.

Inque Dei Verbum aspiciens, huic semper adesto,  
Desigens animi altas lucas, perge viamque  
Rectam, factoremque vnum mate aspice mundi,  
Immortalem, quem patrum fert fama priorum  
Vnum, perfectumque sibi, tum perfici ab illo  
Cætera, cumque illis versari, non tamen ullis  
Cerni animis hominum, sed sola mente videri.

His carminibus non solum declaratur nostræ nouissimorum sæculorum Theologiæ dignitas, quæ omni mundo illuxit, sed confirmantur dicta Mercurij, Chaldaeorum, Sibyllarum, Anaxagoræ, Platonis: cum quibus Orpheus, ipsique omnes inter se, diuino quodam instinctu consentientes, Filio Dei decernunt summam diuinitatem, rerum creationem, hunc adorandum, suspiciendum prædicantes. Chaldaeus rerum cunctarum dicebat Patrem dedisse Filio autoritatem, & creationem. Is appellatur ab Anaxagora, & Platonicis Mens. Confirmatur à Platone, & Aristotele. Vocatur à Mercurio non solum Mens, sed

Repetitio antecessorum.



*Verbū quid.* etiam Verbum, genitum à Patre. Ecce igitur & apud Orpheum hæc vniuersa. Nuncupat enim eum Verbum diuinum: Verbum declarat auctoritatem, rationemq; creandi: diuinum ostendit eum alterius esse Verbum, eius scilicet qui propriè, ac principaliter est Deus. Quem, & idem Filius, Deum suum vocabat. Non eripitur tamen ab vllis diuinitas Filij, sed prædicatur, prouehitur, hortantur omnes, vt hunc agnoscamus, ac veneremur. Deinde Orpheus appellat eum ipsum *κόσμοιο τυπωτήν*, formatorem mundi. O consensum omnium mirabilem! Is enim est sensus vocis illorum priorum, qui Filium dicebant Mentem: dicebant scilicet propter formas mundi, propter decorè, ac venustatem, propter ordines repertos. Sola ratio dare potest ornatum, sola Mens, sola intelligentia, maxima autem, & sapientissima, Omnipotensq; Mens, summos & vniuersales ordines. Intelligentia igitur dicebatur ab illis propter creationem, propter Chaos, è quo Mens omnipotens, tanquam origine, rudique inchoamento, ordines omnes sapientissimè expressit. Quem sensum Orpheus alio sono notiore exhibens, appellat eum *τυπωτήν*, Formatorem. Idem ergo est Mens, atque Formator. Cuius est enim formare, nisi Intelligentiæ, & Mentis? Hæc omnia audiens, & respiciens, ac celebrans Poëta noster, commemorato Chao, hunc ipsum, quem Orpheus Formatorem, eadem prorsus sciētia, mundi melioris Originem vocauit. Ille inquam formator, mundi melioris fuit Origo. Mūdus melior, forma cæli, & terræ, omniumq; cælestium, ac terrestrium. Et apud Platonem Verbū diuinissimum, apud Orpheum, Verbum diuinum, apud Mercuriū Mens prima, generat Mentē, Verbum. Est apud Anaxagorā Mens digerens Chaos, & creans. confirmat lata- Et turq; ea Plato. Est apud eundem Causa, excellenterq; Causa. Apud Orpheū mundi Formator. Nihil ergo discrepat. Postea & hoc expressius carmen intonuit Orpheus:

*Ὀυρανὸν ὄρμηξω σε θεὸς μεγάλα σφδρὸν ἔργον,  
 Ἄνδ' ἔδ' ὄρμηξω σε πατρός, ἡδ' ἐρθέγγεατο παρόντων.  
 Te cælum obrestor sapiens opus omnipotentis,  
 Vocem te Patris adiuro, quam protulit ipse,  
 Primum, consilij eius cum constitit orbis.*

Verbum, & Vox nomina Filij, eademq; vtriusque ratio. Iussus est, & dictus, missusq; ad creandum. Hic quoque patet Theologia nouissimorum sæculorum, quæ constititur creatorem omnium Patrem, sed per Filium. Quibus verbis is subest sensus, quem sæpenu-mero declarauimus, Patrem esse tanquam iubētem, tanquam dictatorem, mittentemq; Filium ad creationem, cui non solum auctoritatem, sed & naturam, ac diuinitatem suam dedit, id est, genuit. Vt autem scimus, & prædicamus non Patrem venisse ad redimendū genus humanum, fecisse res humanas, functum mortalium muneribus, sed Filium: sic idē missus est ad creandum, quem redemisset, propter quem cælū, ac terras creasset: quem admodum dicebat ipse, & scimus omnes, hanc redemptionem iussam à Patre, peractam à Filio. Res autem eorum principaliter esse dicuntur, qui primi mouent, à quibus consilium nascitur rerum gerendarum: qui autem faciunt, secundæ causæ sunt. Sic creatio mundi, Patris est, tanquam principalis causæ. Item redemptio dicitur ab eo facta, mit- tente Filium suum vnigenitum ad hoc ipsum. Hoc igitur mirabile est fuisse quoque pri- scis illis cognitum, rem scilicet obscurissimam, quam mortales se ipsis agnoscere non possunt. Verè enim ille dixit, Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Cognoscere quidem, cogitareque possimus, aliquem fuisse creatorem mundi: sed hunc habere Patrem, & esse diuinitatem Patrem, & Filium, non solum non cognoscimus, sed propemodum negamus, non capientes, non credentes, vnquam fieri posse, vt apud Deum sit qui generet, & qui generetur. Quod Hebræi vel maximè irridentes, hi potissimum fuerunt, qui non nouerunt Patrem. Nam noscunt, ac celebrant creatorem mundi, hunc in Synagogis venerantur: verū is est Filius Dei, quem postea corpore, magnitudinem diuinitatis suæ abscondentem, cruci affixerunt, factum similem nostri tunc, vt nos similes sui postea efficeret. Ergo nisi Filius reuelasset, & nos simili in errore versaremur. Ac certè credendum est eundem ipsum antiquis sæculis Patrem suum manifestasse, vnde Chaldæus, Sibylla, Mercurius, Plato, Orpheus, hanc cognitionem hauserint, qui postea copiosissimè reuelauit, ostendens hanc esse felicitatem veram, vt homines intelligerent Patrem, cum Filio. Superiores Patrem cognouerunt: omnes enim patris meminere, credo, tam ex antiqua traditione, quam reuelatione cælesti. Nam Platonem quæ scripsit de Patre, à maioribus, vel Mercurio, vel Orpheo credendum est accepisse: Mercurio

*officiū filij, creare mundum & redimere.*

*Matt. II.*

*Hebræi, non nouerunt patrem.*

*Superiores patrem nouerunt.*

A Mercurio quidem & Sibyllis, & Chaldæis, tum ex oraculo cælesti, tum antiquissimis successionebus innotuisse. Siquidem is idem Orpheus meminit antiquæ famæ, ferentis perfectissimum esse, nulliusq; indigentem hunc mundi creatorem, omnia circumeuntem, regentem, sustinentemq; qui sola mente, cogitationeque purissima videatur. Ergo à fama prisca hæc descendencia referebat, affirmabatq; Orpheus. Videmusq; hic non solum ipsam Theologiam, sed clarum etiam Orphei testimonium de ea à maioribus descendente. Fama igitur erat antiqua de eo, qui cum esset ipse perfectissimus, ab eo perfecta omnia fuerint. Ea enim fuit causa, cur cætera ipse absoluerit, perfectissimèque creauerit: quia perfectissimus ipse, & omni potestate, viribusq; instructissimus. Triaque sunt nomina Filij apud Orpheum, totam Theologiam continentia, *θεῖος λόγος, τυπωτής, ἀυτοτελής*, Diuinum Verbum, Formator mundi, per se, vel à se perfectus. Quibus & summa diuinitas eius, & mundi creatio apertissimè designatur. Deinde Orpheus tria de eodem dicit ad profundam Philosophiam spectantia. Primum, quod idem per conditas à se res versatur, regens scilicet, & gubernans eas, vt Philo declarabat: tum quod eius per omnia conuersio, & assistentia est inuisibilis, quæ nostris oculis videri nequeat: postremò quod sola mente, sola ratione intelligatur. Nunc enim, etsi oculi corporei non cernunt, at mens eò peruenire debet. Plura enim animis cernimus, quàm oculis corporeis. Videre per animos partim ratio dicitur, partim fides. Hæc Orpheus, & alia complura, de diuinitate Filij, Sciendumq; nomen *ἀυτοτελής*, esse idem atque quod habetur apud Mosē, *ἀυτοάν*, per se existens, primus existens, & à nullo existens. Id enim est, quod indicauit Mosi, Ego sum, qui sum, quod Græce *ὁ ἄν*, Ille qui præstanter est. Articuloque indicatur excellentia, polletq; idem *ἀυτός*, atque articulus *ὁ*. Pronomen indicat principium, originem: articulus excellentiam. Idem verò est, & is qui per se existit, & qui habet hoc ipsum absolutissimè, præcipuè, primò. Porro autem idem sunt *ἀυτοτελής, ἀυτοάν*, per se perfectus, per se existens. Idem enim sunt, perfectio, & ipsum esse. Quare qui à se existit, à seipso est perfectus. Quocirca idem dicit Orpheus, atque Mosēs. Illum quoque euidentissimè sequitur. Appellat hoc nomen *ἀυτοτελής*, Orpheus Filium Dei, vt clarum est. Cum autem idem sint, per se perfectus, atque per se existens, efficitur, vt quem Mosēs vocauit per se existētem *ὁ ἄν*, sit is, quem Orpheus per se perfectum. Is autem est Filius Dei apud Orpheum: idem ergo apud Mosē, cum ait, Ego sum, qui sum. Dionysius quoque Areopagites Filium Dei vocat *τὸ ἄν*. Id quoque sciendum est, nomen quatuor litterarū apud Hebræos Iehouah, sonare hunc ipsum, quem Orpheus Græce dixit *ἀυτοτελής*. Etenim illud nomen designat eum, qui est: eaque est omnis verus Philosophia, vt videbitur: ac prorsus, quod ipsi Græciæ Philosophi *τὸ ἄν*, quod est, vocabant. Siquidem est verbum substantiale, apud Hebræos *היה*, à quo fit nomen quatuor litterarum, sonatq; existentem. Quem sensum autem id habeat, Orpheus pulcherrimè Græcè significauit. Apud omnes igitur est celebris Filius Dei. Testatur autem Iustinus Martyr idem & Philosophus, in Apologético, Verbum Dei cæli, & terræ creatorem Orpheum cognouisse, sicut nos, inquit, prophetiæ sanctorum docuerunt: *αἱς ἐν μέρει καὶ εἰσὸς ἐν τῇ ἀληθείᾳ παρεχόμεν, ἐγὼ, ὅτι διὰ τὸν λόγον τῆ θεῆ, πάντα ἐγένετο φύσις*: Quibus cum idem ex parte se tradidisset in Ægypto, cognouit quod per Verbum Dei omnis extitit creatio.

*Tria nomina Filij Dei, apud Orpheum.*

*Videmus animis longè plura, quam oculis. Deus, ens, ὁ ἄν.*

*Perfectio, & ipsum esse, idem.*

*Iehouah, etc. hebræis quid.*

*Alia quadam ex Philone Iudæo, de Patre, & primogenito Filio, qui sit verbum eius, creator mundi, hominis archetypum: & quod Pater sit eminentissimus, Filius lex, & moderamen mundi, princeps Angelorum, coæternus Patri.*

CAPVT XXIX.



VAE hucusque locutos maiores vidimus, ita se inuicem corroborant, facemq; præbent, & lucem, vt qui velit aliquod eorum dimouere loco, totam necesse sit ei consecutionem rescindere. Certa enim sunt scripta Platonis, & Aristotelis, qui & sua, & maiorum dicta confirmant. Sed arbitrator neminem fore cui minus fidelia, & credibilia hæc videantur, clarissima luce, omniumq; scriptorum indissolubili concordia se offerente. Referam igitur quadam alia ex eodem insigni Philosopho Philone Iudæo, vt totus inter se sit aptus narrationis ordo. Nam magnis semper viris hæc admirationi fue-



totus mundus. Est ergo Deus, Verbum, Idea, Idearum Archetypa, hoc est, originaria. Ac Moses cum dixit, In principio creavit Deus; non ut plerique arbitrantur temporis principium respexit: neque enim erat tempus ante mundum, sed aut cum ipso fuit, aut post ipsum. Quod si principium temporis Moses illic non respexit, necesse est dicere principium secundum numerum: ut In principio, creavit, sit perinde ac si dixisset, primum creavit caelum. Primum igitur, inquit Philo, ipse creator, creavit caelum incorporeum, & terram inuisibilem, & Ideam aëriam, & vacuū. E quibus aliud quidem appellavit Tenebras, quando quidem magnus est aër natura: hanc autem id est Ideam aëriam, Abyssum: profundum enim est vacuum, & propè infinitum. Deinde aquae in corporeā substantia est, & spiritus. Tum septimi super omnes luminis. Quod & ipsum erat incorporeū, & intellectuale Solis exemplar, omniāque in caelo astra luminosa erat facturū. Priuilegium autē spiritus, & lumen sunt sortiti. Spiritum enim dixit esse Dei, quia vitalissimus sit spiritus: vitæ autem Deus autor. Porro lumen, quia excellens pulchritudo, tanto intellectualis ipsa, visibili clarior, & lucentior, quanto sol tenebris, dies nocte, mentis iudicium, quæ est totius animæ principatus, oculis corporeis. Illud ergo inuisibile, & intelligibile lumen Verbi diuini fuit imago, generationem eius interpretatis. Et est supercaelestis stella, fons visibilium stellarum: quam non ab re appellaueris *πανάγειαν*, id est, cunctiluminem, vel luminositatem, à qua Sol, & Luna, cæterique errones, & stellæ fixæ accenduntur, quatenus cuique potuit ex purissimo, ac sincero lumine largiri, vbi se vertere cœpit secundum lumen intelligibile, ad visibilis mutationē, id est, fieri lumen visibile ex inuisibili. Nihil est enim eorum quæ sunt in sensu, purum. Igitur incorporeus mūdus iam finem habuit stabilitus, ac firmatus in Verbo diuino. Hæc Philo: quæ nos fidelissimè vertimus è Græco. Eadem & ab Eusebio proferuntur, sed à nobis præteriri non debuerant, nec erubescendum nobis putauimus, in vnum corpus reuocare, quæ sparsa locis multis essent. In his igitur mirabilissimè prædicat, agnoscit Verbum diuinum, scit quam vim habeat, ut meliora vix apud Theologos Christianos reperias. Omnes sunt præcones Verbi diuini, veteres, & noui: sed hîc apud Philonem, stupenda: eoque magis miramur, quod nõ facilè attigimus, vnde hæc proficiantur: an ab antiqua Theologia, an quod florente noua, is quoque floruerit, quem scribunt cum beato Petro Romæ locutum. Agnoscit ergo Verbum diuinū, vocat primogenitū, creatorē, æmulum, vel imitatore[m] paternæ Sapientia. Siquidem & idem Filius: Doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me. Vocat orientem, totamq[ue] hanc Theologiam colligit, vel illustrat ex Mose, & Prophetis, ostendit per Filium omnia creata, Patris imaginem, exemplar autem & Ideam rerum creatarum, ut Pater sit exemplar, & Idea originaria Filij: Filius autem Idea & λόγος, id est, ratio rerum creatarum. Inter Patrem & res creatas maximum Verbum intercedat. Fontem autem omnium rerum, & omnis lucis eundem dicit, vias paternas imitantem. Nanque & idem in Euangelio: Filius nihil facit, nisi quod viderit Patrem facientem. Nihil sublimius potest memorari, non valet ulterius cogitatio penetrare. Dictum est à Philone, quicquid apud Mortales de diuinitate Patris, ac Filij dici potuisset. Sola superest gratiarum actio, ut laudemus Iesum Christum, Deum nostrum, Verbum Dei æternum, Sapientiam, Creatorem, qui suam oculis humanis ignotam veritatem reuclauit, eamq[ue] ita patefecit, ut posset cognosci, & adorari, quem agnoscentes, simul agnouimus fontem diuinitatis suæ Patrem, eumq[ue] cum ipso sapientia eius adorauimus.

*Testimonium de Patre, ac Filio, ex Numenio Pythagoreo: & quod Pater sit primus, Filius secundus: & quod Filius agat omnia, Pater iubeat: & quod Pater sit ipsum Bonum.*

CAPVT XXX.

*Numenij Pythagorei laus.*



**N**UMENIUS, ut dixi, inter Pythagoreos Philosophos insignis, cuius Porphyrio teste studiosè legebat Plotinus libros, quique apud Platonem Philosophiam Mosis credidit esse, dicens non aliud esse Platonē, nisi Mosen Attica lingua loquentem, is inquam, siue quod priscorum sententias teneret, præcipuè omnium, quos produximus, siue quod in Mose, vel Platone, vel certè Philone aliquid eiusmodi vidisset, siue quod post Christum natum floruerit, multa dixit de Patre, ac filio, duas eos causas, duosq[ue]

A duosq[ue] Deos appellans: Primum scilicet, ac secundum, ut Philo, ut Plotinus, sed Deum Patrem causam filij, Filium autem causam mundi asserens: eodē videlicet ordine, atque superiores omnes. Afferentur in medium aliquot verba Græca, reliqua fidelissimè Latina reddentur: *ὁ θεὸς ὁ μὲν πατὴρ, ὁ δὲ υἱὸς ὁν ἔστιν ἀπλῆς, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἑαυτῷ συγγενόμενος δι' ὅλην, μήποτε εἶναι διαύροτον. δεύτερος καὶ τρίτος ἔστιν εἷς, καὶ γὰρ ἕτερος δημουργεῖν ἔστιν ἕβρον τὸ παρῶτον, καὶ τὸ δημουργεῖν δὲ πρὸς πατρός, καὶ ἕτερος γὰρ εἶναι νομίζεσθαι πατρός, τὸν παρῶτον θεόν.* Deus Primus, inquit, in se ipso quidem exiltens, est simplex, propterea quod semper secum est, nunquamq[ue] est diuiduus: Secundus & Tertius, est vnus. Etenim neque operari oportet Primum: & de opifice Patre, ac Filio oportet arbitrari, Patrem primum Deū. Quid sentiat Numenius, multis aliis locis indicat. Sic enim addit: Si igitur de Opifice quaerierimus, dicentes eum oportere priorem existentem, sic facere, habet præclare. Isq[ue] rationis aditus. Si autem de Opifice non sit sermo, sed de Primo quaeratur, ea quæ dicta sunt confecro, & sancta statuo. Ac sint ea quasi arcana, & non pandenda. Transeo igitur, ad capiendam rationem, aliunde eam venatus. Antequam tamen sermonem ingrediamur, confitendum nobis est rem haud ambiguam: Primum scilicet Deum, ac Regem, vacare ab omni opere. Deum autem opificem, imperare per caelum euntem. Sunt autem hæ vitæ, alia quidem primi, alia secundi Dei. Nam primus Deus erit sic. Secundus autem è cōuerso mouetur. Primus inquam circa intelligibilia, Secundus circa intelligibilia, & sensibilia. Neque verò admireris ea, quæ dixi. Multo enim audies mirabiliora. Nam pro motu, qui inest Secundo, dico quietem inesse primo, motum cognatum, propinquum à quo & ordo mundi, & perseverantia æterna, & salus in omnia refunditur. In sexto autem libro Numenius sic scribit: Quoniam autem sciebat Plato apud homines, solum Opificē esse notum, primam autem Mentem, quæ vocatur Pater, omnino ignorari, ob id eodem modo est locutus, ac si quis diceret, O homines quem vos arbitramini Mentem, non est prima, sed altera est ante hanc prior, ac diuiniore. Et rursus: Gubernator quidem in medio pelago vectus, super gubernacula stans celsa in puppi, temonesq[ue] tenens, nauim flectit, ac regit: oculi autem eius, & mens versus æthera, ad sublimia respiciunt. Idem Numenius in libro de Bono, Etenim, inquit, si opifex Deus, est generationis principium, bonum necesse est ex proportionē esse principium essentia. Huius autem ex proportionē imitator est Deus opifex. Substantia verò respondet generatio, tanquam imago eius, & imitatio. Si igitur Mens secunda, est opifex generationis, bonum erit ipsius essentia opifex, per se bonum essentia innatum. Nam Secundus duplex existens per se facit & Ideam suam, & mundum, cum sit Opifex. Primus igitur Deus est per se bonum: huius autem imitator Opifex bonus. Hæc omnia dicit Numenius, obscurius quidem propter res obscuras, & modum loquendi Philosophorum. Vidimus præclara multa, Patrem, ac Filium, primam & secundam Mentem, quo Chaldæorum dicta confirmantur, clarescunt: primam Mentem procreatricem, genitricemq[ue] secundæ: secundam opificem, & creatricem mundi, imitantem primam. Vidimus Patrem appellari per se bonum, Filium autem Mentem mundi opificem, imitatore[m]q[ue] Patris: Patrem vacare ab omni opere, Opificem, ac Regem per omnia tendere. In Euangelio Ioannis eadem Mens dicit: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio. Platonem dicere, homines credere hunc Opificem, Patrem autem ignorare. Crediderunt scilicet, & senserunt homines, Platone teste, Filium Dei, id est, Opificem mundi: Pater autem erat ignotus. Apparet igitur omnibus sæculis nostram viguisse Theologiam. Siquidem Numenij testimonio perspicitur verissimum esse, antiquos scripsisse, & tradidisse, quæ superius admirati sumus. Sunt enim eadem hæc, atque illa. Ex his enim Numenij dictis panditur quoddam sacramentum, quod in nostra quoque Theologia sapissimè refertur, cum, qui apud Mosen ac Prophetas, creator cæli, ac terræ, fator hominis, legis lator, generis humani gubernator, & rector memoratur, quique cum patribus olim loquebatur, apparebat, Angelos ad eos mittebat, fuisse Filium. Nam Pater, ait Plato, & Numenius, erat obscurior. Fallebantq[ue] mortales credentes mundi, & humani generis autorem esse primum illud, eminentissimumq[ue] principium. Erat, inquiunt, is Filius, & Mens secunda, cui Pater contulit omnem diuinitatem. Eoque vocat Verbum eius, id est, locutio, autoritas, missio, magistratus. Pater erat obscurior, ac nisi Filius reuclasset, siue per oracula & prophetas, siue per successionem, siue nouissimè præsentia sua, nunquam cum mortales in animū inducere potuissent. Pater, ut supremus est vacans, Filius operas. Hinc

*Deus pater, causa Filij, Filius causa mundi.*

*Supercælestis stella.*

*Philo, cum beato Petro loquutus Romæ.*

*Ioā. 5. 6. & c.*

*Mens secunda, opifex.*

*Ioan. 5.*

*Filius mens secunda.*

omnes animaduertent eandem esse Philonis, Numenij, Plotini, Theologiam, vt alter ab altero didicerit.

Ex Amelio, de Verbo diuino aeterno, post homine facto: Et quodd Amelii testimonium Ioannis protulerit: Heraclitumq, etiam de Verbo fuisse locutum.

CAPVT XXXI.

Amelius Platonicus.



MELIUS nec ipse inter Platonicos non illustris, omnium, quæ præcesserunt, præcipuus, ac nobilissimus est testis. Ac veritas harum rerum, quas hoc opere differimus, eo est irrefragabilior, quod per successione hominum, ac sæculorum est roborata, ab omni ætate prædicata, confirmata. Nam præter id, quod superius dixerant omnes, etiam cum testimonio Amelij, sequitur testimonium Heracliti de Verbo Dei. Sic autem ait: καὶ ὅτι οὐκ ἔστι λόγος, καὶ ὅτι ἀεὶ ὄντα, τὰ γινόμενα ἐγένετο, ὡς ἂν καὶ ἡράκλειτος ἀξιώσῃ, καὶ ἢ διὰ τὸν ὁ βαρβάρους ἀξιοί, ἐν τῇ ἀρχῇ πάσαι, καὶ ἀπαξία καθεστῆσθαι τῶν θεῶν εἶναι, καὶ θεῶν εἶναι, δι' ἃ πάντα ἀπλάως γεννηθῆσθαι, ἐν τῷ τὸ γινόμενον, ζῆλον, καὶ ζῆλον καὶ ὄν, περιπέσει, καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτει, καὶ σάρκα ἐκ δυνάμετον, φαντάσθαι ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ καὶ τῆν κενὸν δεικνύσθαι τῆς φύσεως μεγαλείον, ἀμίλει καὶ ἐαλυθέντα, πάλιν ἀποθεῖσθαι, καὶ θεῶν εἶναι, οἷος τὸ τῶν ἃ, εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον κατὰ φύσιν. Atque hoc certè, inquit Amelius, erat Verbum, per quod semper existens, ea quæ sunt, facta fuerunt, sicut Heraclitus censet. & per Iouem, quod Verbum Barbarus ille existimat in ordine, & confusione principij stans, apud Deum fuisse, & Deum fuisse, per quem in vniuersum cuncta sunt facta: in quo quod factum sit, fuerit viuens, & vita, & Ens: tum in corpora lapsum, carnemq; indutum, hominem apparuisse, ostendens etiam tunc naturæ suæ magnitudinem. Omninoque resolutum, rursus deificatum. Deumq; extitisse, qualis item fuisset, anteaquam in corpus, & carnem, & hominem descendisset. Hæc ait Amelius, vir à Christiana quidem religione alienus, sed qui principia Christianæ sapientiæ & nota habuit, & approbavit. Non solum in eo maiores suos, Græcosq; Philosophos secutus, sed nostros item, præcipuè Diuum Ioannem, quem Barbarum appellat, quod esset Hebræus. Cuius totum asserit Euangelium, quo de Verbi æternitate, & rerum creatione per ipsum, eiusq; in carnem descensu philosophatur. In carne ait eum magnitudinem diuinitatis suæ demonstrasse, nihilq; de sua maiestate amisisse: creasse omnia in ordine, & confusione: ordinem dicit ipsum mundum creatum: ἀπαξίαν, id est, inordinationem, ipsum Chaos, quod ordinem antecessit, vt est apud Platonem. Aderat, inquit Amelius, hoc Verbum, quando ex inordinatione factus est ordo. Ipse enim fuit causa, ipse moderator. Erat in illo exordio: eratq; sequester inter ordinem, & confusione: tuncq; etiam fuit cum Deo, eratq; etiam ipse Deus. Hæc omnia re- F- pta apud Barbarum Amelius miratur, laudat, probat, exclamans, & deierans per Iouem, hoc illud esse Verbum, per quod omnia facta fuerint. Audite quæso omnes: non enim leui de re est sermo. Autore, & teste Amelio, illud Verbum de quo Plato, & ante eum Heraclitus locuti fuerant, est illud Verbum, per quod omnia sunt creata, & de quo scripsit in principio Euangelij sui Ioannes, quem Barbarum Amelius vocat, id est, non Græcum, sed quasi Ægyptium, Chaldæum, vel Hebræum. Quemadmodum Plato dicit philosophiam à Barbaris venisse ad Græcos. Omnes enim, qui non essent Græci, Barbaros vocare solebant. Videte concordiam totius veteris, ac nouæ Philosophiæ, non me, sed ipsis Philosophis sequester, & arbitris, asserentibus Verbum à Chaldæis, Mercurio, Orpheo, Heraclito, Platone celebratum, illud esse per quod sint omnia creata, & quod postea carne assumpta homo visus fuerit: Nec imminuta in eo diuinitas eius fuerit, sed mirabilis in eo apparuerit, & qualis, quantusq; quondam. Coniungunt igitur dexteram, seseque exosculantur, vetus, & noua Theologia, & sæculorum interuallis disunctæ, redeunt, ipsis philosophis autoribus, ad amplexum, mutuoque copulantur, & per manus philosophorum ducitur in sacrarium, domiciliumq; suum veritas: cuius certum, verumq; domicilium, est nouissimus is aduentus eius, ad quem omnia respondent. O beata palàm tempora, quibus veritas hæc, hæc Theologia manife-

Vir non Christianus, principia Christianæ sapientiæ approbavit.

Chaos ordinem antecessit.

Barbari qui, et à quibus nuncupati.

Vetus et noua philosophiæ, consensientes.


A manifestissima de cælo refulit, quam Philosophi videbant, & non videbant. Occurrebat oculis, sed quia non erat, quantum postea luminosa, totaque lucis suæ flumine prorumpens, rursus oculos eorum delusos, in quadam caligine relinquebat. Eadem igitur est vetus, ac noua Theologia: nec alium adoramus Deum autorem, principemq; generis humani, atque illi. Siquidem & Plotinus affirmat sermones hos, nunc de magnis his principiis habitos, de Verbo, de Imagine summi boni, de prima Causa, de Opifice, non esse nouos, sed longè antiquissimos: quæ nunc à nobis dicantur, esse quasi interpretationes eorum. Verissima profecta dixit. Hæc enim nouissima Theologia, rescidit velum, omniæque quæ laterent, patefecit, omnem caliginem distulit. Quocirca cum sint hæc non nostra solum prædicatione, & professione manifesta, sed ipsorum quoque Philosophorum testimonio probata, non video, quid Philosophiam à Theologia disjungat. Nam neque Aristotelem, quem suorum maiorum Theologiam admirantem sæpe reperies, possumus ab istorum consortio, si iudices æqui voluerimus esse, seiungere. Quod iudicium viris doctissimis relinquam. Declarabo ipse ex parte, vbiunque res & vsus postulabit. Constat, quàm fallantur, hallucinentur miserissimi Hebræi: quos equidem ad hæc aspicienda inuitarem, nisi scirem eos dare operam, vt perpetuò cum ratione infaniant: & quibus imperitia, malitiæque reddat incognitam, & ingratam omnem veritatem.


Noua Theologia dicitur que latebant in vetere.

Hebræorum cæcitas & malitia.

FINIS.

f iij





Augustini Steuchi Eugubini DE PERENNI PHILOSOPHIA LIBER SECVNDVS.

De Theologia antiquorum testimonium Aristotelis, exemplaque ex aliis quam sit veneranda, ac suspicienda.

CAPVT I.

Aristoteles dissimulauit se vidisse libros veteru.



12. Metaph. cap. 8.

Disciplinam omne et artem priscis cognitam, iniuria temporum extinctam.

SCRIPTVRVS sum hoc secundo libro de Numinibus tribus, siue hypostasibus, totaque Diuinitate, sequens prateritarum demonstrationum rationem. Quod antequam faciam, visum est prius Aristotelem audire loquentem super Philosophia maiorum, vt antecedentia, & sequentia confirmetur, & illucescant. Qui etsi viderit, aut vidisse dissimularit eos libros, quos Plato: videlicet Mercurij, Sibyllarum (nam in Phaedro meminit Sibyllae Plato) Orphei quoque, ceterorumque; item quos Plato cognouit, & doctrinam eorum adeo est admiratus, vt fuerit secutus: dico Anaxagorae, Heracliti, Pythagorae, Empedoclis & Parmenidis, ceterorumque: eius tamen testimonio possit apparere, antiquos illos praecleara multa, mirabiliaque dixisse, vt siue in numerum Theologorum, siue Philosophorum ascribantur, plurima ab eis manauerint, quae magnam quandam priorum saeculorum sapientiam testarentur. Aristoteles ergo de Rerum principiis in libris de prima Philosophia differens, haec scripsit, Traditum esse sub fabularum inuolucro ab antiquissimis illis, priscisque; viris posteritati, hos ipsos, quos diximus, esse Deos, & naturam diuinam regere, ac continere totam ipsam rerum naturam: cetera fabulis, vt probabilia essent, & legum obseruandarum causa, ad vtilitatem ab his fuisse obuoluta, qui finxerint Deos similes hominum, ceterorumque; quorundam animantium, multaque id genus eis addiderint. De quibus si quis meliora separet, id videlicet quod tradiderunt, Deos esse primas principalesque substantias, diuine locutos eos arbitretur. Atque verisimile esse, saepe vnamquamque artem, Philosophiamque; perfecte repperitam, rursus extinctam & deletam, & has opiniones placitataeque eorum, vsque ad haec tempora tanquam reliquias peruenisse. Patriam igitur opinionem de primis substantiis hucusque nobis claram fuisse. Haec Aristoteles in libris de prima Philosophia, de descendente vsque ad sua tempora maiorum sapientia, sed lacera, & cuius velut reliquiae vsque ad sua saecula permanarint. Vnamquamque item artem, & disciplinam priscis saeculis floruisse, sed extinctam temporu iniuriis, ad posteros non peruenisse, nisi lacram: magnum autem ac diuinu corpus eius apud maiores extitisse. Priscos illos credidisse & asseruisse, Deum, id est, το θεον, ipsam diuinitatem, numenque, natura complexu omnem continere, idque afflatu quodam diuino eos dixisse. Haec affirmat Aristoteles, quem si possem orare, vt secum sua dicta perpenderet, diligenterque consideraret, quae de Deo maiores tradidissent. Quos si laudat, quod crediderint omnem natura Deu complexum sustinere, admiretur etiam necesse est, quae tam mira, sublimia, profunda de eo praedicauerunt. Et si putat Aristoteles integram olim perfectamque; viguisse Philosophiam, cuius tantum reliquiae ad posteros peruenierint, illum etiam, atque etiam rogatum velim, vt me colligentem has reliquias, & asserente ex his, sicut & ipse, maiorem quandam diu-

A diuinamque Sapientiam apud priscos floruisse, ne spernat, ne contemnat. Quod certe non faciat, nisi secum ipse dissideat. Admiror enim & affirmo iuxta cum ipso, diuinam quandam, perfectamque penes antiquos Philosophiam, idque similiter atque ipse per quasdam quasi coniecturas, & reliquias ad nos vsque deuectas, incedens. Quod si Aristoteles qua parte haec maiorum Philosophia Deum rectorem rerum fatebatur, laudat, & admiratur, admirabitur etiam quaedam alia, quae ipse aut viderat, aut suspicatus fuerat. Nullus autem superest aduersarius, si Aristoteles quoque maiores admiratur, commendat, quorum affirmat fabulis sapientiam obuolutam. Videat igitur, atque confideret, quid eum veritas fateri coegerit. Nam cum Deum, rerumque principia quaereret, & ad summum iam ratio peruenisset, impedit tanquam in scopulum, quem tota fortasse Philosophia vitare decreuerat, Theologiam antiquorum, nec habuit de Deo quid amplius diceret, quam quod illi statuissent. Nihil enim aliud videbat posse dici. Ergo si prima principia eadem atque veteres constituit, necessariu sunt ei illa quoque suscipienda, quae de principiis, totaque Philosophia differuerunt, immortalitas animorum, rerum creatio, & providentia. Plurima praeterea, quae sunt ei quoque asserenda, qui priorum Philosophiam probandam, admirationeque dignam intelligit, & confitetur. In maioribus autem illis haec minora continebantur. Ecce sua voce, & mundi creationem cogitur, & alia, quae in Theologia maiorum canebantur, Aristoteles asserere. Omnes enim superius rerum creationem sunt confessi: Eaque est antiqua Theologia, tantopere ab Aristotele commendata. Reddidit autem causam Ioannes Philoponus, cur cum sit triplex Philosophiae genus, diuinum, mathematicum, physicum, postremu maxime secutus Aristoteles copiose a superioribus tractata dimiserit, physicum autem in quo pauci ad id vsque tempus elaborassent, delegerit, in quo vires ingenij sui ostentaret. Quo sit perspicuum, non contempsisse maiorum Theologiam Aristotelem, quod non eadem, atque ipse tractauerint, sed quoad licet diuinare, plurimi etiam fecisse. Deprensam quoque ab eruditissimis viris, & patefactam, eum plerasque priscorum sententias aut dissimulasse se intelligere, aut perperam interpretando deprauasse, nec eo sensu eas protulisse, quo fuissent ab autoribus pronuntiat. Flecebat enim omnia, ad quam molebatur primus Philosophiam, cuius principia cum veller inconcussa firmaque ponere, in quibus praecipue est aeternitas caeli, pleraque ab antiquis deprompta, suis inuentis accommodauit. E quibus duo tatum exempla proponam. Nam cum maiores appellassent caelum aethera ab αιθερα, ardeo, quod igneum corpus caelum opinarentur: sic ad suum dogma, id est, aeternitatem, detorsit, vt veteres hoc nomen caelo indidisse dixerit, quia semper torqueatur, ab αιθερα. Rursum cum iidem auum & tempus aperte, ac manifesto discrimine diremissent, auum vitam aeternam Dei dicentes, tempus particulam siue imaginem aeternitatis, Aristoteles ita tempus cum auo contaminauit, vt diceret auum, esse spatium motus caelestis, ambiens tempus infinitum. Quamque maiores aetatem Dei, ipse caeli fecit aetatem, cum illi neque auum cum motu caeli commemorauerint, neque cum commemoratione aui, tempus asseruerint, vt suo loco est ostensum. Et ipse Deo tribuit auum sempiternum in Metaphysicis. Sed nos vniuersam eius Philosophiam euoluentes, multas diuinae lucis scintillas deprendimus, e quibus probari possit, hominibus non prorsus duris, ac feris, pertinacibusque in decretis eius ostendi, eandem Philosophiam esse eius, atque maiorum suorum, dico de rebus diuinis. Quem nunc sepositum habeamus, reuertentes in aliud aptius tempus colloquium cum eo. Tantum proponam exemplum ex antiqua Philosophia, quid sibi velit hoc nomen, & quomodo ab illis inducatur, & quantum ei cuncti Philosophi detulerint. Nam quoties inuenies priscae Sapientiae testimoniis Philosophos vt, sublime est & diuinum mysterium, vt bonitatem integritatemque; doctrinae apud vetustiores agnoscas. Aristoteles in libro de Mundo, si modo Aristotelis est, licet Platonici, id est, Plutarchus, Proclus, Philoponus, testimoniis ex eo libro vtantur, fuitque; etiam sui temporis dubitatio, an esset Aristotelis, proferens quod prior Plato, quod Deus sit principium, medium, finis δ μὲν Θεός, ὡς ἀπὸρ δ παλαιός λόγος. Deus, ait, sicut antiqua fama est, principium, medium, finis est omnium. Ab antiqua Philosophia vides quid proditu esset. Philo autem Iudaeus, παλαιός λόγος ὅτι τὸ θεῖον, ἀνθρώποις εἰ κελεύμενον ἀλλοτρεῶς ἀλλοις ἀπειροσῆταις, πόλεις ἐν κίβητι, τὰς το εὐδαιμονίας, καὶ παρρησίας ἐξέρχεται. Vetusta fama est, quod diuinitas, sub humana imagine, modò his, modò illis similis, circumambulat vrbes, bene & male facta examinans. Hoc quoque

Aristoteles fateri veritatem coactus.

Principia principis constituitur sequitur idem esse quod de principis existat.

Triplex Philosophiae genus.

Dissimulator Aristoteles eorum quae a priscis audierat & didicerat, vt mendacitatem assereret.

Aether vt accipitur ab Aristot.

Scintillae diuinae lucis scintilla in Philosophia Aristotelis.

Libro de Mundo, an sit Aristot. dubitatur.

Antiqua fama de Deo.

*Primo, planta celestis.*

quàm diuinum est? Idem in libro de Mundo, *παλαιὸς λόγος*, hominem plantam caelestem esse, non terrestrem, quod Plato in Timæo. In tertio quoque de Republica apud Platonem sunt *παλαιὸι λόγοι*, veteres sermones de cataclysmis, quibus affirmatur, proditumque posteris cataclysmum fuisse. In Phædone est in arcanis à maioribus proditum, quòd in quodam carcere sumus omnes homines in hoc corpore, & hoc mundo. In decimo de Legibus, est vetustissima Theologia, de Diis, quòd prima fuit generatio cæli, cæterorumque omnium. Apud nos, inquit, sunt *λόγοι λέγοντες περὶ θεῶν, οἱ μὲν παλαιότατοι ὡς γέγονεν ἢ ἀρώπι φύσις ἔργον, τῶν τε ἄλλων*. In duodecimo est antiquissima relatio, cui oporteat credere, remanere animos post mortem: *πιστεύετε ταῖς ἄλλαις φήμαις χρεῶν πᾶσι τοιαῦτα, ἔγω πολλοῖσι καὶ σφόδρα παλαιοῖς ἕσσαις*. Ecce Plato vult adhiberi fidem venerandæ vetustati, constanter asserens, animos immortales: quod etiam Marcus Tullius de animorum immortalitate loquens in Tusculanis: Autoribus, inquit, ad istam scientiam, quam vis obtineri, vti optimis possumus, quod in omnibus causis, & debet & solet valere plurimum.

*Tuscul.*

*Testimonium antiquitatis.*

Et primum quidem omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea fortasse quæ erant vera, cernebat. Ita que vnum illud erat inscitum priscis illis, esse in morte sensum, neque excessu vitæ sic delectari hominem, vt funditus interiret. Vides quanti faciat vir grauissimus vterque, & apud suos vterque eminentissimus, testimonium vetustatis, asserentes etiam causam, quòd erant principio mundi, & diuinæ progeniei, id est, ei, quem creauit astans & præsens suis manibus Deus, qui verè fuit diuina progenies, à quo audire poterant omnia, propiores? Diuina progenies item est, cæli, terrarumque satus à Deo proditus in lucem. Dij præterea, id est Angeli, cælum, astra, quæ sunt omnia, vt Plato postea fatebitur in Sophista, *γενῆ κατὰ θεῶν*. Quod quæ magis admiraberis, hanc ipsam causam fidei veteribus habendam, vetustatisque colendam, didicit, vt par est, à Platone Marcus. Similia enim locutus est in Phæbo Plato, *οἱ παλαιὸι κρείττους ἡμῶν, καὶ ἐγγύτεροι θεῶν ὄντες*. Prisci, inquit, nobis fuere meliores, propius Diis degentes. Quid diuinius Plato loqui poterat? Id enim nostræ litteræ demonstrant, priscos illos longè optimos fuisse, iustitiam & pietatem maximè coluisse, fuisse simplices, integerrimosque moribus. Eandemque causam (quod miror, in quo præ gaudio exilio) audimus à Philosophis, de maiorum longè quàm minorum excellentiore probitate, atque à sacris litteris, quòd erant Diis propiores. Nostræ litteræ testantur, crebro visibiles Angelos in habitu virorum priscis illis apparuisse, allocutos eos esse: plenaque vetustas erat prophetarum visionibus Angelorum, cum se darent in conspectu conspicabiles: ob id proditum posteritati, vt superius Philo asseruit, à maioribus illis, Deos, id est, Angelos humanis assumptis figuris, circumire vrbes, contemplantes humana facta. Quod fecerunt duo illi profecti Sodomam Angeli. Stabant enim in platea, sceleratæ ciuitatis flagitia contemplantes, mox ea supplicio formidabili animaduersuri. Plotinus autem ait: *ὅτι γὰρ δι' αὐτῶν παλαιὸς λόγος, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ, καὶ ἡ φρόνησις αὐτῶν*: Est enim, vt prisca fama habet, temperantia, & fortitudo, omnisque virtus expiatio, & sapientia ipsa. Fit igitur his rationibus clarum, colendum esse ac venerandum quidquid proditum fuit à vetustate, quæ sciebat cælum, & terram, homines, Deosque à Deo creatos, gubernari, considerari ab eo cuncta. Quare etiam atque etiam considerandum quod Aristoteles primo de Cælo & mundo libro refert, priscos homines cælum pro habitaculo Diis attribuisse: quippe quod solum sit immortale, & incorruptibile, *τὸν δὲ ἔργον, καὶ τὸν αἶνα ὄντων, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον*. Considerandum inquam diligentius. Non enim efficitur quod ipse vult. Vult enim quoniam cælum est immortale, & incorruptibile, maiorum consensu, nullum habuisse principium, quòd omnia orta occidant: sic in contrarium cuncta, quæ non occidant, nullum ortum habuisse. Dico non sequi, quod cupit. Verè enim maiores cælum Deo, Diuisque vt locum diuinum, sacrosanctum tribuerunt: Verum non hoc cælum, istaque visibilia lumina, eorumque orbes: sed quod eodem libro dixit idem, quod est extra vertiginem cæli, extra flammantia moenia mundi. Hoc tribuitur à priscis, vt tu quoque testaris Aristoteles, habitandum Diis immortalibus, nempè Deo & Angelis, non tribuitur orbis Solis, Lunæ. Illud quidem quod fertur habitaculum Deorum, si diuinâ claritas, si sempiternus Dei fulgor est, vti que immortale est, incorruptibile regnum Dei, sine principio, sine fine. Sin corpus aliquod (prisci dixerunt totum cælum creatum) videbimus omnium veterum consensu, cælum temporis exordium habuisse: Platòque sequens dogmata maiorum

*Angeli.*

*Prisci meliores notis, quia Deo propiores.*

*Angeli humana forma.*

*Colendum & completendum quicquid à vetustate proditum fuit.*

*Cæli nomine quid.*

*Lib. de Mundo.*

A maiorum & Timæus Locrensis est confessus. Quare non ea gratia cælum Diis veteres tribuerunt, quod immortale cælum cum Diis esset, sed perhibuerunt cælum creatum cum Diis, quoscunque eos interpreteris, siue præsides orbium caelestium, siue quos alios à mouendi munere absolutos. Nihil igitur quod conabatur, efficitur. Et recidit in eum, planèque dogmata eius destruit, quod eius libri eodem loco dixit: *διότι καλῶς ἔχει συμπεθεῖν ἑαυτῶν, τὸς ἀρχαῖος, καὶ μάλιστα τὸς πατρίδας ἡμῶν ἀληθεῖς εἶναι λόγους*. Quod est: Rectum esse, sibi quemlibet persuadere, priscam Theologiam aut sermones, maximè autem patrios nostros, veros esse. Considera quòd te veritas traxit à Aristoteles. Si debent, laudabilèque ducis, omnes sibi persuadere, à priscis tradita, præcipuè maioribus Græcis, vera esse: maiores & Barbari, & Græci vno ore fatentur mundum à Deo creatum. Cælum si sit vlla præditum immortalitate, eam esse vt Plato dixit in Sophista, *ἐπισημασθῆναι*, fabricatam, repertam. Maiores ergo Græciæ mirabili consensu creationem mundi prodiderunt. Nam Empedocles vnitatem asserit omnia creasse, Pythagoras retulit vnitatem omnium rerum esse principium. Anaxagoras Menti tribuit cunctorum inuentionem. Architas hominem à Deo creatum, dixit, vt ostendam. Timæus Locrensis clarè, perspicuè, asserit à Deo mundum habuisse principium, quem fecutus Plato, eisdemque insistens vestigiis, tradidit, & scripsit similia. Omnium antiquissimi Orpheus & Hesiodus, maiore, & apertiore testimonio hæc perhibuerunt: Orpheus appellans Deum *κόσμοιο τυπωτήν*, Formatorem mundi: Hesiodus teste ipso Aristotele in primo post res naturales, scripsit aliquod rerum fuisse principium, omnes denique mundum, vt ipse in eisdem libris confirmat, creauerunt. Quare si pulchrum, si bonum est, si bene habet omnes sibi persuadere, quæ maiores præcipuè Græci posteris prodidissent, esse vera, certè credendum est, quæ de Deo, de diuina Prouidentia, de mundo creato narrauerunt, cuius causa est, quòd erant, vt Plato ait, Diis propiores, eoque meliores, vt Marcus Tullius, quòd minus aberant à progenie diuina, à senatu cæli, & terræ, Angelorum, Dæmonum, hominum. Audiebant maiorum voces de Deo, de rerum conditione vnanimiter prædicantes. Videbant frequentes Deos inter homines. Noscuntur autem melius, quæ propius audiuntur, spectantur.

*Maiores creationem mundi tradiderunt.*

B

*Quod à Barbaris Græci didicerunt, & quod ingenuè discipulos eorum se Græci fatentur, quo constat Barbarorum Theologiam priorem, ac meliorem esse, & quod à Græcis, nihil debuit, vel potuit innouari super Theologia.*

CAPVT II.

**C**ELV D quoque deducendū, apcriendumque est, attentèque considerandum, si Græci scientias, Theologiamque à Barbaris, vt ipsi fatentur, didicerunt, eandem fore eorum necessariò Sapientiam Theologiamque. Et si sunt Barbari Græcis antiquiores, & ab his natio Græca sermonem, literas, ipsum genus, & esse, quod ostendam, deduxit, quibus Græci sint omnino iniiores, necessariò veriorem esse Theologiam Barbarorum, quàm Græcorum: aut Theologiam Græcorum, si rectè cuncta perpendantur, Barbarorum illam esse, quàm vetustissimi Græcæ gentis parentes, qui Barbari fuerunt, scilicet Iauan, à quo Ionia dicta, & Cittim, à quo, nomine deprauato, vocata Cypros, & Rodanim, à quo Rodos, in Græciam detulissent. Hos inquam verisimile fit diluuiò, diuinisque hominibus propiores, Theologiam in eas regiones, in quas à patribus distribuerentur, importasse, ortum mundi, scientiam vnus omnipotentis Dei, cæterasque res diuinas, quas partim conscribere Barbari, partim vt notissimas non conscribere, quòd in ore omnium versabantur. In sequenti autem tempore, ipsi Græci ad Barbaros vti maiores suos, longèque antiquiores se recipientes, in Græciam, eorum Theologiam, sacraque deportabant. Quo fit necessario, vt debeat, sicut est, eadem esse Theologia Græcorum, atque Barbarorum. Vt si quid postea nonnulli Philosophi mentis errore, inscitiamque peccauerint, secusque statuerint, tum repudietur, tum ea pro verioribus habeantur, quæ maiores siue Barbari, siue Græci tradidissent (quod Aristoteles etiam concedit)

*Græci à Barbaris didicerunt.*

*Eadem Theologia Græcorum & Barbarorum.*

Philosophi a Barbaris edocti.

non quæ cæco iudicio, temerariâq; mentis hallucinatione quidam recenter inuexissent. D Testantur autem non modò sacræ litteræ Græcos à Barbaris natos, vt superius ostensum, sed ipsimet Græci, se iuniores Barbaris esse, & doctrinam, sermonemq; ab illis accepti. Omniumq; est testimonium, Pythagoram in Ægyptum, Solonem, Eudoxum, Platonem accessisse, vt audirent eorum sacerdotes. Ostendi suo tempore eorum ambulacra illic à sacerdotibus scribit Strabo: Symbola illa sua Pythagoras ab eis detulisse, & se Ægyptiorum more circuncidisse fertur. Fuisse eum in Iudæa, & in monte Carmelo habitasse, perhibet Iamblichus, in Ægypto quoque annos duos & viginti eum peregrinatum, de quo Xantiphonem scripsisse prodidit Porphyrius, amplexum mores, institutâque Ægyptiorum sacerdotum, rogasseque Polycratem tyrannum, vt ad Amasim Regem Ægypti, amicum & hospitem scriberet, vt fieret disciplinæ eorum particeps. Venit, inquit, & ad Ægyptios Pythagoras, & Arabas, & Chaldaeos, à quibus rationem infamiorum edidit, vaticiniôque, quod sit thure, primus vsus est, & in Ægypto cum sacerdotibus est versatus, sapientiamq; Ægyptiorum, & sermonem didicit. Sic Porphyrius. Tullius item noster, Cur, inquit, ipse Pythagoras & Ægyptum iustravit, & Persarum Magos adiit, cur tantas regiones Barbarorum pedibus obiuit, tot maria transmisit? Proclus autem super Timeum, scribit Pythagoricum esse, sequi Orphicas genealogias. Superius enim ab Orphica traditione, per Pythagoram, ad Græcos scientiam de Diis peruenisse, vt ipse Pythagoras referat in sermonem sacro. Dixit etiam ab Ægyptiis Orpheum didicisse: Omnis item, ait, Græcorum Theologia, est Orphicæ initiationis alumna. Nam cum pri- E mus Orpheus ab Aglaophemo res diuinas fuisset edoctus, deinceps ex Pythagoricis, & Orphicis litteris excepit Plato, Orpheum nemo est, qui nesciat in Ægyptum venisse, indeque sacra, Theologiamq; asportasse. Qui de se ipso in Argonautica:

Ab Orpheo Græci edocti.

Ἡ δ' ὅσον ἀργυρίων ἱερὸν λόγον, ἐξελόχουσα  
Μέμφιν ἐς ἠγαθὴν πελάσας, ἱερὸς τε πολλῆς  
Ἰπιδος ἀς ἐπὶ νεῖλος ἀγάρροος ἐπαράνοται.  
Ægypti que sacra omni sum regione vagatus.  
Illustrem Memphis, sacrasq; accessimus vrbes  
Apidis, has ingens Nilus præterfluit amnis

Ægyptius Theuth. Plato Alciob. 1.

Homerum tota poësis eius testatur Ægyptias disciplinas, Theologiamq; coluisse. Litteras legendi, scribendique scientiam testatur Plato in Philebo & Phædro, ab homine Ægyptio repertam, quem illi vocent Theuth. Soloni dixit sacerdos Ægyptius, Vos Græci pueri semper, non est apud vos senex quisquam, res antiquas ignoratis, nescientes diluuium, & conflagrationes, quæ melius Ægyptij norant à primogenitoribus suis audita, & locis his, quibus hæc acciderunt, propinquiore. Nam diluuium in Chaldæa, Mesopotamiâque, in qua regione tantum homines tum degebant, inundauit. Incendium autem, cuius meminit etiam Strabo, Palestinæ vrbes, quæ adiacet Ægypto, populatum est. Refertq; Proclus, Solonem apud Ægyptios in Sai audisse sacerdotem nomine Patanit, in Heliopoli eum qui dicebatur Oclapi, in Sebemyto Ethimon, vt historia Ægyptiorum attestentur. Quæ prior Plutarchus. Testatur Plato Græcos à Barbaris didicisse in Epinomide, sed ab eis accepta meliora fecisse: λάβαμεν δὲ ὅσπ' Ἕλληνες βαρβάρων τῶν Χαλδαίων, καὶ ἄλλων τῶν εἰς τέλος ἀπαράφοιτων. Venissèque famâ, & cultum Deorum, ad Græcos eodem libro. In Cratylo suspicatur multa nomina, maiorémque sermonis partem à Barbaris ad Græcos allatam, præcipuè ad eos qui sub Barbaris degerent, τῶν βαρβάρων εἰλήφασι. Ibidem sapientissimè putat, prima nomina rebus à Diis indita: vt Moses à Deo, cælo, ac terræ, multisq; aliis primis rebus. Platôque nescio quibus à Barbaris nomina rerum manasse, quodam instinctu diuino sentiens, linguam Hebraicam omnium linguarum, præcipuè Orientalium, matrè (Nam & cæteras linguas asperfas omnes inuenies vocibus Hebraicis) innuit: τῶν βαρβάρων πινὴν αὐτὰ παρελήφαμεν. Ibi fatetur clarissimè Plato, Barbaros, Græcis vetustiores: ὅσπ' δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βαρβάρων. Vide igitur, & sapienter agnosce quid ex his sequatur, nempe veritatem duntaxat apud Barbaros esse, vt Deo propiores, vt idem in Philebo: & noster Marcus, Esse veriora à vetustioribus tradita. Omnibus autem Barbaris antiquiores sunt Hebræi, id est, Hebraica lingua, qua vsus est Adam, natique ab eo omnes, vsque ad diluuium. Dissipatis autem omnibus, vetustissimus sermo corruptus est in Chaldaicum, Aramæum, Arabicum, aliosq; sermones Orientis. Quoniam igitur teste Platone, sunt antiquiores Græcis Barbari,

Plato Cratylo.

1. Tuscul.

Abari, efficitur vt sit verius traditum à Barbaris, quod postea Græci didicerunt, discipuli semper Barbarorum. E Barbaris autem omnium consensu vetustissimus est Moses, ante quem neminem alium inuenies scriptorem, neque apud Græcos, neque Chaldaeos, neque Phœnicæ, cæterosq; Barbaros: post quem floruit Mercurius Trismegistus in Ægypto. Credenda igitur sunt, Græcisq; præferenda tradita ab illis, vtpote qui magis ea tenerent, Deo, diuinisq; hominibus propiores & meliores, vt Plato in Philebo. Adeoque Moses omnium est antiquissimus, vt Iustinus, quòties apud Platonem, Philosophosq; inuenies παλαιὸς λόγος, antiquam famam, eos de Mose suspicetur sensisse. Quoniam igitur ab omnibus Barbaris, constantissimè traditur creatio mundi (fuerunt enim mundo creato propiores, potueruntq; vidisse & audisse, eos qui primos homines vidissent, eosq; de fatu mundi rerumq; cunctarum ortu differentes audissent) hæc erunt veriora, quam quæ postea rerum magnarum homines imperiti suspicati sunt. Tota enim Oriente fama vagabatur, mundum ab omnipotenti Deo creatum, cui sapientiores vetustioresq; Græcia, vtpote: minores, discipulique subscribere. De quibus postea. Nunc tantum vernerandæ vetustatis offeratur imago, & quæ ab ea tradantur, ad veritatem reuocentur, & eorum testimonio mendacia iuniorum arguantur. Quippe & ipse Aristoteles putat testimonium vetustatis fidissimum: ὡς εἶδει περιεχέν τῶν ἐμπειρῶν καὶ ἀπειρῶν ἢ φρονιμῶν τοῖς ἀναποδείκτοις φάσει καὶ δόξαις, ἔχ' ἡντιον τῶν ἀποδείξεων. Ἄλλ' ἂν τὸ ἔχων ἐν τῆς ἐμπειρίας τὸ ὅμμα ὀρώσων ἀρχῆς. Quæ sunt, Quocirca attendenda, quæ periti, & vetustiores aut prudentes sine demonstratione proferunt, opinanturq; non minus, quam si demonstrationibus vterentur. Vident enim principia, quoniam acumen habent ex experientia. Si igitur putat Aristoteles vetustiorum testimonia, eodem loco habenda, atque ea quæ demonstrationibus comprobantur: certè quæ vetustissimi hominum Hebræi, Chaldæi, à longæuis, viuacissimisq; progenitoribus audierunt, credenda, amplectendaque, etiam sine demonstrationibus. Eademque dixerat prior Plato, In senectam differendum iudicium de Diis. Illud item magnopere considerandum, quod Plutarchus de priscis perhibet, solitos eos in assignatione causarum, nullam aliam nominare causam, nisi principalem, ac meliorem, dicentes quale semper est in sacris litteris, ζεὺς ἀρχή, ζεὺς μέσσα, διὸς δὲ ἐν πάντα πέλονται, Principium, medium, ipse est Iupiter, à Ionè cuncta. οἱ μὲν σφόδρα παλαίρι θεολόγοι καὶ ποιηταὶ τῆ κρείττην μὲν τὸν ζην περιεχέν εἰλοντο, τῶτο δὲ καὶ οὐκ ἔπιφανε γινώσκοντο πᾶσι παράνομασι. Hos Plutarchus ait vehementer antiquos: Antiquissimi, inquit, omnia meliori causæ, præteritis aliis necessariis, & naturalibus, assignabant, cum iuniores ab optima, & diuina causa declinantes, omnia in affectionibus corporis statuerint. Vides priscorum pietatem, religionem, sapientiam? Hoc in sacris litteris est perpetuum, vt omnia alia causâ præterita, vnam diuinam illam perenniter memorent. Hinc apud Mosén quæ facta à secundis causis cæteri dicerent, in primam cuncta referuntur. Hinc Deus de terra producit arbores & herbas, ex aquis pisces, plantat paradisum, volare per æthera volucres iubet. Idem cæteri Prophætæ. Idem igitur, teste Plutarcho, vetustissimorum Theologorum Poëtarumq; Græcorum mos, eadem religio. Quare non potuit sine impudentia quicumque fuit, si quis fuit, à tanta maiorum religione deficere.

Moses vetustissimus.

In pologico.

De mundi creatione, veterum opinio.

Testimonium vetustatis fidelissimum. 12. Metaph.

In senectam differendum iudicium de Deo. Platonis dictum. Idem Plato 4. Legum.

De tribus gradibus diuinis, siue Numine trino, vel tribus Regibus, ternaq; potestate: & de Spiritus sancti apud antiquos commemoratione, ex Mercurio, Plotino, Pythagora: & quod procedat à Mente.

CAPVT III.

**D**RIMVM arcanumq; mysterium, in excelsa Diuinitate est, illic esse Genitorem, ac Genitum, principem quandam & fontem totius Diuinitatis, sublimissimamq; causam, tum genitam ab ea Mentem, potentissimam rerum cæterarum creatricem. Noua res ignaris fortasse & absurda, in Deo perinde atque mortalibus animantibus, & omni re terrestri, patrem & prolem esse. Verum diuinis ingeniis, & aliqua cælesti luce irradiatis, nihil probatius, nihil rationabilius, omnium sæculorum & sapientum pari voce, atque consensu proditum. Hebræos autem, & qui ad hæc cogitanda nequeunt animum institueret, debemus ita contemnere, vt quorum

Genitor ac Genitus.

Hebræorum cecitas.

feras mentes, neque rationes, neque flamma multorum inter se collatorum testium, splendorq; commoueat. Hoc igitur primam maximumq; mysterium est, in quo tota ferè Theologia continetur. Nam cum Verbum, & prolem Dei cognoscimus, simul & creationem rerum cognoscimus. Constituta creatione constituitur idem gubernator, qui creauit: Tunc & adoratio eius, qui creauit, & gubernat, in quo super omnia principatus eius demonstratur. Adoratio autem est primi. A quo si regimur, certè non in hac vita solum, sed etiam futura. Hæc omnia non solum necessaria, ac naturali consecutione veniunt ex illo primo, sed ab his ipsis etiam traduntur posteriora hæc, qui priora illa, obscuriora tradiderunt. Deuenio igitur ad alia de tribus Numinibus consideranda, vocoque Platonem testem. Platonem inquam hæredem maiore ex parte prisce Sapientia, ad quem tanquam legitimum filium, aut cuius ex aliis multis supersint monumenta, doctrina priorum est deuoluta. Is erit instar multorum de triplici imperio testis, quod nunc cælitus reuelatum, totus mundus adorat. Nam quod est à Platone dictum, credendum est ab aliis ante eum, à quibus ipse didicisset fuisse prescriptum, ab his videlicet, vt ipse reor, quos superius audiuimus. At quod apud eos non possumus, in Platone veluti eorum legato legemus, & osculabimur. De Spiritu diuino primum, postea tota Diuinitate. Platonis autem interpres erit Porphyrius, alique Platonici, quorum approbatione res confirmetur. Plato igitur in Epistola ad Dionysium, qui eum de natura Dei percunctatus fuerat, responder, hæc quæ prorsus diuina sint, esse per ænigmata declaranda, vt si quo casu epistola ad aliquem perueniret, legens non intelligat: *ὡς δὲ τῆς τῆς φύσεως, φερέσθαι δὴ σοὶ δι' ἀνιγμῶν, ἵνα ἀνὰ τὴν δέλτος ἢ γῆς ἢ πύργου πᾶσι, ὁ ἀναγινῶς μὴ γῆσῶ. ὡς δὲ γὰρ ἐχθρὸν τῶν πάντων βασιλεὺς παρὰ τὸ ἐπὶ καὶ κενὸν ἐνεκα πάντων, καὶ κενὸν ἀπὸ πάντων τῆς γῆλων. δεύτερον δὲ ὡς δὲ τῶν δούτερον, καὶ τρίτον ὡς δὲ τῶν τρίτα:* De natura Primi, inquit, loquendum est tecum per ænigmata, vt si quid epistola ponto, vel terra perpeffa fuerit, qui legerit, non intelligat. Sic habet res, circa omniū Regem omnia sunt, & illius gratia existunt omnia, illeq; est causa omniū bonorum. Secundū autem circa secunda, & tertiuū circa tertia, &c. Igitur verba Platonis, quem habeant sensum, Porphyrius explicans refert, quod producit etiam à diuo Cyrillo aduersus Iulianum Imperatorem: *ἀρχὴ τριῶν ὑποστάσεων τῆν θεῶν παρελθὲν ἕσταν. ἐνομι δὲ τῶν μὲν ἀνωτάτω θεῶν, τὸ ἀρχαθὸν, μετ' αὐτῶν δὲ καὶ δεύτερον, τῶν διμμερῶν, τῆς τῆν δὲ καὶ τῶν τῶν κόσμου ψυχῶν, ἀρχὴ γὰρ ψυχῶν, τῶν θεότητων παρελθὲν:* Vsq; ad tres subsistencias, siue hypostascs, seu personæ progredi: id est, habere diuinam substantiam tres descensus, vel in triplicem numerum se propagare. Esse enim supremum, altissimumq; Deum, ipsum per se bonum, post eum & secundum opificem, deinceps animam mundi, vsque enim ad animam procedere Deitatem. Diximus autem in veteri Theologia, Patrem appellatum summum Bonum, Filium Mentem, & Opificem, Spiritum videmus dici Animam mundi. Nam Anima & Spiritus idem sonant. Spiritus est Latinè quod Græcè anima, id est, ἀνεμος, ventus. Idem spiritus & ventus: ventus autem Græcè anemos. Et apud Latinos anima spirationem, ventumq; designat: Animas, & olentia Medi Ora fouent illo. Et, Quantum ignes, animasq; valent. Quibus locis idem est anima atque spiritus. Quem igitur scripturæ diuinæ Spiritum dicunt, veteres Theologi dixerunt modò Animam mundi, modò etiam Spiritum. Nam & Poëta loquens de anima mundi, quam apud Platonem vetustioresq; Theologos audierat, ait,

Creatio verū  
ut cognoscatur.

Plato, hæres  
prima sapien-  
tia.

Platonis lo-  
cus presclarus  
de Deo primo.

Cyrilli locus.

Id libro i. ex-  
plicatum co-  
piose.  
ἀνεμος, anima.

Aeneid. 6.

Animamū-  
di.

Psal. 103.

Virgil. libid.

Virgil. libid.

*Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus  
Mens, agit at molem, et magno se corpore miscet.*

*Vnde hominum, pecudumq; genus, viraq; volantum,  
Et quæ marmoreo fert monstra sub aquore pontus.*

*Deum nanque ire per omnes  
Terrasq; tractusq; maris, cælumq; profundum.*

Hinc

A Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
Quemque sibi terras nascentem arcessere vitas.

Si conferas igitur omnia, eundè hoc loco dixit Deum, quem superius Spiritum, quemq; Dauid Spiritum Dei, Plato cum multis, Animam mundi. Ideo verò Animam mundi, quòd vt & Dauid cecinit, & alter Poëta, omnia ab eo nascantur, ac viuificantur. Id beneficium Spiritus esse diuini, tota vetustas confessa est, & sacræ litteræ consentiunt. Ac Mercurius testimonium pro prisca illis feret, quem videbis ad amussim vim istam diuinam, altricè, ac viuificatricem cognouisse & descripsisse, idq; in media illa antiquitate, ac sæculorum propemodum exordio. In sermone ad Asclepium hæc ait: Spiritu agitatur, & viuificatur omnis in mundo species. Deinde Spiritus implet omnia. Ibidem, Mundus nutrit corpora, Spiritus animas. Ibidem, Spiritu ministrantur omnia & vegetantur in mundo, & quasi organum, vel machina, summi Dei voluntati subiectus est. In sermone autè tertio absolutissimè de Spiritu hæc dixit: *ὅ μὴ παρονοία τις ἦν τῆ πάντων κρείσιν, ὡς τε μετὸν λόγον τῶτον ἀποκαλύψωμαι, ἔδδ' ὑμῶν ἦν ἕως τοῦτοσ κρεττέρη ἵνα ὡς τῶν ζητήσεται, ἦν δὲ τῶν λοιπῶν τῶν λόγων ἀκρίβετε. τῶν τῶν πνεύματος, ἔ πολλὰ μάλιστα παρῶντων, πάντων κρείσει. τῶν πάντων γὰρ βασιλεύων, κατ' ἀξίαν ζωοποιεῖ καὶ τρέφει, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς πηγῆς ἐξήρτηται. ὁπότεροι πνευμάσι καὶ ζωοῖς ἀπασιν ἀεὶ ὑπάρχον.* Nisi, inquit, prouidentia quædam esset Dominatoris omnium, vt hanc ego Theologiam reuelarem, neque vos nunc talis amor tenuisset, vt de eo quæreretis, nunc reliqua audite. Huius Spiritus, de quo sæpenumero dixi, omnia indigent: omnia portat secundum dignitatem, omnia viuificat, & nutrit: & à sancto fonte dependet, omnibus spiritibus, & viuentibus semper est auxiliator. Hæc Mercurius. Quibus tota spiritus diuini natura, vis, & proprietates exprimitur. Primum dicit eum à fonte sancto produci, Patre scilicet, ac Mente. Plotinus autem dicebat superius, à Mente produci Animam, quod est, à Filio Spiritum. Nam anima mundi est Spiritus diuinus. Fontem sanctum Patrem cum Filio vocat Mercurius. Fontem propter exuberantem ex eo spiritum: Sanctum autem, quia Spiritus sanctus à sancto manet necesse est. Deinde audisti hunc Spiritum esse vita fecundissimum, ab eo cuncta bona proficisci: Nec solum proficisci bona, ac viuificari, sed etiam portari, ac regi. Homines autem & viuificari, & inflammari ad bona, optimam quamque aspirationè ab eo existere. Hæc de Spiritu sancto Mercurius, vnde quaque veræ Theologia consona. Apertè autem imitatus est, proposuitq; ea Plotinus in libro de Tribus imperatricibus subsistentiis, loquens de tertia subsistentia, quæ est eis animatio mundi, nobis Spiritus Dei, hæc ad verbum: Illud primum, inquit, quisque cogitet, ὡς αὐτῆ μὲν ζωῆ ἐποίησε πάντα, ἐμμενεύσασα αὐτοῖς ζῶν, ἔτε γῆ τρέφει, ἔτε βάλασσα, ἔτε ἐν ἀέρι, ἔτε ἐν ἕρανῶ, ἔτε θεῶν, αὐτῆ δὲ ποιήλιον, αὐτῆ δὲ τῶν μέγαν τῶν ἕρανῶν, καὶ αὐτῆ ἐκόσμησεν, αὐτῆ δὲ ἐν τῶν τῶν ἀεὶ ἀέρι, φύσις ἕσα ἕτερα. ἂν κοσμεῖ, καὶ ἂν κρεῖ, καὶ ζῆν ποιεῖ. Quæ sunt, Quòd hæc quidem cuncta animalia creauit, inspirata eis vita, quæq; alit tellus, quæ mare, quæ volant in aëre, quæ sunt in celo astra diuina. Hæc item Solem, hæc magnam hoc cælum exornauit. Hæc ordine ducit, existens altera vis, & natura ab his quæ temperat, & mouet, & quæ viuere facit. Sic Plotinus. Eodem libro docet vt hæc Anima magna, cælum animarit: Ingressa, inquit, hæc Anima cæleste corpus, ἔδωκε τῶν ζῶν, dedit vitam, dedit immortalitatem, ex citauit ipsum prostratum, iacensq;. Quod circum rotatum motum sempiternum, ab Anima sapienter agente, animal beatum effectum est. Habuitq; decus cælum, Anima inducta, ante Animam cadauer mortuum. Terra & aqua, imò verò tenebræ ipsius materiæ, & non existens, & quod execrantur Dij, vt inquit ille. Hæc Plotinus ad verbum, in quibus tum perspicua tertiæ subsistentiæ est confessio, tum quam vim habeat, qua sit natura, declaratur. Illud fortasse incorruptis & melius Trismegistus, quàm Plato, & Plotinus, quòd nusquam inseruit hanc diuinam Animam orbi cælesti Trismegistus. Illud quoque melius à maioribus traditum, quòd vt rectè Platoni producit hanc Animam Mens opifex mundi, sic non rectè producit cum mole cælesti. Præceptor enim Trismegistus, nascentem quidem ab opifice mundi, non quo tempore cælum, corpus eius produxerit, sed cum duobus aliis, sempiternam tamen à Mente nascentem, & à fonte sancto Genitore: quòd illi clarè non intelligentes, audientelq; eam esse viuificationem vniuersi, cum vniuerso ab eodem opifice conditam putauerunt: præcipueque cæli totius Animam Plato eam existimauit. Quæ dupliciter redarguuntur: prischorum autoritate, nil tale asserentium, vt appareat à Platone affictum commentum: & ipsorummet verbis, quibus hanc Animam de-

Locus Mercurij Trismeg. de Deo, Jan-  
tòque spiri-  
tu.

Plotini locus,  
de spiritu dei.

Alter Ploti-  
ni locus.

Cæciliæ Trif-  
megistum cū  
Plotino.

Inprobatur  
commentum  
de anima mū-  
di.

g



finientes, tribuunt ei partes omnes, ac munera diuinitatis. Autor quoque Calcidius super Timæum, Platonem poetâsq; Spiritum sanctum nominasse Animam mundi, & eum esse quem nostri vocant Spiritum sanctum. his verbis: Plato, inquit, dicit esse Animam mundi, & Animam mundi vocat illum Spiritum quo vegetatur, & regitur mundus. De quo Poëta dicit: Principio cælum, ac terras. Vsq; Spiritus intus alit. De eo etiam Apostolus ait, In quo viuimus, mouemur, & fumus. Hæc ille. Vult igitur Spiritum sanctum priscos agnouisse, vim, proprietatemq; eius descripsisse, vt vegetet, vt regat, vt animet mundum, & vult congruere nostrorum, atque Philosophiæ profanæ super Spiritus diuini natura, sententiam. Pythagoras autem, quem plures secuti sunt, cum audisset hunc Spiritum, vt alia pleraque diuina ab Ægyptiis, censuit esse Animam, per omnem rerum naturam intentam, & commeantem, ex quo nostri animi carpereñtur. Hoc Marcus de natura Deorum. Interpretatus est autem ψυχῶν, id est, Animum, quem cæteri dicerent Animam. Itaque & Animus mundi, & Anima & Animatio potest, & solet appellari. Spiritum autem ipsum diuinum idem Marcus & cognouit, & vim, proprietatemq; eius, quam in rebus habeat, audiuit, eamq; suo nomine appellauit. Nam cum de ordine, ac constantia mundi loqueretur, hanc sapientissimam vocem tulit: Hæc ita fieri omnibus continetibus inter se mundi partibus, profecto non possent, nisi ea vno diuino & continuato Spiritu continerentur. En Tullius dicit Spiritum diuinum diffusum per omnia, sine quo tantus ordo vitæ, quæ est in omni mundo, existere non potuerit. Quid amplius de Spiritu prædicari, quid planius, & apertius poterat? Didicerat id reor ab antiquis. Qui nobis pro omnibus Romanis est testis, sicut pro Græcis omnibus Plato. Intellexit ergo quemdam Spiritum diuinum, diffusum, continuatumq; per omnia, viuificatorem, vitarum datorem, & conseruatorem. Tanta est vis veri. De hac ipsa Plotinus item sic locutus est. Qui locus etiam à Diuo Cyrillo profertur: γένειτο δὲ αὐτῶν φανερωτέρον, καὶ ἐνεργετέρον αὐτῆς ἢ δυνάμεις καὶ ἡ φύσις αὐτῆς ἐθνημερῆν ὅπως ἀεὶ εἰσὶν αὐτῆς βελήσεσι τὸν ἕρπον. παντὶ μὲν γὰρ τῶ μέγιστον τῶν, ὅσος ὄντι, δέδωκεν ἑαυτὴν καὶ πᾶν διάστημα, καὶ μέγα καὶ μικρὸν, ἐφύλατται ἄλλη μὲν καὶ ἄλλη κινεῖται, τὸ σώματος, καὶ τῶ μὲν ἄδι, τῶ δὲ ἄδι ὄντος. καὶ τῶ μὲν ἐξ ἑαυτῆς, τῶ δὲ ἄλλη ἀπάρτησιν ἀπὸ ἀλλήλων ἐχόντων, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῆς ἐν δὲ μέρει ἑαυτῆς ἐκείνῳ καταμερμαθεῖσαι μελῶ ψυχῆς, ζῆν ποιεῖ. ἀλλὰ πάντα ζῆν τῆ ἄλλῃ, καὶ παρέσθιν πανταχῆ τῶ γνήσιον, πατρὶ ὁμοίᾳ μὲν, καὶ χεῖρ τοῦ ἐν, καὶ χεῖρ τοῦ πύργου. Fiat, inquit, clarior, & euidentior hæc vis, ac natura, si quis cogitet quomodo suis cælum. continet voluptatibus. In omnem enim, quanta quanta sit, cæli magnitudinem se dedit. Et omne spatium vel ingens, vel exiguum, animauit, aliis alia corporibus motione concitatis, quorum varius esset situs: quæ vel contra se incitentur, vel ab inuicem aliam habeant dependentiam. Sed ipsa Anima secus, nec se ipsam vbique distribuens, viuere facit, sed viuunt omnia ipsa vniuersali. Atque adest vbique, similis tum vnitare, tum vniuersali illa assistentia Genitori, ac parenti suo. Hæc Plotinus. Quæ constat eadem esse, atque ea, quæ nos Sapiens, Spiritus, inquit, Domini repleuit orbem terrarum. Sic,

Aeneid. 6. lib. 17.

Cic. de Natura Deor. 2.

Locus D. Cyrilli de anima mundi.

6. Aeneid.

Sententia Plotini de anima mundi.

*Totamq; infusa per artus, Mens agit molem, & magno se corpore miscet.*

Quæ si paulum modò expolieris, nostra erunt liquidò. Item Plotinus eandem Spiritus diuini vim verbis his descripsit: λάμβανε τῆ θεῆς τέτυθ θεώτερον τὸ ψυχῆς ποσὸς τὸ ἀναγεννηθῆναι, μετ' ὃ καὶ ἀφ' ἧς ἡ ψυχῆ, καὶ τῶ ἐν ἑσῶ ζῆμα, οἷον ἔδξεν ὁ λόγος, ἐκείν τις νῆς, οἷον λόγον ἐν ἀεθροφῶ λόγῳ, τῶ ἐν ψυχῆ ἑσῶ καὶ αὐτῆ λόγος νῆς, καὶ ἡ πᾶσαι ἐνεργῆα ἦν ἀεθρῆται ζᾶλω, εἰς ἄλλη ἀποστασιν. οἷον πύρὸς τὸ μὲν καὶ συνῆσαι θερμότης, ἡ δὲ ἦν παρέχῃ: Accipe diuina hæc, diuiniorum Animæ ad superius vicinitatem, postquam & aqua, Anima, & si vna res sit, vt ratio demonstrat, imago quædam Mentis, ceu verbum in prolacione verbi, quod est in Anima: Sic & ipsa est verbum Mentis, & omnis operatio, quam effudit vitam in alterius substantiam: vt ignis, alius quidem caliditas assistens, alia quam præbet. Ecce Plotinus ostendit Animam hanc vniuersalem à Mente produci, eamq; vnam atque eandem esse cum ipsa Mente: cuius sit quædam quasi imago, vt verbum prolatum, nuntius, & imago mentis. Sic enim & Mens ipsa magna, effudit per afflatum exterius eam. Pulcherrimumque est exemplum de calore, & eo, qui inest igni, & eo, qui funditur exterius. Haud aliter à Mente diuina, & à fonte sancto, procedere Animam, vnam eandemq; rem, & substantiam, sola alteritate differente. Suntq; hîc de productione Animæ, duo clara, aptaq; exépla: quòd producitur sicut verbû ab animo: & sicut calor exterius se diffundens,

Adiffundens, à calore, qui est in igne, cui inseparabiliter exterior est coniunctus, quamquam est alter. Nam non existeret calor circumeffusus, si discederet calor in igne, siue ignis ipse. Sunt igitur, quanquam duo manifestò intelliguntur, tamen inseparabiles ab inuicem, alterque manat, effunditurque ab altero. Fons enim caloris exterioris, est calor in igne. Simile exemplum est de Sole & radiis, quibus nobis notis, ignota illa redduntur clariora. Cum igitur hæc vis cognita, ac spectata Philosophis fuerit (nam hæc item est, quam calcodeam ineptè quidam dixere, intelligentiam scilicet vniuersi) apparet Spiritum sanctum æquè atque Genitorem, ac Mentem sub aliqua scientia fuisse. Hanc Animam non rectè antiquorum sensa accipientes, dixerunt, è qua animi nostri tanquam scintillæ lucerent, post vitam in eandem redeunt. Quod Poëta quoque maiorum inuenta referens exprefsit:

*Scilicet huc reddi, deinde, ac resoluta referri Omnia, nec morti esse locum, sed vna volare Sideris in numerum, atque alto succedere celo.*

Quare non fuit posteriorum inuentum de vnica Anima, & redeuntibus ad eam animis nostris. Nec verò de Spiritu illo vniuersi, & Anima mundi ea fenserat antiqua Theologia, resoluti in eam nostros animos. Additæ sunt hæc fabulæ à posterioribus Poëtis. Dico igitur omnibus sæculis tres hypostasies, aut tria numina, seu tria principia sub aliqua scintilla micuisse. Nam apud Platonicos tria principia commemorantur ab antiqua Theologia descendente, Bonum, Mens, Anima. Ea dicuntur in nouissima Theologia, Pater, Verbum, Spiritus. Sed vicissim tum veteris Theologiæ nomina personant in nouissima, tum nomina istius in illa.

*Examinatur oraculum Platonis de tribus numinibus, aut hypostasibus, circa quas sint omnia: sed principaliter circa Primum, qui sit omnium finis.*

CAPVT IIII.



GITVR Plato circa omnium Regem omnia dicit existere, Secundum circa secunda, & Tertium circa tertium: illiusque Regis causa omnia extitisse, ipsum omnium bonorum causam fuisse. Hæc quidem obsecutus, id promittente autore, & se per ænigmata loqui velle pollicente. Quo constat eum maximis de rebus sermonem instituisse. Idq; ipse statim confessus est, cum ait de natura Primi. Hæc igitur de natura eius, quod dicitur Primum, à Platone differuntur, & à Porphyrio Platonis interprete, ad tres hypostasies applicantur, in quas se natura diuina diffundat quæ dicitur iure τὸ πρῶτον. Ac Patrem & Bonum prius nominauit, appellans omnium regem. Triaque dixit de eo, ostendens eum triplicis causæ ad omnia habere rationem. Primum esse autorem omnium bonorum, quæ causa efficiens est. Tum circa ipsum ea consistere, quæ causa rector est & moderatrix. Tum gratia eius omnia extitisse. Paulus igitur loquens de Patre, de quo Plato isto loco, sic inquit: Ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Quo tres causæ comprehenduntur: Deus creator & imperator, rector quoque rerum creaturarum, demum finis omnium. Atque obserua, idem esse apud Platonem, Circa omnium Regem, sunt omnia, atque Paulum, In quo omnia: Significatur enim apud vtrunque imperium & sustentatio rerum à Deo: sed sustentatrix non quidem qualis hominum imperantium, & exterius regentium, sed maior interiorque moderatio, quam facillè ipse essentialem dixerim: Sustineri scilicet à Deo, non per exterioriorem modò prouidentiam, sed quadam diuinior, ac secretiore ratione, qua cuncta existunt, existente Deo, collapsura, & in nihilum abitura, non existente. Nihil enim esset, si ipse non esset, neque decor, neque deformitas, neque Chaos, neque ordo. Illa lux omnium rerum, ac sæculorum, illa vis, stabile, firmumque vinculum Vniuersi, sicut docuit superius Philo: Pater omnium, robor, gratia, lætitia, fecunditas. Hoc apud Platonem, prepositio Circa, significat, apud Paulum clarius, In. Idemq; Platoni, Circa omnium Regem omnia, atque Paulo, In quo omnia. Dixi clarius apud Paulum, quòd apud Platonem, Circa designat exterius quiddam, paulò interioriorem, naturalémque complexum, quo cum Deo tanquã origine, & capite, coniuncta sunt vniuersa. Id ipsum

Calcodea.

Error paganorum quorundam de anima.

Omnia existere circa omnium regem.

Tres hypostasies.

Hebr. 2.

Sustentatio rerum à Deo, quomodo.

Paulus clarius Platone de Deo loquitur.

Plato in Epi-  
nomide, &  
Virg. 3. Eclo-  
ga.

Rex omnium  
bonorum, Deus.

Gene. 1.

Omnia, &  
Bona, idem.

Hebr. 2.

Omnium re-  
rum finis,  
Deus.

Ex Caelo duo  
hominib. vi-  
lia, lumen &  
calor.

Gradatio pul-  
cherrima.

illustri testimonio asseruit Aristoteles in libro de Mundo. Sic ad Verbum: Vetus ait & D patria fama est, omnia ex Deo, & per Deum extitisse. Nulla quidem natura ipsa sibi sufficit, illius salute destituta. Ideo quidam ex antiquis eò progressi sunt, vt dicerent, omnia esse plena Dei, qui ob oculos, ob aures, omnem denique sensum, sese nobis offerat. Quæ quidem de potestate diuina iure merito prædicetur, de substantia non item. Planè enim seruatore, ac genitorem quarumlibet rerum esse Deum fatendum, non tamen velut animal, laborem in eo sustinentem, sed quadam indefessa potestate, contingente etiam longissima. Sic Aristoteles. Apparetq; magna ingenia in similes sententias incurrisse, vel quod magis crediderim, Aristotelem exposuisse Platonem. Quo loco fatetur eximius Philosophus, veterem esse famam, omnia genita & conseruari à Deo, cui sententiæ ipse quoque subscribit. Præterea Plato, hunc Regem omnium bonorum dicit causam. Animos quaslo intende. Non enim cum dixit Deum causam *τῶν καλῶν*, bonorum, siue pulchrorum, aliquid exclusit quod non esset bonum, nec à Deo profectum, bona & omnia promiscuè commemorans. Nam qui dicit omnia, dicit etiam bona. Audi igitur Mosen ad singulam quamque rem creatam clamantem, Et vidit Deus quòd esset bonum. Hoc dicit de luce, de cælo, aquis, terris, plantis, animalibus. Demumq; Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Agnoscis idem esse, Omnia, atque Bona. Nam si omnia erant bona, palàm nomine omnis rei, omne bonum item designatur. Da enim quòd non cadat sub earum rerum numerum, quas creauit Deus, bonasq; vidit & iudicauit. Quapropter Plato dixit omnium bonorum causam, omnium Regem, omnia bona, omnes res significans, quas omnes bonas Deus vidit & asseruit: Paulus autem ait, Ex quo omnia. Aristoteles Deum omnium *γενετῶρα*, genitorè. Deinde Plato ait, Et ipsius causa sunt omnia: Paulus autem, Per quem omnia. Hæc causa finalis. Nemo autem fuit Philosophorum quin confiteretur, omnium rerum finem esse Deum. Quod hac ratione clarum fiet, res sensibiles sunt propter homines. Nam maria & terræ exercentur & coluntur ab hominibus solis, & his homines soli fruuntur. Cælum quoque duas habet res, propter illa duo est adhibitus, omnibus terris, lucem, caloremq; distribuens. Vniuersa igitur oculis subiecta, hominum vitæ, commodisq; deseruiunt. Ex quo necessariò finis earum est homo. Hominem autem aliquem habere finem, clarum est. Qui quoniam nisi Deus esse non potest, propter Deum erit homo & res humana: & propter omnium Regem, vniuersa. Hæc quidem pronuntiatio propriè in Deum Patrem, inde quo loquitur Plato, conuenit. Nam cum dicat Plotinus Filium intueri in Patrem indeque beatum effici, certè ipsius prolis genitor finis est, vt quam non solum gignat, sed etiam felicitet. Nec possumus aliter decernere: totaque posterior Theologia vociferatur omne bonum, felicitatemq; prolis, esse Patrem, à quo diuinitatem, id est, naturam suam, cum diuinitate omnem beatitudinem habet. Cum autem finis & bonum & felicitas Mentis, sit Genitor, multo magis erit cæterarum mentium, quarum creator fuit Mens & inuentor. Vt liceat sic colligere, & causas cum causis sic connectere: Res sensibiles propter hominem, homo propter creatorem suum, Mentem opificem, Mens propter Genitorem, & ipsum Primum. Rursum, cælum propter res sensibiles, res sensibiles propter hominè. Totus igitur visibilis, & sensibilis mundus, sursum, ac deorsum propter hominem. Hominem autem ita flecti ad aliquem, & id perinde quasi bonum suum desiderare, in quo cupiditates suas vsquequaque satiet, multis de causis est necessarium. Nusquam enim est certa quies, semper ad absentem quandam suspiramus naturæ nostræ tranquillitatem. Quam ideo necesse est esse supra hominem, quòd nusquam tantum in rebus humanis bonū inuenitur, quòd plenam illam, optatamq; requiem tribuat. Solus igitur Deus. Ille solus occurrentem sæpe, deicientemq; animum ægritudinem potest tollere, & eiecto mœrore, eam tranquillitatem, dulcedinemq; inducere, quæ cogitari potest, intelligi non potest, longè ab omnibus hisce gaudiis, quæ soliti sumus in hac vita percipere, remota magnitudine, & perpetuitate incommemorabilis. Omnia igitur causa eius extiterunt, vt ad beatam, indefinentemq; lætitiā ac bonum peruēniant. Et Mens ipsa in mundo prolucuta est, venisse se, vt ad regna paterna, patriosq; aspectus tanquam verum finem homines adduceret: Qui non solum hominum omniumq; aliarum mentium est beatitudo, sed etiam Filij sui: quod & ipse demonstrauit, & Philosophi obscure cognouerunt. Ergo propter eum cuncta. Ipse finis Mentis vnigeniti, Mens finis hominum

A hominum & Angelorum, homo finis mundi corporei: tenduntq; omnia in Patrem, iure Patrem & τὸ πρῶτον, ipsum Primum, ipsum Caput: Siquidem etiam Mentis. Atque *ἐνεργε*, propter, siue causa, non Dei, sed rerum necessitatem respicit. Illius quoque causa omnia extiterunt, quia sceptris eius seruiunt vniuersa, & ab omnibus animatis, exanimisque rebus prædicatur, collaudatur. Factaque sunt omnia, vt fieret maiestas eius manifesta. Venire, ac flecti ad illum cuncta necesse est: omnes velint, nolint, cum consententur, necessitatis æstu. Longè in hominibus clarissimum. Nam res naturales eundem semper tenent cursum. Videbis igitur homines deuos & à pietate, ipsòque Deo longius vagantes, tandem supplices, dementiamq; suam accusantes. Quod quidem faciunt & hi, quos arbitramur pertinaces, contemptoresq; decedere, qui multo fortè miserabilius præteritos errores deplorant. Sed ad Platonem reuertor. Propriè igitur hæc de Patre, tanquam prima causa dicuntur, quòd Rex omnium sit, quòd ab eo sint omnia creata, quòd sustineantur, quòd eius causa extiterint. In quibus est maxima, multiplexq; Theologia. Deinde Plato, Secundum circa secunda, Tertium circa tertia ait existere. Declarare igitur hæc, obscura quidem, nos oportet. Quo loco primum possumus suspicari, more suo, cæterorumque Græcorum locutum esse Platonem, cum præpositiones, quæ debuissent nominibus præponi, postponunt. Quale est apud Homerum: *φίλων ἀπὸ: καὶ πατρὶδος ἀφῆς*. Et apud Romanos, Quamobrem, Quibus de causis. Sic apud Platonem, Circa omnium Regem, omnia sunt: *δευτερον ἀπὸ, καὶ δευτερον: τριτον ἀπὸ, καὶ τριτον*. vt sit punctum *δευτερον ἀπὸ*, sensusque habeat, circa secundum, secunda: circa Tertium, tertia. Quæ rationes disponendi crebræ sunt Platoni. Eritque idem orationis tenor, vt quemadmodum dixerat, circa omnium Regem, sic circa Secundum, circa Tertium. Tres autem vir diuinus audierat aut apud Chaldaeos, aut apud Aegyptios in summa diuinitate Reges, qui numero, & effectu distinguerentur. Primus maxima causa, maximus Rex, de quo in Epistola, qui verè philosophentur, fore beatos, prædicat. Secundus, creator: Tertius altor & viuificator. Nam cum ait circa secundum, secunda, intelligit munus, vel nomen quoddam secundum: sic cum ait circa Tertium, tertia, quoddam distinctum munus innuit. Ex eo autem quod dixerat de Primo, intelligitur sensus sequentium. Declarauimus enim præpositionem. Circum, designare vim sustinendi, ac regendi. Primus omnibus in rebus gradus est, vt sit autor & causa: tum eorum creatio: deinde viuificatio, & sustentatio. Autor & causa prima Pater, cui principaliter, & vt Platonicus loquitur, fontaliter ascribuntur omnia, quia genitor est Mentis opificis, creatricis, & quia prima est origo, prima dignitas, primum esse. Secundum esse, vel secundum existens, est proles eius, à qua est secunda rerum existentia, secunda origo. Tertia est anima mundi, tertiam rerum existentiam sustinens. Tres igitur sunt origines, tanquam vna, tres habentes, ac sustinentes rerum existentias, tanquam vnam. Primæ origini tria hæc simul attribuuntur, quòd sit causa, regat, finis sit. Est enim Pater causa Mentis, & Spiritus. Itaque etiam virtutis & potestatis eorum. In Patre tanquam prima causa omnis est virtus Secundi & C Tertij, id est, Mentis, & Spiritus. In Patre & Rege omnium sunt ea tria: in Prole autem & Anima sic explicantur, quòd Proles creat, Spiritus viuificat, & regit. Sicq; circa Secundum, secunda, id est, circa Mentem, & Prolem creatricem, est secunda rerum origo, circa Tertium sunt tertia, id est, tertia origo, tertium esse. Voluit enim Plato, quod apud Mercurium didicerat, tres omnium rerum esse origines, à quibus tripliciter res dependere: fontaliter, & originaliter, & primo à Patre, secundum creationem à Filio, secundum vitam, ac viuificationem à Spiritu. Spiritus enim, ait Proles Dei, est qui viuificat. Pater est fons, & primum: Filius creator: Spiritus viuificator. Quod quidem in ipsa redemptione apparuit. Pater misit, Filius venit, Spiritus aluit, afflauit, viuificauit. Primus autor tanti boni fuit Pater, qui misit & iussit. Secundus Filius, qui egit & paruit. Tertius Spiritus, qui afflauit. Sicq; circa omnium Regem fuerunt ea principaliter, ac fontaliter. Nam misit ipse Filium redempturum, misit Spiritum afflaturum, circa Secundum fuerunt hæc ipsa, sed secunda quadam ratione: tertia quadam, circa tertium. Hoc quod nos de redemptione vidimus, audierant illi de creatione: & Plato tradidit tanquam priscum mysterium: Nòsq; exposuimus Platonem: nec ferè secus Plotinus, & Porphyrius, cuius hæc pauca verba sunt: *ὡς γὰρ πάντων μὲν ἀπὸ τῆς τρεῖς ὄντων θεῶν, ἀλλ' ἡδὴ πρῶτος μὲν ἀπὸ τοῦ πάντων βασιλέα, δευτερον δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπὸ ἐκείνης θεῶν, καὶ τριτος ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῶν θεῶν*. Platonem sic locutum, vt diceret omnia esse circa tres Deos, sed principaliter circa Regem

Pater τὸ πρῶτον

Homines deuos, tandem supplices ad Deum redeunt.

Platonica locutiones.

Attribus omnia dependent. Pulcherrima Trinitatis distinctio & declaratio.

omnium: secundò circa Deum, qui est vel nascitur ex illo: tertio, circa Deum qui procedit ab isto. En Porphyrius secundum à primo nasci, tertium à secundo docet, ex Platone.

Quomodo Animam seu spiritum ex illis duobus produci tradiderint

CAPVT V.



Theologia concatenata.

Plotinus de tribus rerum originibus.

Fons, Pater.

Luc. 18. Sola alteritate Mentem à Bono separari, non substantia.

Castigatus de Trinitate loquuti posteriores.

LOTINVS igitur pro tota Theologia Platonica, omnibusq; Platoniciis, in quibus tenet principatum, erit interpres, & assentiens ei Porphyrius. Hinc quantum de nostra Theologia veteres cognouerint, intelliges. Tota est enim concatenata, mutuisq; nexibus implicata. Ut enim scribimus, quæ supra millenos annos, hi prodiderunt: sic iidem scribebant, & loquebantur multis retro annis tradita. Plato inquam, Anaxagoras, Parmenides, secuti maiores illos, hos secuti recentiores. Plotinus igitur, vt est paulò antè demonstratum, tres has rerum origines, triaque numina assumens, & de eorum inter se ratione differens, sic perhibet. Bonum, id est, Pater gignit mentem, Mens gignit Animam. Porphyrius autem exponens quasi Platonem, & Plotinum, dicit esse omnia, circa omnium Regem: secundò, circa Deum ex illo: tertio, circa Deum ex isto. Tres ergo quasi Deos, vel tria numina demonstrant, quæ deinceps alterum ex altero nascantur. A Bono Mens, à Mente anima. Omniaque sunt conformia cum Theologia vera, eo excepto (quod quidem exiguum est discrimen) quòd Anima, id est, Spiritus, non à Mente solum procedat, neque is tanquam certus generationis ordo debeat constitui. Sed enim certus ordo est ipsorum numinum, vt Anima sit tertio loco, quia causa est post effectus: Anima autem siue Spiritus producitur à superioribus. Hunc ordinem crediderunt esse etiam in gignendo. Sed etiam certè est: solum reticuerunt Bonum, à quo Spiritus produceretur. Non negatur autem, quod reticetur, sicut non negat Euangelium Spiritum etiam à Filio manare, quia Filius dicat, Spiritus qui à Patre procedit. Ac si velis munera, non substantiam diuinorum numinum speculari, hæret magis ad Prolem Spiritus, quàm ad Supremum. Producitur enim à Bono, à Mente producitur & donatur, & effunditur. Ob hanc causam in productione eius, Prolem tantum commemorarunt: nec par est tamen Bonum eos exclusisse, præcipuè vetustiores. Nam Mercurius dixit à fonte sancto Spiritum produci. Fontem autem Patrem esse constat. Vt ergo ex Euangelio colligimus modò Spiritum à Patre procedere, modò à Filio, non sequimur autem errores eorum, qui tantum ea probant testimonia, quæ Spiritum asserunt à Patre produci: sic ex diuersis huius Theologiæ locis colligimus eum à Bono, & Mente existere. A Bono Mercurius, à Mente iuniores Platonici, Plotinus, Porphyrius. Bonumq; ostensum est, ipsum Genitorem appellari. Filius in Euangelio de Patre suo, Nemo bonus, nisi solus Deus. Sed diligentius ad Plotinum insiste. Si enim dicebat sola alteritate Bonum ac Mentem separari, vt ne sit seiuncta substantia, efficitur eundem produci à Bono, atque Mente. A substantia enim diuina producitur. Eadem autem, Plotino teste, est substantia Genitoris, ac Geniti, vt eos à veritate aut nihil, aut non multum decidisse clarum sit. Non separasse autem eos substantiam horum trium, sæpe probatum. Aded verò non est is error apud eos, vt in contrarium potius deflexerint. Nam coniunctionem substantiæ eorum quidam etiam inter cæteras diuinas substantias esse voluerunt, vt altera cum altera esset connexa, Deus cum Deo, vel Angelus cum Angelo. Quod quidem in substantiis, excepta diuina, fieri non potest. Nusquã est tanta coniunctio, nunquam, excepto Deo, æternitas. De quo postea. Nominant autem tres Deos, alteritatem tantum, non numerum substantiarum inuenientes. Difficile enim est habere in promptu locutiones & nomina, quibus coniunctio substantiæ, atque disiunctio numerorum designetur. Nam nomen personæ non fuit apud eos, profus hac in re apud antiquos inusitatum. Ad vitandum autem errores, castigatius posteriores locuti sunt. Agnoscimus igitur totam Theologiam, non solumq; dependentiam, creationemq; rerum ex Deo, sed etiam & gradum illorum trium, & ortum, ac productionem, & quid numeris, ac numinis existat in vnoquoque. Credo diuinis oraculis, non viribus humanis, præcis cognita.

Quod

A Quòd Aegyptij ter acclamabant, trinam Deitatem designantes. & quòd diuinam sapientiam, omnia esse apud eos inscriptio demonstrabat.

CAPVT VI.



ONSIDERANDVM quoque, quod traditur à Damascio Platonico haud ignobili, qui de Aegyptiis perhibet: ἀρχὴν οὐρανόθεν καὶ πᾶσαν γένεσιν, οὐρανόθεν ἀναστρέφονται, καὶ τὸ ἐπισημαίνοντες. Quæ sunt: Primum principium appellant tenebras, super omnem cognitionem, tenebras incognitas, Ter istud acclamantes. His intelligimus claruisse præcis sæculis magnam de tribus illis lucem. Omnium enim rerum principium ter acclamantes, appellantesq; tenebras, omnem humanam cognitionem supereminentes, triplicem Deitatem designabant. Hinc etiam Dionysius ex sanctis, ac diuinis fontibus caliginem hanc vocat, Qui posuit tenebras latibulum suum. Et de eodem diuinus Orpheus,

Damascius Platonicius.

Omnium rerum principium ter acclamabant Aegyptij.

Ἄνθρωπος δὲ ἔχ' ὄραον, καὶ γὰρ νέφος ἐστὶν ἰσχυρῶς. Illum non video: est etenim caliginis septus.

Sic Aegyptij sanctissimam Trinitatem, primumq; omnium rerum principium, tenebras ignotas dixere, nulla potes humana cogitatione contingi, sub altissima diuinitatis suæ caligine latitantem diuinitatem, pelagus altissimum, quod intueri, penetrareque summas ad vsque sedes, nulla ne Deorum quidem valeat cogitatio. Terq; istud acclamabat, tria illa principio innuentes, Bonum, Mentem, Animam, seu Spiritum, Platoniciis, multisq; aliis Philosophis notissima. Triplex apud illos acclamatio, sicut Angeli clamauerunt Ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Item illud considerandum, quòd Plutarchus in Aegypto in templo Minervæ, quæ est diuina Sapientia, filia summi Dei, fuisse hanc inscriptionem dicit, ἐγὼ εἰμι πᾶν τὸ γινόμενον, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον ἑδραῖς παθητῶν ἀπειράτων. Ego sum omne quod fuit, quod est, quod futurum est: velum meum nemo mortalium hætenus reuelauit. Hæc inscriptio. Scito igitur & attende, quòd hæc inscriptio erat ea, quæ est apud Mosen, Ego sum qui sum. Quod Hebraicè dicitur, Ero qui ero, Græcè, ὁ ὢν, ille qui est. Scitòque hoc esse nomen tetragrammum, quod apud Hebræos est nomen à verbo substantiuo à voce futura יהי, Ichieh, id est, erit: vocatur יהוה tantum vna littera Iod, mutata in Vau, quod sit apud eos vsitatissimè. Hoc nomen etiam est, quod vocatur à Philosophis τὸ ὄν, quod est, ipsum esse. Vt igitur dixit apud Mosen, Ego sum qui sum: & apud Philosophos & Hebræos, Ille qui est, vel, Illud quod est: sic illa inscriptione testabatur se esse, quod fuit, est, erit, omnia videlicet, quæ continentur nomine, Ille qui est. Quoniam apud Deum, vt inquit Plato, neque præteritum est, neque futurum, sed sola æterna præsentia. Præterea vt dicitur in sacris litteris, Hoc nomen meum non indicaui eis: sicut ait inscriptio, Velum meum nemo reuelauit. Nouimus item appellasse se Ille qui est: quia designet æternitatem, designet creatorem, & per se existentem: illum qui semper fuit, etiam anteaquam res crearentur: illum item qui non fit ab alio: deinde illi qui maximè sit, ens item vniuersale, magis quàm totus mundus, & vniuersum. Et vt apud Ioannem, Quod factum est in ipso vita erat, aut, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. sic ista inscriptione, ostendit se esse omnia, esse se causam vniuersalem omnium rerum, sine se nihil esse posse, nihil fuisse, & esse, futurumq; esse sine se, qui sit omnia, ens maximum, ens vniuersale. Vt autem nouimus nomen illud, Qui est, esse Filij Dei, qui crearit, qui sit causa vniuersalis, ens vniuersum: sic inscriptio istum ipsum denotabat. Sed Græci fallebantur, inuenientes templum illud in Aegypto diuina Sapientia, filia Dei dicatum. putabant hanc esse Minervam. Quod verum erit, si sordes fabularum absterferis, detraherisq; vile pallium. quod ex parte fecit Proclus, dicens hanc Minervam esse, διμυσηρικὴ τῆς ἡ θεός, Opificem Deam. Siquidem & idem Plutarchus perhibet: Rex, inquit, quicumque apud eos eligebatur, statim fiebat ἐν τῇ ἱερῶν, καὶ μετέηχε τῆς φιλοσοφίας ἑπισημαίνοντας τὰ πολλὰ, μύθοις καὶ λόγοις, ἀμυδρὰς ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας καὶ ἀσφαδέως ἐχρυσεν. ὡς περ ἀμέλει καὶ τῶν θεοδιδόντων αὐτοῖ, πρὸς τῇ ἱερῶν τὰς σφίγγας ἑπιεικῶς ἰσώντες εἰς ἀνιγηματῶν σοφίαν, τῆς θεολογίας αὐτῶν ἐχρυσεν: Ex sacerdotibus, eratq; particeps Philosophiæ, quæ magna ex parte, fabulis, narrationibusq; quæ obscuras veritatis declarationes haberent, abscondebatur. Quod ipsi apertè præ se ferebant, ponentes pro

Bonum, Mēs, Anima.

De Iside & Osiride.

Exod. 3. Deus ὁ ὢν.

τὸ ὄν Philosophorum.

Ille qui est.

Ioan. 1.

Minerva quid, nisi opifex Dea? Ibid. de Iside.

templis Sphingas, innuentes adumbratam sapientiam eorum Theologiam habere. Hęc cum testetur Plutarchus, non mirum est, si ter acclamantes tenebras, trinitatem, aut tria numina designabant. Et diuinam Sapientiam, à Deo natam de se loqui obscure, seque velatam esse fatentem introducebant. Nec item tantam apud eos Theologiam fuisse mirabere, ex his quæ leges apud Mercurium, Orpheum, qui didicit ab Ægyptiis, Platonem, itemq; Chaldæos, apud quos omnes erant duo, Genitor, & Proles, vt tria semper sunt apud ceteros. Sed peculiaris sermo de duobus, sicut item in nostra Theologia. In eo porro quod Plutarchus protulit oraculo, Proclus addit hoc quod deest apud Plutarchum. Vbi dixisset, Velum meum reuelauit nemo, sequitur, *ὃν ἔπειλον καρπὸν ἡλίου ἐγένετο*, Quem ego fructum peperi, fuit Sol. Prædicat igitur se Solis creatricem. Mirabile mysterium. Hoc enim est quod Moses, Dixit Deus, Fiat lux. Et, Creauit Deus duo luminaria magna. Et quod Plato in Republ. Sol filius summi Boni. Et quod Homerus in hymno de Sole, *δὴς τέλειος*, Proles Iouis. Et eadem Sapientia apud Solomonem idem mirabiliter gloriatur: Ego feci vt oriretur lumen in cælis. Et, Ante Solem permanet nomen eius. O miseri mortales, cur Solem adorabatis, non, vt nunc totus mundus, cum qui Solem peperisset? Nominauitq; præcipuè Solem oraculum, quod fit in omni creatione præcipuus, admirabile Dei opus, præpositum etiam à Mose ante omnes res creatas: Et de quo Propheta, qui cælum contemplatus, admiratusq; inuentorem, tot cæteris omisissis, prædicauit. In Sole posuit tabernaculum suum. Quod secus, In cælo posuit Solem, prosequiturq; ortum, & occasum, lucem, calorem per omnem mundum intentum. Hunc ergo in oraculo gloriabatur Sapientia se fecisse. quo nomine debuerat adorari, coli, à cunctis gentibus, non ipsum opus. Verè igitur illa Sapientia, erat Filia Dei, cui concorditer à cunctis datur creatio, vocata summi Boni Filia. Non erat illa fabulosa Minerua, quæ cum homo fuerit, Solem creare non potuit. Habet ergo ternam illam apud Ægyptios acclamationem non iniuria trinitatem, tria numina, tres reges designasse, vt quæ de Prole tam mira, certaque tradiderit. Ac verè oraculum illud apud Ægyptios fuisse declarat Mercurius Trismegistus, qui similiter de Deo locutus est, in eo quod Deus inuisibilis, sit visibilis ex operibus: *ὃ γὰρ πάντα εἶ, καὶ ἄλλο ἕδὲν ἔστι ὃ μὴ σὺ εἶ, σὺ πᾶν τὸ γενόμενον, σὺ τὸ μὴ γενόμενον*: Tu enim omnia es, & nihil aliud est, quod tu non sis. Tu es omne quod fuit, & quod non fuit. Hęc ille de Deo, cum Deo loquens, quod Deus de se ipso in templo. Designat autem illud Ioannis, Sine ipso factum est nihil.

Solis creatrix. Minerua quid.

psal. 71.

psal. 18.

Sapientia, filia Dei.

De tribus Regibus, sive tribus Intelligentiis, triplicique Diuinitate, ex Numenio, Amelio, Plotino, Theodoro, Iamblichio, Proclo.

CAPVT VII.



Tres Dij Numenio.

duobus Diis ascripta creatio.

ONSIDERANDA quoque, quæ ceteri Platonici, tum dicta Platonis, tum Orphicam & Ægyptiam Theologiam sequentes, & vt solent aliquo in abdito apud prisicos loco reperta proponentes vt ænigmata, prodiderunt. Proclus igitur hæc ait super Timæum: *Νυμνίος τρεῖς ἀνυμνήσεις θεός, πατήρ τε καὶ καλεῖ τὸν πατέρα, ποιητὴν δὲ τὸν δεύτερον, ποιήμα δὲ τὸν τρίτον, ὥστε ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς διττός, ὅτε πατὴρ καὶ ὁ δεύτερος θεός*: Numenius celebrat, & laudat tres Deos, primumq; vocat Patrem, secundum Creatorem, ipsum opificium, id est, Animam mundi, tertium. Quocirca Opifex secundum illum est geminus, & primus scilicet, & secundus Deus. Hęc Numenius à Proclo recitata. Vides apud Numenium, duos creatores, duos Deos. Eo enim modo tunc loquebantur. Vides primum Patrem, secundum Opificem, vel Creatorem, quod nomē, vt sæpius claruit, proprium est diuinæ Proles. En quod nostra canit Theologia, confitens Patrem creatorem cæli & terræ, confitens item Filium creatorem, vt per quem omnia facta sunt. Nec te turbet quod tertio loco diuinitatis, dicat Proclus ponere Numenium ipsum opus. Non enim ita nominat tertium, vt æquale prioribus duobus, sed vt factum, & opus quoddam diuinum: sicut & Plato in Timæo, statuens Mundum aut Animam esse Deum, creatum à Deo, id est, rem diuinam, opus Dei. solum autem geminum Creatorem fatetur, solis duobus ascribit creationem, de quibus vt in primo libro visum, tam præclara scripsit Numenius. Vera quidem diuinitas est duorum opificum, & duorum nõ distin-

A distinctorum, sed vt ipsi quoque docent, vnius operis mundani, duo creatores velut vnus, quia opus vnum. De duobus autem numinibus, & de duobus quibus rerum creationem attribuunt Philosophi, nunc ego loquor. Excludoque tertium illud à vera diuinitate. Quamquam fit mihi verisimile tertio loco, non id quod Proclus dixit posuisse Numenium, sed quod Pythagoras, Plato, Plotinus, Amelius, vt postea docebitur. Plato enim, vt superius audisti, tres nominauit. Duos autem qui crearent, vt idem Proclus perhibet, Plotinus adhibuit: *διττὸν μὲν ὑποτίθεται τὸν δημιουργὸν, τὸν μὲν ἐν τῷ νοητῷ, τὸν δὲ ἡγαμονοῦν τῷ παντὶ*: Duplicem quidem proponit Opificem Plotinus, alterum in intellectu, alterum imperantem vniuerso. Hęc dicta Plotini ed spectant, Patrem esse, primum intellectualem dantem sapientiam, & Ideas Proli suæ, quas appellant Platonici, *νοητῶν*: cum esse summum, eminentissimumq; in mundo, qui dicitur *νοητῶν*: Prolem autem, vt omnes superius vidimus confitentes, esse reginam vniuersi, creatricemq; Mentem. Amelius autem melius & clarius explicuit tres illos. De quo idem Proclus: *ἀμύλιος δὲ τρεῖς ποιῆ δημιουργὸν, καὶ νῆς τρεῖς, βασιλέας τρεῖς, τὸν ὄντα, τὸν ἔχοντα, τὸν ὁρατὸν. Διὰ τρεῖς ἄρα δὲ ἔπει, διότι ὁ μὲν πατὴρ νῆς ὄντως ἔστι, ὁ δὲ δεύτερος ἔστι μὲν τὸ ἐν αὐτῷ νοητῷ. ἔχει δὲ τρεῖς αὐτῷ, καὶ μετέχει πάντως, καὶ διὰ τὸ τῷ δευτέρω. ὁ δὲ τρίτος ἔστι μὲν τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ ἕως νοητῶν. πᾶς γὰρ νῆς, τῷ συλλογισμῷ νοητῷ ὁ αὐτὸς. ἔχει δὲ τὸ ἐν τῷ δευτέρω, καὶ ὄρεται τὸ παρὰ τὸν ὄντα γὰρ πλείων ἢ ἄποστασις, τοσοῦτον τὸ ἔχει ἀμυδροτέρων*. Quæ sunt, Amelius, inquit, triplicem facit Opificem, & Mentem tres, & Reges tres, cum qui est, cum qui habet, cum qui aspicit. Differunt autem hi: quoniam prima Mens verè est: Secunda est quidem intellectuale, quod est in ipso: habet autem ante se, & participat omnino ipsum: & propter hoc, est secunda: Tertia verò, est quidem & ipsa, quod in eo intellectuale. Omnis enim mens confociato intellectu eadem est. Habet autem quod est in secundo, & videt primum. Quanto enim fit maior discessus, tanto id quod habet est obscurius. Hęc vbi recitasset, Proclus addit, *τρεῖς οὖν τρεῖς τρεῖς νόας, καὶ δημιουργοὺς ὑποτίθεται, καὶ τρεῖς πλάτωνι τρεῖς βασιλέας, καὶ τρεῖς παρ' ὀρφέϊ τρεῖς*. Videlicet: Has igitur tres Mentem & Opifices itatuit Amelius, & qui sunt apud Platonem tres Reges, & qui apud Orpheum tres, Phanes, Vranos, Cronos. Hęc Proclus: Ex his fit clarissimum etiam Platonem, & Orpheum antiquissimum, de tribus numinibus locutos incorruptius quidem, diuinius, & cælestius Platonem, nominantem tres illos, tres Reges, velut vnum. Sunt ergo tres Reges apud Platonem, teste Proclo, non Christiano, imò Christianis inimico, sunt tres Mentem, tres Intelligentiæ, tres Reges velut vnus. Vt nostræ litteræ canunt, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: Non tamen tres Dij, sed vnus est Deus: sic dicere possis ex Platone, Rex est Pater, Rex est Filius, Rex Spiritus sanctus. Non tamen tres Reges, sed vnus Rex. Quoniamq; mens est vna hypostasis, aut persona, crediderim rectè sic prædicari, Mens est Pater, Mens Filius, Mens Spiritus sanctus. Non rectè autem, si dicas, Non tamen tres Mentem, sed vna est Mens. Quia Mens est hypostasis. Sed sit quod verius, ac melius Theologis videbitur. Quis autem reuelauit Platoni, qui Mentis æternæ aduentum in mundum, plus trecentis annis antecessit, tres illos Reges, circa quos omnia esse prædicauit? quis item Orpheo, licet, vt moris, eius poetice nominibus tria illa nomina descriperit? Sed sit obscurius quod ab Orpheo positum est: vera, luculenta, clarescentia, quæ Plato de tribus Regibus, Plotinus, Numenius, Amelius de duobus Opificibus. Nam tertius semper fuit obscurior, etiam apud nostrates. Hoc miraculum, tres omnium rerum Imperatores Platonem nominasse, ceteros autem Philosophos, duos Opifices, vt est in nostra cælesti Theologia. Hoc indicio est, semper in prisca Theologia, apud Chaldæos, Phœnices, Ægyptios, gentes vetustissimas, quæ nunc penitus apparuit, abditam fuisse sapientiam, sed non cognitam, adulteratam nominibus & sensibus donec præco cælestis ipse, visibilem, qui esset antè inuisibilis, se reddens, eam efficeret rutilantem, doceretq; omnes, oportere adorare Deum, in spiritu & veritate. De quibus tribus, Deo, Veritate, Spiritu, notionem priora sæcula, ab initio generis humani descendentem, tenuerunt. Nam sicut Amelius secutus est Platonem, sic necessariò Plato didicit ab antecessoribus, credo ego, Ægyptiis & Chaldæis, quemadmodum item in Epistola nominat Causam mundi, & Patrem eius, certè ab aliquo oraculo, ab aliqua verusta Theologia, quale canebat Ægyptia, tria numina, ea tenebras appellans, & vt tam multa Mercurius, Chaldæusq; decantauit. Verissimum est item legisse Platonicos multa quæ peruenire ad nostra sæcula non potue-

Procli locus de tribus intelligentiis.

Tres Mentem, Reges, seu intelligentiis.

Non tres Reges, sed vnus.

Plato dixit ante Christum plus trecentis annis.

Apud quos abditam sapientiam.

A quibus Plato didicit.

templis Sphingas, innuentes adumbratam sapientiam eorum Theologiam habere. HęcD cum testetur Plutarchus, non mirum est, si ter acclamantes tenebras, trinitatem, aut tria numina designabant. Et diuinam Sapientiam, à Deo natam de se loqui obscure, seque velatam esse fatentem introducebant. Nec item tantam apud eos Theologiam fuisse mirabere, ex his quę leges apud Mercurium, Orpheum, qui didicit ab Ægyptiis, Platonem, itemq; Chaldæos, apud quos omnes erant duo, Genitor, & Proles, vt tria semper sunt apud cęteros. Sed peculiaris sermo de duobus, sicut item in nostra Theologia. In eo porrò quod Plutarchus protulit oraculo, Proclus addit hoc quod deest apud Plutarchum. Vbi dixisset, Velum meum reuelauit nemo, sequitur, ὃν ἔτεκεν χειρῶν, ἡλῖος ἐγένετο, Quem ego fructum peperit, fuit Sol. Prędicat igitur se Solis creatricem. Mirabile mysterium. Hoc enim est quod Moses, Dixit Deus, Fiat lux. Et, Creauit Deus duo luminaria magna. Et quod Plato in Republ. Sol filius summi Boni. Et quod Homerus in hymno de Sole, διδὸς τέκος, Proles Iouis. Et eadem Sapietia apud Solomonem idem mirabiliter gloriatur: Ego feci vt oriretur lumen in cęlis. Et, Ante Solem permanet nomen eius. O miserii mortales, cur Solem adorabatis, non, vt nunc totus mundus, eum qui Solem peperisset? Nominauitq; præcipuè Solem oraculum, quòd fit in omni creatione præcipuus, admirabile Dei opus, præpositum etiam à Mose ante omnes res creatas: Et de quo Propheta, qui cælum contemplatus, admiratusq; inuentorem, tot cęteris omisissis, prædicauit, In Sole posuit tabernaculum suum. Quod secus, In celo posuit Solem, profecquiturq; ortum, & occasum, lucem, calorem per omnem mundum intentum. Hunc ergo in oraculo gloriabatur Sapientia se fecisse. quo nomine debuerat adorari, coli, à cunctis gentibus, non ipsum opus. Verè igitur illa Sapientia, erat Filia Dei, cui concorditer à cunctis datur creatio, vocata summi Boni Filia. Non erat illa fabulosa Minerua, quę cum homo fuerit, Solem creare non potuit. Habes ergo ternam illam apud Ægyptios acclamationem non iniuria trinitatem, tria numina, tres reges designasse, vt quę de Prole tam mira, certaque tradiderit. Ac verè oraculum illud apud Ægyptios fuisse declarat Mercurius Trismegistus, qui similiter de Deo locutus est, in eo quòd Deus inuisibilis, fit visibilis ex operibus: οὐ γὰρ πάντα εἶ, καὶ ἄλλο ἔδεν ἔστι ὁ μὴ οὐ εἶ, οὐ πᾶν τὸ γενόμενον, οὐ τὸ μὴ γενόμενον: Tu enim omnia es, & nihil aliud est, quod tu non sis. Tu es omne quod fuit, & quod non fuit. Hęc ille de Deo, cum Deo loquens, quod Deus de se ipso in templo. Designat autem illud Ioannis, Sine ipso factum est nihil.

Solis creatrix. Minerua quid.

psal. 71.

psal. 18.

Sapientia, filia Dei.

De tribus Regibus, siue tribus Intelligentiis, triplicique Diuinitate, ex Numenio, Amelio, Plotino, Theodoro, Iamblichio, Proclo.

CAPVT VII.



ONSIDERANDA quoque, quę cęteri Platonici, tum dicta Platonis, tum Orphicam & Ægyptiam Theologiam sequentes, & vt solent aliquo in abdito apud priscos loco reperta proponentes vt anigmata, prodiderunt. Proclus igitur hęc ait super Timæum: Νουμένηος τρεῖς ἀνυμνήσας θεός, πατέρες μὲν καλεῖ τὸν παρῶν, ποιητὴν δὲ τὸν δεύτερον, ποιήματα δὲ τὸν τρίτον, ὥστε ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς διττός, ὅτε παρῶν καὶ δεύτερος θεός: Numenius celebrat, & laudat tres Deos, primumq; vocat Patrem, secundum Creatorem, ipsum opificium, id est, Animam mundi, tertium. Quocirca Opifex secundum illum est geminus, & primus scilicet, & secundus Deus. Hęc Numenius à Proclo recitata. Vides apud Numenium, duos creatores, duos Deos. Eo enim modo tunc loquebantur. Vides primum Patrem, secundum Opificem, vel Creatorem, quod nomē, vt sapius claruit, proprium est diuinę Proles. En quod nostra canit Theologia, confitens Patrem creatorem cęli & terrę, confitens item Filium creatorem, vt per quem omnia facta sunt. Nec te turbet quòd tertio loco diuinitatis, dicat Proclus ponere Numenium ipsum opus. Non enim ita nominat tertium, vt æquale prioribus duobus, sed vt factum, & opus quoddam diuinum: sicut & Plato in Timæo, statuens Mundum aut Animam esse Deum, creatum à Deo, id est, rem diuinam, opus Dei. solum autem geminum Creatorem fatetur, solis duobus ascribit creationem, de quibus vt in primo libro visum, tam præclara scripsit Numenius. Vera quidem diuinitas est duorum opificum, & duorum nõ

Tres Dij Numenio.

duobus diu ascripta creatio.

A distinctorum, sed vt ipsi quoque docent, vnius operis mūdani, duo creatores velut vnus, quia opus vnum. De duobus autem numinibus, & de duobus quibus rerum creationem attribunt Philosophi, nunc ego loquor. Excludoque tertium illud à vera diuinitate. Quamquam fit mihi verisimile tertio loco, non id quod Proclus dixit posuisse Numenium, sed quod Pythagoras, Plato, Plotinus, Amelius, vt postea docebitur. Plato enim, vt superius audisti, tres nominauit. Duos autem qui crearent, vt idem Proclus perhibet, Plotinus adhibuit: διττὸν μὲν ὑποτίθεται τὸν δημιουργόν, τὸν μὲν ἐν τῷ νοητῷ, τὸν δὲ ἡγαμονοῦ τῆ πάντος: Duplicem quidem proponit Opificem Plotinus, alterum in intellectu, alterum imperantem vniuerso. Hęc dicta Plotini ed spectant, Patrem esse, primum intellectualem dantem sapientiam, & Ideas Proli suę, quas appellant Platonici, νοητῶ: cum esse summum, eminentissimumq; in mundo, qui dicitur νοητῶ: Prolem autem, vt omnes superius vidimus confitentes, esse reginam vniuersi, creatricemq; Mentem. Amelius autem melius & clarius explicuit tres illos. De quo idem Proclus: ἀμείλιος δὲ τριτὸν ποιεῖ δημιουργόν, καὶ νῦν τρεῖς, βασιλέας τρεῖς, τὸν ὄντα, τὸν ἔχοντα, τὸν ὀρώντα. Διαφάρασι δὲ ἔσται, διότι ὁ μὲν παρῶν νῦν ὄντας ἔστι, ὁ δὲ δεύτερος ἔστι μὲν τὸ ἐν αὐτῷ νοητῷ. ἔχει δὲ τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ μετέχει πάντως, καὶ ὄντα τῶ δεύτερος. ὁ δὲ τρίτος ἔστι μὲν τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ ἔστος νοητοῦ. πᾶς γὰρ νῦν, τῷ συζυγῶντι νοητῷ ὁ αὐτὸς. ἔχει δὲ τὸ ἐν τῷ δευτέρῳ, καὶ ὄντα τὸ παρῶν. ὅσον γὰρ πλείων ἢ ἄποστασις, ποσοῦτον τὸ ἔχον ἀμυδρότερον. Quę sunt, Amelius, inquit, triplicem facit Opificem, & Mentem tres, & Reges tres, eum qui est, eum qui habet, eum qui aspiciat. Differunt autem hi: quoniam prima Mens verè est: Secunda est quidem intellectu-ale, quod est in ipso: habet autem ante se, & participat omnino ipsum: & propter hoc, est secunda: Tertia verò, est quidem & ipsa, quod in eo intellectu-ale. Omnis enim mens confociato intellectu-ali eadem est. Habet autem quod est in secundo, & videt primum. Quanto enim fit maior discessus, tanto id quod habet est obscurius. Hęc vbi recitasset, Proclus addit, τρεῖς οὖν τὸς τρεῖς νόας, καὶ δημιουργοῖς ὑποτίθεται, καὶ τὸς ὄντα πλάτωνι τρεῖς βασιλέας, καὶ τὸς τρεῖς παρ' ὀρφέου τρεῖς. Videlicet: Has igitur tres Mentem & Opifices statuit Amelius, & qui sunt apud Platonem tres Reges, & qui apud Orpheum tres, Phanes, Vranos, Cronos. Hęc Proclus: Ex his fit clarissimum etiam Platonem, & Orpheum antiquissimum, de tribus numinibus locutus incorruptius quidem, diuinius, & cęlestius Platonem, nominantem tres illos, tres Reges, velut vnum. Sunt ergo tres Reges apud Platonem, teste Proclo, non Christiano, imò Christianis inimico, sunt tres Mentem, tres Intelligentiæ, tres Reges velut vnus. Vt nostrę litterę canunt, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: Non tamen tres Dij, sed vnus est Deus: sic dicere possis ex Platone, Rex est Pater, Rex est Filius, Rex Spiritus sanctus. Non tamen tres Reges, sed vnus Rex. Quoniamq; mens est vna hypostasis, aut persona, crederim rectè sic prædicari, Mens est Pater, Mens Filius, Mens Spiritus sanctus. Non rectè autem, si dicas, Non tamen tres Mentem, sed vna est Mens. Quia Mens est hypostasis. Sed sit quod verius, ac melius Theologis videbitur. Quis autem reuelauit Platoni, qui Mentis æternę aduentum in mundum, plus trecentis annis antecessit, tres illos Reges, circa quos omnia esse prædicauit? quis item Orpheo, licet, vt moris, eius poëtici nominibus tria illa nomina descripserit? Sed sit obscurius quod ab Orpheo possum est: vera, luculenta, clarescentia, quę Plato de tribus Regibus, Plotinus, Numenius, Amelius de duobus Opificibus. Nam tertius semper fuit obscurior, etiam apud nostrates. Hoc miraculum, tres omnium rerum Imperatores Platonem nominasse, cęteros autem Philosophos, duos Opifices, vt est in nostra cęlesti Theologia. Hoc indicio est, semper in prisca Theologia, apud Chaldæos, Phœnices, Ægyptios, gentes vetustissimas, quę nunc penitus apparuit, abdita fuisse sapientiam, sed non cognitam, adulteratam nominibus & sensibus donec præco cęlestis ipse, visibilem, qui esset antè inuisibilis, se reddens, eam efficeret rutilantem, doceretq; omnes, oportere adorare Deum, in spiritu & veritate. De quibus tribus, Deo, Veritate, Spiritu, notionem priora sæcula, ab initio generis humani descendentem, tenuerunt. Nam sicut Amelius fecutus est Platonem, sic necessariò Plato didicit ab antecessoribus, credo ego, Ægyptiis & Chaldæis, quemadmodum item in Epistola nominat Causam mundi, & Patrem eius, certè ab aliquo oraculo, ab aliqua vetusta Theologia, quale canebat Ægyptia, tria numina, ea tenebras appellans, & vt tam multa Mercurius, Chaldæusq; decantauit. Verissimum est item legisse Platonicos multa quę peruenire ad nostrā sæcula non potue-

Procli locus de tribus intelligentiis.

Tres Mentem, Reges, seu intelligentia.

Non tres Reges, sed vnus.

Plato vixit ante Christi plus trecentis annis.

Apud quos abdita sapientia.

A quib. Plato didicit.

runt, ex quibus illi libris suis quaedam largiti sunt. Sed reuertor, declaroque Amelium, D Patrem, primamq; Mentem dicit existentem, secundam habentem, tertiam videntem. Quorum ratio est, quod primo ac principaliter, fontaliterq; est ipse Pater, qui dicitur etiam τὸ ἀρχόντων, Primatus, Principatus, Primum esse, à quo reliqua duo. Secundus dicitur habere, quia participat priorem, nascitur à priore, est filius eius, habet ab illo bona sua, diuinitatem, sapientiam, autoritatem, idq; ipse prædicabat in mundo, eoque est secundus, participansq; , quod dixit de eo Ioannes, eum esse & fuisse semper apud Deum. Tertius autem, inquit, habet quidem quod in Secundo est, respicit autem Primum. Hoc nos clarius diceremus, manare à duobus, quia Primum velut fontem suum aspicit: habet autem quod in Secundo est. Fluit enim ab ipso: habet ab ipso, & à præcedente, quod est: & datur, mittitur, fluitq; ab ipso Secundo. Aspectus in Primum est, vt in fontem suum, habere quod in Secundo: est item accipere, quod ipse fit, à Secundo. Dat enim ei Secundus, quod est. Quod si hæc ad creationem, Ideasq; referas, & vt tres rerum Imperatores, triaque principia velut vnum, eadem est sententia. Primus verè, principaliter, fontaliter est. Secundus, est Idea quæ in se est, quæ dicitur ab eis τὸ νοητόν. Ob id autem est Idea, quia nihil est in Deo alienum à Deo. Et quia Mens, aut Intelligentia est idem cum re intellecta: sic etiam Tertius, quia & ipse Mens est, est ipsum intellectuale siue intelligibilitas, vt sic dixerim. Id scilicet quod est in Secundo, & quia Mentes sunt, intelligendo operantur. Quia verò sunt vnus Deus, quod intelligitur, & intelligendo creatur à Secundo, intelligitur item, fitq; à Tertio, si velis. Ista ad creationem referre, cuius principalem causam assignant Platonici velut originem, Ideam in mente Opificis, quæ ab eis nuncupatur τὸ νοητόν. Hæc Idea, inquit Amelius, est in Secundo, est item in Tertio: sed Secundus, & Tertius est item cum ista Idea. Sunt enim velut duo opifices mundi, vterque mundi origo, vtrique inest Idea mundi, & vterque est ipsa Idea. Non est diuinitas eorum disiuncta, quia vterque est eiusdem rei summus opifex, vterque principium. Pater autem & primus est, quem & Secundus participat, & Tertius aspicit, eoque Primus à duobus participatur. Quæ quidem nostra Theologia clarius loqueretur. Sed nobis satis est ostendere, cælesti nunc reuelatam testimonio veritatem, semper in aliqua luce apparuisse: religionem hanc, quam colit mundus, antiquissimam illam omnium sæculorum esse: verum vt nunc radiantissimã, omnibusq; perspicuissimã, sic tunc obscuriorem, inter abdita mysteria latitantem, vix paucis introspectam, nec ab illis etiam forte intellectam, donec apparuit tota. Ecce tot auctores, tot testes, de duobus Opificibus, de tribus quibus canitur nobis æterna gloria, testes inquam, quibus cum aut incognita prorsus nostra religio, aut vix cognita esset, loquebantur tamen eadem, apud maiores Theologos reperta. Nam quod Plato de tribus Imperatoribus scripsit, extabat etiam apud priores Pythagoreos. Nec tibi referam hoc loco, quod superstitioni quidam è nostris, ex libris Aristotelis, qui testetur Pythagoreos vfos numero ternario in facris, quo designabant principium, medium, finem in cunctis rebus: sed quod euidentissimè monuit Proclus à Iamblichò traditum: τρεῖς εἶναι θεὸς τῶν τε τῶν καὶ τῶν τοῖς πυθαγορείοις ὑμνισμένοις: Celebrari, laudari tres istos Deos apud Pythagoreos. Videlicet quod nos, perpetuò, & indefessè, noctesq; diesq;, nunquam sanctissimas voces has interpollantes, vt sit gloria Patri, Filio, Spiritui sancto, qui fuerit semper, & sicut fuit, sic sit, futurusq; sit in æternum. Eadem extant apud Numenium Pythagoreum. Mirificè quoque consenserunt cæteri Platonici, venerantes, adorantesq; cum cæteris tres hos Imperatores, & Reges, tresq; Deos, vt vnum. Nam Theodorus Platonicus insignis, secutus Amelium, hæc Proclo teste ad verbum post Iamblichum inquit: τρεῖς μὲν ἀμελίω (μενέτω) εἶναι φησὶ δημοσφόροις. ταῦται δὲ αὐτῶν, οὐκ εὐδὲς μετατρεῖν, ἀλλ' ἐπέκεινα τῆς νοητικῆς καὶ νοερῆς θεῶν. Σπουδαίει δὲ τὸν μὲν ἐσιόδη νοῦν, τὸν δὲ νοερὸν εἶναι, τὸν δὲ πηγὴν ψυχῶν. καὶ τὸν μὲν ἀδιάφρατον, τὸν δὲ εἰς ὅλα δικριμένον, τὸν δὲ καὶ πλὴν εἰς τὰ κατὰ ἕξαστα διαφραστὸν πεποικημένον. Nimirum, Tres, inquit, secutus Amelium, dicit esse Opifices Theodorus. Nec eos ordinat mox post vnum, sed ante Deos intellectos, & intelligentes. Aliumq; vocat Mentem substantialem, alium substantiam mentalem, tertium Fontem animarum. Ac primum indiuiduum, secundum per omnia distributum, tertium facientem per singula distributionem. Hæc Theodorus, secutus Amelium, Amelium secutus Platonem, Plato veteres Ægyptios, hi maiores, primosq; homines, & oracula cælestia, vbique resonantia. Considera obsecro ordinem, quem dat his Theodorus. Non enim

Pater τὸ ἀρχόντων.

Idea τὸ νοητόν.

Veritas tandem reuelata qua diu lauerat.

Numeri pythagorei opinio de Triade.

Platonici Triada venerati.

Tres Opifices Amelio.

Aenim locat eos post Vnitatem, quæ tribuitur ab eis tum summo Bono, tum Ideis, sed locat ante Deos intellectos, & intelligentes. Noris, vt suo loco videbitur, apud Platonicos, & nostros esse duo genera Deorum, siue Angelorum: priores dicuntur νοητοί, Intellecti: posteriores νοεροί, Intelligentes. Dionysius dictos priores Intellectos, quia intelliguntur ab his qui dicuntur νοεροί: quo & illi Intellecti, vt superiores, & hi Intelligentes vocantur: irradiare enim maiores in inferiores intelligentiam sapientiamq;. Hos in illos respicere, velut intelligentes, & cognoscentes. Nonnulli Platonici ingessere noua, Intellectos, & Priores, Ideas sentientes, quæ ab inferioribus intelliguntur. Sed ordo, & sensus syncerus prior. Tres igitur illos Opifices, id est, Trinitatem, statuebat Theodorus ante omnes ordines Angelorum, prioremq; vocabat Mentem substantialem, id est, cuius substantia sit Mens, sit primum sapere, primum nosse, prior sapientia, cuius substantia non sit aliud quàm Mens, Mens plena substantiæ, quo designatur primatus totius esse, omniumq; mentium. Secundum vocabat Substantiam mentalem, hoc est, eam mentem, & sapientiam, quæ hoc ipsum habuerit à primo, & quæ non primò Mens sit, sed ab eo qui primò Mens: idcirco etiam primò substantia, quia mens substantialis primò. Tertium vocabat Fontem animorum, quo nihil diuinius & profundius: Quippe & nostra Theologia vocat eum Creatorem spirituum, vt paulò antè vidisti: & hæc est Anima mundi viuificatrix, mater animarum. Nónne etiam nostri cum appellant Fontem viuum: rogamusq; vt per eum sciamus Patrem, primum scilicet illum? Priorem autem Indiuiduum dicit, quia Filio datur creatio, datur executio rerum paternarum, iste facit omnia, & per omnia comitat creator, princeps, iussus à Patre. Nam Indiuiduum, designat eum non fungi his officiis, Filium autem fungi, esse eum, vt Philo perhibet, Patris sui ὑπαρχόν, subditum magistratum, subministrum, facientem omnia pro eo, ius eius, ac potestatem. Hæc igitur Platonici eo spiritu, ex ea Theologia locuti sunt, quæ peruenit ad eos à sæculis prioribus, inuentaque est apud Chaldæos, & Ægyptios, Sibyllas, & in oraculis. Quos libros si sic nobis videre datum fuisset, sicut quædam frustra, propemodumq; naufragia vidimus, certè mysteria penitus nostra videremus. Sentiremus toto in mundo, beneficio diuino prius obscurè reuelatam hanc religionem, ac Philosophiam nouissimorum sæculorum: donec veniens princeps eius, in cuius morte velum templi scissum est, remotis tenebris totam aperiret. Quo factum, vt eo veniente repleta sit omnis terra, vt prædixerant oracula, scientia Domini. Hæc autem quæ producta sunt, etsi non rectè Proclus interpretetur in Timæo, videbis tamen paulò post hominem respicientem. Neque ego contendo, quanta postea Trinitatis refulit notio, eos tenuisse, sed eum audisse, ex parte vidisse. In Theologia Platoniorum, ea potissimum sequenda, quæ maiores tradidissent. Nam Proclus ferme posterior omnibus floruit. Sed enim etiam nostri senserunt, prodideruntq; mirabili, propemodumq; diuino sensu: verum manabat ab Ægyptiis, & Chaldæis, Platonem de tribus numinibus, præcipuè duobus prioribus locutum, è quibus præter Cyrillum, & Eusebium est Constantinus Imperator in oratione de religione Christiana, in qua mirificis laudibus collaudato Platone, subdit: ἀρχόντων μὲν θεὸν ἠκηγόμηνον τὸν ἑστὸν πλὴν εἰσίας, καλῶς ποιοῦν. ὑπέταξε δὲ τῷ καὶ δευτέρου. καὶ δὲ εἰς τὴν τῶ ἀεὶ δὴμω διέδωκεν. μίας εἰσίας τῆς ἀμφοτέρων τελειότητος, τῆς τε εἰσίας τῆς δευτέρας θεὸς πλὴν ὑπαρχόν ἐχούσις, οὐ τῆς ἀρχόντος. αὐτὸς γὰρ εἶναι ὁ δημοσφόρος, καὶ διοικητὴς τῆς ὅλης. Primum, inquit, Deum docuit rectè supra substantiam eum collocans. Huic etiam subiecit secundum: duasq; substantias numero partitus est, vna existente vtriusque perfectione, & substantia secundi Dei existentiam habente ex primo. Ipse enim est opifex, & gubernator omnium. Hæc quidem ille, docens Platonem duos quidem Deos, vt est in Epistolis, nominasse, sed vnam vtrique perfectionem attribuisse, habente Secundo ex Primo ipsum esse, ipsum existere. Duas autem substantias eum numero fuisse partitum, est duas hypostasies, duos numero gradus in diuinitate statuisse. sic enim, eo sæculo, & religione loquebantur. Assignans autem vnam ambobus perfectionem Plato, certè substantiam, Diuinitatemq; eorum vnam assignabat. Vna enim est Diuinitas, vna perfectio, vnum cunctarum rerum fastigium. Sic vnum amborum culmen, vna maiestas, vtrique, & diuinitas vna, quæ est suprema perfectio.

Γνο γενεα Deo ἢ, νοητοὶ καὶ νοεροί, ἰν-τelleκτι & ἰν-τelligentes.

Mens substantialis.

Substantia mentalis.

Fontes animorum.

Matt. 27.

Esai. 11.

Philosophi viderunt in parte.

De tribus principiis, ex Proclo, Platonis Theologia contentis, quae dicuntur Bonum, Mens, Anima: aliisque nominibus appellantur. Et quod haec tria principia, non substantia tria sunt, sed alia ratione.

CAPVT VIII.

Trinitas, supremi Theologiae cacumen, Platonis confessum.



EC VERO nostri solum, sed ipsimet Platonici, clarissime confitentur tres illos Reges, triaque numina rerum, decreuisse, declarasse Platonem, idque esse supremum Theologiae eius cacumen, in quo sita sit eminentissima Trinitas, ad quod sapientissimum quemque oporteat aspirare. Considerent igitur omnes, suspiciantque; veritatem omnipotentem, quae saepe velut ignis in angustiis clausa, impatiensque; tenebrarum violenter erumpit. Nulla est reliqua controuersia, quando tot testes aspicis, paribus testimoniis asserentes, concorditerque acclamantes triplici imperio, ternae, aut triplici vel trinæ Diuinitati, ac maiestati. Proclus ille, qui super Timaeum, ceterorum Platoniorum de tribus Regibus sententiam proposuerat, in libro de Theologia Platonica, in quo late de dogmatis Platonis differit, similia atque priores, Numenius, Porphyrius, & Plotinus, Amelius, confitentur sensisse Platonem: cuius sermo etiam prolixior est, allectus tamen declarandae veritatis amore, totum proponam, & edisseram: σωματων μὲν ὡς περ εἶρηται καὶ ψυχῶν πατέρα τὸν νῦν ἀποφάνει, καὶ αἴτιον, καὶ αἰεὶ ἐκείνων πάντα καὶ εἶναι, καὶ ἐνεργεῖν ὅσα τῶν αἰῶν ἐν διεξόδῳ, καὶ ἀπελθεῖσι κεντήσῃ. παρῶσι δ' ἀπ' ἄλλω ἀρχῆν, τὴν νῦν παντελῶς ἐξηρημίσῃ, καὶ ἀσωματωτέρην, καὶ ἀρήτην, ἀφ' ἧς πάντα, καὶ τὰ ἐχέοντα τῆς ὄντων, λέγῃσι τὴν ὑπόστασιν ἐχέον ἀναγκάσθων. ψυχῆς μὲν γὰρ, ἢ πάντα μετέχον ἀναγκάσθων πένον. ἀλλ' ὅσα αἰῶν ἔχει πρῶτον, ἢ ἀμυδροτέρην, ἐν αὐτοῖς, ἢ δὲ νῦν πάντα, καὶ τὴν ὄντος ἀπολαύων διωκτοῦ, ἀλλ' ὅσα κατ' εἶδος ὑφίσταται. δὲ δὲ αὐτῶν ἀρχῆν τῆς ὄντων, ὑπο πάντων μετέχον τῆς ὄντων, εἴπερ μηδὲν ἀποφάνηται, πάντων αὐτῶν τῆς ὄντων, ἢ ὑφίσταται τῆς λεγομένης ὄντων. ταῦτα δὲ τῶν τῆς ὄντων, καὶ νῦν πρῶτον ἀρχῆν ἐν ἀβάτοις ἀποκεκρυμμένῃ, ἐκείνης ἀνευρεῖται, καὶ τρεῖς ταύτας αἰτίας, καὶ μονάδας ἐπέκεινα σωματων ἀναφάνει, ψυχῆν λέγει, καὶ νῦν τὸν τῶν τῶν, καὶ τὴν ὑπόστασιν, τῶν τῶν μὲν ἐν αὐτοῖς, ὡς μονάδων τῶν οὐκ ἐκείνης ἀεθμοῦ, τὸν μὲν ἐνοειδῆ, τὸν δὲ νοερόν, τὸν δὲ ψυχικόν. πᾶσα γὰρ μονάς ἡγεῖται πλῆθος ἐν αὐτῇ συστοίχῳ. ἡ δὲ πᾶσι δὲ ὡς περ τὰ σῶματα ταῖς ψυχῆς, ἢ τὰ δι' αὐτῶν καὶ ψυχῆς μὲν τοῖς νοεροῖς εἶδῃσι, ταῦτα δὲ ταῖς ἐκείνης ὄντων, πάντα δὲ εἰς μίαν ἀρχῆν ἐπιτρέφει τὴν ἀμειβοῦται ἐν ἑαυτῇ καὶ μετὰ ταύτης ἀναδραματῶσαι, πρῶτος εἶδῃσι τὸ ἀκρότατον ἔχειν, τῆς τῆς ὄντων, ἡσυχίας, καὶ ταῦτα τὴν αἰεὶ ἡσυχίαν, καὶ αἰεὶ τῶν ἐκείνης τῆς ὄντων. Quae sunt Latine: Corporum quidem, quemadmodum dictum est, & animarum patrem, Mentem pronuntiat, & causam, & circa eam cuncta esse, & operari quaecunque vitam in processibus, & explanationibus possederunt. Progreditur autem ad aliud principium, à Mente penitus absolutum, magisque incorporeum, & ineffabile, à quo omnia etiam extrema rerum dicis habere substantiam, necesse est. Animam enim non omnia participare necessariò nata sunt, sed quaecunque vitam habuere puriorem, aut obscuriorem in seipsis. Neque Mente omnia frui, & ea, quae verè est, fas est, sed quaecunque secundum speciem subsistunt. Oportet principium omnium ab omnibus rebus participari: siquidem à nullo deficit ea, quae est causa rerum, quae quomodocunque subsistat. Hoc igitur primo, ac supremo cunctarum rerum, etiam ipsa Mente antiquiore principio, quod in abditis, & inaccessis esset absconditum, cum Platonis Theologia reperisset, & tres has causas, & vnitates, ultra corpora demonstrasset, dico Animam & mentem supremam, & supra Mentem Vnitatem, procedere quidem ex his, vti vnitatibus, aut singularitatibus propriis numeros, alterum quidem vniiformem, alterum mentale, tertium animale, docuit. omnis enim singularitas antecedit multitudinem, sibi coelementale. Coniungit autem sicut corpora animis, sic sanè animas quidem mentalibus speciebus, aut formis, has autem vnitatibus rerum, omnia verò in vnam vertuntur incommunicabilem Vnitatem: & vsque ad hanc progressa Theologia Platonis, finem putat supremum se tenere totius rerum speculationis, & hanc de Dijs veritatem, & circa vnitates rerum. Haec & alia multa Proclus asserens hanc esse Platoniam theologiam. Totus autem is sermo est declaratio eius, quod in illa incluta ad Dionysium Epistola, quae est secunda, locutus est Plato, Circa omnium Regem esse omnia, & illius causa omnia, & illum esse causam omnium bonarum rerum, Secundum autem circa secunda, Tertium circa tertia. Vel, vt superius fuit expositum, circa

Mens, principium antiquum.

Circa omnium Regem, omnia: illius causa omnia.

A circa Secundum secunda, circa Tertium tertia. Tria haec principia, & tres causas asserit Proclus in Theologia Platonica celebrari, Primumque ac Supremum appellari Vnitatem abditam, arcanam, maximam, Secundum Mentem, Tertium Animam: Mentemque esse causam animarum, & corporum omnium. Huc vsque rectè ac diuinè explicat Theologiam Platoniam Proclus. Atque ait, vt stupore digna res sit, Platonem omnes quidem animas & corpora à Mente suprema & prima producere, quam, vt testatur etiam Laërtius, Causam appellet. sed rursus altius eum ascendisse, & ad aliud principium, arcanum, ineffabile peruenisse, à quo procedant omnia, etiam extrema rerum. Sed Proclus dicens, hoc altissimum, & ineffabile principium, quod est ante Mentem, Platonem dixisse παντελῶς ἐξηρημίσῃ τῆς νῦν, penitus & vnde quaque à Mente absolutum, separatum, extractum: sciat nihil tale dixisse Platoniam Theologiam: quod & ratione, & Platonis autoritate probabo. Ratione quidem, quoniam Platonem producere ab altissima, primaque Mente dicit animas omnes, & corpora, circaque eam asserere, versari, quae quomodocunque vitam participant. altius autem illud, & ineffabile principium, quod antecedit Mentem, dicit item omnium rerum, etiam extremarum asseruisse esse causam. Ergo quorum Mens est causa, eorundem quoque ineffabile principium. Quæro igitur quid causae sit, quod eorundem vtrunque est causa, vt quot fiant ab vno, totidem ab altero. Nónne quia vna autoritas, vna potestas? Si enim Mens creat Platonem corpora & animas, omnemque vitam: ineffabile vero Principium omnium est causa, etiam minimarum rerum: profectò & Mens quoque potentissima est, & facit omnia quae Principium ineffabile. Ergo vna est autoritas vtriusque. Neque enim bis potest mundus creari, vt partim creetur ab ineffabili Principio, rursus accedat Mens, quae & ipsa creet. Sed vnam necesse est esse autoritatem, vnam voluntatem, par consilium, quod simul conspirans crearet mundum. Neque potest vlla alia reddi ratio, si fit idem ab vtroque, quin sit eadem voluntas, & autoritas. Quod vtique non esset, si ineffabile Principium esset à Mente vnde quaque separatum. Neque enim voluntas conspiraret, longè lateque his à se distantibus. Adde quòd si Mens est Deus omnipotens, vt apparet, creat enim omnia, quod est Diuinitatis: ineffabile quoque Principium est Deus: vterque necessariò est Deus, & æternus vterque, omnipotens, & sapientissimus vterque. Hæ rationes sunt naturales, & veræ. Verba autem Platonis, apertè Proclo contradicentia sunt in sexta Epistola, vbi Plato commemorat principem & causam omnium presentium, & futurarum rerum, & deinde patrem istius principis, & causam. Princeps & Causa, omnium Platoniorum consensu, & vt tam multis exemplis probatum est superius, est Mens illa secundum principium. Ergo si Mens habet Patrem (Pater autem est is, quem ineffabilem Vnitatem, & summum Bonum dixere, quod Macrobius testatur, addens veterem Philosophiam dixisse Mentem esse filiam summi Boni) efficitur vt eiusdem naturæ sint Pater & Proles. Nā qui nascitur ab homine est homo, qui à Leone, est leo: sic qui nascitur à Deo, & ineffabili Bono, etiam ipse est Deus, est ineffabilis, est Bonum summum. Igitur Plato tria decreuit Principia, vt Proclus inquit, tres causas, tres Reges: modus autem, quo sint principia, quæ posuit Proclus, forsitan non est Platonius omnino: vt à Primo vniiformes, à Secundo mentales, à Tertio animales ordines existant: quia Primus Vnitas: Secundus Mens: Tertius Anima. Dico ex Platone, omnes æqualiter esse eorundem causam. Tres causæ tanquam vna: quod ipse quoque suis probat verbis. Quod quidem fieri à summo Bono pronuntiat: quorum vè ipsum esse principium, etiam à Mente, etiam ab Anima fieri fatetur. A Mente & Causa factus est totus mundus, corpora & animæ. Summum autem Bonum cunctorum est principium, etiam minimorum. Mens creat animas: ab Anima quæ tertium est principium, animarum nascitur ordo. In mundo nihil est præter hæc ipsa, nec aliud est mundus, quàm hæc ipsa: ergo quidquid fit ab vno, fit ab altero. quoniamque non conuenit eiusdem rei duos, vel tres asciscere creatores, naturali deductione efficitur, vt trium principiorum, & causarum sit vna eademque potestas, autoritas, consilium, imperium. Et ordo ille Procli, vt à Primo sint vniiformes, à Secundo νοεροί, intelligentes, à Tertio animæ. Vniiformes autem, vt reor, vocat primam Angelorum Hierarchiam, quam illi conficiunt ex Ideis, eoque vocant eas Vniiformes, id est, similes ineffabili Vnitati. Secundos sentit, secundum ordinem Angelorum, qui creantur à Mente. Tertius est ordo animarum, qui ab Anima prima ferantur, creantur. Is inquam ordo non est Platonius, etiam ex parte verus. Et ratio clamat ex dictis eorum, ordinem non esse ita præfixum, vt

Resutat Proclus qui à Platonis doctrina desciverit.

Vna est eadem autoritas Mentis & Principij.

Comment. in Somnium Scip.

Tria principia Platonis: Vnitas, Mens, Anima.

hoc fiat à Mente, hoc ab ineffabili Vnitate, illud ab Anima: quippe quot fiunt ab vno, D totidem fiunt ab altero: totaque creatio à cunctis vetustissimis theologis visibilium & inuisibilium, ascribitur Menti. Hoc etiam Proclus fatetur, in primis verbis Animarum & corporum, totius scilicet sensibilis mundi assignabat Menti creationem. In vltimis dicit à Mente procedere νοερός, nimirum cunctos ordines Angelorum. Sic etiam diuus Paulus, vt sæpe videmus, docuit hunc esse primogenitum, principium omnis creaturæ, per ipsum extitisse visibilia & inuisibilia, siue thronos, siue potestates, siue dominationes, siue virtutes. Hæ sunt Angelicæ gentes, tota cælestis Respublica creata à Mente, summa Sapientia, & intellectu, omnium intelligentiarum creatrix, ipsa prima Sapientia arce & fastigio intelligentiæ. Quocirca nullus superest Angelorum ordo, & eorum, qui dicuntur νοεροί, quin creentur à Mente. Sed aperiam huius sermonis apud Platonicos causam, cur ab ineffabili Vnitate producant primas vnitates, primam Hierarchiam. Ea videlicet est, quoniam conficiunt ex Ideis hanc Hierarchiam. Ideas autem ferunt à summo Bono habere principium, easq; dari Menti creatrici. Sed norint posteriores Platonici, nihil tale dixisse Platonem, qui rectà, & expedite principatum, autoritatemq; cunctarum rerum assignat Menti in Timæo: in Epistola vocat principem præsentium, & futurorum: rursus in secunda Epistola, tres omnium rerum declarat, adorat, consalutat Imperatores. Verus autem istorum Regum imperatorumq; ordo, iuxta Platonem, & veritatem, & vt ipsi Platonici sponte sua fatentur, est, quod omnes sunt Reges, & Principes visibilium, & inuisibilium, omnium tres causæ, tria principia, tres E fontes, sed vt vnus, vt vna Diuinitas, vnus consensus. Gradus autem est inter eos, quod primus est, ineffabile Bonum, Vnitas eminentissima, cui Filius etiam in hoc mundo omnes honores acceptos referebat, eumq; vocabat Patrem, & Glorificatorem suum: ab illo data sibi omnia: nihil habere se, quod non accepisset ab eo: se esse lumen ex illo lumine: omnia quidem habere se, sed ab eo, non eum à se. Attulit pulcherrimum, quoad licet ex mortalibus nosse immortalia, Athenagoras exemplum, in oratione ad duos Imperatores, patrem & filium. Pater erat Antoninus Pius, erat ei filius Augustus, genitus ab eo & declaratus Augustus, Imperatorq; totius orbis. Omnis terra, gentes omnes venerabantur vtrunque, vt vnum Imperatorem. Quidquid iubebat filius, factum erat: quidquid item pater, fiebat extemplò: procedebat filius, venerabantur, adorabant omnes, idq; cupido, & volente patre: similiter procedebat Imperator verus, omnes venerabantur, etiam filius. Filius venerabatur patrem, non pater filium, sed tanta charitate filium diligebat pater, vt ille suæ delitiæ essent, sua voluptas & gaudium, vt dederit ei quidquid ipse esset. Genuerat eum, tum Imperatorem declarauerat, totius orbis potestatem tradiderat, omnes illi parere iubebat: quidquid honoris impenderetur filio, sibi collatum prædicabat, præ se ferebat: nihil erat reliquum, quod filio non tradidisset. Est igitur, vt docui, & vt declarem Platonem, & Platonicos, gradus in illis, quod principatus, & summum, est ipsum Bonum, ipsa ineffabilis Vnitas, principium, fonsq; omnium, etiam Mentis, tum Mens ab illo generata, tum anima. F Proprerea sunt omnia circa tres Reges, sed principaliter circa Primum, secundo circa Secundum, tertio circa Tertium. Hunc ordinem verum viderunt propemodum, ostenderuntq; Platonici, quoniam à Primo gignunt omnia, etiam ipsam Mentem, à Secundo quoque præcipuè vitas, animas, corpora. Nam etiam apud nos maximè datur Filio cunctarum visibilium & inuisibilium rerum creatio, raroque audimus creatorem mundi Spiritum sanctum, etsi audimus Deum. Hunc igitur Tertium quasi faciunt (quod nota supra tantopere vociferatur Theologia) fontem animarum. Est enim Anima illa, Spiritus sanctus, vt apparet, & vt docuimus vbique. Spiritum autem nos viuificantem, creatorem, fatoremq; animarum dicimus: Tu Paracletus diceris, donum Dei altissimi, fons viuus, ignis, charitas, & spiritalis vnctio. Ecce igitur, quanto miraculo, quo stupore digna res sit, ante Christi aduentum, antequam Mens maxima venisset in mundum, audiebantur, noscebantur illa tria principia, triplex illa maiestas, trina Diuinitas. Quin etiam gradus inter eos habuerè notos, primum altissimum, venerabilissimum, Δόξαν, ineffabilem, & quod in ἀβάτοις, inaccessis, in caligine habitaret, dicentes. Eoque non erat hominibus notus, vt dixit Chaldæus, & Plotinus, & diuus Ioannes, Deum nemo vidit vnquam. credebantq; vt credit cæca semper, & infelix semper Hebræorum natio, Creatorem esse primum illum, non habentem ante se quenquam. Ecce diuino munere, & vt

Rom 8. Coll. 1.

Angeli omnes creati à Mente.

Idea à summo Bono.

Ioan. 8. 14.

Athenagora philosophi Christiani similitudo.

Vnitas ineffabilis, principium omnium.

Spiritus sancti appellatio, nomine Anima.

Dei patrie descriptio.

1. Ioan. 4.

A & vt verè ille inquit, allata de cælo Philosophia, sapientiores audierunt Mentem creatricem, esse secundam ab illo primo, genitum ab eo, ab æterno, genitum Deum, & ipsum omnipotentem. Triaque principia velut nunc, quo tempore claruit arcana illa, paucisq; olim nota Sapientia, norant sapientes. & Plato non fuit prior huius Sapientiæ repertor, sed eam didicit ab Ægyptiis, à Chaldæis, ab oraculis, quæ & hæc, & alia innumera cecinerunt. O cæcas igitur mentes Hebræorum, super quibus nemo cordatus lacrymas continere possit vnquam. Hæc enim Mens est, quæ creat mundum apud Moses, loquitur cum Adam, visibilem se reddit Abrahæ, apparet Mosi in rubo, dat ei leges, cæteraque exequitur apud Prophetas. Idcirco vocatur à Philone etiam Iudæo ὑπαρχος, minister, nuntius, legatus, vt vocat Lactantius. Mittebatur enim ab illa ineffabili, & arcana Vnitate, à summo Bono Patre suo, qui habitat ἐν ἀβάτοις, in abditis, inaccessis, arcanis, & quem ait Philo non decuisse venire ad homines. Is autem erat, estq; vt Paulus vocat, μεσότης, mediator, internuntius inter nos & ineffabile Principium. O sanctissima, diuinissima, prima Mens, generis humani creatrix & redemptrix, quæ fuit clementia, bonitasq; tua, vt venires in mundum, vt nos efficeres Deos, facta ipsa homo, & quæ te semper mundo declarasti, ea miserata peccata nostra, reuoces nos ad te, efficiasq; vt te in tua claritate, ac diuinitate videamus.

Mens creatrix.

Mens se visibilem fecit quibus.

Gene. 3. 15. Exod. 3. Lactant. 4. de Vera sapientia, cap. 17. 1. Tim. 2. Hebr. 8. 9. 12

B Quod Proclus testatur Platonem de tribus Regibus in Epistola sensisse: & de nominibus, quibus describitur ineffabile Principium, nempe Deus Pater.

C A P V T I X.

ESTATVR item eodem libro Proclus explicans Theologiam Platoniam, dogmataque Platonis proponens, eum in Epistola de tribus Regibus, siue Imperatoribus fuisse locutum, εἰ δὲ βέλτερον τριτὴν τάξιν καὶ τοὺς ὀπίσθους πέντε, παρ' ὅσον δυνατὸν εἰς τὴν τοῦ θεοῦ ὑπερῆμεν ἀναπέμψασθαι, καὶ γὰρ τοῦ τριτοῦ βασιλέως ἐν ταύταις εἴρηται: iuxta tertium ordinem, si velis, etiam Epistolas, ex quibus fas est ad scientiam Diuinitatis ascendere, adhibe. Etenim de tribus Regibus, in his locutus est. Ecce Proclus consentit cū cæteris Platonis, Plotino, Porphyrio, Theodoro, Amelio, super trina maiestate, ac Diuinitate, super tribus omnium rerū Imperatoribus, de quibus asserit sensisse Platonem: Platonem autē eo ipso libro fatetur à Pythagoricis, Pythagorā ab Aglaophemo, & Orpheo didicisse. ἅπαντα γὰρ ἢ παρ' ἄλλοις θεολογία, τῆς ὀρφικῆς, ἢ παρ' ἄλλοις, μὴ πυθαγορῆος, παρ' ἀγλαοφήμου τοῦ τοῦ θεοῦ ὄργανα διδάχθεντος, δεύτερον δὲ πλάτωνος ὑποδείγματι, ἐν τῆς πυθαγορείου καὶ τῆς ὀρφικῆς γραμμάτων. Omnis enim, inquit, Græcorum Theologia, nata est ab Orphei mysteriis. Primum enim Pythagora ab Aglaophemo sacra Deorum edocto, secundus Plato secutus est, hauriens hæc à libris Pythagoreorū, & Orphei. Non primus igitur de tribus Regibus est locutus Plato, sed priores Ægyptij, Orpheus, Pythagoras. Idemq; Proclus è sententiâ Platoniorū, omniumq; ante eum Philosophorū ex Parmenide Platonis & omni alia Philosophia eius, elicit duo summi Patris genitorisq; Dei peculiaria nomina, ab omnibus seculis, à Chaldæis, Ægyptiis celebrata, nouissimè Græcorū sermonibus trita. Sunt autem Vnitas, Bonum: de quibus ipse: διττὸς ὁ πρότος τῆς τῆς ἐνός ἐνδείξεως, διττὰ ὀνόματα τοῦ θεοῦ διδασκῶν ἡμῖν ὁ πλάτων τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἀρχῆς. ἐν πολιτείᾳ τὸ ἀγαθὸν καλεῖ, καὶ τῆς ἀληθείας τῆς ἐν ἕσθῃ τὸν τῆς ἐν, καὶ τὰ νοητὰ πηγὴν ἀποδείκνυσσι, ἐν παρμενίδῃ ἐν ὀνομασίᾳ. καὶ τῆς ἐνάδαυ ἀποφάνει τῆς θεῶν ὑποστατικῶν: Duo modi sunt, quibus Vnitas ipsa demonstratur. Duo nomina tradit nobis Plato, huius ineffabilis Principij. In Republica Bonum vocat, & veritatis, quæ Mentem vnit, & intellectualia, fontem demonstrat. In Parmenide vocat Vnitatē, ostendens eam creatricem diuinarū vnitatum. Sic ille. Diuinæ autem vnitates sunt Angelici chori, quos in nouè distinguit Proclus, secutus, vt arbitror, & vt Græci suspicantur, Dionysium: deducit eos tamen ex Platone. De quibus aliàs. In his apparuit eū præferre Vnitatem ipsi Menti, quam sibi vniat, & copulet Vnitas ipsa. Sicq; apparēt duo Pater & Filius, Vnitas, & Mens. Latissimè verò, & pulcherrimè disputat de Vnitate, probans eam esse Principium, sine qua nihil possit existere, applicans vniuersalem omnium rerum de Vnitate considerationem, ad illud ineffabile Principium. Pulcherrimeq; addit duo hæc nomina: alterū esse productionis manationisq; Vniuersalis, Bonū: alterum conuersionis

Vnde nata Græcorum theologia.

Vnitas, & Bonum.

6. de Repub.

Vnitas Menti præfertur, & cur.



Nomen pro-  
ductionis &  
conuersionis.

Arguuntur  
Christiana  
religionis re-  
prehensores.

Vnde Proclus  
suam Theolo-  
giam hausit.

Omnes An-  
geli pendunt  
ab unitate 1.  
Deo.

Vnum &  
Bonum.

ad ipsum, & vti caput & fontem, Vnitatem. Sic Genitor, & Pater est Bonum producens D  
omnia, origo, fons omnium, est item Vnitas, coniunctio, connexio, ad quod omnia pen-  
dent, tendunt, aspiciunt, vniuntur, diuisa viuere non possent, prima, sempiternaque con-  
iunctio, est ipsius Mentis, ceterorum alio modo, vti ad creatorem, autoremque suum. Mi-  
rabilis, digna cultu, & adoratione Philosophia. Et hanc Proclus non Christianus, imò  
Christianis inimicus, proponit ex Platone, antiquisque. Igitur eorum inficitia, qui Chri-  
stianam religionem omnium sapientissimam, velut anilem superstitionem irridentes,  
nesciebantque eam venerari, cum primis hanc Philosophiam, solamque eam veram eius ef-  
fe possessionem & alumniam, in cuius vnus thesauris perfecta tantorum mysteriorum  
contineretur sapientia, coarguitur. Sed ea quæ de primo illo rerumque omnium supre-  
mo, ac supermundano principio, cuius tanta sit maiestas, vt ab omnibus distet in infini-  
tum, dignissima Theologia nostra, & de fontibus eius quedam haufit ab eodem Proclo,  
audire pulchrum est: Nulla, inquit, res est ex omnibus, quoniam ab illa procedit omnia.  
Principium enim est omnium, & eorum quæ sunt simul, & eorum quæ non sunt. Omnia  
procedunt ab illo, & ad illum conuertuntur. Hæc Proclus, quæ sine dubio sunt ea, quæ  
prior Dionysius, à quo Græci suscipiuntur Proclum Theologiam suam deduxisse. Diony-  
sius in principio sui libri: παρσυνήτη φωτοφαιέας παρσόδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότης φοιτῶσα, πάλιν  
ὡς εἰσοποδὸς δυναμὶς ἀναταπικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ, καὶ ἑπιτρεφεί παρσὸς πλὴν τῆς ζωαρχοῦ πατρὸς ἐνό-  
τητα καὶ θεοποιὸν ἀπλότητα, καὶ γὰρ ἐξ αὐτῆς τὰ πάντα, καὶ εἰς αὐτὴν. Quod est, Processus à  
Patre manantis luminis, perueniens in nos ex bonitate, rursus vnica virtus, extente E  
vos replicat, & conuertit ad Vnitatem Patris vnifici, & Deificam simplicitatem. Etenim,  
vt ait sacra Theologia, Ex ipso, & in ipsum. Proclus autem: ἕδεν ὅτι τῆς πάντων, ὅτι πάν-  
τα ἀπὸ αὐτῆς, παρεληλυθεν. ἀρχὴ γὰρ ὅτι τῆς πάντων, καὶ τῆς ὄντων ὁμοῦ, καὶ τῆς μὴ ὄντων, καὶ  
δ' αὖ τὸν ἕτερον, πλὴν παρσὸς αὐτῆς παρελθόντων ἑπιτρεφῶν ἀπεκονίεται: Nihil est omnium,  
quoniam ab illo omnia, principium omnium, quæ sunt, quæ non sunt. Alia rursus ratio-  
ne conuersionem ad ipsum, eorum quæ processerunt, ponit Plato. Ecce processus, & re-  
ditus ad suum caput, & initium. Nam subdit: Ἐδοῦται οὖν καὶ παρσείσιν εἰεῖθειν, καὶ ἐπέτρεψεν παρσὸς  
ἐκεῖνο: Hæc, ait, & procedunt illinc, & reflectuntur ad ipsum. Nimirum igitur quod Pau-  
lus, Ex ipso omnia, & in ipsum. Postea subdit Proclus: Qui igitur modi sint docendi de  
primo, & quibus ipsum nominibus Plato significauerit, & vnde nomina, & modos hos,  
ineffabilis & incognitæ omnibus demonstrationis acceperit, ex his arbitror perspicuū.  
Ostendit in aliis admirabilem ad omnes res & capita eorum excellentiam Plato. Omnes  
Deos, id est, Angelos, ad vnā Vnitatem congregari, pendere ex Vnitate. Hæc etiam di-  
xit Dionysius: ὁ τῆς χαλῶν πάντων ἀγίος, εἰς πάντα καὶ κατάλαμπων τῷ θεῷ φωτῆ: Bonorum au-  
tor omnium, in omnia irradians lumine diuino. Sciendum autem hæc duo nomina sum-  
mi Dei apud Platonem, Vnum & Bonum, à Chaldæis primò tradita, quod Psellus testa-  
tur: μίαν ἀρχὴν τῆς πάντων δοξάζουσι, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἀγαθὸν ἀπομύθουσι: Vnum principium  
omnium opinantur, vocantes Vnitatem, & Bonum. Idem Mercurius, quod μονὰς sit radix,  
cuius excellentiam inenarrabile dicunt, sicut & nostri ἀπελήγητος τῆς καρπῆς ἀρχῆς παρ-  
σολῆ. Hæc igitur sunt ea quæ sæpe nostri dicunt, Patrem esse fontem, & principium to-  
tius Deitatis, duorum scilicet Imperatorum, Mentis & Animæ.

De tribus item illis altissima Procli Theologia, mysteria Platonis interpretan-  
tis: & quod Platonici faciunt tria principia, quorum primum gignat se-  
cundum, tertium sit habitus amborum.

C A P V T X.



ODEM libro de Theologia Platonis Proclus diuine de tribus hisce  
principiis loquens, de Platone & veris amicis eius: τρεῖς ποῖσι τὰς ἀρχὰς  
πολλαχῶς, ἀγαθὸν, ἕν, ψυχὴν. πᾶν τὸ ὄν ἕν παρσασταρφεύοντες. τὸ μὲν δὴ παρσά-  
τοι, καὶ ἀμειβόμενον ἐν ἐπιφαιέ τῆς ὕλων παρσὸς ἀρχῆς καὶ τῆς μετεχόντων μόνου, ἀλλὰ  
καὶ τῆς μετεχόντων ἐνάδων, ἕμνηται ἀπὸ τῆς καρπῆς ἀποδύσεως, πάντων μὲν  
ἀρήγτους ἀγίον ἀποπεφασμένοι, αὐτὸ δὲ ἐν ἕδενι δὴ τὸ πάντων ἀφωσμένον, ἕδενι  
δυναμὴν ἔχον, ἕδενι ἰδιότητα συγχεῖ παρσὸς τῆς ἀλλῆς θεῆς. μετὰ δὲ τῆς μόνου  
καρπῆς καὶ ὑπαίφου, καὶ ἀμειβόμενον παρσὸς πάσας τὰς ὑπαίφους, εἰὸς ὅτι μετεχόντων μὲν παρσὸς  
καὶ ἀπὸ

Αὐτὸ δὲ αὐτῷ ἀποδύσεως πλὴν παρσάτοι, καὶ ἀμειβόμενον τῆς καρπῆς ἀποδύσεως ἀπὸ τῆς  
καρπῆς εἰδος. αὐτῆ δὲ ἀποδύσεως ὑπαίφου, καὶ τῆς καρπῆς νοητῆς τριτάτου, διὸ διττῶν ὄντων, ἐν τῇ  
καρπῆς τριτάτῃ, τῆς εἰδος, καὶ τῆς ὄντος, καὶ τῆς μὲν γενεῆς, τῆς δὲ γενεῆς, καὶ τῆς τελείσεως, τῆς δὲ  
τελείσεως, δὲ ἐν καὶ πλὴν μέσων ἀμφοῖν ὑπαίφου δύναμιν, δι' ἧς τε καὶ μετ' ἧς, τὸ ἐν ἀποδύσεως ὅτι  
καὶ τελειώσεως τῆς ὄντος. ἢ τε γὰρ παρσόδος ἀπὸ τῆς εἰδος, καὶ ἡ παρσὸς τὸ ἐν ἑπιτρεφῆ τῷ ὄντι ἀπὸ τῆς  
δυναμῆς. πὶ γὰρ (ὡς τῷ ἐν τὸ ὄν, ἢ μετεχόντων ποιεῖ τὸ ἐν παρσὸς τῆς ὄντος, πλὴν τῆς δυναμῆς,  
παρσόδος γὰρ ὅτι τῆς εἰδος, καὶ ἕκτασις ὅτι τὸ ὄν. τριτάτος ἐν ὅτι αὐτῆ, τῆς νοητῆς ἀκρότης, τὸ ἐν, ἢ  
δύναμις, τὸ ὄν, τὸ μὲν παρσὸς, τὸ δὲ παρσὸς μόνου, ἢ δὲ ἐξηρημένη μὲν τῆς εἰδος, συμπεφορμῆ δὲ τῶ  
ὄντι. τριτάτος ἐν αὐτῇ καρπῆς νοητῇ, τὸ ἐν, τὸ ὄν, καὶ ἡ εἰδος ἀμφοῖν, δι' αὐτῆ καὶ τὸ ἐν, τῆς ὄντος ὅτι, καὶ τὸ  
ὄν, τῆς εἰδος: πᾶν γαμματῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἐνδεκαμυθίας τῆς πλάτωνος, ὅτι καὶ ὁ πατήρ τῆς κα-  
τῆρ ὅτι, καὶ ὁ υἱὸς τῆς πατρός, καὶ ὡς ἡ δύναμις ἀκροῦται μετὰ τῆς ἀκροῦ. Tria, inquit, princi-  
pia multis in locis faciunt, Bonum, Mentem, Animam, omne quod est, Mentem appel-  
lantes. Primum, ac præcipuum & imparticipabile, Vnum, ultra omnia præexistens, non  
modò vnitates eas quæ participant, sed etiam quæ participantur, laudatur per primam  
suppositionem. Quod omnium quidem ineffabiliter causa demonstratur: ipsum autem  
in nulla re existens, & ab omnibus segregatum: nullam virtutem habens, neque proprie-  
tatem propinquam cum cæteris Diis. Post hoc autem, singulariter super substantialia, &  
supereminens, & imparticipabile ad omnes substantias, Vnitas est, participata quidem  
ab eo quod est, & circa ipsam primam substantiam subsistens, abundansque adiectione  
participationis huius, quod primo Vnum est. Hæc autem est super substantialis existen-  
tia, & primæ intelligibilis Trinitatis. Duobus igitur his existentibus in prima Trinitate,  
nimirum Vnitate, & Ente, primaque gignente, secundo generato: & illa quidem perfici-  
ente, hoc autem perfecto: oportet sanè mediam amborum existere potentiam, per  
quam, & cum qua, Vnum substantificum est, & perfectum ipsum Entis. Nam & proces-  
sus est ab Vno, & ad Vnum ipsius Entis conuersio per potentiam. Quid enim aliud cum  
Vnitate Ens, aut participatum facit Vnum ab Ente, quàm potestas? Processus enim est  
Vnitatis, & extensio ad Ens. Trinitas igitur est hæc, intellectualium fastigium. Vnitas,  
potentia, ens. Alterum producens, alterum productum: Potentia verò pendens ab vno,  
coniuncta cum Ente. Trinitas igitur hæc prima intellectualis Vnitas, Ens, & habitus am-  
borum, per quem & Vnitas Entis est, & Ens Vnitatis. In his stupendè demonstrante Pla-  
tone, quòd & Pater, Mentis est Pater, & Mens Patris, & quòd Potentia occultata est in-  
ter suprema. Hucusque Proclus. Quæ facillè patebunt, si totius dogmatis, quòd superius  
ab omnibus Platonicis asserbatur, ordinem meminerimus. Nomen Patris æterni, pri-  
mæque originis & fontis totius deitatis est Vnitas. Nomen coæternæ Proles, est, Ens, sub-  
stantia, Mens. Nam etiam Proclus affirmat Platonem ostendisse Mentem Patris esse, Pa-  
trem autem, Mentis genitorem, ceu correlatiua sint Pater & Mens, inter quæ sit poten-  
tia, quæ dicitur à nostris Amor vtriusque, Processus ab vtroque. Duobus nominibus ap-  
pellat Spiritum sanctum, Animam, Potentiam. Hæcque tria coæterna, ineffabilia princi-  
pia dicuntur, Bonum, Mens, Anima. Dicuntur Vnitas, Ens, Potentia. Dicuntur tres Im-  
peratores, tria Numina, tria Principia. Dicitur Secundum à Primo Patre, & Genitore suo  
nasci: Tertium dicitur Potestas, Habitus amborum. A nostris Amor, Processus ab ambo-  
bus. Dicitur ipse Genitor, Fonsque totius Diuinitatis, segregatus ab omnibus, altissimus,  
ultramundanus, ineffabilis, à cæteris Diis disunctissimus, supra omnia incommunicabi-  
lis, imparticipabilis. Dicitur item Vnitas aut Pater gignere. Ens autem, vel ipsa Mens, &  
Substantia, gigni. Vocatur enim, vt sæpenumero dixi, secundum principium τὸ ὄν, ipsum  
Ens. Et Proclus ipse declarat appellari à Platonicis Mentem πᾶν τὸ ὄν, vniuersalem exi-  
stentiam. Est autem Vnitas participata Mens ipsa, quia Filius est imago Patris, character  
substantiæ, splendor claritatis eius. Proles ergo est Vnitas, est eadem atque Genitor sub-  
stantia, sed genita tamen, & manans ab illo. Ob id Vnitas participata. Dicerent nostri,  
Vnitas genita, non ingenita, quemadmodum prior, sed Vnitas tamen, quòd substantia  
sua est substantia Vnitatis. Perficitur item Secundum à Primo, & substantialiter manat,  
quòd omnia bona Secundi sunt à Primo. Repetit eadem tria principia, quorum Primū  
generet, Secundum generetur, Tertium verò à Primo, & Secundo est, amor vtriusque  
potentia. Hæc illi constanter asseruerant, & Platonem ea mirabiliter docuisse prædicant.  
Admiranda profectò mysteria.

Tria Princi-  
pia

Processus v-  
nitatis ad ens.

Vnitas entis,  
& ens vni-  
tatis, est.

Nomen Pa-  
tris, Vnitas.  
Nomen pro-  
lis, Ens &  
Mens.  
Amor, spiri-  
tus sanctus.  
Nomina Dei,  
trini & vni-  
tatis.

πᾶν τὸ ὄν.

De tribus subsistentiis, siue principiis, ex Plotino: & quod non sint plura, neque pauciora. Et quod hæc cognitio potius diuina est, quam ratione demonstrabilis.

CAPVT XI.



ED quoniam Plotinus, præter ea, quæ paulò antè posita sunt, multa diuinitus de tribus hisce Principiis, aut Numinibus ex Theologia Platonis, aliorumq; qui ante eum floruerunt Platoniorum scripsit: è quibus, Porphyrio teste, fuerunt, quorum scripta assiduus legeret. Seuerus, Cronius, Numenius, Gaius, Atticus, Longinus, Philarchæus, qui, sicut ante hos omnes clarissimus Philo mira, & inaudita quædam de Verbo diuino, ac Progenie diuina tradidit, sic prodidere istius modi plurima: examinanda sunt ea, & proponenda, vt totius veritatis concentus, perpetuâque ab initio generis humani veræ theologiæ successio audiatur. In libro contra prognosticos: ἐπειδὴ τοίνυν ἀρετὴ ἡμῶν ἢ τῆ ἀγαθῆ ἀπλῆ φύσις καὶ ἀρώτη. πᾶν γὰρ τὸ ἐ ἀρώτων, ἔχον ἀπλῆν, καὶ ἔδον ἔχον ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ἐν πῶ, καὶ τῆ ἐνός λεγομένης ἢ φύσις ἢ αὐτῆ, καὶ γὰρ αὐτῆ ὅσα ἄλλο, εἴτα ἐν, ἔδῃ τῆτο ἄλλο, εἴτα ἀγαθόν, ὅταν λέγωμεν τὸ ἐν, καὶ ὅταν λέγωμεν τὸ ἀγαθόν, ταύτῃ δὲ νομῶμεν πλὴν φύσιν, καὶ μίαν λέγου, ἔχον τῆροφόντος ἐκείνης ἔδον, δηλοῦντας δὲ ἡμῶν αὐτοῖς ὡς οἴοντε. καὶ τὸ ἀρώτων δὲ ἔπος, ὅτι ἀπλῆστατος, καὶ τὸ αὐτάρκες, ὅτι ὅσα ἐν πλεονῶν. ἔτα γὰρ ἀναρτηθῆσαι εἰς τὸ, ἔξ ὧν, καὶ ὅσα ἐν ἄλλῳ, ὅτι ἐ πᾶν ἐν ἄλλῳ, καὶ πᾶρ ἄλλῳ. εἰ δὲ μὴ πᾶρ ἄλλῳ, μὴδὲ ἐν ἄλλῳ. μὴδὲ (ὡς θεοὶς μὴδὲ μία, ἔ τὸίνυν δὲ ἐφ' ἐτέρας ἀρχαῖς ἰέναι, ἀλλὰ τῆτο παρρησιασμένης, εἴτα νῦν, μετ' αὐτῷ, καὶ τὸ νῦν ἀρώτων. εἴτα: μὴ γὰρ, μετὰ νῦν. αὐτῆ γὰρ τῶς ἐξ ἑαυτῆς φύσιν, μὴτε πλεονῶν τῆτο ἢ ἐν τῷ νοτῶ; μὴτε ἐλάττω. εἴτε γὰρ ἐλάττω, ἢ ψυχῆ καὶ νῦν ταυτῆ φησὶσι, ἢ νῦν ἢ τὸ ἀρώτων. ἀλλ' ὅτι ἔτερε ἀλλήλων, ἐδ' ἐξ ἑαυτῆ πλεονῶν. Quæ sunt: Quoniã apparuit nobis Boni natura simplex & prima. Omne enim quod non est primum, non est simplex: Et nihil habens in se ipso alia, Vnum est quid. Et eius quod dicitur Vnum natura eadem. Etenim hæc ipsa non est aliud, deinde Vnum. Neque hoc aliud est, deinde Bonum, cum dixerimus Vnum. Et cum dixerimus Bonum, oportet eandem sentire naturam, & Vnum dicere, non prædicantes de ea quicquam: sed declarantes nobis ipsi, vt possibile est. Ac primum hoc modò, quod sit simplicissimũ, & sufficiens per se, quod non sit ex pluribus. Sic enim attolletur in ea, ex quibus, & non erit in alio. Quoniam quidquid in alio est, etiam ab alio. Si igitur non ab alio, neque in alio quidem sit. Neque compositio vlla. Necessariò est super ipsum nihil esse. Nò est igitur cur ad alia principia eatur: sed hoc preposito, deinceps Mens statuenda, & id quod primo intelligit. Deinde Anima post Mentem. Is enim ordo est secundum naturam: neque plura hic, in intellectu, neque pauciora. Si enim pauciora, aut Animam, & Mentem idem dicet, aut Mentem & ipsum Primum. Sed quòd alia sint ab inuicem, ostensum sæpenumero. Si plura, & cætera, quæ sequuntur, Plotinus ex prisca Platonis, Platoniorumq; omniũ Philosophia, in qua peruenitur ad vnum singulare, simplicissimumq; Principium, Bonum & Vnum: Bonum, quia fons omnium rerum, & principium: Vnum, quia solitarium, simplicissimum, ab omni externa re segregatum, totum ipsummet, non varia natura. Tota vna Bonitas, & vna bona, simplexq; Vnitas. Hæc omnis ratio clara, cui vel ipsa natura facem ac lucem præbeat, vt ab ea ipsa penè declaretur. Huic cum sit summa simplicitas, cui etiã adiunctum quoque est id quod à Philosophis & ab Aristotele inducitur, quod dicitur ab illis αὐτάρκες, per se sufficiens, sibi suppetens, se ipso contentus: consequitur vt nihil habeat aliunde, habens omnia ex quibus possit esse contentus: contentus autem ex se ipso, non ex alienis bonis. Sicq; ascendit, superq; greditur ea, quæ faciunt aliquam compositionem, & farraginem, ac quasi corpus, effugiens eam, imò supergrediens infinita bonitate, & affluentia propriorum bonorum. Efficiturq; vt nec in alio sit, à quo contineatur, nec ab alio procedat. Hoc erit nobis, inquit, primum, ac singulare Principium: post hunc sequetur Mens, quæ vocatur à sacra Philosophia Sapientia. Hæc dicitur primò sapere, primò & principaliter intelligere, quia vt Chaldaus dicebat, vocatur à cunctis hominibus prima Sapientia, prima Intelligentia. Vocatur autem, quia nesciebant eam habere, qui eum antecedit. Istud igitur primum Intelligens, non dicitur respectu Boni ac prioris, in quo est exquisita sapientia, & quem Chaldaus & Trismegistus dixerant, cum esset prima Mens, Intelligentia, genuisse secundam. Dicitur ergo

Omne quod non est primum, non est simplex.

Quicquid in alio est, etiam ab alio est.

Vna Bonitas, simplexque vnitas.

Mens primò sapit.

A ergo primum Intelligens, ratione nostri, sicut habuit peculiare apud vetustissimos nomen Mentis. Subsequitur tertium principium Anima. Hi sunt igitur tres illi Reges, tria Numina, tria Principia, circa quæ cuncta docuit esse Plato. Illud autem in Plotino obferuare operæpretium est: primum quòd hæc ait esse altera ab inuicem: deinde quòd quasi naturalibus rationibus probat necessariò neque plura esse, neque pauciora principia. De primo dicendum: Cum altera fatetur esse ab inuicem, sciendum est, eum non sentire tantam alteritatem, ac diuisionem, quanta diuidat substantiam, duòque separata numina constituat. Quod ne cogitari quidem potest. Nec fuit ferè Philosophorum quiscquam, imò Philosophi nomen mereatur, cui non placuerit vnum caput, vna origo. Cum autem superiores tribuant Menti quanta potest tribui diuinitas, vt quam superius ex sententia Platonis Porphyrius dixerat coæternam, natam ante omnia tempora & sæcula ex summo Bono, eamque dixerat per se Patrem, Principium omnis pulchritudinis, totq; ei dotes tribuerat, quot concurrant ad declarationem primæ, ac sempiternæ Diuinitatis: ad hæc cum Trismegistus, hoc secundum principium, quod & Mens, & Verbum à prisca dicitur, vndique perfectum, opificem mundi, primam virtutem, increatam, ἀπέραιτον, infinitam, perfectissimi Patris perfectissimam Prolem, legitimum Filium, sempiternam originem vitæ, inaugmentabilem, incorruptibilem, sui semper similem, æqualem, qui de naturæ suæ statu nunquam decedat: cum his inquam nominibus appellauerint Mentem, secundum Principium, & cum hæc declarent eandem atque summi Boni Diuinitatem (Nam si summum Bonum describas, non habueris aliud, quod de eo prædices, cogeresq; repetere hæc omnia, quæ Menti tribuisti, eo excepto, quòd Bonum à nemine habet, à nemine oritur) profectò fiet, vt æquè sit Deus Mens atque summum Bonum. Sed cum neque possint esse, neque natura ferat, duas separatas Diuinitates, duo capita, duos creatores, certè non possunt separata dici duo hæc Principia. Huc adde quòd Trismegistus, Porphyrius ex Platone, Philo Iudæus nobilissimus Platonius, hanc Mentem, & secundum Principium vocant, declarant consalutant γνήσιον υἱόν, legitimum Filium, summi Boni. Non possunt igitur esse separati Pater & Filius, cum in vtroque sit eadem Diuinitas, & pater æterno deuictus amore, genuerit, gignatque Prolem, & Proles codem amore ardens, velit nasci. Quæ sunt illi ingenuè confessi. Quare quod Plotinus dixit ἐτερογενεῖ, altera esse ab inuicem: aut intelligendum est, quòd sint duo Principia, sicq; fiat vt sint altera: nostrâque Theologia dixisset emendatius, alteros, quæ nominum distinctio iquenta nondum fuerat. aut si separet eorum substantiam, quæ est Diuinitas, dicam Aristoteli tritum, ἀπαρὲ φιλοσοφίας, caret Philosophia, non sapit naturã, non redolet rationem. Discedit non à consideratione modò, sed etiam à Philosophia maiorũ: cum & Trismegistus & Plato, Mentem, & τὸν αἴτιον, autorem, causam, principem, declarent legitimam Dei, & coæternam progeniem, in quo est coniunctio Diuinitatis. Denique clarus est Plotinus, quid senserit. Nam in libro de Tribus principalibus substantiis expressè confessus, ipsum Bonum, & Mentem, vnum, idemq; esse, vt apparuit in primo libro. Alterum quod aduertendum est in Plotino, quibus vtitur rationibus, quibus probet nec plura, nec pauciora esse Principia, non esse omnino, vt Græcis nonnullis item videtur, synceras, vetustamque Philosophiam redolentes, sed habere aliquid commentitium. Reuelata est, & prædicata ineffabili modo Diuinitas trium Numinum, tres Reges, aut Imperatores: quomodo autem sint, & quæ causa faciat vt sint tria, non plura, aut pauciora, non credo mortalem scire posse, fortasse nec Angelum. Minus item fas est, deducere prorsus ex consideratione & creatione rerum nostratium, hoc triplex imperium: quia videretur æterna principiorum, & causatorum connexio. Quare fatendum est supergredi mentem humanam rationem trium Numinum: datam autem diuino munere terris hanc lucem, vt Deum suum noscerent. Ad hæc, huius sententiæ Plotinum fuisse, non esse duo illa, substantia separata, probabo ex verbis eius, quibus in primo libro eximiis laudibus eam quæ vocatur Mens, extulerat. Atque ibi vocauerat secundum, & primum Numen, quod hic ἐτερογενεῖ. Necnon genitam Mentem à primo dixerat, sed primum non indigere secundo, secundum autem primo, quia nascitur ab eo. Quibus apparet eum non separationem quasi duorum hominum, sic duorum Deorum induxisse: sed vt duorum, quorum cum sit eadem omnipotentia, maiestasq; sit item necessariò Diuinitas, voluntas, consiliumq; idem. Quod quoniam difficile ab hominibus

Philosophi omnes ad vnum principium reuertuntur omnia.

Nò sunt duæ diuinitates, neque duo creatores.

Non separantur Pater & Filius.

Fides & ratio seu persuasio de Trinitate, data non ex hominum instituto, sed diuino munere.

intelligitur, defunt verba, quibus exprimat, sicut nec perfectè contingit cogitatio. D Quocirca nominibus, & modis vsitatis vtentes dixerunt eos duos Deos.

*Profunda Theologia Plotini de tribus Subsistentiis: Et quòd à Primo sit omnis sapientia Diuinitasq; Secundi.*

C A P V T X I I.



*Mens genitrix Anima.*

*Nemo vitam inspirat nisi Deus. De vniuersitate.*

*Boniforma existètia.*

LOTINVS item scripsit librum *de τριών ἀρχῶν ἐποποιεσῶν*, de Tribus principalibus Subsistentiis, in quo summum Bonum, ipsamq; excellentissimam Vnitatem, ex prisorum Philosophia facit primam hypostasin, secundam ipsam Mentem, Tertiam Animam mundi, vt superius ostensum: Animamque viuificatricem, animatricem omnis vitæ; nullum toto mundo esse animal, quod non acceperit ab ea vitam, ab hac omnem vim substantiamq; omnem suppetere: sine ea cælum nec vim habere potuisse viuificantem, nec motum, quòd ea sit omnis mundi concitatio, cuncta complexa, similis genitori suo Menti: præcipuè enim prædicat Mentem genitricem Animæ: eamque vocat Imaginem Mentis, vt verbum simulachrum animi, innuens sic propè produci animam à Mente, sicut ab animo producit oratio: nostrarumq; litterarum est, imaginem vtriusque esse Spiritum. Item Plotinus esse ipsam operationem, opus ipsius Mentis, Subsistentiamque eam à Mente esse. Illud, vt dixi, non est verum, nec clarè comprehensum à Plotino, Opificem Mentem, cuncta, etiam Animam creasse. Quasi satus vnus fuerit rerum atque Animæ. Nam si Principium, si Rex est tertius, si Deus, vtique sempiternus. Et si Plotinus longè differre naturam istius Tertij à cunctis rebus creatis contendit, certè differt, quia Deus. Et si dat vitam, dat morum, fecit moueri cælum, quo modo fecisset, nisi Deus esset? Quis enim largiri potest, & inspirare vitam, præterquam Deus? Et quis potest omnium animalium esse animatio, nisi Deus? Cuius est omnium rerum continuatus motus, nisi Dei? Et si is est, vt Marcus Tullius ait, Spiritus diuinus, num Deus vnquam sine Spiritu suo potuit esse? De Mente quoque loquitur ea, quæ superius, ipsam à bono nasci, perfectum à perfecto, magnum à magno, secundum à primo, numerum ab vnitatem simplicissima, Mentem gignere τὸ δὲ, ipsum Ens cogitando, insidere ei speciem, formam, essentiam cunctarum rerum. Perfectissimum esse Bonum, maximum autem & secundum post Bonum, esse Mentem, Mentemq; eum aspicere, & indigere eius, Bonum Mentis minimè. Quod ab optima Intelligentia, vel Mente generetur, Intelligentiam vel Mentem esse. Patrem scilicet, vt dicebat Chaldæus, esse optimam Mentem, siue Intelligentiam, quæ optimum tantundem genuerit secundam. Meliorem esse omnibus Mentem, sicut post Mentem sit Anima vt Verbum eius, quasiq; simulachrum, quæ & in ipsam Mentem respiciat, eamq; desideret. Esse autem vnum, idemq; solaque alteritate differre, Genitorem ac Genitum. In libro autem, quem inscripsit, Quo modo constitit Idearum multitudo, & de Bono, hæc ad alia inquit: Vestigium vitæ est etiam vestigium Mentis. Illic autem archetypum boniforme: quoniam in speciebus bonum habet. Alterum enim est Bonum, alter autem Bonus, in speculando vitam habens: speculatur autem Boni boniforma existètia, quæ considerantur & ipsa, quæ possedit, quando speculabatur Boni naturam. Venit autem ad ipsum, non tanquam illic esset, sed vt ipse habuisset. Principium ille est, & ex illo in isto: & iste qui fecit hæc ex illo. Neque enim fas erat respicientem in illum, nihil intelligere, neque rursus ea erant in illo. Neque enim ipse generabat. Vim igitur ad generandum habuit ab illo, quæ non habebat ipse: sed ex vno ipso, multa huic. Hæc Plotinus. quorum est sensus, omnem sapientiam, omnem creandarum rerum scientiam, & potentiam, omnem prolificatorem, fecunditatem, plenitudinem bonitatis Mentem habere à Genitore suo, quem respiciens fiat sapiens, à quo perueniat in se tota bonitas eius & sapientia. Ille Principium. In Mente est archetypum boniforme, quoniam archetypum est vniuersalis rerum substantia, contenta in aeterna Mentis sapientia, eaque à Patre est in Filio, quem pater genuit sapientissimum. & quia non est aliud archetypum, nisi ipsum Verbum, & Mens: Verbum autem est boniforme, hoc est, simillimum Patri suo Bono, ea de causa archetypum etiam est boniforme. Nec aliud est archetypum, quam

Aquam ipsa Mens boniformis. Est igitur hoc archetypum formarum plenitudo, & ipsa Mens. Primus quidem & summus Genitor est ipsum Bonum: Filius autem est bonus: nempe nescio quid plenius ipsum Bonum, quam bonus, quod est accepta bonitas, à bonitate illa prima. Bonus qui est ipsa Mens, vitæ habet in speculando, vt Aristoteles etiam dixit, speculando inquam Patrem suum, sequere ipsum. Speculatur autem, vel contemplatur seipsum, quando plenitudinem Diuinitatis suæ, & omnem scientiam contemplatur, quam à Patre, & ipso Bono habuit, per generationem, & contemplationem. Itaque & se ipsum, & Genitorem ipsum contemplatur. Omnis autem doctrina Filij venit à Patre, qui Principium est, à quo in Secundo sunt omnia, creauitq; Mens omnia, ex Patre nata vim & sapientiam, ac facultatem. Accepit igitur à Patre cunctam generandi, siue creandi vim, & potentiam, quam sine illo non habuisset, vt rectè possit dici ex genituris, & viribus Dei, id est, à Deo, sapientissimam Mentem, quam genuit Deus, mundum fecisse. Hæc q; fuit verissima causa mundi, & hæc duo principia, velut vnum: quoniam non sunt duo Dij separati, sed Secundus à Primo natus, & cum eo bonis sempiternis locupletatus. Paulo inferius similia refert Plotinus: Repletus quidem, vt habeat, quod aspiciat. Respicens autem ipsa cum lumine, ab eo, qui dedit illa, & hoc reportans. Ob hoc non solum dicitur substantiæ, sed vt videatur ipsa, causa ille. Sicut Sol, vt videatur à similibus, & vt nascantur, causa cum sit, causa quoque est visionis, qui neque visio fit, neque res ipsa. Sic & Boni natura, causa substantiæ, & Mentis existens, & lumen, ex proportionem his, quæ illic sunt visibilia, & videnti neque entia, neque Mens est, sed causa horum, & vt intelligantur, lumine suo præbens & ipsi Menti, & ipsis entibus. Paulo pòst inquit: Mens generata, ipsa apparuerunt. Venit autem ad Mentem, & vitam, ab illo. Ex efficacia enim ab illo, subsistit. Mens quoque per illum, & Idearum pulchritudo illinc: omniaque ipsa Deiformia, & Vita, & Mens, & Idea. Non procul inde Plotinus: & Mentem quidem supergreditur. Non potest supra Bonum excedere, quoniam nihil est supergrediens. Deinde: Si enim ex hoc omnia, nihil est illo melius: inferiora autem omnia. Optimum autem omnium, quo modo non Bonum est? Et quidem necesse est Boni naturam per se sufficientissimam, & non indigam alterius cuiusquam. Plotinus repletam vocat Mentem, quam prolificis formis à Patre repleti contendunt, affirmatq; Mentem aspicientem, contemplantemq; superiorem, non modò diuina sapientia repleti, sed lucem item inenarrabilem referre. Quocirca Genitorem non modò substantiæ, nempe Ideæ, causam iure vocari, sed etiam autorem, vt ea ipsa videatur, cum nec Idea sit ipse, nec Secundus, proles nec ipse sua. Quemadmodum Sol infundens largam rebus visionem, nec visio est, nec res ipsa: ita patrem cum nec visio, nec res visa fit, nec secundum Mens, præbere tamen vt ea ipsa sint, & videantur. Denique & vita, videlicet fons ipse vitæ proles Dei, Mensq; venit à Primo, per illum & Mens, & Idearum pulchritudo. Proinde Genitori suo Bono assimilantur, suntq; ἀγαθοειδή, Boniformia: tria scilicet, sed vnum, Vita, Mens, Idea. Quocirca supereminet omnia summum Bonum, cuius est, rerum prima & perennis vbertas, ipse nullius indigus. Post multa Plotinus, eodem libro, de pulchritudine summi Boni loquens, quod Plato causam omnium pulchrorum dixit: Quod desiderabile est, inquit, carens forma & figura, omnium est desiderabilissimum, & amabilissimum. Hic enim non amori finis, quoniam nec finem habet amatum. Itaque & amor infinitus, & pulchritudo eius alterius generis, & venustas ante omnem venustatem. Flos & virtus omnis pulchritudinis, pulchritudo καλοποῖς, pulchritudo, principium & finis omnis pulchritudinis, id pulchrum reddens, cuius est principium, innuit autem Mentem à Genitore æterna pulchritudine clarificatam. Effecit autem eum pulchrum, non in figura, & forma, quippe & ipsum clarificatum, figura caret. Itaque sine figura oportet esse φῶς τὸ ἀσώματον, primam naturam, vt non sit mirum, si vehementissimis inflammat amoribus. Quippe & anima cum validum concepit amorem: omnem, quam habet, abiicit formam. Itaque Mens contemplatur, quasi Mens effecta, versaturque in loco eximie venustatis. Sed cum viderit τὸν θεόν, Deum, omnia dimittit, amplectiturq; illum solum, & contemplatur: Vt qui regium intuens palatium pulcherrimum, si prodeat rex, dimissis spectaculis illis, in hunc vnum ora conuertat. Effetq; vera similitudo, nisi quòd is, qui ibi contemplatur, est homo innuens, qui contemplatur supernè, Deum esse. Denique de tribus Numinibus concludit Plotinus, declarans quæ de tribus Regibus in Epistola prodiderat Plato. Neque, inquit, secunda

*Quomodo Deus speculatur seipsum.*

*Vita, Mens, Idea.*

*Pulchritudo pulchritudo.*

*Mens Deum contemplado quid assequatur.*

Omnia in Deū  
desinunt per  
media.

addideris primo, neque tertia secundis: sed secunda circa primum statuas, tertia circa secundum. Sic enim dabis unicuique suum locum, posterioraque illis applicabis, ceu illa circum currant in se ipsis existentia. Quocirca rectè circa omnium Regem cuncta dicuntur esse, & illius nomine omnia, quippe qui causa sit illis existendi, eumque appetant alium ab eis existentem. Itaque Anima ad Mentem, Mentem ad Bonum applicata, sic omnia in illum desinunt per media, alia quidem propius, alia posterius, ad extremam reuocatis sensibilibus ipsam Animam. In libro quoque de Bono, & Vno, de Mente hæc ait: Mentem quietam, & inagitatam motionem dicendum, omnia habentem in seipsa, & omnia existentem, multitudinem inseparabilem, rursusque discretam. Sentit autem Plotinus principium, fontemque rerum, quas sinu & sapientia sua complectatur, Mentem esse. In quibus, & id genus omnibus (paucos enim quasi flores, ex amœnis cãpis decerpfi) etsi haud asseram purissimum veritatis fontem fluere, erit tamen ex his intelligere hodiernam rerum diuinarum Philosophiam, abstrusum, arcanumque priscorum temporum mysterium, nouissimis sæculis cœlesti beneficio penitus patuisse: & quæ antea mundus non cognouisset, aperta melius, & enarrata à Filio Dei claruisse.

De trina Diuinitate, ex Numenio: & quod super his sanctè, casteque loquendum est: & de eorum mutua indiuisibiliq; substantia.

CAPVT XIII.



**D**IXI Plotinum, Numenium, cui perpetuum studium impenderet, facile persuaderi posse, in omni Theologia fuisse, ceu præceptorem imitarum. Is igitur ante Plotinum, Porphyrium, Amelium, Proclum, hæc de tribus Hypostasibus, aut numinibus scripserat: τὸν μέλλοντα συνήσειν τῶν θεῶν πρῶτος καὶ δεύτερος, καὶ ἄλλοτερον διελείσθαι εἰς αὐτὸν τὰς εἰς, καὶ ἐν εὐθυμοσύνῃ τινι. καὶ πρῶτος, ἐπὶ δὲ δὴ, ἢ δὴ εὐ ἔχειν τότε ἐπιχειρεῖν ἐπιτείν κοσμίως. ἄλλως δὲ μὴ. θεὸν δὲ καθολικῶς αὐτῷ γινώσκοντα γινώσκοντα, τῶν λόγων δὲ εἰς αὐτὸν θησαυρὸν φροντίζων. ἀρχόμεθα δὲ ἔτι. ὁ θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐν αὐτῶν, ὅτιν ἀπλῶς, ἀπλῶς τὸ αὐτῷ συγγνώμιος δὲ ἄλλῃ, μὴ δὲ ποτε εἶναι ἀγαρετὸν. ὁ θεὸς μὲν οὖν ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ὅτιν εἰς. καὶ τὸ διμμερῆντος δὲ θεῶν, καὶ εἶναι νομίζεσθαι πάντες τὸν πρῶτον θεὸν. Latine autem: Qui cogniturus est de primo Deo, & secundo, oportet prius distinguat singula in ordine, & quadam animi tranquillitate. Tum si bene habere videatur, aggredi ad dicendum decorè. Aliter abstandum. Inuocato igitur Deo sibi conficio, verbis aperire thesaurum cogitationum. Incipiamus autem sic: Deus primus quidem in se ipso existens est simplex, quod ipse sibi vbiue coniunctus est, nec vsquam diuiduus. At & secundus Deus, & tertius est vnus. Verum oportet nosse, Patrem primum Deum esse, præ Opifice Deo. Hæc Numenius. In quibus primum est, quod quemadmodum Plato in Epistola, de tribus Numinibus, & in alia, de Causa, & Patre locuturus, præfatus est, & quemadmodum de eisdem dicitur Orpheus, præmonuit,

Numenius agnoscit Trinitatem.

Φθὲ γένοιμαί οἱς ἡμῖς ὅτι, θύρα εἰς ἐπιθεοσεβείας.  
Dicam quæis fas est, claudatur porta profanis.

Non confundenda persona in Trinitate.  
I. Ioan. 4.

Sic præfatus est Numenius, grandia mysteria traditurus. Præfatus autem est, oportere cum de his narraturus accedas, esse te animo hilari, composito, tum separare quæque seorsum, ne primum cum secundo commisceas, & confundas: quoniam plerique hæc duo Numina non dignoscentes (Deum enim nemo vidit vnquam: sed Filius qui est in sinu Patris enarrauit) non crediderunt alterum esse primum ac genitorem, supremam mundi, rerumque æternarum arcem, alterum genitum atque opificem, secundum ab illo, vt Sabelliani. Hæc oportere disingere præmonet, & scire quid Primi, quid Secundi sit, prius noscentem esse Primum & Secundum. Quod quidem non facillè assequaris, nisi ope diuina implorata. Hanc autem reconditam, eminentissimamque sapientiam appellat Thesaurum arcane meditationis, in qua pretiosissimi thesauri abscondantur. Sic & diuus Paulus, in Deo thesauros absconditos dicit. Atque Deum primum, iuxta Pythagoram, Empedoclem, omnemque Platonicam familiam, narrat esse simplicem, indiuiduum, qua de causa per totam maiorum Theologiam dictus est ipsum Vnum, quod proprie nomen Primi est. Verum ab hac eadem simplicitate, quoniam eadem est diuinitas, ne Secun-

Anne Secundus etiam ac Tertius absunt. Sunt igitur & ipsi Vnum. Primus est simplex, Secundus & Tertius, Vnus, quibus nominibus eadem natura subest. Sed illud cum primis noris, inquit, etsi Pater, atque Opifex idem sunt, eadem substantia, parque & inseparata Diuinitas, Patrem tamen iure vocari priorem, quoniam Mens ab ipso, non ipse à Mente. Nec talis inter eos ordo, qualis duorum, alterius ab altero nihil habentium: sed qualis, si fas est mortalibus exemplis abuti, patris alicuius, ac prolis: vel quod in omni Theologia celebre est exemplum, qualis Solis, ac lucis, à Sole nascente luce ac radiante, non à luce Sole quicquam accipiente: Sic Proles Opifex, etsi tantus sit, quantus Genitor, nihilque sibi desit paternorum bonorum, à Patre tamen iubar Diuinitatis suæ relucet. Et is patriis imperiis obsequitur, cuius sub pedibus omnia subiecit. Et quanquam est Opifex etiam Deus, est tamen ab illo, qui eum genuit Deum. Similia quædam dixerunt illi, narrata melius, & declarata aduentu Filij Dei. Quanquam hæc lux, quæ venit in mundum, & ad propria, palatiumque ab se quondam creatum, non fuit agnita ab his, quorum excæcauit oculos malitia: & dilexerunt quondam homines, sicut diligunt, magis tenebras, quam lucem.

Popularibus interdum exemplis videntur in rebus arduis & Theologicis.

De trino Deo, ternaque Diuinitate ex Calcidio, quo sensa superiorum Platoniorum declarantur. Et quod Primus est summum Bonum, Secundus Mens, Prouidentia, Sapientia æterna, Tertius Intimator & Anima mundi. Et quod tres has personas, & hypostasises apertè & distinctè fateantur.

B

CAPVT XIII.



**M**ANC admirabilem Platoniorum, priscorumque Theologorum, atque oraculorum, & per successionem omnium ætatum traditam de triplici Deo Philosophiam legit & agnouit, produxitque in medium Calcidius Platicus super Timæum. Cuius hæc verba sunt: Vt igitur beui multa complectar, istius rei dispositio talis mente concipienda est: Originem quidem rerum, ex qua cæteris omnibus quæ sunt, substantia ministratur, esse summum & ineffabilem Deum. Post quem Prouidentiam eius, secundum Deum, latorem legis, & vtriusque vitæ, tam æternæ, quam temporariæ. Tertiam esse porro Substantiam, quæ secunda Mens Intellectualis dicitur, quasi quædam custos legis æternæ. his subiectas fore rationabiles animas, legi obsequentes. Ministras verò potestates, naturam, fortunam, casum, & Dæmones inspectores speculatoresque meritorum. Ergo summus Deus iubet, Secundus ordinat, Tertius intimat. Animæ verò legem agunt. Lex porrò ipsum fatum est. Hæc ille. Paulò autem superius Plato veritatis instinctu locutus est, Principio, cuncta quæ sunt, & ipsum mundum contineri, regique principaliter quidem à summo Deo, qui est summum Bonum, vltra omnem substantiam, omnemque naturam extimatione, intellectuque melior, quem cuncta expetunt, cum ipse sit plenæ perfectionis, & nullius societatis indigus: de quo nunc plura dici, exorbitare est. Deinde à Prouidentia, quæ est post illum Summum secundæ eminentiæ, quam vsq; Græci vocant. Est autem intelligibilis essentia, æmula bonitatis, propter indefessam ad summum Bonum conuersionem. Estque ei ex illo bonitatis haustus, quo tam ipse ornatur, quam cætera, quæ ipso autore honestantur. Hanc igitur Dei voluntatem, tanquam sapientem tutelam rerum omnium, Prouidentiam homines vocant, non vt plerique existimant, quia præcurrit in videndo, atque intelligendo, prouentus futuros, sed quia proprium est diuinæ mentis, intelligere, qui est proprius mentis actus. Et est Mens Dei æterna. Est igitur Mens Dei de intelligendo æternus actus. Sequitur hanc Prouidentia, Fatum, lex diuina promulgata intelligentiæ sapienti, modulamine ad rerum omnium gubernationem. Huic obsequitur ea, quæ secunda Mens dicitur, id est, Anima mundi. Hic fatum. Hæc quidem Calcidius, quibus profunda Platonicæ Theologiæ mysteria, cæterorumque item Platoniorum, & omnium, qui de rebus diuinis locuti sunt, enodauit. Hic igitur expressè nominantur, recoluntur illa tria Numina, tres Imperatores, trinus Deus, terna Diuinitas. Quorum primum iuxta superiores omnes, quos vidimus, summum Bonum, summum & ineffabilem Deum appellatur. Alter vocatur Deus secundus, vocatur Proui-

Calcidius Platicus.

Summus Deus iubet: Secundus ordinat: Tertius intimat.

vse quid.

Anima mundi.

Trinus Deus, terna diuinitas agnita Platicis.

Ioan. 5. 8.  
Ioan. 5.  
Act. 10.  
Luc. 20.

Dictavit Pa-  
ter, filius pa-  
ruit.

Nomina Dei  
patris & fi-  
lij.

Exod. 3.

Ioan. 7.

Spiritus san-  
ctus, hyposta-  
sis.

Deo trino sub-  
iiciuntur om-  
nes mini-  
stra potesta-  
tes.

dentia, quemadmodum superius locuti sunt omnes. Nam Philo, providentem, guber-  
natorem, praefectumq; mundi, dicit, hunc Secundum, primogenitum Dei Filium. Qui  
etiam de seipso dicit apud Ioannem, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium  
dedit Filio. Et, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Paulus autē,  
Qui constitutus est iudex viuorum, & mortuorum. En igitur Providentia, en generis hu-  
mani, omnis carnis iudiciū. Ea enim est Providentia. Rectumq; naturæ cursum dicebat  
superius Philo, qui constituit Deus primogenitum Filium, rectam legem. Eandem pro-  
videntiæ causam, sicut ostendimus, proposuit Plotinus. Hinc etiam declaratur myste-  
rium, quo Calcidius dixit, Ergo summus Deus iubet, Secundus ordinat, Tertius inti-  
mat. Declarantur item dicta Numenij, quibus dixit, Patrem vacare ab omni opere: &  
quæ dixit Philo, Quod Patrem in excelsa, longèque optima Diuinitas arce positum,  
nefas erat hominem ad suam imaginem creare, delegasse Filio, & Secundo tanquam mi-  
noti, hanc prouinciā. Etiam declarantur quæ idem Deus dixit, Pater non iudicat quem-  
quam, sed omne iudicium dedit Filio. Scilicet iussit, dictavit Pater, Filius iussus paruit,  
creauit mundum, creauit hominem ad imaginem suam. Iudicat item mundum. Hinc  
dictus à Philone organum, minister, legatus. Nomina igitur Patris apud Calcidium,  
quemadmodum cæteros omnes, sunt vt in facris literis: item, quod is propriè dicitur  
Deus, dicitur summum Bonum, dicitur Origo prima rerum cunctarum, quia primum  
Genitor Filij sui, Filius autem Creator omnium: dicitur ineffabilis: dicuntur omnia prin-  
cipaliter ab eo manare, sustineri, regi. Idem summus Deus, & summum Bonum nuncu-  
patur, vltra omnem substantiam, omnemq; naturam, superans omnem cogitationem  
omni consideratione maior, non minus incogitabilis, quàm ineffabilis, nullius societatis  
indigus. Dicitur item Iussor, Imperator, Dictator Secundo, imperans iubensq; Secundo.  
Nomina autē Secundi sunt, principio appellatur Deus, & dicitur Lator legis, Iudex sci-  
licet, dicitur Autor æternæ & temporariæ vitæ, dicitur Providentia, dicitur secundi gra-  
dus, secundæ eminentiæ post Primum. dicit Calcidius eum à Græcis appellari *νους*, Men-  
tem. Audis Mentem (de qua primus liber) secundam esse à Primo. Dicitur *Essentia νοητή*,  
intellectualis: est enim Idea rerum, est perfecta Substantia, est Ipsum esse, quemadmodum  
vocat eum Dionysius, τὸ ὄν. Et ipse de se, Ego sum qui sum: propter rerum plenissimam  
fecunditatem, originem vberrimam, aulam formarum ditissimam. Dicitur item æmula  
Bonitatis, & quod indefessè conuertitur ad summum Bonum: quia dixit ipse apud Ioan-  
nem, declarans hoc mysterium, Filius nihil agit nisi quod viderit Patrem facientem. Et,  
Doctrina mea, non est mea, sed eius qui misit me. Obserua quoque contra Arianos, &  
Valentinianos, quod hæc Mens est æterna: Non, quemadmodum illi dicebant, Fuit tem-  
pus quando Filius non erat. Nonne audis Mentem æternam, quemadmodum apud su-  
periores? Itē obserua quod beatitudo Filij, & Bonitatis haustus, est ex Patre. Filius enim  
est in sinu Patris. Æterno Pater deuictus amore, Filium amplectitur. Hic profundum,  
ineffabile mysterium, quod eo haustu Bonitatis Filius ornatur, & Filius ornat, & hone-  
stat omnia. Vt Pater bonum filij, sic Filius bonum reliquarum rerum. Hæc vocatur ab  
hominibus, sapientia, tutela, salus omnium rerum, robur, sustentaculum, vt Philo *θεοσιος*  
*ἐξαρμωτος*, vinculum non dissolendum. Nomina porro Tertij, primum dicitur Sustentatio  
hypostasis, quemadmodum Primus & Secundus: dicitur Intimator, quia funditur, mit-  
titurq; datur à secundo: Ipse enim (inquit Mens) quæcunque dixero, annuntiabit vobis.  
Ipse prophetas afflauit. Ecce igitur verè intimator, declarator, Paracletus, consolator.  
Dicitur etiam secunda Mens, quia nomen Mentis est propriè Secundi: Itq; est Mens  
in omni Philosophia celebris. Quapropter Tertius dicitur etiam secunda Mens, vel In-  
tellectus. Agnoscis distinctas personas, distinctas hypostasēs? Non confusas, quemad-  
modum apud Sabellianos. Omnes enim sunt Mentēs, Intellectus. Dicitur item Tertius,  
quemadmodum apud superiores omnes, Anima mundi, nimirum vniuersalis afflatus,  
vita. Postremum tribus his dicuntur subiacere ministræ potestates omnes, casus, for-  
tuna, Angeli, Dæmones. Habes hic profundissima mysteria, quæ Calcidius iuxtà atque  
Platonici cuncti, dicit Platonem veritatis instinctu vidisse, asseruisse. Ego verò dico, non  
veritatis instinctu modò, sed etiam quia didicerat ab Ægyptiis, Chaldæis, oraculis, Si-  
byllis, & quia per manus tradita, per omnes ætates descendit hæc Theologia, tunc la-  
tens apud paucos, nouissimis diebus apertissima, toto terrarum orbe radiantissima.


De secunda

A De secunda Hypostasi, id est, Mente creatrice mundi, ex Anaxagora diuina  
natura eius descriptio, & quod ab hac creat visibilia, & inuisibilia Ana-  
xagoras, quemadmodum hodierna religio.

CAPVT XV.



E. MENTE creatrice mundi, hæc scripsit Anaxagoras, autore Sim-  
plicio Philosopho: *Νους δὲ ἔστιν ἀπειρον, καὶ αὐτοκρατὴς, καὶ μέμικται ἐν ἅντι  
ζῆμασι. ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἔστιν, εἰ μὴ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ λέω, ἀλλὰ πᾶσι  
εὐμεικτο ἄλλω, μετέχον ἀν' ἀπάντων ζῆμάτων, εἰ ἐμεικτο πᾶσι. ἐν παντί γὰρ  
παντὸς μοίρα ἐστίν. ὡσαύτῃ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐμοὶ λέλεκται, καὶ ἀνεκάλυεν αὐτὸν τὸ  
συμμεμικμένον, ὥστε μὴ ἐνός ζῆματος κρατῆν ὁμοίως, ὡς καὶ μόνον ἐόντα ἀφ' ἑαυ-  
τοῦ. ἔστι γὰρ λεπτότατα τόντα πάντων ζῆμάτων, καὶ καθαρώτατον. καὶ γνώμων γὰρ αὐτῶν  
παντὸς πᾶσαν ἔχει. καὶ ἰσχύει μέγιστον, ὅσα γὰρ ψυχῶν ἔχει, καὶ μέγιστον καὶ ἐλάττω, πάντων νῦς κρατεῖ. καὶ τῆς  
αἰσθητικῆς τῆς συμπάσης νῦς ἐκράτησεν. ὡς αἰσθητικῆς πᾶσι ἀρχῆν. καὶ αἰσθητικῆς ἀπὸ τῆς σμικρῆς ἡρ-  
ξαστο αἰσθητικῆς. ἐπειδὴ πλείων αἰσθητικῆς καὶ αἰσθητικῆς ὅτι πλείων καὶ τὸ συμμεμικμένον καὶ ἀπο-  
κρινόμενα, καὶ ἀποκρινόμενα, πάντα ἐγνώσκει νῦς, καὶ ὅποια ἐμείλε ἐσεσθαι, καὶ ὅποια λέω, καὶ ὅσα νῦν  
ἔστιν, καὶ ὅποια ἔσται. πάντα διεκόμισσε νῦς. καὶ πᾶσι αἰσθητικῆς αὐτῆς αἰσθητικῆς, πᾶσι ἀσπρα,  
καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ ὁ ἀήρ, καὶ ὁ αἰθήρ οἱ ἀποκρινόμενοι. ἡ δὲ αἰσθητικῆς αὐτῆς ἐποίησεν ἀπο-  
κρινεσθαι, καὶ ἀποκρίνεται ἀπὸ τῆς ἀσπρῆς τὸ πικρὸν, καὶ ἀπὸ τῆς ψυχρῆς τὸ θερμὸν, καὶ ἀπὸ τῆς ὑψηλῆς τὸ  
λαμψέον, καὶ ἀπὸ τῆς ὑποῦ τὸ ξηρὸν. μοίρα δὲ πολλὰ πολλῶν εἶσιν. παντὸς πασι δὲ ἔστιν ἀποκρίνεται  
ἕτερον ἀπὸ τῆς ἑτέρας, πᾶσι νῦν, νῦς δὲ πᾶσι ὁμοίως ἔστι. καὶ ὁ μέγιστος, καὶ ὁ ἐλάττωτος. ἕτερον δὲ ἔστιν ἔστιν  
ὁμοίον ἄλλω. Mens autem est immensitas, absoluta potestas. Nulli rei est admista, sed sola  
ipsa à seipsa existit. Si enim à se ipsa non esset, sed alteri alicui admista esset, omnes res  
participaret, si cuiusquam contagio infecta esset (In omni enim re inest omnis rei parti-  
cula, quemadmodum in antecedentibus mihi scriptum est) Prohibuissentq; ipsam &  
implicatam tenuissent res commistæ, vt nulli dominari posset, æquè, vt ipsa à se ipsa esset.  
Est enim omnium rerum tenuissima, ac purissima, & scientiam de vnaquaque re vniuer-  
sam continet, valetq; maximè. Quæcunque quidem animam habent, maiorem vel mi-  
norem, his omnibus dominatur potiturque Mens. Omnem locum, complexumque  
Mens comprehendit, vade & ipsum principium comprehendit. Et primum orsa est à  
paruò complecti. Postea verò maius complectitur, & complectetur magis. Quin & quæ  
mista essent, & segregata cuncta nouerat Mens, & qualia futura essent, & cuius modi fo-  
rent, & quot nunc sunt, & cuius modi sunt futura, cuncta exornauit, composuitq; Mens,  
& hunc complexum, quem nunc complectitur, astra, & sol, & luna, & aër, & æther, quæ  
sunt segregata. Is autem complexus fecit secernere. Secerniturque à raro densum, à fri-  
gido calidum, à tenebroso lucidum, ab humido siccum. Particulæ autem multorum  
multæ sunt. Omnino autem nihil est ab alio segregatum præterquam Mens. Mens autē  
omnis similis est maior & minor. Nihil autem alterum vlli alij est simile. Hæc, vt ait Sim-  
plicius, scripsit Anaxagoras in primo suorum Physicorum. Duplicem quinetiam vide-  
tur, vt testatur idem, ponere creationem sensibilem & intelligibilem: Vt appareat ma-  
nifestò eum ante tot sæcula cecinisse, quod canitur hodie ab omni lingua: Visibilem  
omnium & inuisibilem. Hoc ergo testatur de eo Simplicius his verbis: Quod duplicem  
creationem statuatur, alteram intelligibilem, alteram sensibilem ab illa, manifestum qui-  
dem & ex his quæ dicta sunt, & ex his: Mens, ait, quæcunque sunt omnino, & quæ nunc  
sunt vt & alia omnia in eo, qui continet multa, & in aggregatis & segregatis. Atque cum  
dixit inesse multa & varia omnibus in rebus aggregatis & semina rerum cunctarum, &  
formas omnimodas, colores, & voluptates habentia, & hominibus compacta esse & alia  
animalia, quæcunque animam habent, subiicit. Et hominibus esse tum vrbes congrega-  
tas, tum opera constructa, quemadmodum apud nos & solem eis esse, & lunam &  
alia sicut apud nos, & terram eis producere multa & varia, quorum illi vtilia congregan-  
tes, in habitationem vtuntur. Hæc Anaxagoras. Simplicius subiicit: & quod alium quen-  
dam mundum à nostro innuat, manifestat cum dicit non semel, Quemadmodum apud  
nos. Vult etiam eum non sensibilem illam *ζῆμα δὲ ταύτης αἰσθητικῆς*: sed tempore præ-  
cedentem istam nostram spectasse.*



Mens domina-  
tur animabus  
omnibus.

Nihil ab alio  
segregatum  
præter Men-  
tem.  
Duplex crea-  
tio, sensibilis  
& intelligen-  
sibilis.

Comprobatio ex Plethone Gemisto, quod Magica sententia de Trinitate loquantur, de primo, & secundo Creatore, siue Deo: & quod Bessarion etiam vidit hæc, & confirmavit: quod Auicenna Arabs hunc Trinitatis ordinem vidit apud Platonicos, sed non usquequaque rectè percepit: & quod Intelligentia primi orbis, est eadem & Anima mundi.

CAPVT XVI.

Magi de Trinitate loquuntur



MAGICA quoque logia, id est, siue sententiæ, siue oracula, apertè de Trinitate ante Christi aduentum locuta fuerant, de duobus primis Patre, & Filio, vt primus liber ostendit, clarè prædicantur. Equibus illud oraculum, quo dixerant Magi, ἀλλ' ἐκ εἰσδέχεται, κένως τὸ θέλειν πατρὸς νόος, μετρίως ἀν' ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥήμα λαλήσει μὴ μὴ ἐν θεϊκῇ πατρὸς συνθήματός ἀγνῆς. Hoc oraculum declarans Pletho, secutus Pfellum, & quæ sit paterna Mens ostendens, ait: ὁ πατρὸς νόος, ὁ δεύτερος διλαδὴ θεός, καὶ τῆς ψυχῆς ἀρροῦντος διμυρῶν ἐκ εἰσδέχεται ἐκείνης τὴν θέλησιν μετρίως ἀν' ἐξέλθῃ τῆς λήθης. ἢ ἐκ τῆς ἀρεῆς τὸδε τὸ σῶμα ἑπιπλοκῆς ἔπειθε. καὶ λαλήσει τὸ ῥήμα, ἢ τοὺς λόγους φρονήσει πινῶ, μὴ μὴ ἐχόμενοι τῆ πατρὸς θεῶς συνθήματος τῆς εἰναι τῆντε τῆ καλῆς διαζέως ἐντολήν. ἢς τὴν ψυχὴν ἀναμνηστικῶς ἔστω ἡδὴ καὶ τῶ ἑαυτῆς διμυρῶν μάλιστα ἀρέσκει. Paterna, inquit, Mens, secundus videlicet Deus, & animæ immediatè Opifex, non admittit illius voluntatem, vsquequo egressa fuerit ex obliuione, quam ex complexu ad hoc corpus passa est, & locuta fuerit verbum aliquod, siue sermonem fenserit aliquem, memoria pendente paterni diuini signi, hoc esse & pulchri executionis mandatam. Cuius animam memorem sic iam, & suo ipsius Opifici maxime placere. Hæc Pletho, consentiens Mentem paternam dictam ab oraculo, secundum Deum Filium Dei: Secundo quoque oraculo, cum ait, Omnia perfecit Pater, & Menti tradidit secundæ, quam primam vocat omne hominum genus: ὁ γὰρ πατὴρ πάντα ἐπέτελεσε τὰ νοητὰ διλαδὴ εἶδη. ταῦτα γὰρ ἐστὶ τὰ ἐπιτελεσμένα τε καὶ τέλεια. καὶ τῶ μετ' ἑαυτὸν δευτέρῳ θεῷ παρέδωκεν ἀρχὴν διλαδὴ καὶ ἡγέεσθαι αὐτῶν. ὡς ἦντι καὶ αἱ τῆς τῆς ἀρεῆς τῆς ἀρεῆς τῆς ἀρεῆς εἰσδέχεται καὶ τῆς ἀλλῆς νοητῆς ἕστας, καὶ τῆς οὐκ ἀνοητῆς πατρὸς ἴσως τὴν γένεσιν, τῆς τῶν δευτέρου θεοῦ ἀρχῆς τῶν φησὶν ἐαυτοῖς πῆρασαι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα. ὅποια διλαδὴ τῆ ἰδὴ κόσμῳ τῆ δὲ ἀρροῦντος τῆ διμυρῶν νομίζε, τῆς δὲ ἐκ ἐπὶ ἀνοητῆς ἐδῶναι. Nam Pater, inquit, omnia perfecit, nempe intellectuales formas: Hæ enim sunt perfectæ & absolutæ: & ei qui post se est Deo secundo tradidit, vt imperaret scilicet, & præesset eis. Quapropter si quid & per hunc producat Deum, ad exemplum sui ipsius & alterius intellectualis substantiæ, & hoc à supremo Patre habere generationē dicit. Hunc deum secundū ait humanas gētes sibi fecisse primū, quæ scilicet aliquem mundi creatorē immediatè arbitratur, eo autem superiorē neminē. Hæc Pletho, iuxta ea quæ prior Pfellus exposuerat. Est igitur hoc oraculum diuinissimū, vetustissimū, quod legisse veteres Platonicos, præcipuè Numeniū, ac Plotinū apparet ex eo, quod Plotinus exclamat ad omnes (vt visum superius) inducens Platonem loquentem, O homines, quem vos arbitramini primū Deum, mundi creatorē, non est primus, sed est eo superior. & hoc ait quasi dixisse Platonē, Numenius autē dicit Patrē vacatē ab omni opere, dedisse secundo totā mundi molitionē, & administrationem. Legerunt igitur id in his oraculis, & volunt eadem sensisse Platonem. Doctissimus etiam Bessarion, nullis præcis Platonice inferior, vidit hoc dogma Chaldaicū, Platonicumq; & cōprobauit, exponēs Platonica dogmata aduersus calumniatorē, libro secūdo: Seruat quidem, inquit, hoc propositum Plato semper, vt non primum per se Principium existimet creatorē sensibilium rerum, propinquum, sed eum qui post Primū illum, quem Vnum vocat. Secundo loco constitutus est, cui cum materia, tum Ideæ à Primo tribuæ sunt, quas respiciens Creator secundus, formas materiales, atque sensibiles materiæ imprimat iam præuix, altero mentis cōceptu, & à Primo pendente, siue enim signis, siue relationibus ista distinguantur, nihil refert. Hæc Bessarion. Ecce igitur quod est in dogmatis Magorum, vult etiam esse dogma Platonis, quod ab illis vtiq; manauit vti prioribus. Vides igitur Deum primum & secundum. Vides Creatores duos, velut vnum. Primum, qui det vim, sapientiā, ingenium, fecunditatē, thesauros absconditos Secundo: hæ enim sunt Ideæ, siue species: Secundum, qui creet doctus iussusq; à Primo. En quod canit Ecclesia, Patrem

Bessarion Cardinalis laus.

Creatores duo, velut vnum.

D

F

A Patrem omnipotentem, creatorē cæli & terræ, visibiliū omnium, & inuisibiliū. Deinde inducens creatorem secundum, Filium Dei vnigenitū, per quem omnia facta sunt. Vides Supremum, Primumq; à Platone vocari Vnitatem. Hoc vetustissimū, & cum primis sanctissimum dogma cum Arabs Auicenna legisset in libris Græcorum tralatis in Arabicam linguam, & non intellexisset, quod accidit ei in aliis plerisque, affirmavit, Primam Mentem siue Intelligentiam produxisse, siue procreasse duntaxat Mentem secundam (quas duas Mentem memorauerat Chaldæus) Secundam verò producere Tertiam. Est enim hoc dogma Plotini, Platoniorumq; qui præcipuè tradiderunt à secunda Mente nasci Tertiam, id est, à Filio produci Spiritum. Primam verò genuisse duntaxat Filium suum vnigenitum, & primogenitum: qui deinde visibilia & inuisibilia creauerit: à quo prodeat Anima mundi, qui idem Spiritus dicitur sanctus, autore Calcidio. Hucusque legerat, & rectè intellexerat Platoniorum, vetustissimorumq; dogma Auicenna. Sed modum, quo putat Secundam cum se ad Primā conuerterit, producere Tertiam, cum verò seipsam respexerit, producere Animam primi orbis, fuit inane commentum adiectum à se, non extans vsquam neque apud Platonem, neque Platonicos, quos ille sequebatur. Est enim ineffabilis modus, & omni mente incomprehensibilis, quo vel Secundus à Primo nascitur, vel à Secundo procedit Tertius. Animam verò primi orbis probarem ex Platone, & Plotino, visumq; est superius, esse eandem Animam mundi, hanc autem esse tertiam Intelligentiam, seu Mentem, & Hypostasin. Idcirco enim vocatur Anima mundi, B quia mouet, animatq; principio cælum, dein vniuersum terrarum orbem. Spiritus enim Domini replet orbem terrarum, continens omnia. Hæc illa Intelligentia, quæ producitur funditurq; à Secunda, quæ sola generatur à Primo, eoque vnica proles eius. Superfluo igitur in hoc ordine addidit Auicenna Intelligentiam primi orbis. Modus etiā producendi à secundo per conuersionem, vel ad Primum, vel ad seipsam, suus est, non præcorum. Dicunt etiam alij Græci Philosophi, de Theologia Magorum, quod apud eos ὁ πρῶτος θεός ἀρχετυποῖ τῶ ἐλάττω.

Auicenna error.

Sap. 1. Act. 2. Intelligentia primi orbis, Auicenna commenta.

Quod autore Suida Trismegistus de trina Diuinitate, sempiternaque Trinitate scripsit, quam solam dixit æternam, inseparabilemq; substantiam. & quod creationem per Verbum Dei, quemadmodū & Moses, extitisse dicit.

CAPVT XVII.



VICINQUE qualis ante Platonicos, quos produximus testes, & ante Platonem Philosophia celebris esset, habuerit exploratum, desinet anxius quærere & admirari è quibus fontibus superiores mysteria tanta haurientes, digna Spiritu Dei locuti, cælesti numine afflati videantur. Figentes igitur velut vestigia per omnes retro ætates vsque ad primæuos, diuisq; familiares Theologos, ad ipsam originem veniēmus. Ecce enim Suidas autor valde bonus testatur Trismegistum appellatum, quia de Trinitate, quodam diuini Spiritus instinctu locutus sit: cuius auctoritate multa super Theologia eius confirmantur: ἐρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ἕστος ἦν ἀγγέλιος σοφός, ἡμεῖς δὲ παρ' αὐτοῦ φασαλώ. συνέκλιτο δὲ τρισμέγιστος διότι καὶ τριάδος ἐφ' ἡγήσατο εἰπὼν ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα, ἕστος ἦν φῶς νοερὸν παρ' αὐτοῦ φῶτος νοεῖς, καὶ ἦν αἰεὶ νόος νοός φωτεινός, καὶ ἐδὴν ἕτερον ἢ τῆς ἐνοῆς, καὶ πνεῦμα πάντα κατέλεχον. συνέκλιτο δὲ θεός, ἐκ ἀγγέλου, ἐκ ἑσίας τις ἄλλη. πάντων γὰρ κύριος, καὶ πατὴρ καὶ θεός, καὶ πάντα ὑπὸ αὐτῶν, καὶ ἐν αὐτῶν ἐστίν. ὁ γὰρ λόγος αὐτῶ πάντελειος ὢν καὶ γόνιμος καὶ διμυρῶντος ἐν γονίμῳ φύσει πεσῶν, καὶ γονίμῳ ὑδατι, ἐγγέμοντο ὑδὼρ ἐποίησα. Quæ sunt, Mercurius Termaximus, is fuit sapiens Ægyptius. Floruit autē ante Pharaonem. Appellatus est autē Termaximus, quoniā de Trinitate edidit oraculū, dicens in Trinitate vnā esse diuinitatem his verbis: Erat lumen intellectuale ante lumē intellectuale. Et erat semper Mens Mētis luminosa. Et nihil aliud erat, quàm horū Vnitas, & Spiritus omnia cōtinens. Extra hunc non Deus, non Angelus, non substantia vlla alia. Omniū enim dominus, & Pater, & Deus, & omnia sub ipsum, & in ipso sunt. Nam Verbum eius perfectum existens, & fecundum, & opifex, lapsum, in fecunda natura, & aqua fecunda, prolificam fecit aquam. Hæc assert Suidas ex Trismegisto. Ac quanquam ipse Ter maximum eum vocatum puto propter ingenij, sapientiæq; magnitudinem, hoc sum duntaxat contentus, apparere & hoc

Platonici locuti digna spiritu Dei.

Suida laus.

Mercurij Trismegisti laus.

Cui termaximus appellatus Trismegistus.

testimonio Trismegistum de Trinitate ante Platonem, Platonicosq; natos scripsisse. D  
 Ecce enim tres personas distinctè suis nominibus appellat, appellans Patrem & Filium,  
 lumen, lucem intellectualem: duas intelligibiles luces, quarum altera sit ante alteram,  
 non tempore, sed qua Genitor antecedit gradu Genitum. Nempe quod idem Filius  
 eius dixit, Pater maior me est. Horum substantiam lucem esse dicit, non lucem corpo-  
 ream, sed lucem intelligentem. Et cecinit antiquissimus ille, quemadmodum hodierna  
 religio, Deum de Deo, lumen de lumine. Sicut autem dicit diuinus: Ioannes, In princi-  
 pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: sic Trismegistus,  
 Erat lux intelligibilis (siquidem etiam ipsum idem Verbum Lucem Ioannes appellat)  
 ante lucem intelligibilem, & erat Mens Mentis luminosa. Id est, Deus de Deo, Mens  
 à Mente nascens. Designat enim quod ait Ioannes, Et Verbum erat apud Deum, quia  
 nascebatur æternaliter ab eo, lucens ab æterna altera luce, lux ipse intelligens, ex luce  
 intelligenti. Loquiturque de eorum Vnitate inseparabilique Diuinitate. Exin indu-  
 cit Spiritum sanctum, quo cuncta contineantur, viuificentur: qua potestate celebratur  
 in sanctis litteris: Spiritus enim Domini, inquit liber Sapientia, repleuit orbem terra-  
 rum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Ecce etiam fatetur hunc  
 Trinum solum, Deum fuisse semper, solum hunc viguisse: Præter hunc non fuisse Ang-  
 elum, non Dæmonem, nullam aliam substantiam. Est enim hoc dictum Trismegisti,  
 id quod quotidie canit Ecclesia de tribus illis, Sicut erat in principio, & nunc, & sem-  
 per. Erat in principio, videlicet ab æterno. Ecce etiam vociferatio valida contra igna-  
 ros veritatis, rationis expertes Arianos, qui dicebant fuisse quando Filius non erat:  
 non reputantes quantum non impietate modò, sed inscitia, & imperitia naturæ pecca-  
 rent, partim quòd hunc errorem à Platonis, & scriptoribus profanis, quos non intel-  
 lexerunt videbantur suscepisse, partim quòd non viderunt quàm esset impossibile, vt  
 qui erat Filius Dei verus, Deus & ipse ex Dei substantia non fuerit semper. Consequen-  
 tur enim se diuinitas, & æternitas. Si filius Dei verus est, etiam Deus est: Si Deus, etiam  
 æternus. Adest igitur Trismegistus dicens, Fuit semper Mens Mentis luminosa. Mens  
 Mentis Filius est, Mens ex altera Mente. De quibus Chaldaus in primo libro dice-  
 bat, Omnia perfecit Pater, & Menti tradidit secundæ, quam vocat Primam omne hu-  
 manum genus. Hæc igitur tria duntaxat fuerunt semper & ab æterno. Non Angelus,  
 non Dæmon, nulla alia substantia fuit, sed sola trium æterna in vna substantia con-  
 iunctio. Hoc sentit & loquitur diuinissimus Trismegistus, non solum confirmans ho-  
 diernam sapientiam, sed contra omnes obtestans, qui Mentem secundam à prima pu-  
 tarunt prius separasse. E quibus Ioannes Picus, & Marfilus dicta Procli videntes, qui  
 hoc loco non recte Platonem, maioresq; interpretatur, asseruerunt secundam illam  
 Mentem, quasi creaturam quandam in tempore conditam prius sensisse. Nos autem  
 probauimus, & probamus nec Platonicos, qui talia prodiderunt, prius Philosophiam  
 sincere exposuisse, nec Platonicos illos Latinos Græcos rectè secutos esse, quos si sine  
 iudicio nec vetustate cunctaque Philosophia bene consulta temere sequaris, tam in hoc,  
 quàm in aliis multis haud leuiter cecideris. Exposita igitur & decantata Trismegistus  
 trium numinum trinæque Deitatis, quæ sola fuit ab æterno, sempiternitate, accedit ad  
 creationem, dicens fecundum illud Verbum Dei, quod esset perfectissimum, fecun-  
 dissimum, opifex, aquas illas quibus superferebatur, amplexum fecundasse & fecisse  
 vt ex his omnia nascerentur, principio lux caelestis, tum aër, inde plantæ, stirpes, ani-  
 malia. Ac quod ait lapsum Verbum fecundum super aquas, est quod ait Moses, Et Spi-  
 ritus Domini ferebatur super aquas. Ferebatur autem vt opifex, vt operans, maximè  
 caelestes orbis, quos primos eodem Trismegisto teste, ex aquis secreuit, & in his primum  
 Solem. Quod autem hæc scripserit, locutusq; fuerit Trismegistus, ex eo liquidò noscet  
 prudentissimus quisque, quòd apud omnes Platonicos, qui post Platonem floruerunt,  
 extant, vt non alium habuerint super his mysteriis præceptorem, quàm Trismegistum.  
 Suidas igitur vbi dicta Trismegisti protulisset, adiecit: *χὴ ταῦτα ἐφημὸς ἠύξατο λόγων, ἐρήξω  
 σὲ ἐξ ἐνὸς θεῶν μεγάλῃ σφοδρῇ ἔργων, ὀρέξω σὲ φωνῇ πατρὸς, ἢ ἐφ' ἡγήξατο τρώων, ἢ ἰνὶ ἑὶ πᾶντα ἰσο-  
 μων ἐρήξω. ὀρέξω σὲ χ' τὸ μονογενὲς λόγῳ, χὴ τὸ πατρὸς τὸ ἀειέχοντος πάντα. ἰλαὸς ἔσο:* Et  
 hæc locutus orauit dicens, Adiuro te cælum Dei magni sapiens opus. Adiuro te vocem  
 Patris, quam protulit ipse primam, cum omnem mundum stabiliuit. Obtestor te per  
 vniogenitum Verbum, & Patrem, qui continet omnia, esto propitius. Hæc igitur car-  
 mina,

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Spiritus san-  
 cto cuncta vi-  
 uificantur.  
 Sap. 1.  
 Act. 2.

Arianorum  
 error.

Tria semper  
 ab æterno.

Error Pici Mi-  
 randulani &  
 Ficini.

Gene. 1.

Amina, quæ Suidas tribuit Trismegisto, cæteri tribuunt Orpheo. Insuper quæ postremò  
 citauit, quoniam in libris vulgatis non habetur, credendum est eum in aliis eius de Tris-  
 megisti legisse: Quemadmodum & Lactantius, Augustinus, Cyrillus aduersus Iulianum  
 Imperatorem proferunt, quæ nos in libris eius, qui pauci ex innumerabilibus ad nos  
 peruenerunt, non videmus.

*Diuum Augustinum aperte testari Platonicos de tribus personis scripsisse.*

CAPVT XVIII.



ÆTERVM etiam diuus Augustinus, in libris de Ciuitate Dei aperte  
 testatur, quod etiam librorum illorum interpretes asseuerant, Porphy-  
 rium, quem vocat doctissimum Philosophorum, iuxta Platonico-  
 rum sententiam, tria Principia statuere, sed eos more suo loquentes tria  
 Principia dicere, quæ Christiani ad certam regulam loquentes, vnum  
 Principium, tres Personas appellant. Eius hæc verba sunt: Dicit enim,  
 inquit, Deum Patrem, & Deum Filium, quem Græcè appellat pater-  
 num Intellectum, vel paternam Mentem, *πατερὸν νοῦν*. De Spiritu autem sancto aut nihil,  
 aut non aperte aliquid dicit: quamuis quem alium dicat horum medium, non intelligo.  
 Si enim tertiam, sicut Plotinus vbi de tribus principalibus substantiis disputat, animæ na-  
 turam etiam iste vellent intelligi, non vtique diceret, Horum mediū, id est, Patris, & Filij  
 medium, postponit quippe Plotinus animæ naturam paterno Intellectui: iste autem cum  
 dicit medium, non postponit, sed interponit. & nimirum hoc dixit, vt potuit, siue vt vo-  
 luit, quoniam nos Spiritum sanctū nec Patris tantum, nec Filij tantū, sed vtriusque Spi-  
 ritum dicimus. Hæc quidē Augustinus. Ecce testatur à Platonis, videlicet Porphyrio,  
 & Plotino claram, apertamq; habitam de Patre ac Filio commemorationem. Filium in  
 primis appellatum, quemadmodum à principio in oraculis Chaldaicis vidimus, paternā  
 mentem, quod sonat paternā Sapientiam. Tertium autem dictum *ψυχὴν*, Animam: Vi-  
 delicet Animam mundi, qui dicitur à nostris & ab illis Spiritus sanctus. Hunc etiam Pro-  
 clus medium amborum vocauit. Filium igitur Patris summi, vocatum à Platonis ait,  
 patriam Mentem, de qua totus primus liber differebat. Quibus sit perspicuum, magnum  
 in nostra Theologia viros, eiusq; suspiciendos antistites, non ignorasse profanæ Philoso-  
 phiæ primates de Patre, Filio, Spiritu sancto scripsisse. Quæ Philosophi, vt idem ait Au-  
 gustinus, liberis verbis loquentes, nec in rebus ad intelligendum difficilissimis, offensionem  
 religiosarum aurium pertimescentes, soleant vocare, vel tria Principia, vel tres  
 Deos. Eiusq; loci explanatores afferunt, quod nos quoque fecimus, testimonium Ma-  
 crobij, de Mente Ideas continente, & Trismegisti dicta de Verbo perfecto.

Lib. 10. cap.  
 28. & 29.

Primum prin-  
 cipium, tres  
 personæ.

Paternā Mēs,  
 paternā Sa-  
 pientia.

*De tribus Hypostasibus, ex Apollinis oraculo: & quòd apud priscos, omnia  
 metricè scribebantur: & quòd ab his oraculis mysteria veterum Philoso-  
 phorum manare potuerunt.*

CAPVT XIX.



IT postremo loco, quod sub Christi decessum, Oraculum Apollinis  
 de tribus Numinibus diuinè pronuntiauit. Rogatus de vera religione,  
 cui maximè genus humanum initiandum, consecrandumq; esset, quaq;  
 vti vera sapientia cunctæ nationes essent decorandæ, & quæ foret om-  
 nibus superstes, quod Daniel vaticinatus fuerat, ad hunc modum fer-  
 tur dixisse:

Oraculum de  
 sancta Triade.

*Μὴ ὄφρα εἰς πύματον μὲν χὴ ὕστατον αὐτὸς ἐρέσθαι,  
 Δύσ' ἔτι παροπλοῦν, ἀεὶ θεασσοῖς γενετήριος.  
 Ἄμφιτε τριλυγέτοιο παρομοφαῖς βασιλῆος.  
 Καὶ πνοῖς, ἢ πάντα πέλξ βοτρυδὸν εἰ χὴ.  
 Οὐρεα, γλυῦ, ποταμὸς, ἄλα, τάρταρον, ἦερε, πῦρτε,  
 Ἡ με χὴ ἐν ἐθέλοντο, δομῶν ἐπὶ πάνδε διαίξει.  
 Ἀντίθε ερημάθον δὲ λελέψεται ἔδος ἀφῆτωρ.*

*Ne me vitam supremum, infelix ipse sacerdos,  
Scieris de sancto, ac diuino Genitore,  
Et sobole chara, rebus magni Induperantis,  
Et Flatu, qui mundum aspretum continet omnem,  
Montes, tellurem, fluvios, mare, tartara, & ignem.  
Aëraque. heu templis is me discedere ab istis  
Coget, linquetur quo edebam oracula, limen.*

Hoc oraculum excerptum cum multis aliis, ab his qui audierunt, traditumque memoriae, cuius modi carminibus Sibylla, quae & ipsa Apollinis oraculo praefuit, multa decantata reperiuntur, philosophis etiam attestantibus, Sibyllas diuinas fuisse, & oraculum illud diuina saepenumero mysteria aperuisse. Decantabantur autem, autore Plutarcho, ferme cuncta, scribebanturque à priscis numerosè, Philosophique prisci ferè omnes, siue de creatione mundi, siue de reliquis Philosophiae partibus, poetice, non oratione soluta scripserunt. Quid mirum igitur, si cecinit oraculum de tribus numinibus, quando Plato quoque & Trismegistus, Chaldaei, & Magi, homines scilicet, & minoris quam Dæmones sapientia, tam multa de his ipsis prodiderunt: Ab his arbitror oraculis, quibus miranda mysteria Deus aperuit hominibus, manarunt Philosophorum illa de summo Bono, de creatrice Intelligentia, priscorum hominum nonnullis, quemadmodum & Sibyllis, caelitus reuelata non eque tempestate illa, atque postea cognita: Vt quod viderat Vergilius apud Sibyllam.

De Iside.

Homines minoris sapientiae quam dæmones.

Eclog. 4.

*Iam nona progenies caelo dimittitur alto:  
cecinerat simili modo Sibylla, Graecæ,*


*Καὶ τὸτ' ἀπ' ἡλίας πέμψει θεὸς βασιλῆα,  
Ὅς πάσαι γέμει πάσαι πολέμοιο χειροῖο.  
Ἄντι σὺν γέγνωκε θεὸν, θεῶν ἕδν' εἶντα.  
Tum Deus excelsa demittet ab aethere Regem,  
Qui bella è tota pellat tellure, nefanda.  
Atque tuum cognosce Deum, qui natus ab ipso.*

Et,

Sibyllini versus non intellecti Paganis.

Hæc qui legebant, quod pertineret nesciebant. Philosophi verò libris suis excepta, quae quidem nascebantur etiam ab antiquissimis Theologis, ac Prophetis, quando nationes ferè omnes, Prophetis abundare dederat Deus, qui de magno illo in mundum venturo Rege, velut anteambulones, vbique concinerent, speculationibus, egregiisque sermonibus decorarunt.

FINIS.



D

E

F



# Augustini Steuchi Eugubini

DE PERENNI PHILOSOPHIA

LIBER TERTIVS.

*De tota Diuinitate: & quòd omnes instinctu naturæ Deum singulariter in omni atate nominarint: exemplaque ex Platone, & Aristotele, & Homero, & Demosthene.*

CAPVT I.

B



OST hæc naturalis est ordo, vt qui de tribus Numinibus executi sumus, nunc de Deo, totaque simul Diuinitate nobis sit sermo. Conuenit enim in treis illos, quicquid de Deo per vniuersam Theologiam ab omnibus linguis, nationibusque prædicatur. Primumque erit de singulari Diuinitate mysterium, omnes ferè homines tum animo intento, tum natura duce, ac magistra, rapidoque veritatis æstu, semper vnum, singularemque Deum fuisse confessos. Vt quanquam corruptissima inoleuit nominandi, adorandique plures Deos consuetudo, propter insitam tamen, altissimèque impressam à Natura Dei notionem, & ad eum inclinationem, cum serid loquerentur, & se ab impetu Naturæ rapi paterentur, vnum modò Deum prædicarint, appellarint, habuerint in ore, cunctasque ei veræ Theologiæ laudes attribuerint. Omnesque quos sub falsis religionibus, Deorumque multorum cultricibus ortos constat, cum de creatione rerum, de mirabili cæli, terrarumque ordine, siue magna aliâ de re loqui cogentur, nunquam Deos, sed vt Naturæ fert instinctus, verum Deum appellasse, ei prouidentiam, maximam, incommunicabilemque bonitatem, cunctasque Diuinitatis laudes tribuentes. Ac quanquam Platonis, Aristotelisque Theologia, differtur in posterum examinanda, ad exemplum tamen perspicuitatemque dicendorum, præcedat eorum testimonium, quo fiat omnium Philosophorum, vetustissimorumque hominum singularis & vnius Dei è Natura manifesta confessio. Nam Plato non modò nescius, & eo quem dixi veritatis æstu raptus, sed sciens & prudens confessus est, & ostendit, quid inter Deos, Deumque maximum ac singularem putarent ea sæcula interesse, se cum serid loqueretur, Deum nominaturum: cum minus serid, plures Deos. In Epistola ad Dionysium, De signo, inquit, Epistolarum, quas studiosè, & quas minus scribam, arbitror te meminisse. Verum cognosce, animumque intende. Multi enim sunt, qui me iubeant scribere, quos non sit facile reiicere. *τῆς μὲν γὰρ ἀποδείξαι ἑστιμωλῆς θεὸς ἀρχῆς, θεὸς δὲ τῆς ἡρώου.* Nam seriæ Epistolæ Deus præest, Dij autem minus seriæ. Hæc igitur erit vniuersalis admonitio, ac naturalis instinctus consideratio, cunctos ferme mortales ea ratione locutos esse, cuius dedit documentum Plato. Et quod etiam Lactantius animaduertit. Cum verò, inquit, ipsos Deorum cultores sæpe videamus Deum summum, & confiteri & prædicare, quam sibi veniam sperare possint impietatis suæ, qui non agnoscant cultum eius, quem prorsus ignorari ab homine, nefas est. Nam & cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iouem aut multos Deos, sed Deum nominant: adeò ipsa veritas cogente Natura, etiam ab inuitis pectoribus erumpit. Videre igitur licet, quod Lactantius

*Vnus Deus omnibus linguis & nationibus confessus.*

*Non à Dijs, sed à Deo mōdum fuisse cōditum prædicarunt idololatras.*

*Præclarus Platonis de vno Deo locutus.*

*Deum ignorari ab homine, nefas.*



Ne me vitam supremum; infelix ipse sacerdos,  
Sciteris de sancto, ac diuino Genitore,  
Et sobole chara, rebus magni Induperantis,  
Et Flatu, qui mundum astrictum continet omnem,  
Montes, tellurem, flumios, mare, tartara, & ignem.  
Aëraque. heu templis is me discedere ab istis  
Coget, linquetur quo edebam oracula, limen.

Hoc oraculum excerptum cum multis aliis, ab his qui audierunt, traditumq; memoriae, cuius modi carminibus Sibylla, quæ & ipsa Apollinis oraculo præfuit, multa decantata reperiuntur, philosophis etiam attestantibus, Sibyllas diuinas fuisse, & oraculum illud diuina sæpenumero mysteria aperuisse. Decantabantur autem, autore Plutarcho, ferme cuncta, scribebanturq; à priscis numerosè, Philosophique prisci ferè omnes, siue de creatione mundi, siue de reliquis Philosophiæ partibus, poetice, non oratione soluta scripserunt. Quid mirum igitur, si cecinit oraculum de tribus numinibus, quando Plato quoque & Trismegistus, Chaldæi, & Magi, homines scilicet, & minoris quam Dæmones sapientiæ, tam multa de his ipsis prodiderunt? Ab his arbitror oraculis, quibus miranda mysteria Deus aperuit hominibus, manarunt Philosophorum illa de summo Bono, de creatrice Intelligentia, priscorum hominum nonnullis, quemadmodum & Sibyllis, cælitus reuelata non equè tempestate illa, atque postea cognita: Vt quod viderat Vergilius apud Sibyllam.

De Iside.

Homines minoris sapientie quam dæmones.

Elog. 4.

Iam noua progenies cælo dimittitur alto:

cecinerat simili modo Sibylla, Græcè,

Καὶ ποτ' ἀπ' ἡλίας πέμψεν θεὸς βασιλῆα,

Ὅς πᾶσαν γῆναι πᾶσαι πολέμοιο χερσίοιο.

Ἄντι σὺν γήνωσκε θεὸν, θεῶν ἕδν' εὐρύτα.

Tum Deus excelsa demittet ab æthere Regem,

Qui bella è tota pellat tellure, nefanda.

Atque tuum cognosce Deum, qui natus ab ipso.

Sibyllini versus non intellecti Paganis.

Hæc qui legebant, quò pertineret nesciebant. Philosophi verò libris suis excepta, quæ quidem nascebantur etiam ab antiquissimis Theologis, ac Prophetis, quando nationes ferè omnes, Prophetis abundare dederat Deus, qui de magno illo in mundum venturo Rege, velut anteambulones, vbique concinerent, speculationibus, egregiisque sermonibus decorarunt.

FINIS.



D

E

F



# Augustini Steuchi Eugubini

DE PERENNI PHILOSOPHIA

LIBER TERTIVS.

De tota Diuinitate: & quod omnes instinctu naturæ Deum singulariter in omni ætate nominarint: exemplaque ex Platone, & Aristotele, & Homero, & Demosthene.

CAPVT I.

B



OST hæc naturalis est ordo, vt qui de tribus Numinibus executi sumus, nunc de Deo, totaque simul Diuinitate nobis sit fermo. Conuenit enim in treis illos, quicquid de Deo per vniuersam Theologiã ab omnibus linguis, nationibusq; prædicatur. Primumq; erit de singulari Diuinitate mysterium, omnes ferè homines tum animo intento, tum natura duce, ac magistra, rapidòque veritatis æstu, semper vnum, singularemq; Deum fuisse confessos. Vt quanquam corruptissima inoleuit nominandi, adorandique plures Deos consuetudo, propter insitam tamen, altissimèque impressam à Natura Dei notionem, & ad eum inclinationem, cum seridò loquerentur, & se ab impetu Naturæ rapi paterentur, vnum modò Deum prædicarint, appellarint, habuerint in ore, cunctasq; ei veræ Theologiæ laudes attribuerint. Omnesq; quos sub falsis religionibus, Deorumq; multorum cultricibus ortos constat, cum de creatione rerum, de mirabili cæli, terrarumq; ordine, siue magna aliã de re loqui cogerentur, nunquam Deos, sed vt Naturæ fert instinctus, verum Deum appellasse, ei prouidentiam, maximam, incommunicabilemq; bonitatem, cunctasq; Diuinitatis laudes tribuentes. Ac quanquam Platonis, Aristotelisq; Theologia, differtur in posterum examinanda, ad exemplum tamen perspicuitatemq; dicendorum, præcedat eorum testimonium, quo fiat omnium Philosophorum, verustissimorumq; hominum singularis & vnius Dei è Natura manifesta confessio. Nam Plato notò modò nefcius, & eo quem dixi veritatis æstu raptus, sed sciens & prudens confessus est, & ostendit, quid inter Deos, Deumq; maximum ac singularem putarent ea sæcula interesse, se cum seridò loqueretur, Deum nominaturum: cum minus seridò, plures Deos. In Epistola ad Dionysium, De signo, inquit, Epistolarum, quas studiosè, & quas minus scribam, arbitror te meminisse. Verùm cognosce, animumq; intende. Multi enim sunt, qui me iubeant scribere, quos non sit facilè reicere. τῆς μὲν γὰρ ἀπειράτης ὑπερβολῆς θεὸς ἀρχὴ, θεὸς δὲ τῆς ἡπείρου. Nam seriæ Epistolæ Deus præest, Dij autem minus seriæ. Hæc igitur erit vniuersalis admonitio, ac naturalis instinctus consideratio, cunctos ferme mortales ea ratione locutos esse, cuius dedit documentum Plato. Et quod etiam Lactantius animaduertit. Cum verò, inquit, ipsos Deorum cultores sæpe videamus Deum summum, & confiteri & prædicare, quam sibi veniam sperare possunt impietatis suæ, qui non agnoscant cultum eius, quem profus ignorari ab homine, nefas est. Nam & cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iouem aut multos Deos, sed Deum nominant: aded ipsa veritas cogente Natura, etiam ab inuitis pectoribus erumpit. Videre igitur licet, quod Lactantius

Vnus Deus omnibus linguis & nationibus confessus.

Non à Dijs, sed à Deo mûdum fuisse cõditum prædicarunt idololatræ.

Præclarus Platonis de vno Deo locus.

Deum ignorari ab homine, nefas.

monuit, vbique Naturam ad hoc homines impulisse, vt Deum Patrem suum recogno- fcerent, nominarent, appellarent, venerarentur, cumq; meritis præconiis, qualia sacra litteræ cecinerunt, efferrent, nunc autorem generis humani, fabricatoremq; mundi, nunc providentem vniuersis, oculosq; Diuinitatis suæ per omnes terras latè de sublimi sede sua tendentem, cæteras item Diuinas attributiones decantantes, quas indefessè resonat Philosophia cælestis. Quas quidem laudes & Theologiam, partim ex fonte Naturæ, partim illa præca, cum solus verusq; Deus colebatur, Theologia, manare compertum. Ad hanc igitur rationem reuocabitur, omiſſis multis, quæ pòt examinabuntur, hoc autem vt exemplum multorum, quòd Aristoteles, qui videtur cælo, stellisq; Intelligentias diuinas adiungere, venaturq; ex motu cælesti Diuinitatem in libris de prima Philosophia, naturæ quodam impulsu definit Naturam diuinam: φαιδὸν δὲ θεῶν, ζῶον ἀίδιον, ἀεικον: Dicitur Deum animal aut viuens sempiternum, optimum. Ecce Deus optima vita, Deus ille naturalis, verusq; nulla cælestis, aut quæuis alia Intelligètia, quarum nulla optima est, quòd Vnum duntaxat necesse sit esse optimum. Ecce item singularis & vnus Dei nuncupatio, cumq; multos Deos soleant Philosophi, poëtæq; nominare, vnus tamen singularis instinctu Naturæ nominatur: Cuius est solius, naturaliterq; hoc nomen Dei, & qui vt singulariter Deus, sic singulariter sempiternus & singulariter optimus. Apparet enim vel cogitur Aristoteles id ex ipsa locutione sensisse, quia sicut per eminentiam hæc Dei nominatio cadit in verum illum, ac naturalem, haud minus cadere debet reliqua definitio, quòd solus sempiternus, solus optimus. Vt habet singulariter quòd sit Deus, & quòd sit optimus, quod nemo negat, sic quòd singulariter sempiternus. Hæc illa veritas ex inuitis pectoribus erumpens. Eundem innuit, & cum Natura duce respexit, cum negans indiuidua fieri potuisse sempiterna: Ἀλλ' τὸ πρόβα τῆς ἀρχῆς ἀφιστάσθαι τῷ λειτουργίῳ (ὡς ἐπὶ τῆς φύσεως τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν: Quia longe distant à Principio, altera, quæ sola superesset ratio, absoluit, repleuitq; Deus Vniuersum, facta generatione perenni. Ecce Deus Naturæ, Deus maximus, ordinum, mundanisque concentus moderator. Certè igitur neque Solis, neque Lunæ, vlliusq; sideris intelligentia: minus etiam illi fabulosi Dij, Minerua, Diana, Mercurius, Apollo. Deus ille, verè Deus, qui ne rerum deficeret ordo, perpetuis generationum successionebus repleuit Vniuersum. Singulariter vnus Deus inducitur, eique singulariter nomen hoc tribuitur. Naturæ moderator, ordinum cælestium, à quibus dependent terrestres, inuentor prædicatur. Quantum scilicet audimus in Theologia Mosis, si quis altè spectet, prædicari. Aliud exemplum est ex Platone, cum ei structæ in Sicilia insidiæ fuissent, ex hisq; euasisset: καὶ τῶν δὲ μετὰ θεῶν, διουσίῳ γέρον ἐδίδου γέρον: Et pro his, post Deum Dionysio gratias habere par est. Quis is Deus, custos, protector, liberator hominum, qui singulariter à Platone, sub religionibus superstitionis, Dianæ, Solisq; cultricibus orto, Deus nominatur? Quid ponderis habet hæc nomenclatio? Naturalis videlicet est, spectans vnicum illum, singularem, eundemq; vniuersalem Deum. Sed his exemplis ex Platone, Aristotelisque quorum posterius declarabitur Theologia, dimissis, ingrediamur hunc campum, flores ex omni verustate, quæ maximè singulari Deum coluit, & vbique singulariter nominauit, decerpentes. Hoc Theologos, hoc Poëtas etiam superstitionis, & fictionum Deorum laudatores inuenies fecisse. Homerus igitur, qui pater fabularum visus est, poëticosq; illos Deos nunquam non habet in ore, Naturæ tamen instinctu, sæpe Deum vniuersalem, quemadmodum Philosophi, & præsens hæc ætas, cui singularis innotuit Diuinitas, nominauit. E quibus est, quod etiam adducitur à Iustino Philosopho eodem & martyre, quod vbi Phœnix affatur Vlyssim, inducit loquentem:

Aristot. Metaphysicis, vt Deum definit.

Deus singularis.

Deus optimus, ac sempiternus.

Dij fabulosi, & Deus verus.

In epistol.

Poeta deum vnum fasit sunt.

Iustin. martyr apologia.

Deus verus, vnus Deus. Dij bellaces Homeric.

Οὐδὲ εἰ κἄν μοι ἄποσιον θεὸς αὐτὸς ἦεν, ἔπειτα δὲ θεῶν ἴσθαι νέον ἠέδον. Non mihi si Deus hinc etiam promitteret ipse, Mutato senio, viridem instaurare iuuentam.

En Deus singularis, potens auferre senectam, restaurare iuuentam. Iustinusq; ipse inquit: Ἀλλ' τῆς ἀντωνομασίας τὸν ὄντως θεῶν σιμύλων: Significans per Antonomasiam, verum Deū. Hoc scilicet perpetuum est in omni natura, instinctuque humano, quoties Deum nominant, designatur verus, vnus Deus, & cuius est verè Diuinitas, qui verè, singulariterq; Deus nuncupatur. Non est is Homeri Deus ex his vllus, quos bellaces inducit, humanisq; affectibus deturpat. Est Deus magnus vniuersitatis, dictus simpliciter Deus, quia solus

A solus verus semper Deus. Homerus item hunc ipsum innuit cum dixit:

Αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς, ὡς τὸν ὅμοιον. Semper agit similem Deus ad similem, associatq;.

Quis is Deus, nisi magnus, verus, præpotens, naturalis, & naturaliter occurrens ori, offerens sese menti, dans sese obuiam vbique nobis, cogens vt eum cogitemus, sentiamus, loquamur, nominemus, eique potestatem vniuersalem tribuamus? Superius Homerus, quòd possit abradere senium, reparare iuuentam: nunc quòd agat similes ad similes. Quo decreto Dei impij scelestique cum impiis, & coinquinatis spiritibus associabuntur. De supremo Deo, cuncta prospiciente, moderante cum primis res humanas, hoc dictum ab Homero. Quod & Plato in eo qui inscribitur Lysis, declarauit afferens hoc carmè: ἀλλὰ τὸν θεὸν αὐτὸν φασὶ ποιεῖν τὰς φίλους αὐτὸς ἀποτρεφὼς ἀλλήλους: Sed Deum ipsum afferunt amicos facere adducentem eos ad inuicem. Ille igitur facit amicos ad amicos accedere, suaque hac lege, sibi pios, & iustos, gratos, amicosq; associabit, qui passim sparsit in humana pectora, vt Plutarchus inquit, charitatem. Eundem singulariter nominauit Deum, quod etiam affertur à Plutarcho: ἕχ' ὅγε ἀπέθευε τὰ δὲ μέγιστα: Haud sine Deo is insanit. Eundem quoque confessus est omnipotentem, largitoremq; bonorum, cum in quartodecimo Odyssææ:

Similem dicit Deus ad similem.

Dialogo de Amicitia.

Θεὸς δὲ τὸ μὲν δῶσθαι, τὸ δ' ἔλασθαι. Ὁ πικρὸν ὃ θυμῷ ἐθέλει, δύναται γὰρ ἅπαντα. Largitur Deus hæc: est altera linquit.

B

Quicquid mente sedet, cunctorum tanque potens est.

Indicauit, significauitq; hunc ipsum Demosthenes, etiam superstitionum Deorum cultor, sed actus impetu Naturæ, cum dixit, Conandum esse, vt omnia bona cum bona spe confectemur: φέρει δὲ ἅ ἅν ὁ θεὸς δίδω, γενναίως: Ferre autem quæ Deus dederit, generosè & fortiter. Is etsi Dianæ Palladisq; cum Atheniensibus venerator esset, luce tamen Naturæ, vniuersalem magnumq; Deum vidit, singulariterq; appellauit.

Epistolis per epheuius.

Quod simili ratione locuti sunt, & quidem diuinius poëta, qui Homero successerunt, de singulari Deo & his quæ verè de eo prædicantur.

CAPVT II.



ADEM ratione locuti sunt veteres celebresq; poëtæ. E quibus Pindarus propter pulchritudinem, ordinemq; rerum cælestium, & omnium rerum bonarum inuentionem appellat θεὸν ἀεικόταχτον, Deum, optimum, solertissimumq; opificem. Quod adducit admiraturque sæpe læpius Plutarchus. Hic & quòd opifex mudi sit, & omnia iuxta Theogiam Mosis fecerit optima, & quòd sit vnus, singularis, ostenditur.

Deus, solertissimus opifex Pindaro dictus.

Crede mihi, quo sunt homines reru exordio propiores, hoc meliores, & singularis optimique Dei colentiores. Idololatria fuit error posteriorum sæculorum, contraque impetum Naturæ. Similiter locutus est Æschylus, quod adducitur etiam à Platone: θεὸς αἰτίας φύει βροτοῖς, ὅταν κελύσῃ δάμα παμπήδη θύλη. Nimirum, Deus causam creat, cum domum funditus labefactare decreuit. Ecce Deus is Æschylo, Deus Mosis, Deus Prophetarum, apud quos prædicat se ferre malum, videlicet quod Æschylus, euertere, labefactare domos impiorum, quod toties in libris Regum refertur fecisse, & facit quotidie, etiã Prophetis non denuntiantibus. Vides cum fatentem, singularem illum iuxta superiores Regem moderatorumque humanarum rerum, vltorem impiorum, quorum domos euerfurus, causam ipse reperiat, nos autem vnde veniat, nesciamus. Callimachus autem, vt est etiam apud Plutarchum, sic locutus est: εἰ θεὸν οἶδα, ἴσθαι ὅτι καὶ δάμασι βέβαι πᾶν, δύνατον: Si Deum nosti, noris quòd diuinitati sunt omnia possibilis. Quid diuinius hoc testimonio? Est hic eadem singularis Dei nuncupatio, est vniuersalis potestatis attributio, sacrarum litterarum Theologia, quòd non sit abbreviata manus Domini, quòd sit omnipotens: sic pectoris humani naturalis confessio, sicut cælestis oraculi reuelatio, conspirante vtraque Theologia, & ea quæ de cælo, & quæ de natura manauit. Simonides autem non modò singularem Deum nominauit, sed item de sapientia bonitateque eius singulari, & incommunicabili, altissimè philosophatur. Testimonium sapientiæ adducitur ab Aristotele,

Idololatria naturam corrumpit.

Æschylus de Deo.

Callimachus de Deo.

Simonides de Deo.

Lib. 3. cap. 2. bonitatis à Platone. Quo nomine suspicitur ab utroque. Aristoteles in libro de prima Philosophia, Sola, inquit, sapientia queritur causa sui. Quocirca iure non humana possessio dicitur. Multis enim modis serua est humana natura. *ὅτι καὶ Σιμωνίδης, θεὸς ἐν μόνῳ, τὸ τοῦ ἔχει τὸ γέρας*: Quapropter iuxta Simonidem, solus Deus habet hanc dignitatem. Quanta est, quàm profunda Theologia Simonidis, quòd solus Deus sit sapiens? Eadem causa per excellentiam dicitur in sacris litteris, Sapientia, per quam fundata est terra. Et Pindarus cum dicebat optimum artificem. Hæc sapientia Dei. Testimoniū autem summæ, & incommunicabilis bonitatis, apud Platonem in Protagora, quod prior Chilon: *ὅτι γένεσθαι μὲν ἀνδρα ἀγαθὸν χαλεπὸν ἀλαθείας. οἶοντε μὲντοι ὅτι γὰρ γέροντι δὲ ἀγαθὸν μὲν ἐν ταύτῃ ἔξει, καὶ εἶναι ἀνδρα ἀγαθὸν, ἀδύνατον καὶ οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλὰ θεὸς ἐν τούτῳ ἔχει τὸ γέρας*: Bonum quidem virum fieri verè difficile esse: licet tamen ad aliquod tempus esse. Sed cum fueris, in hoc habitu permanere, virumque bonum esse, impossibile, & non humanum: sed Deus hoc habeat decus. Nónne sapientia Simonidis hæc, naturali bonitate profusa, ea est, quam Seruator homines erudiuit dicēs, Nemo bonus nisi solus Deus? Hic igitur Simonides, etsi Græcus erat, multisque ante coruscans Euangelium natus annis, deduxit eum Natura tamen ad inclytæ Theologiæ confessionem. Necdum enim eouſque peruaserat superstitione ut bonitatem superioris ætatis, scientiamque illam Dei à primis hominibus venientem, obfuscarit. Quòdque mirabilius est, hanc sapientiam vel à Simonide natam, vel antiquiorem putat Plato: *ἢ Σπὸ Σιμωνίδου ἀρχαίον, ἢ καὶ ἔτι παλαιότερον*: vel à Simonide cœpisse, vel etiam venustiore esse. Hic est ille Simonides, qui non solum summam sapientiam, Deo, bonitatemque supremam adiudicauit, sed etiam dixit eum inscrutabilem. De quo, Marco Tullio auctore, cum quæſisset Hiero tyrannus, quid aut qualis sit Deus, deliberandi causa sibi vnum diem postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret, cur ita faceret. Quia quanto, inquit, diutius confidero, tanto mihi videtur res obscurior. Vnum igitur singularémque spectabat, maximum, vniuersalem, naturalemque, inscrutabilem, innominabilem, ut Mercurius dixit, non fabulosos illos, aut vllam cæli Intelligentiam. Ad hanc Theologiam, atque ad has laudes, Diuinitatisque semper impulit homines Natura confessionem. Is ante oculos obuersabatur, sese tum mirandis operibus suis exhibens animis, tum quibusdam primæ Theologiæ scintillis superstitionibus, quibus mentes hominum excitabantur, multitudinem fabulosos illos, nupérque delatos colente Deos. Audi igitur mirabilia canentem Sophoclem, & cum sacris oraculis mirificè congruentē in appellatione singularis Diuinitatis, & prædicatione operum diuinorū superstitionumque detestatione. Is auctore Cyrillo aduersus Iulianum Imperatorē, hæc scripsit:

Eis τοῖς ἀληθέασι, εἰς ἃ θεὸς,  
 ὅς ἐρεωνόη τετευχε, καὶ γάρτοι μακρὰν.  
 Πόντες χερσποπ οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίαις.  
 Ὅμοιοι δὲ πολλοὶ, κερὰ πλανώμενοι,  
 Ἴδρυσάμεθα πημάτων ἀεὶ ψυχήν  
 Θεῶν ἀγάλματα ἐν λίθων καὶ ξύλων,  
 Ἡ γυροστεύκτων, ἢ ἐλεφαντῶν  
 Ουσίας τε τύπων, καὶ χελας πατηγύρας  
 Τεύχοντες. ἔτως εὐσεβῶν νομίζομεν.  
 Vnus verò duntaxat, vnus est Deus,  
 Qui polum creauit, & latum solum.  
 Pontique latos fluctus, ventorumque impetus.  
 Mortales autem multi, animo vagi,  
 Ereximus erroris & cladis, animi  
 Deorum simulachra, è lapidibus, materiæque  
 Sive constructa auro, vel ebore.  
 His sacrificia, festosque celebravimus dies.  
 Sic pietatem retinere credimus.

Hæc reddidi, non moratus nunc numerum, temporaque syllabarum. Ex his clarescit magis, eandem, vnâque semper fuisse religionem, clariorem primis sæculis, mediis obscuriorem, hominum erroribus inquinatam, nouissimis clarissimam, quam nulla deinceps corrumpat superstitione. Agnoscebant igitur illi suorum temporum, ac fatebantur errores, ad

Solus Deus semper bonus.

1 de natura Deor.

Natura semper homines impulit ad cognitionem & confessionem vnus Dei. Sophocles de Deo.

F

Ares, ad genitorem suum redeunte Natura, & quos superstitiones delirare cogebant, ad veritatem machinis suis reuocante. Quid posteri Philosophi dicent, cum maiores, à quibus per successione, vitam, mores, opes, sermonem, litteras, iure hæreditario acceperunt, videat piè consentientes vnum, singularem, eundemque iuxta Theologiam Moſis, Vniuersi conditorem? Omnia igitur secula hunc cognouerunt, meritis laudibus extulerunt. Modò Vnitatem, & inæstimabilem Bonitatem, Sapientiamque, interdum Omnipotentiam ei tribuentes, nunc Conditoem Vniuersi cum Moſe, nunc Inscrutabilem asserentes. Eundem quoque singulariter nominauit Euripides, etiam sub his religionibus ortus, quæ vanos illos, ineptosque Deos colerent, eiusque misericordem naturam indulgentemque fatetur. Afferturque etiam à Plutarcho:

Μέλλει τὸ θεῖον, ἔστι δὲ τοῖς τὸν φύσιν.  
 Cunctatur Diuinitas, talisque est ingenio.

Hæc de clementia, misericordiæque diuina dicuntur, cuius Propheta simili ratione dixit esse plenam terram. Quo vocatur in sacris litteris μακροθυμὸς, nostri dicunt longanimis sed melius, sero irascens, differens vlcisci. Ideo subdit quidam apud Plutarchum, minime dicere aduersus malos, *ραθυμὸν εἶναι τὸν θεόν*, segnem esse Deum. Corrigitur autem à Plutarcho. Hic igitur Euripides, nullum è fabulosis illis Diis, quos illa sæcula colerent, sed vnum præpotentem vniuersalem, semper animis occurrentem spectauit Deum. Multo autem diuinitis Phocylides, è pſicis illis ante Platonem poëtis (fuit enim auctore Suida æqualis Theognidi) de singulari Deo scripsit, vt penè Prophetarum quis videatur extitisse. Fuit tamen Milesius, his temporibus ortus, quibus Deorum multitudo ab ignorantibus adorabatur, superstitionibusque vanis scatebat Græcia. At is multa tamen diuinitus scripsit. E quibus sunt illa, quæ locutus est in his quæ vocantur *παρρησίαι*:

Εἰς θεὸς ἔστι σφόδρ δυνάτος γ' ἄμα καὶ πολυλόχος.  
 Est vnus, sapiensque potens Deus, atque beatus.

Hinc non mirum superiora cecinisse Sophoclem de singulari Deo. Putat autem Suidas, qui auctor est, verè Phocylidem scripsisse versus illos, vitæque degendæ præcepta, quæ hodie circunferuntur, inscripta, vt ipse inquit *κεφάλαια*, ex verbis Sibyllinis fuisse decerpta, *εἰσὶ δὲ ἐν τῷ στυλλιακῶν κεκλιμένα*. Facile igitur potuit Phocylides de singulari Deo, sapientia, potentia, beatitudinēque eius, laudes has vel sub falsis religionibus ortas edidisse: quippe qui cum reliquis poëtis, hæc apud Sibyllas legeret. Videbis igitur in verbis Sibyllinis similia. E quibus:

Εἰς θεὸς, δὲ μόνος ἔστιν, Ἐπιμεγέθης, ἀγένητος.  
 Ἀλλὰ θεὸς, μόνος, εἰς, πανυπέριτος.  
 Vnus solusque est Deus, maximus, ingenitusque.  
 At Deus est vnus, cunctis altissimus idem.

Ex his carminibus, quemadmodum suspicatur Suidas sumpſisse Phocylidem de summo, singulari, sapientēque Deo loquentem, sic forte sumpserunt Sophocles, & Simonides. Siquis loquens, Aristotele teste, de sapientia eius, quam ab eo solo possideri, vt apparet nunc Sibyllam cecinisse, dicebat. Ille superius cantabat vnum, summum, singularem, qui creauerit cælum, terras, maria. Sibylla verò totidem verbis:

Ἀλλὰ θεὸς, μόνος, εἰς, πανυπέριτος, δὲ πεποίηκεν  
 Οὐρανὸν, ἢ ἐλιόντες, καὶ ἀστέρους, ἠδὲ σελήνην,  
 Καρποφόρον γαῖαντες, καὶ ὕδατος οἶδαματα πόντες.  
 Sed Deus est vnus, summus, qui sidera fecit,  
 Cælum, Phœbeiumque iubar, lunæque nitorem,  
 Frugiferam & terram, ponti fluctusque tumentes.

Vidisti superius in Sophocle, non eandem modò sententiam, sed eadem profus verba, de vnitatem Dei, de cæli, latæque terræ, æquoreique fluctus creatione. Eadem igitur prisco- rum Philosophorum, quorum tempore, auctore Plutarcho, metricè Philosophiâ, Theologiam, & historiam solitum erat decantari, fuit de Deo atque Sibyllarum sententia, religio, par Theologia. Nam Thales Milesius, quemadmodum & Sibylla, dixit auctore Laërtio, Deum ingenitum. Hoc ergo pro comperto, perspectoque habeamus, tam magis fuisse Diuinitatem suis laudibus decoratam, creationem mundi cunctis vocibus hominum atque Dæmonum, in eam relatam, quàm magis vltèrius ad pſicas ætates exordiumque mundi quis aspiciat. Prosequitur Phocylides, quæ Plato quoque nominat & admiratur,

Cogitur philosophi recentiores veterum philosophorum sententia subscribere. Maria Deo nomina tributa. Euripid. de Deo.

Psal. 32.

De sera vinita numinis. Phocylides de Deo.

Præcepta Phocylidis parænetica.

Laetant. lib. 1. cap. 6.

Ibid. Laetant.

Lib. de fide, & cur oracula verisib. edidit.

singularem Deum appellans, omnemq; ei providentiã tribuens, & ante omnes res, op-  
rasq; colendum docēs: *ἁρῶται θεὸν ἴμα.* In primis venerare Deum. Vides eum non dixisse  
quemadmodum poëta, venerare Deos. Spectabat enim verũ illum, & singularem. Item:

*Psal. 7. 49.  
74.  
Psal. 95.  
Psal. 145.*

*Εἰ σὺ κριτὴς δικαιοσύνης, σὲ θεὸς μετέπειτα δικαιοσύνης.*  
*Si malus es iudex, Deus est te iudicat ipse.*  
Hęc Theologia est sacrarum litterarum: Deus iudex iustus. Qui iudicas omnem terrã.  
Vidua & pupillum suspiciet. Item Phocylides:

*Ὡς σοὶ ἔδωκε θεὸς, τῶτων χειρὶσι τῶ δόξῃ.*  
*Quæ tibi largitus Deus est, des tu quid egenis.*

*Armauit  
Deus anima-  
lia singula.*

His illa Mosaicæ Theologiæ pars asseritur, qua docuit Deum, fructus, holera, bestias, ma-  
re, terras, in hominum potestatem tradidisse. Quæ cum tanta copia, vbertateq; donaue-  
rit, velit item nos eius imitari clementiam, manus egenis aperientes, quemadmodũ bo-  
nitatis suæ thesauros aperuit ipse nobis. Eundem fatetur Phocylides, omnibus animãti-  
bus arma sua dedisse, volucris pennas, leonibus robur, tauris cornua, apibus aculeos, ve-  
rũ pro cunctis his, hominem armasse ratione, valido aduersus omnia propugnaculo:

*Ὅπλον εἰς ἕξω νέμει θεός.  
Armauit nam cuncta Deus.*

Asserit etiam mirificè cum Mose, hominibus esse spiritum, & imaginem à Deo, quem-  
admodum videlicet Sibylla cecinissent.

*Πνεῦμα γὰρ ἐστὶ θεὸς, ἡγήσας ἡμετοῖσι καὶ εἰκόνη.* Quod est,  
*Spiritus ipse Dei est mortalibus atque imago.*

Et cum ait omnes æquè mortales esse, Deum autem animis imperare. Non imperat au-  
tem mortuis, quemadmodum ipse dixit. Si est Deus Abraham, Isaac, non est Deus eo-  
rum, qui non sunt.

*Πάντες ἴσοι νέκυες, ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύσας.*

Nominatur igitur Deus ubique singulariter: qualisq; fuit Phocylidis Philosophia, talem  
arbitrandum est fuisse omnium eius tempestatis sapientum. Semper igitur Deus vnus  
cognitus est & prædicatus, quem sic exhibuit animis Natura, quemadmodum sunt ani-  
mantibus instinctus cuique sui.

*Eadem probatio ex priscis Philosophis, de laudibus diuinis, ab eis celebratis,  
quod sit vnus Deus, quod Mens Animatioque Vniuersi, principium,  
medium, finis, ex Pythagora, & Archyta, Philolao, & Asclepio,  
Acmone, Mercurio.*

CAPVT III.

**P**OST poëtas, similem pietatem tenuisse Philosophos, præsertim ve-  
tustiores illos ante Platonem, vnanimi religione summi ac singularis  
Dei memoriam singulariter celebrantès, ac no minantes, si quis eo-  
rum dicta consideret, quæ partim nunc in libris eorum leguntur, par-  
tim ab subsecutis Philosophis, qui libros eorum legerunt, referun-  
tur, faciliè cognoscet. Ex his sunt Trismegistus, Orpheus, Sibylla, Em-  
pedocles, Pythagoras, Melissus, Anaxagoras, Philolao, Pherecy-  
des, pluresque alij, qui superiorum sæculorum sapientiam, cuius à Deo fuit origo, quam  
primis hominibus tradidisset, venerantes, de maiestate, singularique eius Diuinitate  
cunctisq; bonis, quæ possidentur ab eo, diuinas laudes, cuiusmodi resonant in sacris lit-  
teris, decantauerunt. Ex his primum, quàm mirabilis, quàm diuinus fuit vetustissimus  
Trismegistus in confessione summæ Diuinitatis: quos hymnos ei decantauit, quibus no-  
minibus appellauit: Cum in Pœmandro deprecans vt rationale sacrificium suscipiat, sic  
eum vocat. *ἀνεκχάλνιτε, ἀρρήντε, σιωπῆ φωνήμενε.* Ineffabilis, indicibilis, silentio vocatus. Qui  
scilicet silendo vocaris, audiens etiam silentes, orationemq; diuinam exordiens: *ἅγιος ὁ*  
*θεός, ἢ ἡ βασιλὴ τελεῖτε ἅπασαν ἰδὶαν δυνάμειαν, ἅγιος ὁ θεός, ὃς γινώσκων βίβλησιν, καὶ γινώσκων τοῖς ἰδοῖς.*  
*ἅγιος εἶ ὁ λόγος συνησάμηνος τῶ ὄντος. ἅγιος εἶ ἢ ἅπαντα φύσις ἐμὴν ἔφυ. ἅγιος εἶ ἢ ἡ φύσις ὅσα ἐμὸρῶσεν. ἅγιος*  
*εἶ ὁ πάσης δυνάμειος ἰσχυρότερος. ἅγιος εἶ ὁ πάσης ὑπεροχῆς μέγιστος. ἅγιος εἶ ὁ κρείττων τῶ ἑπείγων:* Sanctus  
Deus, cuius voluntas peragitur à propriis viribus, & potestate. Sanctus Deus, qui vult co-  
gnosci,

*Philosophi  
ante Platonē.*

*Trismegistus  
summam di-  
uinitatem co-  
fessus.*

Agnosci, & cognoscitur à suis. Sanctus es qui solo verbo eucta fecisti. Sanctus, cuius omnis  
natura fuit imago. Sanctus es, quem non formauit natura. Nimirum cuius forma nusquã  
in natura est. Sanctus es qui superior & fortior, es omni potestate. Sanctus es, qui omni  
magnitudine maior, & excellentia excellentior. Sanctus es, qui es omni laude superior.  
Sic ille. Agnoscis psalmos, & hymnos diuinos à cunctis, non ab Hebræis solis decantari.  
Sumus enim omnes filij Dei, omnes ab illo. Eoque spiritus omnis laudat creatorem suũ.  
Sibylla verò, quam Iustinus Philosophus vocat vetustissimam, eodem ipso autore scri-  
psit (multis ommissis, quæ reperies apud alios.)

*Psalms &  
Hymni non à  
solis Hebræis  
decantati.  
Apologia pro  
Christianis  
Laëtant. lib. 1.  
cap. 6.*

*Εἰς θεὸς ἐστὶ μόνος καὶ ὑπερμεγέθης, ἀγνώστος.  
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁράμηνος αἰτός, ἀπαιτός.  
Αὐτός δὲ ἢ βελτίειαι ἡμετῆς ὑπὸ σαρκὸς ἀπάσης.*

Vnus Deus solus est supra omnem maiestatem, ingeneratus, omnipotens, inuisibilis, vi-  
dens ipse omnia, ab omni mortali corpore non visus. Hęc illa cum sacrosanctis Prophe-  
tis, & Apostolis vetustissima decantauit. Eodem Iustino autore dixit eadem:

*Ὅλβιοι ἄνθρωποι κένοι καὶ γαῖαν ἕσθηται,  
Ὅσοι δὲ ἢ σφραῖσαι μέγαν θεὸν εὐλογοῦντες,  
Πεῖν φαγέειν, πιεῖν τε, πεποθότους εὐσεβήσας.  
Ὅτι τῆς μὲν ἀπαισίας ἀπαρήσθησιν ἰδόντες,  
Καὶ βωμὸς, εἰς ἕνα λίθον ἀφιθύμασας καὶ φων*

**B** *Ὀῆμασιν ἐμυλον μεμίσμενα, καὶ ἡσυχασί  
Τετραπόδων, βελήσας δὲ ἐνὸς θεὸς ἐς μέγα κῦδος.  
Sunt homines illi vorè in tellure beati,  
Qui magnum coluere Deum, & cecidere priusquam  
Ad potumque cibumque adeant pietate decori.  
Qui delubra oculis mox auferre videntes  
Atque aris, lapides, vita & ratione carentes,  
Sanguine pollutos animantum, pecudumque  
Casorum, vniúsque Dei aspiciunt decus ingens.*

Ecce igitur omnes cũ sacris litteris, id est, cum veritate pura cõsentiant. Ecce quo magis  
vetustiores ætates respicias, tam magis cognitum, prædicatumq; Deum singularè agno-  
scas. Cuius clarior scientia, cunctis ambagibus amotis, à filio suo nouissimis sæculis fuit  
patefacta. Orpheus igitur etiam vetustissimus, ante omnes celebratos in Græcia Philo-  
sophos & poëtas, multis carminibus de singulari Deo, non secus atque Prophetarũ quis,  
mira exprompsit, nemini non suspicienda. Hęcq; carmina partim apud Platonicos, par-  
tim Theologos nostros, Iustinum, Eusebium, Cyrillum, Clementem Alexandrinum ha-  
bentur, ne putes non vetustissimi, quemq; vocat diuinissimũ Ioannes Philoponus, esse. Is  
ad filium Musæum de Deo scripsit, quorum nonnulla minores postea desumpserunt:

*Quo vetustio-  
res philosophi  
eo in doctrina  
puriores.  
Orpheus de  
Deo.*

**C** *-Μένων δὲ ἐσθρα κόσμιο ἀνευτα  
Εἰς δὲ ἔστι αὐτογῆνης, ἐνὸς ἐκγονα πάντα τέτυκται,  
Εἰ δ' αὐτοῖς αὐτός, ἀειγίγνεται, ἐδῆτις αὐτῶν  
Εἰσορέα ἡμετῶν, αὐτός, δὲ γὰρ πάντα ὄρεται.  
Ὅντος δ' ἐξ ἀγαθοῦ κερὰ ἡμετοῖσι δίδωσι  
Καὶ πόλεμον κρυένται, καὶ ἀλγέα διακρύβει.  
Ὅντος ἐσθ' ἕταρος, χαλκὸς μέγιστος βασιλῆος.  
Αὐτῶν δ' ἔχ' ὄρω, καὶ γὰρ νέφος ἐσθραται  
Πᾶσιν γὰρ ἡμετοῖς, ἡμετῶν νόμι ἐπὶ ἐν ὄσοις.  
Ἄσθενες δὲ ἰδέω διὰ τὸν πάντων μεδέοντα.  
Ὅντος γὰρ χαλκῶν ἐς ἕρμῶν ἐσθραται  
Χρυσῶν ἐν ἡρόνῳ, γαῖης δὲ ἔστι, ποσσὶ βέλτοκως  
Χεῖρα δὲ δεξιτέραν ἔστι τέρμματος ἀνεάνοιο,  
Πάντοθεν ἐυτετακην, καὶ γὰρ τρέμει ἕρεα μακρὰ,  
Καὶ ποταμοὶ, πολλὸν τε βάθος χερσὶ ποιο θαλάσσης  
-Solum Regem aspice mundi.*

*Vnicus ex se natus, sunt atque omnia ab Vno.  
In his ingreditur, nec quisquam respicit illum  
Mortalis, verum ipse immensus respicit omnes.*

Isq; bonis demptis mala dat mortalibus atra, Et seuum bellum, & lacrymas, seuosque dolores. Nec quisquam est alius, nisi Rex is maximus. illum Non video: circum est etenim caligine septus. Non sunt mortales acies mortalibus, atque Cernere non possunt Regem, qui cuncta gubernat. Is caelo arato, robusto & presidet axe, Inq; throno sidet aurato, pedibusque per ipsam Ingreditur terram, oceanique ad ultima, dextram Porrigit undique, montes ingentesque tremiscunt, Fluminaque, & cani fluctus, aequorque profundum.

Pythagoras de Deo, ex Cyrillo.

Primusq; Pythagoras autoribus Theologis Græcis, Plutarcho quoque & Cicerone, fertur velut vnus è Prophetis, dixisse: ὁ μὲν θεὸς εἷς, αὐτὸς δὲ ἕχως τινες ἕσπονδός τινι. ἀξιοσημείωτος, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὅλος ἐν ὅλῳ, τῶν κινητῶν πάντας ὀπισθοποῶν γενέας, ὅτι κρείσσος τῶν ὅλων ἀκίνητων, καὶ φῶς, τῶν αὐτῶν δυνάμεων καὶ ἔργων, ἀρχὴ πάντων ἐν ἐρατῷ φωστῆρι, καὶ πάντων πατρῴων, καὶ ἑλευθέρων τῶν ὅλων ἀπάντων κινήσει. Quæ sunt, Deus quidem vnus est. Ipse vero non, vt nonnulli suspicantur, extra mundum, sed in ipso est, totus in toto, omnes circunquaque considerans generationes. Est Temperies omnium sæculorum, Opifex, seu Lumen suarum facultatum, & operum. In caelo Lumen, omnium Pater, Mens & Animatio cunctarum rerum & Motus. Hæc dixit Pythagoras, autore Cyrillo aduersus Iulianum Imperatorē, etiam Eusebio, multisq; aliis: Etiam Cicerone, & Plutarcho. Nam quoniam dixit Deum rerum cunctarum Animationem, mentium, animarum Genitorem, hinc Cicero referens eius sententiā, Nam Pythagoras, inquit, qui censuit animum esse per Naturam rerum omnem intentum, & cōmeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorū animorum discerpi, ac dilacerari Deum. Et cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram, quod fieri nō potest. Cur autem quicquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? Quomodo porò Deus iste, si nihil esset in mundo? Vides Ciceronem, sub Epicurei persona, omnem hanc sententiam interpretantem, qua Pythagoras dixerat, Deum non extra, sed per omnem mūdum intendi, & commeare. Et quoniam vocat eum Pythagoras ἄρχον, Animationem, hoc Latinus Philosophus interpretans animum, declarat quam ob causam, cum Pythagoras Animationem siue Animum vocasset: quia scilicet inde nostri animi carperentur. Plutarchus item referens placitum Pythagoræ de Anima, quod verbis Græcis superius positus cōtinetur: Pythagoras inquit, & Plato ἀθάρατοι ἐναι τὴν ψυχὴν, ἐξ ἴσου γὰρ εἷς τὴν τῶ πάντων ψυχὴν, ἀναρρέειν πρὸς τὸ ὁμογενές: In corruptibilem esse Animam. Exeuntem enim, ad animam Vniuersi, vt ad suum genus reuertit. Verè igitur illa superiora sensit, posterisq; reliquit Pythagoras. Primaque Theologia de Vnitate diuina, tum de Maiestate, mūdum vniuersum complectente, nulla, quam non totus in toto cernat, amplectaturq; parte vacante: exin de prouidentia, quo præsentem generationes ordinesq; omnes concinant, ipso velut coryphæo, ducēque choræ, re-

Cic. 1. de nat. Deor.

D.º, ψυχῶν dictus à Pythagora.

Expers corripionis anima. Quæ tradidit prima Theologia.

Philolaus, de Deo.

rumq; temperie. Quorum cum sit ipse moderator, & effector, iure Principium, Opifexq; vocatur, suaq; opera dicuntur, quæ circunspicimus: Luminum caelestium temperator, & ad vitam vniuersi, quacunq; diffunditur mundus, luminis donator, imò verò lux ipse sempiterna, caelestis repertor: Genitor, Mens Vniuersitatis, qua viuit sentitq; plenus ordinum venustissimus mundus. Hæc tempestatis illius sacra, veneranda Theologia, nunquā sopita, vel extincta, quam primus homo manifestam vidisset, luce veritatis. Philolaus igitur discipulus Pythagoræ, hæres huius sacrosanctæ sapientiæ, autore Philone Iudæo: ὁ ἡγεμὼν καὶ ἀρχὴν ἀπάντων θεὸς εἷς αἰεὶ ἐν μόνιμος ἀκίνητος, αὐτὸς αὐτῷ ὁμοίος, ἕτερος τῶν ἄλλων: Princeps & Dux omnium Deus, vnus, semper existens, singularis, immotus, ipse sui similis, alius ab aliis. Quantum hic Diuinitatis? quàm claret nunquam non mundi, generisq; humani patrem, perspectum fuisse, & errante multitudine, Deosq; illos commentitios colente, sapientes aliud sensisse, vanitate vulgaribus concessa, veritatem sibi referuasse? Quid aliud extat Theologiæ apud Prophetas? Quòd sit vnus, non plures, quòd in sempiternum, quo vocauit seipsum in libro Moysi ὁ ὢν, Ille qui est, significatus nominis tetragrāmi, existentis scilicet æterna substantia, vita, luce florentis. Immobiles autem, designat eius incommutabilem naturam, nullam in omni æternitate mutationem, alterationemq; recipientem. Eoq; sui similis semper, quantum cæteris rebus dissimilis, quæ semper variantur: & tum

Deus, ille qui est. Deus immobilis.

Atum fuit tempus cum non essent, tum deinde creatæ, iugibus huc illuc fluctibus semper deportantur: nihil vsquam stabile, tam variantibus animis, quàm corpōra nunquam in eodem habitu perseverant. Ille autem idem semper, cuius est perfecta beatitudo, sempiterna possessio. Talis erat eius temporis Theologia. Nunquam abfuit à mundo Deus, nunquam se se abdidit, abstrusitq; ne quis eum agnosceret. Hanc sanctissimam Sapientiam, par est totius tempestatis, & superiorum sæculorum, ad diluuium vsque floruisse, tametsi superstitiones inualescebant vbique, Barbaris cælum sideraq; colentibus, Græcis homines illustres. Sed, vt dixi, is erat magis multitudinis error, luce veritatis quasi in crepusculo, & aurora apud paucos nitescente. Omnis igitur Pythagoreorum schola, quæ ex nobilissimis Italix Græcisq; viris constabat, hæc ipsa de summo ac singulari Deo sentiebat, ac prædicabat. Audi enim Archytam, Pythagoræ cum Philolao discipulū. (Is autore Iamblichō de secta Pythagoreorum, quorum libri ad manus eorum peruenerunt, nobis temporū iniuria, incogniti) vt altissimè philosophatus sit de Deo: ὅτις ἐν ἀναλόγῃ οἶσθε ὅτι πᾶσι καὶ γενέα, καὶ πᾶσι μέρεσσι καὶ τῶν αὐτῶν ἀρχῶν, καὶ πάλιν (καὶ δεινότερον καὶ συναρθεμιώτατον) ἔστω δόξει μοι καὶ σοφώτατος ἦ μὲν, καὶ παναληθέςτατος, ἐπὶ δὲ καὶ καλὰν σοφίαν εὐρηκέναι, ἀφ' ἧς δυνατὸς εἴσεται τοῖ θεῶν καὶ τοφείδων, καὶ πᾶσι τὰ ἐν σοφίᾳ, καὶ ταῖς ἐκείνης κεχωρισμένα, καὶ ταύτων ἀρματτίλατον ὁδὸν ἐκπορεύσασθαι, τῶ νόῳ, καὶ εὐθεῖαν ὁμαθῆναι, καὶ τελεσθαι μυσταίως ἀρχῆς τοῖς πύρεσσι συνάψασθαι, καὶ ἔπι γινώσκειν ὅτι ὁ θεὸς ἀρχαίτε, καὶ τέλος, καὶ μέσον ἐστὶ πάντων, τῶν καὶ διχων, καὶ τῶν ὁρῶν λόγον ἀφρονομένων. Quicunque, inquit, possit omnia genera rerum, ad vnū, & idem principium resoluerē, & rursū componere, & connumerare, is mihi sapientissimus, maximèque veridicus esse videtur. Insuper pulchram speculam reperisse, ex qua possit contemplari Deum, & omnia, quæ in coordinatione, & serie eius separata sunt. Hacq; regia via aperta menti, rectā pergere, cursumq; conficere, principia finibus connectens, cognoscensq; quòd Deus est principium, & finis, & medium omnium, quæ secundum ius rectamq; rationem peraguntur. Hæc Archytas. Quanta Dij boni Theologia? quàm multiplex sapientia? quæ Philosophia? quæ laudes? quæ cognitio Diuinitatis? Quòd sit principium, medium, finis omnium, quòd is sit sapientissimus, in numerum verorum Philosophorum ponendus, qui cuncta reuocet ad creatorem, principiumq; suū, duabus incedens Philosophando viis, primam per resolutionem, alteram per compositionem, connumeratiōemque. Principio respiciens fontem illum, cunctorum bonorum, ab eoq; deducens visibilibus, & inuisibilibus molitionem: ab hac origine cælum, terras, mare, solem, lunam, genus hominum, vsque ad minima queque. Altera, rediens à nouissimis hinc ad illum, quasiq; ascendens in cælum. Vt qui fontibus Nili repertis, per totum flumen vsque ad ostia descendat, cernens omnem hanc vberimam aquam à fontibus illis nasci, citra originem illam, tantum flumen manare non posse. Aut si spectans ostia, flumēque perenne miratus, nesciens vnde tanta vis aquarum scaturiat, per flumen vsque ad fontes scrutaturus accedat. Eiusmodi philosophando rationem quicunque teneat, Archytas admiratur, sapientissimus ab eo, maximèque veridicus iudicatur. Quia hæc veritas est quòd Deus est principium, finis, medium: sic in medio manantibus omnibus ab eo, sustentatisq; sicut autor fuit vt nasceretur. Hæc pulcherrima philosophandi specula, vnde latè diuina lustrare, fontem rerum prospectare queas. Hoc iter quo ducimur ad originē mundi, & innumerabiles ordines, seriesq; rerum longissimas ab illo fluentes circunspiciamus. Hac animus incedens, conficit cursum rectum, regium, cuius est supremus anhelitus, Deum principii, medium, finem nosse rerum cunctarum. Nam pulchritudo mundi, vt Marcus Tullius iuxta Philosophiam hanc ait, ordoq; rerum caelestium, cogit confiteri, esse præstantem aliquam, admirandamq; hominum generi naturam. Aspicias igitur veram philosophandi viam. Sed Archytas non modo in vniuersum Deum esse principium, medium, finem, verum etiam cōfiteatur apertè, hominem sapientiæ capacem fecisse. Ad aliaq; quæ proferuntur in libris de Anima cōcludens sermonem, super humana creatione: τῷ το δόξει μοι ἦ μὲν πᾶσι, ὅσα καὶ γέγονε, καὶ (καὶ ἔστω ὁ ἀθροῦτος, καὶ ὄργανα δι, καὶ δυνάμεις, εἰληφεν ὁ θεὸς τῷ θεῷ. Hoc, inquit, videtur mihi aliquādo fuisse, quod etiam fuit. Creatus est homo, & instrumenta, atque facultates accepit à Deo. Quid aliud locutus est Moses, vt fuerit olim, quod verè fuisse suspicatur Archytas? Deum manus ad opificiū hominis adiuuasse suas, instrumenta corporis calidissimo artificio fecisse, facultates addidisse, quibus intelligentia contineretur, capax omnium rerū, sed in primis autoris sui. Cum igitur eandē Philosophiam in omni Pythagoreorum schola, quoniam is præ cæteris nobilissimus fuit,

Sapientia semper fuit, quam erroribus obscurata.

Schola Pythagoreorum.

Archytas de Deo.

Deus, principium, medium, finis.

Duplex via philosophandi.

2. de natura Deor.

Homo à Deo creatus.

paucique alij æquè docti, viguisse par sit, apparet utique Mosaicam illam sapientiam, quã non modò conscripsit oraculis diuinis eruditus, sed tradebatur etiam per omnes atates, fama manante semper in posteros, in Græcia quoque priscis illis sæculis claruisse, singularémque Deum inter tot superstitiones præsertim sapientibus innotuisse: Hæc vltimorum sæculorum Sapientiam cunctos esse confessos, siue natura documenta præbente, siue patrum voce fatorem æternum semper resonante.

Quòd prisci Philosophi super vno, ac singulari Deo, mirabiliter cum sacris litteris consenserunt.

CAPVT IIII.

Asclepius de Deo.



ASCLEPIVS ad Ammoné Regé, de Deo profundè philosophatus est; eú singulariter nominans, & ei maiestatis laudes eas còcinens, quas canunt indefensè litteræ sacræ, quasq; superiores audiuimus decatasse, vt còstet vnà eandemq; tempestatis eius fuisse sapientissimam pietatè, & piissimam sapientiam, pares laudes diuinas, omnibus animis consonantibus: ἀλέματον μὲν ἔστι πνεῦμα ὁ θεός, αἰεὶ καὶ ἀσώματος ἔχων ταῖς οὐρανίαις ὁπτιήμασι, δινεκῆς δὲ ταῖς εὐδαίμονιαις, ἐργασίας δὲ ταῖς αὐταῖς διδύ. πάντος κεκρημένος, ὑπαιτος βασιλεὺς τῆς ὅλων ἀγαθῶν ὁ θεός. Nimirum, indefatigabilis, ait, Spiritus est Deus, semper & eodem modo habens sua scientia. Perennis felicitate, operationibus eisdem vtens ad omne tēpus. Supremus omnium rex, bonus Deus. Principio definit eum Spiritum seu Mentem, tum indefatigabilem, quod Philosophi dicerent, virtutis infinite, facultatis inexhaustæ, tum sapientia, scientiaq; perpetuæ, immutabilis, ad quam nulla fiat vnquã accessio, nulla sit ei diminutio, aut quæ sit quemadmodum nostra varia, nunc hac, nunc illa sententia diuino animo surgète: Eadem perinde luce, Sole illo semper nitescente, àque sole corporeo, cuius lumen nemo vidit vnquam, vel largius creuisse, vel solitū iubar ei caligasse. Æquè sapiens, semper item equè beatus. Tria sempiterna possidens, sempiternam potestatè, sempiternam sapientiam, & sempiternā beatitudinem. Regiam quoque sublimitatè, & illam sæpe in sacris litteris prædicatā insuperabilem, nullaq; mente cogitandā bonitatè. Multorum igitur vocibus còcurrentibus, exploratū nobis erit, Deum, què nouissima coluit, vidit, declarauit religio, Natura quoque, & crebra quondam oracula, semper hominibus obtulisse, religione, Natura, cælo, inter se semper congruente. Et quas Prøpheta, diuinitusq; afflatus viri laudes edidisset, easdè multos alios, quos sola Natura, sparsaq; per omnè mundum rationes còmouerent, celebrasse. vt verū sit quod Deus per prophetam: Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino. Itaque etiam Thales Milesius è priscis illis, tum Deum singulariter appellauit, tū eum dixit autore Laërtio πρῶτον αἰῶνος, antiquissimum: & ἀρχαῖον, ingeneratum: declarans videlicet cur esset antiquissimus. Eundem, autore Cicerone, dixit eam Mentè, quæ cuncta ex aquis finxisset, nimirum Sapientiam æternā, solertissimam, omnis pulchri, boniq; repertricem, quæ & Chaos, nempe aquam cum terra, ad ædificium mundi præparauit, & ipsum mundum super extruxit. Duos quoque vetustissimos Philosophos, quos prius memorare debueram, testatur Iustinus Martyr, & Philosophus in Apologetico, de Maiestate diuina vera prodidisse: Testimonia, inquit, πρῶτον αἰῶνος φιλοσόφων, ἀκμόνος, καὶ ἕρμωδ, ἀκμόνος. Vetustissimorum Philosophorum extant, Acmonis, & Mercurij: Acmonis appellantis Deum vndique absconditum, Mercurij autem apertè dicentis Deum cogitare difficile, eloqui verò impossibile. Quàm veneranda vetus Theologia! Quæ Diuinitatis laudes nò sunt apud priscos illos? nunc creationis, nunc omnipotentia, interdum inexhaustæ sapientia, nonnunquàm prouidentia, interim bonitatis, aliàs quòd sit absconditus, dignus quem silendo veneremur, sobriè de eo loquamur. Is forte est Acmon, ad quem superiora scripsit eiusdem tempestatis Philosophus Asclepius. Quanquàm ille dicitur in libris Mercurij Ammon, is Acmon. Sed mihi eundem fuisse persuadeo. Habes hic quoque testimonium Iustini, de Mercurio Trismegisto, quem Plato proculdubio secutus pronuntiauit & ipse in Timæo: πῶν μὲν ποιητῶν καὶ ποιητῶν τῶνδε τῶ πάντος, εὐρέιντε ἔργον καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀθάνατον λέγειν. Creator & Pater vniuersitatis huius, & inuentu difficilis, & cùm

In Deo sempiterna potestas, sapientia, beatitudo.

Aduerte perennem Theologiam.

Isayæ 45. Thales Milesius Deum dixit antiquissimū & ingenitum.

Acmon & Mercurius, philosophi vetustissimi.

Ammon & Acmon, idè. Platonis præclauè dictum de Deo.

A & cùm inueneris, in vulgus efferre, impossibile. Vides admirantem, sequentemq; priscam Philosophiam Platonem. Vides omnibus sæculis cum hominibus versatam, nunquam caligasse, aufugissèque penitus à terris cælestem lucem, donec à Sole deuecta suo rediret tota. Pherecydes quoque Syrus, qui fuisse dicitur Pythagoræ præceptor, & Deū singularem, quemadmodum philosophi tempestatis illius omnes, nominauit, & creatorem, optimum dixit. Autor Aristoteles in libris de Philosophia: φερεκύδης καὶ ἕτεροι πῆνες, τὸ γνήσιον ὁρώτων ἀεικων πηθεῖσι. Pherecydes, & alij nonnulli, quod primum genuit siue creauit, optimum statuunt. Item Euclides autore Laërtio, Numen vnum, Naturamque Bonitatis vnā, quæ multis nominibus appelleretur, modò Deus, modò Sapientia, interdum Mens, agnouit, prædicauit, nihil aduersum esse bono, cum magnis Philosophis, & nostris contra insaniam Manichæorum consentiens: ἕτος ἐν τῷ ἀγαθῷ ἀπεφάνητο πολλοῖς ὀνόμασι καλεῖσθαι. ὅτε μὲν γὰρ φρόνησιν, ὅτε δὲ θεὸν, καὶ ἄλλοτε κτλ. καὶ τῶ λοιπῶ. ταῦδ' ἀντικείμενα τῷ ἀγαθῷ, ἀνήρει, μὴ εἶναι φάσιον. Xenophon autem ille, cuius melle dulcior fluxit oratio, eadem atque Plato tempestatè, declarat diuinam illam, admirandamque Philosophiam, non vnum Platonem detinuisse in admiratione, sed illius sæculi fuisse firmam de vero Deo sententiam. Is autore Cyrillo, aduersus Iulianū, sic de Deo philosophatus est: ὁ θεὸς πάντα σείων, καὶ ἀπρεμῶν, ὡς περὶ μέγας πῆς καὶ δυνατὸς φανερός, ὅποιος δὲ πῆς μορφῶν, ἀφανῆς, ἔτε μὲν παμφανῆς διδῶν εἶναι ἥλιος, ἐδὲ ἕτος ἔοικεν ὅσον εἰωπῶν ἔπιπτεῖται, ἀλλ' αὐτὸς ἀφανῆς αὐτῶν θεῶσιν, πῆν ἕτερον ἀφανῆται. Qui igitur, inquit, cuncta commouet, iubéque quiescere, ceu magnus quidam & præpotens, manifestus quidem est, sed qua forma sit, obscurus est. Neque verò etiam qui suspicatur lucidissimus Sol, apparet seipsum ab vilo aspici sinere, sed si temere quis eum contueatur, visione multatur. Quo potuit clariore Diuinitas exemplo designari? quid ea dignius prædicari? quòd sit Sol, quòd appareat, luceat vbique cunctis sæculis, nationibusque semper manifestus, sed non ita tamen, vt eum se quisquam gloriari possit vidisse, penitusque oculos in naturam eius defixisse. Caligabit, qui voluerit eum videre quis sit. Deum enim nemo vidit vnquam, dicunt nostræ litteræ. Et, Nemo me videbit, & viuēt in æternum. Similia dixerunt illi ab ipsa natura, suppetente luce. Eoque Trismegistus cùm aliàs Deum ineffabilem innominabilémque dixisset, docuit eum ex operibus clarere nobis. Et Mosi ostendit posteriora, non faciem. Obscurus igitur & clarus: operibus clarus, obscurus natura, quam nemo vidit vnquam. Et multi videre volentes, propiusque oculos admouentes, cæci redierunt. Hoc exemplum, collatióque Solis, & Dei, cùm etiam extet apud Platonem, sit verisimile, fuisse temporis eius Philosophiam, Deum quidem nullo alio nomine sapientibus nuncupantibus, sed Soli similem arbitrantibus, qui partim sit omnibus nationibus clarissimus, partim tanta caligine septus, vt ab exordio mundi nemo potuerit eum cognoscere. Quid verò Cleanthes Stoicus de summo, ac singulari Deo antequam Filius eius concessisset in terras, perhibuit? de quo Simplicius super Epictetum: εὐχεται δὲ ἕτος ἐν τοῖς ἰαμβέοις τῆς τῶν ἀγαθῶν ἕτος θεός, καὶ πῆς ἀπ' αὐτῶ διδύ πάντων ἐν τῷ φαινομένῳ ἀπῆας, ποιητικῆς τε, καὶ κινητικῆς, καὶ περὶ ἀμύδην, καὶ εἰμαρμένην ἐκείνην. ἐπαγγελόμενος ἀόκως καὶ ἐκῶν ἐφῆσται. αὐτὸς γὰρ ἀπῆας φησὶ μόνον ὅτι κελὸς ἔσομαι, καὶ οἰμῶν, καὶ σῆων ἀκαλοῦσθω. ἀνάγκη γὰρ ἀκαλοῦσθω τὸ ἀδενέστηον, τῶ ἰσχυροτέρῳ, καὶ τῶ ἀπῆατον ἀπῆας. Quæ sunt, Precatur, inquit is, in Iambis istis, agi à Deo, & à Causa eius quæ per omnia ordinatè tendit, operans, & mouens, quam Factum vocat & Decretum, promittens intrepidè libentèrque se fecuturum. Neque enim, inquit, resisto. Nam alioqui malus sim, & gemens ac lugens sequar. Necessè enim est sequi, quod debilius est, fortiorem, & causarum causam. Hæc ab his dicebantur, quorum terras ctsi vana superstitione, veterisque ignara Dei, occupasset, aderat tamen primæua lux, quam maiestatis æternæ iubar in sensibus humanis accendisset, qua sæpe terræ sæculorum tenebræ discussæ sunt.

Pherecydes Syrus de Deo.

14. Metaph. c. 4. Euclides de Deo.

Xenophon de Deo.

1. Iam. 4.

Deus ex operibus clarer. Exod. 33. Dei cum Sole comparatio.

Cleanthes de Deo.

Quòd appellata sit in veteri Theologia Natura diuina, prima excellentissimæque Vnitatis: & quòd omnia ex ea dixerint esse nata, ex Empedocle & Parmenide & Zenone, & Aristotele, Melisso, Damascio: & quòd hanc Vnitatem vocarint immobile Principium.

CAPVT V.

Omnes deuj riuus, violēti.

Dei vniuſi eſt.

Empedocles de Deo.

Ab unitate viſibilia & inuiſibilia proſecta.

Pſal. 103.

Pſal. 113. Hebr. 1.

Angeli creati ad unitate.

Vnitatis, per excellentiam.

Angeli, tanquam germina & propagines.

Omnium rerum principum, vnitatis.



EMPER humanum genus vnum Deum cognouisse, & prædicasse, in hanc animos inclinationem perenniter pependisse, utq; vera pietas naturalis est, sic superstitiones, & omnes à veri Dei cultu devios ritus violentos fuisse, non his modò claret, sed aliis etiam longè perspectioribus. Priscos appellasse Deum, perfectissimam, primam, præcipuam, & in omni vnitare tenentem principatum Vnitatem, Primum & vnitissimum simplicissimūq; Vnum, quod Græcè per articulū Emphaseos τὸ ἐν, id est, ipsam Vnitatem, & ab ea cuncta produxisse, idque profundissimum apud eos mysterium fuisse constat. In hac autem probatione primum ac præcipuum est testimonium Empedoclis, penes quem antiqua Philosophia refedit. Fuit enim discipulus ac successor Pythagoræ. Eum autem potissimū audire operæpretium est, quòd perperà Aristoteles mentē eius interpretetur, modò amicitia ac discordiam, modò materiā asseuerans eū nomine Vnitatis appellasse. Quid igitur per vnitatē antiquus Philosophus intellexerit, abunde docent eius carmina, è quibus hæc potissimū in libro de Mundo, quæ etiā ab Aristotele in prima Philosophia, & in compendio de Mundo proferuntur: *ὅτι τὸ ἐνός*

*Πάντ' ὅσα τὸ ἐνός, ὅσα τ' ἐστὶ, ὅσα τ' ἐστὶν ὀπίσω  
Δένδρα δὲ βελόλας τε, καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,  
ὄψεις τ' ἰωνοῖτ', καὶ ὑδάτο θρῆμμοιες ἰσθμῶν,  
καὶ τὸ θεοὶ δδλιχόμενες, τίμησι φέρονται.*

Ab ipso vno, inquit,

*Quæ fuerint, quæ sint, quæ post ventura sequentur,  
Et plantæ viruere, mares & foemina quæque,  
Atque ferae, volucresq; habitantēsq; æquora pisces,  
Longæūque Dei, quorum est veneranda potestas.*

Quam igitur Vnitatem solitus esset celebrare Empedocles, à qua dicat visibilia, & inuisibilia profecta, natæque præsentia, præterita, & futura, quicquid mari, terræque nascitur, feras, aues, pisces, demum & Deos ipsos facillè constat. Audierat enim à superioribus, omnique priscorū Philosophia, Deum vocatum Vnitatē & totam incipientem à Diis, id est Angelis, creationem, in vnum eum altissimū fuisse relatum. Ac quasi hoc loco est alter Moses Empedocles. Quicquid enim Moses à Deo creatū prædicauit, Empedocles prædicauit creatū ab Vnitare. Adiecit Empedocles etiam Deos, quos omisit Moses. Quasiq; ingressus est Empedocles, sicut & David: Domine Deus meus magnificatus es vehementer, confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimentū: Extendens cælum tanquam cœnaculū, qui regis aquis superiora. Et quæ sequuntur de rerum creatione, ob quā dicit Deū ostendi gloriosum, omnipotentem, magnificum. Si quidem, & idem ipse David in tota quam refert creatione, adnumerat Angelos, quos Deos appellat Empedocles. Qui facit, inquit, Angelos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Quod ergo David Deum dicit fecisse, id Empedocles fecisse dicit Vnitatem. Hanc sententiā videtur etiam Plato in Timæo secutus, cum Deos factos à creatore mundi, dissolubiles autem natura, indissolubiles diuina voluntate confitetur. Deus igitur autore & assertore Empedocle, non solū est Vnus, sed ipsa princeps, & præstantissima Vnitas, rerum omnium creatrix, etiam ipsorum Deorum. Quos si creauit, ipsa quidem æterna, hi non æterni. Tum si creati, utique nec cum vnius Diuinitate substancialiter coniuncti. Postremò quod maximè considerandum est, si primum, præcipuumque nomen naturæ diuinæ est Vnitas, & si in omni vnitare, hæc illa est Vnitas, quæ per excellentiam dicitur Vnitas, necesse est Deum naturaliter esse Vnum, magis quàm omnem rem, quæ vna est, natura simplicissimum, ut nunquam sit maior rei secum coniunctio. Illud item magnopere considerandum, ut ex Empedocle cæterorum dicta intelligantur, quòd tametsi multos Deos appellent, eosque ab vno dixerunt esse progenitos, sensisse quidem eos esse, & appellari Deos, sicut & sacra doctrina vocat, sed eos tamē à summo Deo condidisse. Deum igitur verum, Vnitatem, Deos autem tanquam germina, & propagines eius dixerunt, idemque asseruit in Timæo Plato, & Aristoteles in libro de Mundo, & vbiq; in sua poësi demonstrauit Homerus. Constat igitur Empedoclem non tam afflatu quodam diuino, hæc de Vnitare protulisse, quā quòd à maioribus ea suis acceperat, præcipuè Mercurio, patre & fonte omnium Græciæ veterum Theologorū. Is non vno in loco vocalissimè Vnitatē diuinā decantauit, celebræque est dictum eius apud Platonicos, *ἡ μόνος ῥίζα τῶν πάντων*: Omnium rerum radix & principium Vnitas. Eiusdē quoque est, *ὁ δὲ θεὸς εἷς, ὃ δὲ εἷς, ὁ νόμος τῶν πάντων*. Deus,

E

A Deus, inquit, vnus est: qui verò Vnus est, nomine non indiget. Ecce Mercurius confiteatur, Vnum alterius nominis non indigere, cuius proprium sit nomen, quem alio nomine nefas sit appellari. Aristoteles igitur veterū illorum sæpe ineptè irrisor, quasi Parmenidem irridet, quòd ipsum Vnum vel Vnitatem Deum diceret, in primo de Philosophia libro: *παρμενίδης ἐδὲν ἐσαφηνισεν, ἐδὲ τῆς φύσεως τῶντων, ἐδὲ ἐτέρας εἶμε θίγειν, ἀλλ' εἰς ἓλον ἔειπεν ἁπλοῦς, τὸ ἐν εἶναι φησὶ, τὸν θεὸν*: Parmenides, inquit, nihil clarum proposuit, neque harum rerum videtur vsquam attigisse naturam, sed in omne cælum suspiciens, ipsum vnū dicit esse Deum. En testimonium Parmenidis confirmat Theologiam Empedoclis, vt nulla obscuritas relinquatur, quin sit apud vtrunque Deus ipsa Vnitas. Quodq; longè mirabilius est, idem Aristoteles quasi ex altissimo somno euigilans, aut ceu pœniteret eum occultatā ab se veritatis, profert hæc ipsa carmina Empedoclis, in libro de Mundo, asserens exerta voce eum de Deo fuisse locutum, & commendans. Omnia, inquit, quæ vel terra vel aëre, vel aqua generantur, iure Deo vendicantur, qui totum continet & regit mundum. A quo, vt ait physicus Empedocles,

*Quæ sint, quæ fuerint, quæ post ventura sequentur  
Et plantæ viruere, virique, & foemina quæque  
Atque ferae, & volucres, habitantēsq; æquora pisces,  
Longæūque Dei.*

Hæc Aristoteles in libro de Mundo, dicens Empedocle de Deo prædicasse: in libris autem de Philosophia, de Vno. Sic clara veritas est, vt ne possit etiam ab ipso, qui conatus est, obscurari. Extat etiam in libris Aristotelis de Philosophia, antiquiorem Zenonem irrefragabili argumento comprobasse, Deum necessario esse vnum, vt nisi sit vnus, ne Deus quidem esse possit. Cum autem omnium optimum, inquit, ac potentissimū esse Deum, vinceret, eundem etiam esse vnum oportere demonstrabat. Nam si duo vel plures fuissent, optimum ac præstantissimum eum amplius esse non posse. Singulum enim quemque eorum, quia similes inter se omnes essent, fore optimum. Idem esse Deum, diuinamque potentiam constare asserens, quòd vbiq; & in omnibus teneat principatum. Quapropter eadē fieri ratione, vt ne esset Deus, qua neque optimus esset. Quòd si & plures, & alij alijs potentiores ac meliores essent, ne Deos quidem esse. Nunquam enim posse vinci ac superari Deum. Etenim æqualia neque maiora, neque minora inter se esse. Quocirca si conuincitur, & Deum esse, & eundem esse optimum, vnum necessario eum esse. Neque enim posset omnia quæ vellet, neque posset vnus, multis existentibus. Hæc Zenon. Sic & Parmenides, & Empedocles, & Aristoteles, Deo necessariā Vnitatem attribuerunt. Fuitq; id vetustissimæ Philosophiæ sacramentum. Nam & in dogmatis Chaldæorum inter alias proprietates Dei est nomen Vnitatis. Quod in oraculis Magorum visum est. Et Sibylla eiusdem Theologiæ vates:

*Ἀλλὰ θεὸς μόνος, εἷς πάντ' ἰσχυρός  
Εἷς θεὸς ὃς μόνος ἐστὶν ἡσάρμεγένης, ἀγέννητος.  
At Deus vnus, solusque & celsissimus ipse,  
Est Deus, vnus solus, maximus, ingentissimūque.*

Cum quibus carminibus est adiuncta ratio Zenonis, ideo Deum esse vnum, quia sit celsissimus, maximus, summus. Summum autem nisi vnum esse non potest. Non enim esset summus, si pares haberet, aut multos, aut alterum. Eadem sententia Pythagoras ex Mercurio, *ἡ μόνος ῥίζα πάντων*: Vnitas radix omnium, fons, & origo scilicet. Diuinæque Damascius Platonius de Vnitare, *τὸ ἐν ἁσάρῃ ἡλιος πῶρῶθεν ἀμυδρῶς πῶς ὄρεται, ἐγγυὸς δὲ ἀμυδρότερον, ἐπὶ τὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀφανῆ τιῶ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ*. Vnitas, inquit, tanquam Sol, procul obscurè, quasi videtur. Si propius accesseris, obscurius, demum cæterarum rerum tollit apprehensionem. Verè igitur est lux incomprehensibilis, inaccessibleis. Et profundè Soli comparatur, in quem quo magis intuearis, eo magis cæcutias, & caliges, oculosque stupentes reportes. Idem Damascius de eadem Vnitare, considerata eius excellentia, *τὸ ἐν τειμεῖσθαι σιγή*: Vnitas, ait, honoretur silentio. Sic est sanctum silentium apud Dionysium, quo temeritate exclusa, Deus adorandus, & colendus est, sobriè de eo loquendum. Item Damascius, *τὸ ἐν πάμοφορον*: Vnitas omnia producit. Ferax omnium rerum Vnitas. Sed alia in sequentibus libris differenda reiciuntur.

Qui vnus est, nomine non eget. i. Physic. ca. 3.

Coactus est Aristot. sateri vnum Deum.

Deus necessario vnus, nisi sit vnus, ne quidem esse Deus potest. Zenon.

Vide Lactans. lib. 1. cap. 3. et lib. 2. cap. 5.

Vnitas Dei, Chaldæorum opinio.

Summum, nõ nisi vnu esse potest.

Damascius de vnitare.

Eadem probatio ex his quæ senserunt Parmenides, & Melissus, Empedocles, & Plato.

CAPVT VI.

1. Physic. ca. 3.



ESTATVR quoque Aristoteles Parmenidem & Melissum, vnum & immobile decreuisse Principium. In quo testimonio hoc inclusum est, eos ipsum Vnum vocasse Deum, & id dixisse omnium rerum Principium. Nam Parmenides ipsum Vnum dixit esse Deum: Melissus ergo eodem Philosopho attestante, sentit quod Parmenides. Quare constat etiam istud omnium rerum singulare Principium, eos nuncupasse Deum.

Quoniam igitur sentit Melissus de vno Principio, quod & Parmenides: Parmenides autem vocat Deum vnitatem: palam fit vnam esse vtriusque Philosophiam. Considerare autem operæpretium est, quod aiunt, hoc Principium esse immobile. Docebit enim te Aristoteles ipse causam, qui quos insectatur secutus, sententiam in octavo naturalis Philosophiæ principiorum libro, pronunciat, affirmatque hoc ipsum mouens non motum.

Vnum & immobile principium.

Antiquiores autem *μὴν ἀρχὴν καὶ ἀκίνητον*, Vnum & immobile Principium asserbant. Vt autem hoc immobile Principium est Deus apud Aristotelem, sic eundem esse necesse est, quem Parmenides & Melissus prædicabant. Empedocles autem & Parmenides, autore Aristotele, appellabant Deum nomine Vnitatis: ergo idem est apud eos

Vnitatis, & vnum principium.

*τὸ ἓν, καὶ ἡ μὴ ἀρχὴ*, ipsa Vnitas, & Vnum Principium. Rursus cum & Empedocles ipsam Vnitatem affirmet omnium rerum creatricem, colligitur etiam id ipsum dixisse Parmenidem ac Melissum. Quo loco non æquanimitè interpretatur eorum Theologiam Aristoteles. Quos, cum de rebus diuinis loquerentur, asseruit de Principiis rerum naturalium fuisse locutos, vt dicerent Vnum esse ipse Ens. At quis adeo delirasset? Non videbant illi tot species, tot formas? Oculisne & auribus, cæterisque sensibus carebant, vt omne quod esset, vnum esse dicerent? Eodem autem autore discimus Theologiam esse vetustam, quod Vnitas sit omnium rerum autor: *ἔοικε παλαιὰ εἶναι αὐτῆς ἡ δοξασα, ὅτι τὸ ἓν ἀρχὴ*

Parmenides & Melissus non fuerunt ab Aristotele ita reprehendendi.

Videtur, ait, antiqua opinio, Vnitatem esse Principium. Si igitur Principium & Deus sunt idem, & Vnitas ac Principium idem, necessariò Vnitas illa apud veteres, est Deus. Omnes enim confitentur Deum esse Principium. Deus ergo est Vnitas. Et hanc ait Veterem esse Theologiam Aristoteles. Refer igitur animù ad ea quæ superius de antiqua sapientià idem prædicabat, cuius quasdam asserbat quasi naufragas reliquias ad posteros peruenisse. Hæ sunt pretiosæ reliquiae. Videbis ergo etiam apud Philonem Platonicum veteris Philosophiæ consciùm, sæpe Deum appellari *τὸ ἓν*, ipsum Vnum. Aspice dicta eius in libro de Mundo. Nam ad alia cum de oculis animi loqueretur, eorum dixit mirabilem videndi facultatem: *ὡς ἂν τὸ πᾶν τὸ ἐν ἡμῶν ἐν τῆλαυγῶσι μέρη περιέρχεται*: Qui cupiditate videndi ipsum Vnum perspicuè & clarè explicati, non solum ad supremum athera tendunt, sed inferioris omnis mundi regionibus relictis, ad ipsum ingenitum applicant. F

Vnitas principium.

Deus, τὸ ἓν, vñ Philoni.

Hæc Philo. Nulla superest igitur dubitatio, quin ipsum Vnum, aut ipsa summa Vnitas, sit Deus apud antiquos: vt Sophocles, Phocylides eadem tempestate decantabant, & Xenophanes eiusdem tempestatis Philosophus, apertè confessus est, autore Marco Tulio in Academicis. Xenophanes, inquit, paulò etiam quàm Anaxagoras antiquior, Vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum, neque natum vnquam, & sempiternum, & conglobata figura. Desciscit quidem à vero Xenophanes vt ego corrigam, tribuens Deo figuram, sed incorrupta veritas non omnium fuit gentium.

Priscam Philosophiã, Deum appellasse ipsum esse: consensusque eius cum Theologia vera.

CAPVT VII.

Theologia & Religio seculorum omnium.



LIVD mirabile veteris Theologiæ sacramentum, vt fiat exploratum, horum seculorum Theologiam, & Religionem, fuisse omnium sæculorum Religionem, naturalèque Deo scientiam, quam à Natura sentimus animis nostris offerri, pectoribusque clam inspirari. Vetus Theologia vocat Deum celsissimam, pretiosissimam, primamque Vnitatem: clamat item eandem Vnitatem omnium rerum Principium. Audi mirabilia. Dico eandem rem ab eis

Ab eis fuisse nuncupatam *τὸ ἓν*, τὸ ἀπείρον, ipsum Ens, ipsam Infinitatem: Vt qui vocabatur ipsa Vnitas, idem dictus sit, ipsum Esse, & Infinitum. Et quoniam superius nomen Diuinitatis apparuit esse ipsum Vnum, & hoc loco probamus eandem Diuinitatè apud eos duo alia nomina habuisse, Ens & Infinitum. Principio sciendum est, antiquà Theologiam, & quæ cum Theologia finitima est, Poësin, ab hominibus Barbaris ad Græcos peruenisse. Ratio autem qua peruenit, duplex fuit. Prior, quod homines prisca, primi terrarum coloni, ab vna stirpe orti, in quo copiosissima viguit rerum diuinarum magnarumque scientia, eam cum aliis multis secum in omnes terras detulerunt. Ex quo fama quædam à veterum illorum successoribus per omnes latissimè manauit, semper, quo antiquior, longinquiorque à primis, hoc deterior, & quasi decolorator. Secunda fuit ratio, cum post multa sæcula, quos sciendi cupiditas tenuisset, terris suis relictis, ad exteras nationes, & vbi nomen sapientiae celebrius ferretur, accedebant. Illique aut audiebant ab eis res antiquas, penes eos incorruptiores, aut in libris eorum introspiciebant. Tertia postea ratio accessit, non per famam antiquam, & successionem, sed lumen Naturæ fuit, quæ cum prioribus rationibus coniuncta, deduxit quosdam ad naturalem quandam, verissimamque Dei scientiam. Igitur qua ratione nomen illud cælestissimum, quod putamus apud omnes gentes olim nuncupationem Dei fuisse, Iehouah, quod designat ipsum Esse, eadem videtur nominis eius significatio ad omnes gentes peruenisse. Erat quoque in arcanis diuinarum litterarum, quas ipsas, aut earum sensus, apparet Homerum & Hesiodum ac plures alios non ignorasse, verissima Dei appellatio, tralata atque

Deus, ipsum Ens, & ipsa infinitas.

Theologia finitima poësis.

Prima Theologia purior.

Res antiquæ incorruptiores.

Lumen naturæ cognitio nem Dei docuit.

Iehouah, quid.

Aliud τὸ ἓν, aliud τὸ ἄπειρον.

Expressa in sermone Græco, *ὁ ἓν*, Ille qui est. hinc euenit vt ea res celeberrima, vulgarissimamque circumferretur apud Græcos. Huc primum pertinet, quod Plato in Timæo aggrediens exordium mundi, hanc rerum diuisionem præmittit: Aliud esse *τὸ ἓν*, Ipsum quod est, aliud *τὸ γινόμενον*, Id quod fit. Et quoniam sub Secundo omnia corporea, & sensibilia intelliguntur, necessariò sub Primo sunt ab oculis separata. Quod quoniam idem cum Ente, & Vno statuebant, apparet ipsum Esse, vnum apud eos tantum, idque ipsum Deum fuisse nuncupatum. Primumque ascisco eos, qui floruerunt ante Platonem, quorumque est Philosophiam Plato secutus. Vocarunt antiqui Deum, *τὸ ἓν*, Ipsum esse, id quod solum, ac principaliter existat, quod nunquam non fuerit, nunquam esse cessauerit. Cætera enim aliquando fuerunt, aliquando non fuerunt. Vt ergo diuinitas cum articulo dicebatur *τὸ ἓν*, ipsa Vnitas, & *τὸ ἀγαθόν*, ipsa Bonitas: sic per excellentiã dicta est *τὸ ἓν*, Ipsum esse, id quod in omni re, & esse, teneat principatum. Quoniamque datur Deo ipsum esse principaliter, videtur designari, eam esse solam essentiam, solumque esse, vt cætera præ illa non existant. Prisci igitur dixerunt ipsum Vnum, esse Deum, Vnum vocarunt ipsum Ens: igitur perinde Ens designabat eis Deum, atque ipsum Vnum. Nam primo suæ diuinæ Philosophiæ Aristoteles de Melisso dicit, *ἔξ ἀνάγκης ἐν οἰσται εἶναι τὸ ἓν*: Necessariò putat vnum esse ipsum Ens. Quod si Vnum est Deus, vt Parmenides & Empedocles canebant, certè etiam est ipsum Ens. Et quoniam ipsum Ens dicebant immobile, Aristotele sæpe teste, immobilitas autem dabatur Vnitati ab illis, primo Principio ab Aristotele, certè hac ratione claret, esse Deum ipsum Ens. Hæc igitur omnia sunt nomina Naturæ diuinæ, *τὸ ἓν*, *τὸ ἄπειρον*, *τὸ ἀκίνητον*, Vnitas, Ipsum esse, ipsa Immobilitas. Ac supra primo cætera fundantur, eique secundum, ac tertium assignantur. Vbi intellexeris, de quo dicatur ipsum Vnum, facile de quo reliqua dicantur percipies. Tribus testimoniis constat Naturam diuinam esse & dici ipsum Ens, ipsumque subsistere: testimonio veteris Theologiæ, testimonio Platonis, qui quasi eius est interpres, postremò Philosophiæ cælestis, magistræ ac ducis cæterorum, Etenim cum nomen sacrè Iehouah, sit quasi tertia persona verbi substantiui futuri, conuerso Iod in Vau, *יהוה*, idque fuerit antiquissimum Dei nomen tralatum ad Græcos *ὁ ἓν*, Qui est (Nam *τὸ ἓν*, & *ὁ ἓν*, genere tantum differunt) Proinde Platonis illa diuisio, in quo est ipsum Ens, & id quod fit, innuit rem creantem & creatam. Qui cum secutus sit in hac diuisione maiores (reperit enim ea apud Empedoclem, Parmenidem, Melissum, Heraclitum) proculdubio & ipse cum Ente associavit Vnitatem, indicans illud id *τὸ ἓν*, non aliam quàm vnus singularis, ac summi Dei esse Naturam. Quod si Ideas, aut mundum Idealem, appellauit ipsum Vnum, nulla controuersia est. Nam interprete Philone, idem est mundus Idealis, siue Archetypus, atque ipsum Dei Verbum, & Filius Dei. Declaransque Plato quid de Vno, aut Ente dicerent, quod esset *ἀκίνητον*, immobile, apertè fatetur ipsum Ens, atque

1. Metaph.

Vnitas immobilis.

Deus, ens dicitur tribus testimoniis.

Mundus Idealis, ipsum Dei Verbum.



το εν, id est, Vnitatem, & Vniformitatem, esse Deum. Dicit enim ipsum Ens, esse semper idem, perpetuo constans, semper eandem habens naturam, contra, quam res sensibiles, quae semper fiant, semper moueantur, semper aut crescant, aut dilabantur in deterius. Verumque est tam ex parte animorum, quam corporum, poteratque dubitari quid Plato per id, quod est το εν, intelligeret, nisi & superiores Theologos testes, & ipsam caelestem Philosophiam haberemus, cum qua nihil discrepat Plato, nisi quod apud eum est genus variatum, ut qui erat ο εν in scripturis sacris, dictus ab eo sit το εν. Quae variatio iure quidem, duabus de causis facta est, tum quod neutrum genus non est apud Hebraeos, tum quia videtur esse plenius, dicere Deum Ipsum esse, ut totam existendi plenitudinem nomen complectatur, quam το εν, id est, existentem. Plus enim significat ipsarum nomina naturarum, quam deriuata ab illis. Ut qui dicitur vita, non vitalis: salus, non salutaris: & de malis scelera potius, quam scelerati: & portentum magis, ac portentosum. Declarant autem profundius hoc mysterium Plato, ac Plutarchus, Iustinus item Martyr, idem & Philosophus, cur sit Deus Id quod est, aut Ipse qui est. Iure autem praesens Qui est, dicitur, quoniam apud ipsum, neque praesens, neque praeteritum, neque futurum, sed ipsa sola aeterna praesentia. Vocatus est Ille qui est, quo tollitur error, & exploditur falsa cogitatio, qua crederet homo in Deo praeteritum vel futurum. Intelligimusque in eo solam esse praesentiam. Consule etiam Plutarchum, quem etsi reieci in posterum, nunc paucis veterem Theologiam reddat clariorem. Viderat idem in templo Apollinis Delphici ad alia miranda, quae prudentibus possent esse grata, scriptum, ε, Vox: Graece designat Tu es. Cuius cum caeteri variam rationem reddidissent, omnem eam recusauit, eamque approbavit potissimum, quod his, qui illuc tanquam ad Deum accederent, offerebat ipse Deus hoc dictum, γινωθι σεαυτον, Agnosce te ipsum. Refalutantes autem mortales solerent dicere, legendo ε, Tu es, tanquam vera, ac germana Dei appellatione. Nos enim cum vero Esse nihil communicamus, sed omnis mortalis natura, in medio generationis & corruptionis existens, simulachrum quoddam atque umbram cassam, vixque apparentem, sui ipsius ostentat. In quam si cogitationem coneris defigere, tanquam aqua defluens & manibus compressa diffugit, deferens etiam quae manu teneretur. Similique ratione semper affectionibus variantibus, perditur omnis rerum certitudo, & fallitur cogitatio, dum aliud fit, aliud corrumpitur factum, nullam rem stantem, veraque manentem valens apprehendere. Neque enim, sicut inquit Heraclitus, bis eundem fluium traicies, neque mortalem substantiam bis eandem licebit apprehendere. Postea Plutarchus addit: το εν οντως εν εστι το αιδιον, & αγεννητον & ακοινητον, & αθανασον, & εδδ εις μελαλλω ενανυσ. Verum, inquit, Ens est aeternum, ingeneratum, incorruptibile, cui nullam tempus affert mutationem. Nam tempus, inquit, cum quasi vas sit generationis, & corruptionis, partes eius priores, ac posteriores ostendunt ipsum non esse. Nam id esse dicere, quod nondum esse non habet, aut cessauit existere, summa est deceptio. Rursum ne pium quidem, dicere eum vel fuisse, vel futurum esse, qui solum nunc fit. Nam haec inclinationes quaedam sunt, & mutationes, ac varietates eius, quae in ipso esse non possit insistere. Sed de Deo dicendum est semper, ipsum Est, idque non temporarie, sed aeternè, immutabiliter, intemporeè, indeclinanter, cuius nihil sit prius, atque posterius, neque recentius. Sed quod vnus existens, ipso nunc repleat sempiternitatem. Iure autem est verum Ens, in quo non olim, non futurum, neque principium, neque finis insit. Sicque necesse est, cum venerari ac salutare dicendo, Salue qui es, Benedictus sis qui es. Haec ferè grauius scriptor Plutarchus. Ut autem nulla superesse possit dubitatio, quin Vnitas, atque Ens sint idem, & haec sint nomina Naturae diuinæ, praebet locupletissimum testimonium idem Plutarchus. Quippe cum diceret haec, quae nunc proposuimus, de salutatione Dei verissima, postea adiecit: η & εν οι των παλαιων, ε εν. Aut per Iouem, inquit, sicut priscorum nonnulli, Es Vnum. Neque enim, inquit, Diuinitas est plura, sicut quilibet ex nobis, qui ex innumerabilibus affectionum varietatibus constamus, quasi quaedam turba, atque concilio: αλλα εν δε ενου το εν ωσπερ εν το εν: sed vnum necesse est esse ipsum Ens, sicut Ens ipsum Vnum. Igitur ipsam Vnitatem, atque syncretitatem necesse est inesse ei, qui semper est incorruptibilis, & vnde quaque purus. Haec ratio & testimonium Plutarchi, nullam relinquit latebram obscuritatis, & nemini potest esse dubium, apud priscos cognitam, & praedicatam Diuinitatem veram, quam nunc totus mundus vnā, veraque existentem veneratur, ac confitetur. Salomon quoque in sua

Quod in sacris literis ε εν, Platonis est το εν, & cur. Plus significant primitiua nomina quam deriuata.

Lib. de ε, ascriptio pro foribus templi Apollinis.

γινωθι σεαυτον, scriptum literis aureis in eodem templo.

Omnia nata peresunt.

Entis attributa.

Deus est, & quidem aeternè.

Diuinitas est vna.

A in sua sapientia, reprehendens vanos homines, ignaros Dei, qui eum ex aspectu rerum nosse recusassent, & εν των οραμενων αγαθων εν ισχυσιν των οντων γινωσκαι. Non poterant scire eum qui est. Dionysiusque Filium Dei vocat το εν. Hoc Hebraicè est, Iehouah.

Quod Deus in veteri Theologia appellatus sit ipsum Vniuersum.

CAPVT VIII.



ROSEQVENS dico Diuinitatem, id est, illum ipsum, qui apud priscos diceretur ipsum Vnum, ipsumque Ens, appellatum quoque magno quodam, altissimoque mysterio το παν, ipsum Vniuersum. Quod non obscuris, fictitiisque testimoniis comprobabo. Aristoteles in primo de principiis Philosophiae libro, prodit veteres illos dixisse εν ενου το παν: Vnum esse Vniuersum. Si probamus igitur & hoc, & aliis multis eadē eos de Vniuerso praedicasse, atque Ente & Vno, claret utique Vniuersum, fuisse eis ipsum Deum. Vnitas est Dei, Vnitatem dicunt Vniuersitatem. Deum ergo dixerunt Vniuersitatem. Dixerunt ergo de Vniuerso quaecunque de Vno. Immobile Vnum & omnium Principium dicebant. Autore autem Aristotelem, iidem prodiderunt το παν αληθειαι, Vniuersum immobile. Et quod est euidentius, idem Aristoteles primae maioris Philosophiae libro: εστι δε πινες οι & εν τε παντος, ως εν μιας εσσης φυσικης απερημεντο: Sunt qui de Vniuerso tanquam vna Natura pronuntiarunt. Ecce vnā Naturam dicunt Vniuersum. Vnitas autem Naturae, dabatur concorditer Deo à cunctis. Eandem sententiam repetit in libro de Principiis. Sed omnium super hac re nobilissimum est testimonium Plutarchi, qui veteris sapientiae omnium sui temporis fuit prudentissimus. Etenim haec placita de Vnitate, & Existentia, Vniuersitate, ab antiquis profecta, ad Empedoclem, Melissidem, Parmenidem, aliosque cōplures deuenerunt. declarat igitur Empedocles quid crediderit esse ipsum Vniuersum, cuius Plutarchus citans in placitis Philosophorum de Mundo, & Vniuerso sententiam, haec ad verbum: Εμπεδοκλής δένεσμον μόν ένά. & μόντοι το παν ένου τον κόσμον, αλλ' όληρον τι τε παντος μέρος. Empedocles autem, inquit, Mundum quidem vnum dicit, non tamen ipsum Vniuersum esse Mundum, sed exiguam quandam partem Vniuersi. Ex quibus verbis & aliud esse Mundum constat, quam Vniuersum: & magnum item mysterium considerationisque plenissimum aperitur. Primum fatetur Mundum esse vnum. Quod si Mundus est vnus, certè nihil est extra Mundum. Nam si quid esset extra, esset aut alius Mundus, aut pars aliqua Mundi. Si autem est vacuum infinitum extra Mundum, quomodo Mundus erit, pars vacui, cum vacuum nihil sit, Mundus ipsa substantia? Necesse igitur est, eum qui verbis expressis asserit vnum Mundum, nihil eum aliud corporeum constituere. Cum verò dicat tantum interesse inter Vniuersum, ac Mundum, quantum inter immensum quiddam ac breuem particulam, patet hoc Vniuersum, aliquid à Mundo diuersum, eum sensisse. Nam si res vna esset corporea praeter Mundum, iam vnus Mundus non esset. Ergo superiorum Philosophorum vestigia sequutus Empedocles, ipsum Vniuersum dicebat Deum, cuius quasi particula esset iste Mundus. Est autem Theologia Empedoclis, Deum esse Vnum, esse Immobile, esse ipsum Ens. Ergo de Deo dicit, quod Aristoteles testatur, Vniuersum esse vnum: ut sint duo interpretes Theologiae Empedoclis, Aristoteles & Plutarchus. Homo igitur paruus Mundus, quoniam in eo sint omnia breuitate, quae magnitudine quadam in hoc mundo corporeo, ac visibili. Simili ergo ratione Deus est Maximus Mundus, quia possidet infinita magnitudine cuncta, quae paucitate homo. Paulo amplius, ac latius ipse visibilis Mundus. Ut autem mos inoleuit, ut homo appellaretur paruus Mundus, paruusque Deus: sic Deus est maximus, infinitusque Deus, & Maximus quidam Mundus: tanto nomine Mundi dignior, quanto non est vsquam rerum perfectio, comprehensioque maior: in quo veri sint, inexplicabilesque thesauri, omnes infinitae, innumerabilesque diuitiae, tanto plures, ac maiores, quam in hoc Mundo, quantum nequeat neque cogitatione neque sermone comprehendi. Habetque non solum omnia quae Mundus iste, Deus, sed tum ea ipsa perfectissimo modo, tum infinitis plura, thesauris suis immensis latentia. Iure igitur solus Deus appellatur το παν, ipsa Vniuersitas. Non enim Mundus iste est vera Vniuersitas, cum desint ei plura: solo Deo comprehenduntur omnia quae sunt, quaeque esse

Deus, το παν, & εν.

Vnus Deus à cunctis confessus.

Lib. i. cap. 5.

Mundus non vniuersum, sed pars vniuersi.

Quid differant, vniuersum & mundus. Theologia Empedoclis.

Vniuersum & vnum, idem.

Homo, paruus mundus.

Deus, maximus mundus.

Deus perfectissimus.

Mundus, non est vniuersitas.

possint, idq; beatissimo, excellentissimoque modo. Mundus autem noster, huius Vni- D uersi quasi particula. Nulla igitur est vox mortalis resonare potis excedentem omnia Maiestatem. Cumque nihil sit Vniuerso maius, hæc erit aptissima Naturæ diuinæ nuncupatio. Habet fontes & origines omnium rerum: quicquid hic est inops, mancum, debile, caducum, fragile, est in eo opulentissimum, perfectissimum. Apud nos, est vita, est sensus, est tempus. In illo Vniuerso, pro tempore æternitas, pro fragili, debilique vita nobilissima, potentissimaque vita, pro breui particula sapientiæ, ac sensus, ipse thesaurus, fonsque sapientiæ, consilij prudentiæ. Illa maxima, longe, latèque manus, & omnes amplectens causas causa. Igitur omnia quæ sunt in hoc Mundo, sunt etiam in illo, plura quoque, & hæc & illa incredibiliter nostris meliora. Deum autem nefas est intercipere cum isto Mundo, extra quem, sicut fuit, antequam eum condidisset, sic non est cum eo, nunc commiscendus, nec est in numerum rerum mundanarum referendus. Deus est extra Mundum, omnium penes se causas, omnes origines tenens, solus verus, ac maximus, opulentissimusq; Mundus, plusq; inter magnitudinē eius, atque istius nostri distat Mundi, quàm inter microcosmū, ipsumq; magnū, sensibilemq; Mundum. Quo fit vt iste Mundus sit quasi breuissima quædam particula, respectum eius mirabilibus modis, nobisq; incomprehensibilibus ab eo generatus, vel factus. Hocq; recitans veteris Theologiæ placita, sentiebat Empedocles, acceptum, vt arbitror, ab Ægyptiis, qui τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν τῶ πάντων τὸν αὐτῶν νομίζουσι ὡς ἀφ' αὐτῆς, καὶ κεκρυμμένον: primum Deum, eundem cum Vniuerso opinantur, vt obscurum, & abditum, autore Plutarcho in eo, qui est de Iside, & Osiride. E

In Deo omnia perfectissima.

Deum in antiqua Theologia appellatum ipsam Infinitatem.

CAPVT IX.



Apud Arist. quædam particula veteris sapientiæ.

1. physic. 3.

Materia non est principium infinitatis, sed multiplici- citatis.

Legge 3. physic. cap. 2. & seq.

XPONENDVM aliud altissimum sacramentum, quo melius etiam antedicta intelligentur. Eandem enim causam fuisse constat, vt nomen Infinitatis, antiquis significauerit ipsam Diuinitatem, & quoddam imaginem Dei dicerent hunc Mundum. Quibus impenetrabile pelagus mysteriorum, vastaque Theologia subest. Erit igitur certissimus testis Aristoteles, ad quem antiquæ Sapientiæ quædam quasi ab remotissimo colle spirantes odores peruenerunt. Nostrum autem est ostendere, quæ magnus vir operi non apta suo dissimulauit, efferre in lucem. Pono autem ea, ex quibus intelligas, quid illis esset Infinitum. Non enim materia prima. Nam quem Vnum, quem Ens appellabant, hunc etiam ipsam Infinitatem, ipsamque immensitatem. Aristoteles ergo primo suæ Philosophiæ maioris hæc ait: ὁ δὲ μέγιστος φησὶ εἶναι τὸ ἐν ἀπείρῳ, Melissus, inquit affirmat, ipsam Vnitatem, esse ipsam Immensitatem. Deinde alio loco μέγιστος τὸ ἐν ἀπείρῳ εἶναι φησὶ: Melissus affirmat ipsum Ens infinitum. Si igitur constat, vt negari nequeat, eos dixisse Naturam diuinam Vnitatem, ipsamque esse, eandem autem rem. F vocat Melissus infinitum, certè palam est, eandem eis fuisse Immensitatem, qui erat Vnitatis, ipsamque Esse. Est autem testis Melissus pro cunctis temporis sui Philosophis, sed & pro omni antiquitate. Descendit enim ab altioribus principiis hæc Sapientia. Qui fieri autem potest, vt materiam vocarint Infinitatem, cum materia sit principium multiplici- citatis, infinitum autem dicebant Vnitatem? Cæterum longè clarissimum est ac nobilissimum testimonium apud eundem Aristotelem alio loco. Nam cum de Infinito dissereret, ait, καὶ πάντες ὡς ἀρχὴν τινα τίθεισιν τῶν ὄντων: Et omnes, inquit, antiqui, decernunt quasi quoddam rerum principium ipsum Infinitum. Paulò autem potest longè clarius: ὡς ἐπέχθη ἀπαντα καὶ κρυβάν ὡς φασιν ὅσοι μὴ ποιεῖσι τὸ εἶναι τὸ ἀπείρῳ, ἀλλ' αἰσ ἀπείρας, οἷον γέν, ἢ φιλίαν, καὶ τῶτο εἶναι τὸ θεῖον, ἀθάνατον, καὶ ἀνώλεθρον, ὡς φασιν ὁ ἀναξίμανδρος καὶ οἱ πλείστοι, ἢ φυσιολόγων. Infiniti, inquit, nullum est principium. Haberet enim terminum. Ingenerabile quoque est, & incorruptibile, vtpote principium. Siquidem quod genitum est, necesse est habere finem: finis autem ad corruptionem spectat. Ideo quemadmodum diximus, principium eius est nullum, sed ipsum omnium cernitur esse principium, & omnia complecti, ac regere, sicut dicunt, qui faciunt præter infinitum alias causas, vt Mentem vel amicitiam. Hancque esse diuinitatem veram, immortalem, & incorruptibilem, quod fertur dixisse Anaximander, pluresque è naturalibus Philosophis. Ecce Aristoteles expresse confitetur,

Aconfitetur, veteres dixisse, omnia complecti & regere ipsum Infinitum. In libro autem de Mundo, omnia regere & continere Deum fetebatur. Idem ergo, eo interprete, est Infinitum ac Deus. Denique nullus relinquitur dubitationi locus, cum ait hoc esse ipsam incorruptibilem Diuinitatem. Triaque de infinito dicit maiores statuisse, quæ soli Deo conueniunt. Esse Principium, esse Incorruptibile & Immortale, omnia continere ac regere. Testemq; vnum vocat antiquorum Anaximandrum, in quorum numero necesse est etiam fuisse Melissum, Empedoclem, qui mundum dicebat esse particulam Vniuersitatis & Infinitatis. Necesse est fuisse Melissum, qui pronuntiauit Vnum, & Infinitum idem esse. Necesse item est fuisse Anaxagoram, quem Aristoteles ait de Infinito dixisse, Stabilire, ac firmare seipsum, ipsumq; in seipso existere: quique declarauit causam, ipsam ἦν, Mentem. Quæ de solo Deo dici iure merito possunt. Apparet autem eos hanc Infinitatem, non corporeæ magnitudini dedisse, sed Diuinitati. Siquidem Aristoteles naturalissimis rationibus colligit, Infinitatem esse ipsam Diuinitatem: idq; ait creditum & assertum ab antiquis. Nec verò melius quisquam naturam Infinitatis, atque ipse, declarat. Dicit enim eam necessariò carere principio, & fine, & esse omnium rerum principium. Quæso, quid ex his Aristotelis verbis sequatur agnosce. Sequitur enim, solam Infinitatem, id est, solum Deum, carere principio & fine, natura. Sequitur eundem necessariò esse Deum, atque Infinitum. Sequitur item ab eo omnia proficisci, & gubernari, eumque omnia continere. Id est, tria sequuntur Deum, vt omnium generator, & autor, B & principium, & constitutor, vt omnia contineat, complectaturque, vt Græca vox ostendit, postremò vt gubernet, alat, foueat, sustineatque. Hæc verò illius afflatu dicta, in quo viuimus, ac mouemur animis, & sentimus. Atque Aristoteles referens eorum placita, semper addit, Videtur, Probabile est, vt sibi idem atque patribus videri & placere, præ se ferat. Non sunt autem dissimilia, quæ & ab eo, & ab antiquis de Infinito dicuntur, his quæ Plato dicit de omnium Rege, circa quem omnia dicebat existere, quod regere, & continere designat. Infinitatem autem illam corpoream veteres ne somnari uere quidem. Aristotelesque colligit isto loco eum qui principio, & fine careat, esse necessariò infinitum. Deus caret principio, & fine: infinitus est igitur. Itaque siue prudens siue imprudens, cum maioribus sentit. Quod apertioribus expressit verbis, in libris Philosophiæ, cum primum motorem probat infinitum, quia nisi infinitus esset, infinitam mouendi vim non haberet. Si non haberet, non posset infinito tempore mouere, ἔδδεν ἔχει δύναμιν ἀπείρῳ, πεπερασμένον: Nihil enim habere vim infinitam, quod sit finitum, ac terminatum. Neque verò de temporis Infinitate postremo loco dixit: Imò etiam dixit, Nam Infinitas temporis efficitur ex Infinitate Naturæ, posse infinito tempore mouere, est indefatigabilis, & indeficientis naturæ indicium. Ratiocinaturque Aristoteles ex æternitate motus, æternam, & indefatigabilem vim ipsius motoris. Ast ego, si Aristoteles, ex motu infinito, quæ quidem ratio non patet quantum decuisset, ex longè potioribus argumentarer vim infinitam Dei. Vt si ei visum est primum motorem, ex C infinitate motus, esse infinitæ potentia, necessariò sit eius indefatigabilis potestas, infinita sapientia, quia regit, sustinetque mundum, quia prouidet omniâque habet tempora in numerato. Hoc arguit eum esse infinitæ virtutis, infinitæ naturæ. Leuate, inquit, oculos vestros in cælum, & videte, quis hæc creauit. Si motus æternus, Aristoteli placuit esse infinitæ potentia Dei testimonium, cur non ipsa pulchritudo, constantia, vñus? Qui eduxit, inquit Propheta, de cælo militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit. Vides quàm locupletius Propheta, virtutis infinitæ testimonia proferat, non recedens etiam à cælo cum Aristotele? Aristoteles solum motum, Propheta creationem, multitudinem stellarum, scientiam earum creandarum, & creatarum. Vt si habet in numerato, singulam quamque stellam, vt possit nominatim appellare vnam quamque, id immensæ scientiæ eius, & sapientiæ sit indicium inueniendi, creandi, scientiæ, quòd teneat omnia earum nomina. Quæ est enim alia causa, nisi quam veteres de Infinito dixerunt, ὡς ἐπέχθη ἀπαντα, continere omnia? Propheta clamat multitudinem fortitudinis, roboris, virtutisque diuinæ efficere, vt ne vna quidem sit stella residua, quam Deus non videat, noscat, teneat, pluraque alia inuenies in sacris litteris produci testimonia super incomprehensibili infinitaque potentia Dei, vt hæc Aristotelis ratio sit omnium minima, & tamen effici vult ex ea, vt Deus sit infinitæ virtutis. Considera

Deus & infinitum, idem Aristotelis.

Tria de deo statuunt veteres, esse principium, Incorruptibile, Immortale.

Infinitas, ipsa diuinitas.

De Infinitate corporea, nihil apud veteres.

In Aristotelem, qui motum infinitum statuit, vt etiam deum infinitum, et infinitæ potentia agnoscat.

Deus, immensa scientia, sapientiæ, potentia. Psal. 146. Ierem. 33.

enim, quò velit, nolit, trahitur Aristoteles. Nam quod de infinitate virtutis dicit, de primo motore dicit. At nisi ex alio colligas hanc immensam virtutem, nihil vnicum, ac præcipuum motoris illius colliges. Nam & cæteræ Intelligentiæ (ex Aristotele loquor) mouent in sempiternum. At tu argumentaris, Ideo motor est infinitæ virtutis, quia in omne tempus mouet. At Sol, at Luna, nõnne mouent æternos motus? Cur ergo de solo Primo prædicas infinitam virtutem, cum & isti proprios motus habeant æternos? Videbas igitur aliquid peculiare, ex quo ad confessionem virtutis infinitæ illius Primi deuenisti, cæterorum vim æternam cõticuisti. Tota autem ratio, eo loco tendit in Primum. Nam prosequens ait, Nobis autem ex his, quæ proposita sunt, & definita, dicendum est, Ipsum Principium & Primum omnium quæ sunt, per se & per accidens esse immobile, mouens primum & æternum & vnicum motum. Sed ad antiquos reuertor. Dicentibus igitur illis, ab Infinito omnia contineri, & regi, & gubernari, & esse Principium, autore Aristotele, perfectò de Mente & Intelligentia necesse est, eos dixisse, non aliquo Infinito vel corporeo, vel inani. Neque enim vel corpus, vel inane, habent vim continendi, & regendi. Sola ratio gubernat, folius Mentis hoc officium. Si igitur infinitum gubernat & ad eò gubernat, vt etiam contineat, vtique & sensu, & intelligentia, & sapientia pollet, sapit, videt, cognoscit. Cui autem potest merito infinitum sapere ascribere, nisi Deo? Cùm igitur principatus, ac gubernaculum Vniuersi sit folius Dei, hæc autem dara sunt ab eis ipsi Infinito, certè clarissimum est, eos immensitatem, ac Diuinitatem copulasse. Quod apertè Philosophus ipse confessus est, asserens eos dixisse Infinitu τὸ θεῖον ἀθάνατον, ἀνώλεθρον, ipsam Diuinitatem immortalem & incorruptibilem.

Principium, immobile per se. Corpus, vel inane, non habet continendi vim.

Comprobatio eorum, quæ sunt antè demonstrata de sententia præscorum, nominibusq, quibus appellarunt summam Diuinitatem, ex Simplicio, qui libros eorum legit, quod retulit etiam doctissimus Bessarion.

CAPVT X.



ED operæpretium est audire Simplicium, antiquorum Theologiam explicantem, vt omnes eorum super vera, supremâque Diuinitate sententiæ noscantur, quas Prophetarum, Apostolorumq; Theologiæ congruentibus effuderunt, hincq; sit perspicuum, eundem semper Dominum, ac Deum mundi cunctis innotuisse, ab vniuersis adoratum, mundi creatorem prædicatum. Is super primo de Naturalibus principiis

Comment: in Arist. physica.

Aristotelis ait: Necessariò inquit vel vnum est principium, vel plura. Si autem vnum, aut immotum, aut cum motu semper. Et si immotum, vel infinitu, vt Melissus Samius dicere videtur, aut finitum, vt Parmenides Eleates videtur dixisse, & ἄλλοι φυσικὴ φιλοσοφία λέγοντες ἔπειτα, ἀλλὰ πᾶσι τῶ ὄντων ὄντος: Non de naturali elemento dicentes hi, sed de eo, quod vere est, μίαν δὲ πλὴν ἀρχὴν ἴτοι ἐν τῷ ὄντι καὶ πᾶν, καὶ ἔτε πεπερασμένον, ἔτε ἀπείρον, ἔτε κινῆμενον, ἔτε ἠρμῆνον. Xenophanem τὸν Κολοφώνιον, τὸν παρμενίδου διδασκαλον, ἑσπότηθεσθαι φησὶν ὁ θεόφραστὸς ὁμολογῶν ἑτέρας ἐνοίας κἀλλον, ἢ τῆς πᾶσι φύσεως ἰσοείας, πλὴν μὴ μὴν τῆς τέτης δόξης. τὸ γὰρ ἐν τῷ τῷ, καὶ πᾶν, τὸν θεὸν ἔλεγεν. ὁ Xenophάνης, ὃν, ἐνα μὲν δέονισσιν ἐν τῷ πάντων κράτιστον ἐνοία. πλείονων γὰρ φησὶν ὄντων ὁμοίως ἀνάγκη ὑπάρχειν πᾶσι τὸ κρατεῖν, τὸ δὲ πάντων κράτιστον, καὶ ἀείρον, θεὸς, ἀθάνατον δὲ ἐδ᾽ ἐκινῆσαι ἐν τῷ δ᾽ ἐν, τὸ γινώσκον ἢ ἐν τῷ ὁμοίως, ἢ ὁμοίως γίνεσθαι. Vnum autem Principium, siue Vnum quod est & Vniuersum, neque terminatum, neque infinitum, neque motum, neque quiescens, Xenophanem Colophonium, Parmenidis præceptorem statuere dicit Theophrastus, confitens alterius esse potius, quàm historiæ naturalis, memoriam opinionis viri huius. Siquidem Vnitatem hanc, & Vniuersitatem dicebat Deum Xenophanes. Quem vnum quidem demonstrabat, ex eo quòd omnium rerum est optimum: Nam multis, inquit, existentibus necessariò in cunctis est supremum. Optimum autem omnium, & præstantissimum, Deus est. Æternum autem vel sine exordio demonstrabat, ex eo quòd oporteat id quod fit, vel ex simili, vel dissimili fieri. Sed simile, inquit, impassibile est à simili. Nihil enim magis generare, quàm generari conuenit simile ex simili. Si autem ex dissimili fieret, erit ens ex non ente. Et sic ingeneratū & æternum demonstrabat, & neque finitum, neque infinitum esse, quia infinitum quidem, id quod non est, vt neque principium habens, neque medium, neque finem. Hæc, & alia quædam Simplicius, in

Vnum & vniuersum, nomina dei, ex Xenophane. Omnium optimum ac præstantissimum, Deus.

Acius, in quibus apertè confitetur retulisse Theophrastum, Aristotelis discipulum, non fuisse faciendam mentionem de opinione Xenophanis in libris de Rebus naturalibus. Quippe qui non de rebus corporeis, ex forma, & materia constantibus loqueretur, sed de supremo ac singulari Deo, vt potius Theologus fuerit illic Xenophanes, quàm physicus Philosophus. Quo quidem iure coarguitur à discipulo præceptor, qui ineptè Theologiam antiquorum cum rebus naturalibus coinquinauerit, nec intellexerit, vel intelligere dissimularit, vulturæ Theologiæ bonitatem. Hic etiam cernis, vt Simplicius affirmet, Xenophani præceptorum Parmenidis Vnitatem, & Vniuersitatem fuisse nomina summi Dei. Refert item Simplicius, Nicolaum Damascenum dixisse, Parmenidem infinitum, & immobile appellasse Principium in libro de Diis. quo probatur infinitatem, & inimitabilitatem Deo dedisse. Alexander item vult Parmenidem, Deum appellasse Terminatum, & σφαιροειδὲς, Sphæricum: ὡς τὸ πάντα ἕξει ὁμοίον: quia vndique simile. Eumq; omnia dicit intelligere ac sentire:

Xenophanes non physicus, sed Theologus.

Cur Deus terminatus & sphericus, Parmenidi.

Ἄλλ' ἀπαινεῖθε πάντοιο νόε, φρονί πάντα κραδαίνετε. Sed sine cura animi, res omnes mente mouete.

Quid hac Theologia diuinius, Deum solis nutibus cuncta mouere, omnis curæ, laboris expertem? De Xenophane quoque dicit idem Simplicius. Verùm Xenophanes inquit, ὡς πάντων ἀίτιον καὶ πάντων ἑσπότην, καὶ κινήσεως αὐτὸ καὶ ἠρεμίας, καὶ πάσης ἀντιφρονησίας ἐπιπένοια πῆμιν: Vt omnium autor, & omnia supereminens, extra motum, & quietem, omnemq; contrariam elementationem. Parmenides autem inquit, quod similiter, & eodem modo habet, & extra omnem mutationem, fortè & operationem & potestatem. Θεασάμενος ἀκίνητον αὐτὸ ἀνιμῆει, καὶ μόνον ὡς πάντων ἐξηρημένον, οἷον ἀκίνητον, τελεθεῖ, τῷ πᾶσι ὄνομα εἶναι: Speculatus, immutabile ipsum laudat, & solum, vt ab omnibus segregatum immutabile existit. Huicq; nomen esse Vniuersitatem. Melissus verò, inquit, immutabile quidem ipsum similiter considerabat. καὶ δὲ τὸ ἀνέλεσθαι τῆς ἕστας, καὶ τὸ ἀπείρον τῆς δυνάμεως, ἀπείρον αὐτὸ ἀπεφῆνατο, ὡσπερ καὶ ἀθάνατον: Secundum autem substantiæ indeficientiam, & infinitatem virtutis, ipsum infinitum, quemadmodum & ingenerabilem, pronuntiabat. Quoniam igitur non est factus, ἔστι τε καὶ αἰεὶ ἦν, καὶ ἔσται, καὶ ἀρχὴν ἐκ ἑχέει, ἔδὲ τελευτῶν, ἀλλ' ἀπείρον ἔστι. Est, & fuit semper, & erit, & neque principium, neque finem habet, sed est infinitum. Nam si factus, inquit, fuisset, principium vtique habuisset, & finem. cœpisset enim aliquando factus, finisset etiam aliquando. Cùm verò neque cœperit, neque deserit, semper erat, non habens principium, neque finem, ἀλλ' ἀπείρον, sed infinitum est. Atque ita inquit eum secundum tempus sine principio, & fine, καὶ αἰεὶ ὄν, & semper existens ostendebat. Et Parmenides attestans eisdem propè verbis:

Deus solo nutu omnia gubernat.

Deus est, fuit & semper erit.

Ἐὺς ἀθάνατον ἐὼν καὶ ἀνώλεθρον ἔστι. Οὐλοῖν μὴνογενὲς, καὶ ἀτελεμές, ἠδ' ἀτελεστον. Οὐδὲ ποτ' ἦν, ἔδ' ἔσται, ἔπειτα νῦν ἔστιν ὁμῶς πᾶν. Ταυτῶτε ὄν, ἐν ταυτῶτε μόνον, καὶ ἐαυτῶτε κείτται. Οὐτως ἐμπέδον αὐτῆ μῆνει, κρατερὴ γὰρ ἀνάγκη, Πέραςτος ἐν δεσμοῖσιν ἔχευτε μιν, ἀμφὶς ἔεργει. Οὐνεκεν ἐν ἀτελεύτητον, τὸ ἐὼν θέμις εἶναι. Ἐστὶ γὰρ ἐν ἑστίαις εὐείας. Quæ sunt, Ingeneratus erat, semper sine morte futurus, Vnicus & totus, stabilis, sine fine perennis. Nec fuit ipse vnquam, neque erit, quia nunc simul omne est, Idemque existens, eademque in sorte moratur. Sic stabilisque manet, namque illum magna necesse Vis habet, astringens vinculis, claustrisque cœercens. Vnde nefas is qui est, includi finibus ullis, Quem nulla vnquam rerum sollicitant egestas.

Hæc & id genus alia Simplicius adduxit ex illis, quæ etiam producantur à doctissimo Bessarione. Dixerat autem à principio Simplicius, quòd Xenophanes, & Parmenides, & Melissus πᾶσι τῶν νοητῶν καὶ σφαιρῶν ἀρχὴν διελέθησαν, de intelligibili & primo Principio locuti fuerant. Non scilicet principio corporeo, sensibili: sed intellectualem, inuisibilem, nempe Deo summo. Eumque appellasse Philosophos hos Vnum & determinatum, quia sit infinitus, determinans omnia, perficiens: μᾶλλον δὲ τέλος τῶν πάντων, ὡς καὶ ἀρχὴ: Imò Deus.

Principium intellectualem, & inuisibile, Deus.

verò finis omnium, quemadmodum & principium. Hunc item appellasse Parmenidem Dæmonem, id est, Deum. τὸ ἐν μέσῳ πάντων ἰδρυμένῳ καὶ πάσης γενέσεως ἀρχῆν δαίμονα τίθεισι: Qui sit in medio omnium omnis generationis causa, cuius est carmen

Εἶν δὲ μέσῳ τῶν δαίμων, ὃς πάντα κυβερνᾷ.

Ταυτὸ καὶ θεῶν ἀρχὴν εἶναι φησὶ.

In medióque horum Dæmonum, qui cuncta gubernat,

Hanc & Deorum causam fuisse dixit. Quia,

Ἐξ ἧς θεῶν ἀρχὴν εἶναι φησὶ.

Eudorus de Deo. Eudorus etiam referens placita vetustæ Theologiæ, præcipuè Pythagoreorum, ait eodem Simplicio autore: καὶ κατ' ἄλλον τρόπον, ἀρχὴν ἐφασαν εἶναι τῶν πάντων, τὸ ἐν, ὡς ἐν καὶ τῆς ἕλης, καὶ τῶν ὄντων πάντων; ἐξ αὐτῆς γεγενημένων, τὰ τοῦ εἶναι τὸν ἑσθράνα θεόν. Quod est, Et secundum alium modum, Principium dixerant omnium rerum ipsam Vnitatem, quòd ab eo nata sint omnia, etiam materia prima. Hunc autem esse supremum Deum. Syrianus de Deo. Syrianus quoque, qui fuit præceptor Simplicij, super libris Metaphysicorum collaudans, defendens sententias Pythagoræ & Platonis, sic perhibet: Archænetus & Brotinus, οἷς ἐπιπολεῖσθαι ὁ θεὸς πλάτων, οἱ θεοὶ ἐκείνοι ἀνδρες τὸ ἐν, θεὸν ἔλεγον, ὡς ἐνάσεως τοῖς ἄλλοις αἴτιον, καὶ παντὸς τῶν ὄντων, καὶ πάσης ζωῆς: Quos secutus est diuinus Plato, diuini illi viri, Vnitatem dicebant Deum, ut vnitatis rebus omnibus causam, omnisque rei, vitæque autorem. Ex his igitur omnibus claret quanta fuerit apud præcos veri, summi que Dei cognitio, quàm sit vera, suspiciendaque omnibus hominibus hodierna religio, quæ tanquam magna, largaque lux exorta mundo, aperuit, posuit ante oculos omnem quæ per omnes ætates processit ab exordio mundi, sapientiam. Fecitque ut noscerentur, omnium in ore consonarent, pueri, fœminæ callerent, quæ vix à paucis quondam sapientissimis tenerentur. Sic apparet vna cunctarum gentium religio, à qua nemo se debeat auellere, quoniam hæc veritas sola.

Eadem ratione dixisse præcos Mundum imaginem Dei.

CAPVT XI.

Imago dei mundus.



MAGINEM autem Dei esse hunc Mundum sæpe prædicauerunt, habetque profundissimum mysterium. Non potest enim isto Mundo maius præter Deum cogitari. Immensitas autem Dei, quæ nequeat intelligi, & percipi, rerum nostrarum indicij significatur. Quòd si Deus est maximus, imò verò infinitus, certè non habet nisi Mundum sui magis simile. Erit autem Mundus aptè imago Dei, si prius consideres naturam rerum verarum, atque imaginum ipsarum. Si consideremus, quid inter exemplaria intersit, primasque ipsas res, atque earum simulachra. Ecce enim cum varia multipliciaque sunt simulachra, referentia scilicet res ipsas totas, vel earum aliquam partem, interiorem, vel exteriorem substantiam, & qualitatem, ut filij parentes suos. Referunt enim cum primis humanitatem, quam ab eis acceperunt, nonnunquam ingenia, sæpe colores, ac lineamenta, gestus item, cæteraque id genus. Sunt alia rursus simulachra, similitudinem tantum eorum quæ representant, reddentia, interuallumque est à simulatis ad vera maximè, sic Mundus est imago Dei, reiecta quidem natura corporea: sicut ex imagine humana in lapide, reiectis naturam lapidis, accepta tantum humana effigie. Ut in lapide cognoscis hominem, sic in Mundo Deus tibi representatur. Nihil enim cogitabit homo, toto Mundo maius. sic cum magnitudinem Dei nullis visibilibus exemplis (quoniam infima sunt, exiguaque omnia) possis colligere, apparet tibi in toto Mundo. Cogites igitur Deum ita maximam, vniuersalemque Naturam vbique presentem, omnia videntem, audientemque, cuncta continentem, nulla re complexum notionemque eius aufugiente, sicut in mundo cuncta continentur, nihilque non est in eo, per omnia circumeunte, selesque extendente. Quid autem cogitabis de Deo verius? quando si non humana mediocritas, minus item cætera animalia, terrestres, aquaticæ, æriæque res vllatenus, propter non modo mediocritatem, sed cætera dissimilitudinem, poterunt animis eum exhibere nostris, ut indignissima sit cogitatio, perinde si nescienti leonem, quis muscam aut formicam ostendèret, simile quiddam leonem esse dicens. Sic quicumque Deum

Quid differat exemplaria & res ipsa.

Mundus, quomodo imago Dei.

Pulcherrima definitio.

A Deum alicui mundanæ rei assimilet, plurimum de maxima Natura detrahat: ut si Mundum ipsum, quis non maiorem, quàm pingi solet, asserat? Est igitur Deus maximus Mundus, sicut diuersa ratione, homo paruus. Est Mundus sapientiæ, Mundus sanctitatis, Mundus intelligentiæ, Mundus vitæ, rationum, formarum, sed quoniam hæc inuisibilia, & ipse inuisibilis Mundus; constans, si dicere fas est, sed constans tamen ex inuisibilibus rebus: ita quidem constans, ut non ex alienis, sed suis, eoque maximus vnus Mundus. Proin qui prouidentiam (pauci tamen) sustulerunt, Deum non putantes sentire, nosseque mortalia, non viderunt huius Mundi magnitudinem, nec senserunt eum ita vbique presentem, sicut aufugere non potes, quin semper à Mundo videaris, continearis. Hac ratione, Iouis omnia plena dixerunt. Et Aratus, omnes semitas, vbicumque concilia sint hominum, omne mare, portus omnes, esse Ioue plenos, tanquam Mundo inuisibili, omnia inuisibiliter amplectente. Prædicauit hoc ille, qui per cælum, liquidumque elemētum, sidera, atque astra, totamque molem, ac magnum mundanum corpus immiscere eum sese dixit, aspectans & ipse inuisibilis istius Mundi vastitatem, per omnia sic inuisibiliter pertinentem, sicut per omnia visibiliter diffunditur visibilis Mundus. Eadem ratione Deum dixerunt animum per omnes Mundi partes intentum, & commicantem, ex quo nostri animi carperentur. Vtique per omnes Mundi partes intentus equat necessarid totum Mundum magnitudine sua. Mundanæ autem partes vsque quaque diffusæ videntur, intentus per omnes partes non videtur. est ergo Mundus indiuisibilis, tendens per totum Mundum visibilem inuisibiliter. Hoc dixit Pythagoras, maiorum Theologiam imitatus, eamque prædicans posteris. Hinc quoniam Mundus est imago Dei, dixerunt Pythagorei, & Plato est eos secutus, Deum, qui Mundus ipse intelligibilis esset, creasse Mundum ipsum, ut quasi Mundus ex Mundo sit natus, visibilis ex inuisibili, minimus ex maximo, temporeus ex æterno, corruptibilis ex incorruptibili, visibilis ex inuisibili. Et Plato sicut in isto Mundo cuncta animalia visibiliter, sic τὰ γὰρ νοητὰ ζῶα πάντα εὐκλεῖο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν ἔχει, καὶ ἑαυτὸν ὁ κόσμος, ἡμᾶς, ὅσα τε ἄλλα θήματα συνέστηκεν ὁρατὰ: Intelligibilia vel inuisibilia, Mundum illum in se esse complexum: quemadmodum ipsi, cæteraque animalia, contineamur ab isto. Sentiens reor inuisibilia animalia, quæ Mundo diuino continentur, esse fontes illos, originesque rerum, quibus infinitus sapientiæ diuinæ exuberat thesaurus, maximusque est Mundus ille, plenus ordinum, ac rationum, plenus formarum νοητῶν, non visibilium, sed sola cogitatione, licet debiliter apprehensibilium more diuino. Et Timæus Pythagoræus, ipsum item Deum vocat ἰνδαλλὸν κόσμον, Mundum exemplarem, quasi is cum illo gerat similitudinem. sed continens iste cuncta visibiliter: ille, ut illi loqui solebant, diuinè, mentaliter, sapienter, intellectuualiter: non ad morem istius, qui corporaliter, corruptibiliter, visibiliter continet, & diffunditur, sed modo quodam superiore, qui dicitur νοητὸς, per modum mentis, sapientiæ, ratione à corporeus, paruusque mundus, profectus est ex maximo, in quo rationes, formæ, principia, causæ, erunt & sunt, originesque innumerabiles. Neque enim ex nihilo factus est iste Mundus, sed factus ex originibus in maximo Mundo contentis, ex quibus ita tanquam seminibus suis cuncta in isto nasci potuerunt, sicut secreto, arcano, naturalique modo, in seminibus rerum, sunt formæ earum.

Deus, quomodo mundus.

Quanto errore tenebantur qui diuinam prouidentiam tollerent. Arat in phænomenis.

Deus, animum per omnes mundi partes intentus.

Mundus ex mundo.

è diuino mundo omnia visibilia oriri.

Mundus exemplaris.

Deum apud veteres, Deorum esse creatorem.

CAPVT XII.



OSITIS his, quibus diuinæ Naturæ maiestas, vnitatis, principatusque cognoscitur, eo quoque ab antiquis confesso, rerum omnium eum esse creatorem, non visibilium solum, sed etiam inuisibilium, id est, animorum, ac Deorum: necessarid vnicam eius Diuinitatem, vniusque veram, & ex omni parte immortalitatem, apparebit eos etiam esse confessos. Nam quod sapientissima, cælitusque missa Theologia, diuino beneficio clarissimè cognouit, Deum solum ab æterno fuisse, Deos autem, id est, diuiniore animos, eum aliquando creasse, ut qui reperit tantam animorum Diuinitatem, teneat necessarid rerum cunctarum principatum, quoniam

Deus visibilium & inuisibilium creator.

Deus ab æterno solus: Diuinitas animi diuiniore creati.

Sapientissimi ex veteribus qui.

antestat Diis, eorumque est, sicut & nosfer, Deus, & creator, Diis autem atque animis nihil est in omni mundo melius, eadem illis audita, & confessa, præcipuè melioribus eorum probatur. A quibus sententia dependet. cæterorum. Referunt enim omnes ad sapientiores. Sunt autem sine dubio sapientissimi Orpheus, Hesiodus, Empedocles, Plato. Orpheus clarissimè testatur, ab eodem simul, eodem tempore generata siue creata omnia, nulla re, quæ de Mente eius non profecta sit, exclusa. Nam ad filium, quem creatorem mundi formatorémque orbis suspiceret, hortabatur, hanc veluti ex oraculo profudit vocem:

Μένον δ' ἔξορα κόσμιοι ἀνακταί τυποτῶν,
Εἰς δ' ὄβρι αὐτοτελής, ἐνὸς ἔργου πάντα τέτυκται.
Et solum regem formatorum aspice mundi.
Vnicus ac sibi perfectus, sunt omnia ab vno.

Ecce Orpheus, & singularem vocat eum mundi Regem, & vnum dicit eum esse, quo superiora omnia comprobantur. Deinde vocat per se perfectum, à se perfectione, complementumque habentem, Denique dicit ab vno cuncta esse progenita, nihil non esse prolem eius, tanquam omnium rerum matris, ac genitricis sapientia. Connumerari autem in hac ab Orpheo prolata vniuersitate non terrestria solum, quorum Vnitas fuerit autor, sed etiam caelestia, id est, Deos ipsos, aut Angelos, si quis forte dubitet, liquido theologorum, qui sunt Orpheum secuti, testimonio cognoscet. Nam et si Orpheus ab vno cuncta nata dicens, Deos ipsos non expresserit, Empedocles tamen & Hesiodus expresserunt. Sed etiam expressit ab illo summo Deo, Deos omnes creatos. dicit enim de eo Proclus, ὁπὸ τοῦ κρυφίως ὄντος θεῶν τὰ πάντα. καὶ ὁπὸ τούτου, πάσας ὑφίστησι τὰς δευτέρας τὰς εἰς τῶν θεῶν: Ab arcano, & secreto Deo cuncta, & ab isto producit secundos omnes ordines Deorum. Vidisti igitur Empedoclem, interpretantem carmen Orphei, quo breuiter dixerat πάντα ἔργα ἐνός: Omnia fata ab vno. Quænam enim sunt illa omnia? Nempe, vt ait Empedocles, ἐξ ἐνός, vt superius productum est,

Ab arcano Deo creati alij Dij, quid.

Omnia ab vno creata.

Quæ fuerint, quæ sint, quæ post ventura trahantur,
Et plantæ viuere, mares & feminae quæque,
Atque feræ, volucresque, habitantesque æquora pisces.
Longæque Dij.

Empedocles de creatione rerum.

Non omnia scripsit Moses.

Peripatetici deprauis interdum dicta Empedoclis.

τ. ἔργων.

Ab vno hæc omnia parta dicit Empedocles, includens in hoc catalogo etiam Deos nominatim. Ecce quàm similes sunt Empedocles & Orpheus, imò superioris Orphei, tempore posterior, interpres Empedocles. Ille dixit Omnia ab vno generata, Empedocles quasi per inductionem, præterita, præsentia, futura, plantas, homines, feras, volucres, pisces, postremo Deos etiam, vt clarius quiddam, quàm Moses, locutus sit Empedocles de creatione. Nam Moses calum & terram, plantas, hominem, masculum & foeminam, sicut Empedocles, bestias item, feræque tum volucres, & pisces ait Deum creasse, de Diis ne verbum quidem. Non enim omnia scripsit Moses. Et ab eisdem tamen parentibus sparsa est in omnes cognitio rerum diuinarum, à quibus accepit Moses, & Hebræi, licet etiam Spiritu diuino doctore sit vsus. Hæc profectò mira, eandem totius humani generis fuisse semper pietatem testantia, si quis eam contaminare dogmatis impiis noluisse. Cùm igitur Empedocles eodem modo, eodem verbo, dixerit Deos ab vno pullulasse, atque omnia terrestria, videlicet, ἐλάσθησε, apparet eandem creationis rationem, idem tempus cunctis eum attribuire. Neque enim possunt (si forte quis deprauare, quod facere soliti sunt nonnulli Peripateticorum, dicta eius conetur) Deos ab eo dictos nasci à Deo, quasi per continuam dependentiam. Nam dixit de cunctis ἐλάσθησε. Et dixit in præterito quodam tempore, includens sub eadem ratione, ac tempore, terrestria, ac Deos ipsos. Ecce igitur, quod diuinissima vociferatur Theologia nostra, omnis Theologia, sese per terras diffundens latissimè, pelagus, Creatorem visibillum & inuisibillum. Eadem verò hæc aperte confessus est Hesiodus, quasi scētus Orpheum, totamque illius temporis Theologiam. Quippè clarissimè scripsit ad fratrem, vt omnino persuaderet sibi:

Ὡς ὁμοθεν γένεαισι θεοί, ἤντιόντε ἀνθρώπων.
Sunt homines, Diique vna ab radice creati.

Nam Græci interpretantur illud ὁμοθεν, ex vna radice, ex eodem principio, origine, eodem fonte Deo. Nihilq; profus dissentit Hesiodus cum Orpheo, & ex utroque locutus est Empedocles. Ecce & ab ipso datur eadem origo Diis, atque mortalibus. Quòd si interpre-

A interpreteris ὁμοθεν, Simul, vt dicat simul, eodemq; tempore natos Deos, atque mortales, eadem erit, clarior etiam confessio, vt mirabilis sit eorum Theologia, quæ perspicuè fateatur, quæ Mofes aut tacuit, aut dissimulauit de generatione Deorum. Hæc tria testimonia diuina profus, & admiranda, sacram priscorum sæculorum Theologiam spirantia, reuelata siue caelestibus oraculis, siue diuinorum hominum, Deoque amicissimorum traditione ad posteros: Tres antistites veteris sapientia, quos cætera multitudo loquentes audiebat, dictisq; stabat eorum, vociferantur ab Vno cuncta nata, visibilia & inuisibilia, Deos & homines, caelestia & terrestria, eandem originem, idem nascendi tempus omnibus fuisse. Igitur etiam Plato secutus hæc ipsa, quibus semper fuit, pectusq; ex his ditissimè suum locupletauit, de rerum terrestrium creatione locutus: postremo trāsitus ad ipsos Deos, quos, patrium morem sequutus, non ex suo, vt postea docebo, pectore nominibus poetiis appellat, nihilq; altius de his, præter vulgata apud plebè diserit, omnes eos docet à creatore mundi creatos. Ac sunt apud eum, patrio more, populòque grata loquentem, duo genera Deorum, primū Intelligentiæ caelestes, de quibus diserit in Timæo, & in Epinomide: secundum, quos appellat obscuros, non ita videlicet apparentes, sicut sidera. Hos secundos etiam Dæmonas dicit, de quibus eisdem locis agit. Vtrunque igitur fatetur creatum ab illo suo mundano opifice, idq; non obscurè. Nam primū Deorum genus clarè scribit ab opifice illo creatos, millies idem diuersis verbis repetens, asserens totum ordinem caelestem, eius opificis esse repertum, qui corpora diuina creauit, eisq; diuinas animas inseruerit. Eoque dicit: Vt inquit visu esset clarissimum, ac pulcherrimum ætherium corpus, reddens id vniuerso simile, circulare fecit, & ex igne ferme totum. Idq; genus verbis vitur Plato sapissimè. Ac paulò antè, de generibus animantium loquens, καὶ μὲν ἕρμηνος θεῶν γένος. Vna, inquit, species est caeleste Deorum genus. Concludensq; super his oratione, καὶ θεῶν ὄρατος καὶ γωνιῶν ἐρημῶνα φύσεως, ἐχάτω τέλος. Quæ, inquit, de visibillum, ac genitorum Deorum natura dicta sunt, finem habeant. Ecce eos genitos, id est, creatos dicit, sicut loqui solent Philosophi. Alterum autem genus quomodo factum, siue genitum sit, difficile explicatu asserit. Genitos eos tamen ab eodem opifice clarè confitetur. Nam proficiens inquit: De Dæmonibus dicere, & eorum nosse natales, maius est, quàm facultatis nostræ. Credendum est autem eorum filios, qui se ab eis natos dixerunt. Sic igitur habeat nostra opinio, de ortu istorum Deorum. Paulò post. Posteaquam igitur, inquit, omnes, qui circūuagantur vrbes, & qui perspicuè cernuntur, vt cunq; velint, ortum habuerunt Dij, hæc, qui creauit hoc Vniuersum, ad eos affatus est, Dij Deorum, quarum ego rerum opifex & pater extiti, quoniam à me factæ sunt, certè me volente, dissolui non possunt. At omne, quod est ligatum, est dissolubile. Verum quod pulchrè compactum est, benèque habet, destruere, non est prohi. Ob quam causam, quoniam facti estis, immortales vos quidem non estis, profusq; indissolubiles. Attamen non dissoluemini, neque mortalem conditionem subibitis. Quoniam voluntatem meam, vinculamq; maius, & fortius affecuti estis, quàm erant ea, quibus ligabamini, quando creabamini. Paulò post: Transite igitur ad animalia creanda, μιμνήσθητε τὴν ἐπιπέδον δύναμιν καὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν, Meam imitantes potentiam, qua sum vsus in creandis vobis. Hæc aperitissimè Plato, sæpe, & clarè confitens, ortum vtriusque generis Deorum, natos omnes asserens à creatore mundi. Vocat autem hoc secundum genus, Deos Deorum, filios scilicet Deorum, quoniam prædixerat eos natos ex cælo & terra: quasi Deos ex Diis. In quorū numero censet Tethyn & Oceanum natos ex cælo & terra, ex his Phorcyn, Saturnum, Rheam, cæterosq; omnes: Ex Saturno, & Rheam, Iouem, Iunonem, aliosq;. Apparet eum omne Deorum genus, siue illos è Philosophia, siue poeticos à creatore mundi confiteri fatos: Et fatos eodem atque visibilia, reliquumq; mundum, tempore. Nam simul omnium tradit creationem. Sic extant quatuor grauissimorum priscorumq; hominum testimonia, de creatione Deorum ab opifice mundano. Et obserua quòd quem Orpheus, & Empedocles dixerunt Vnum, Plato vocat δημιουργόν, Opificem, Creatore: Anaxagoras Mentem: Idem Plato αἴτιον, Autorem, Causam. Quibus constat eundem creasse inuisibilia, atque visibilia. Hunc autem fuisse Filiū Dei, nomina ipsa, vt sæpe docui, declarant. Nam Mens est post summum Bonum, Secundum Principium, eadem Opifex, & Autor ab eisdem appellata. Reuertor igitur ad initium, ex his inclarescere, creatorem Deorum solum esse sempiternum, solum immortalem, solum omnipotentè, vt qui Deos ipsos creauit, quorum tanta est potestas. Et principatus, maiestas illius vnus ostenditur. Tum cla-

Laus Orphei, Hesiodi, Empedoclis.

Plato more vulgari poetico loquutus de Deo.

Dæmones.

Ab opifice deo creati angeli, sed dicere quomodo, non est nostræ facultatis.

Dij Deorum.

Dij geniti.

ret quæ fuerit hominum sapientum illius temporis religio. Apparet eandem fuisse, paucis demptis, atque posteriorum sæculorum, sed à vulgaribus, nonnullisq; nimium poetice loquentibus de Deo, deprauatam. Apparet eos vni duntaxat dare principatum, æternitatem, cætera omnia creata confiteri.

Quod vnus tantum maximus Deus, ideoque solus æternus.

CAPVT XIII.

**H**IS etiam constat non fuisse apud eos plures Deos, sed verum Deum, & in quem vnum competat verum Diuinitatis nomen, vnum modo: Quidquid aliud inoleuisset, corruptam vulgi consuetudinem fuisse. Tribus autem hoc probo rationibus: vna ex Platone, altera ex Platone & Iamblichio, Demum ex Stoicis. Siquidem Plato luculentissimè, vt superius claruit in Timæo, Deos illos, quos multitudo coleret, Dæmones esse, id est, Deos minores, infimumq; Deorum genus ostendit, quibus Deus, nempe creator mundi, eodem ipso teste supereminet. In his autem minoribus Diis, est ad alios Iupiter, quem etiam necesse est, & docuit ipse, ab Opifice mundi fuisse creatum. Cùm autem Iupiter sit maximus Deorum, docente Platone, id perinde est, acsi diceret maximum Dæmonem, primum è Dæmonibus, quos omnes à creatore mundi condidit Plato. Ecce igitur Iupiter ille nominatissimus, ex infimo genere Deorum, creatus à creatore mundi: itemq; Saturnus, Iuno, cæteraque Deorum illius temporis familia, vt solus creator & opifex Platoni sit Deus maximus, verus, & singularis iuxta superiores. Quod si, vt ego quidem arbitror, Iupiter est maximus Deorum, id est, non Dæmonum solum, sed totius mundi creator (quod cùm esset nomen summi & singularis Dei, attributum est postea homini nefario filio Saturni, quem veluti Dæmonem, id est, mistum ex humanitate, & diuinitate introduxit Plato, eumq; vulgus hominè fecit, & vocauit ob quadam beneficia, Deum, nomine scilicet diuinissimo, Iehoua, quo passim apud antiquissimos vocabatur Deus, sicut Dios, & Ζεὺς apud Græcos) etiam hac ratione docemus, vnum singularem Deum eos confiteri, cæteros autem quos Deos dicerent, ita dixisse, sicut in nostra religione dicuntur Angeli Dij, quasi Dij minores, Dij facti, creati, veram omnipotentemque Diuinitatem non habentes. Nam quod Homerus vocat Iouem Ἰσπανοῦν, Deorum supremum, imperatorem Deorum, ab Aristotele, naturaliter, & à Platone, à Iamblichio, & à Plutarcho exponitur, quod sit maximus Deorum, idq; naturaliter, non poetice. Hunc ipsum enim hypaton, Aristoteles affirmat mundi rectorem, viuificatorem: de quo eo dicit, τίς μὲν ἐν ἀνωτάτω καὶ ἀνώγει ἔδραν αὐτὸς ἔλαχεν, Ἰσπανὸς δὲ Διὸς τὸ ποῦ, ἀνομοματω: Supremam, inquit, mundi partem, primamq; regionem obtinet ipse Deus, eamq; ob causam vocatus est hypatos. Hæc de quodam naturali verissimòque Deo dicuntur, quem necessariò sentiebat Homerus, cùm diceret Ἰσπανοῦν, summum dominantium: Quasi, quod apud nos de eodem, Rex regum, Dominus dominantium: & Deus sabaoth, id est, exercituum caelestium. Qua ratione sicut nobis Rex eorum dicitur, quia creator, non quia sempiternis eis, maior ipse præsidet (Nam in æternitate non est maius, & minus) necessariò & illi eadem sensere. De qua re clarè locutus est Plutarchus: τὸ γὰρ ἄνω καὶ ἀνώγει Ἰσπανοῦν οἱ παλαροὶ παρεστήθρευον. παρ᾽ ἄλλοις δὲ ὄμιλος τὸν θεὸν ἀρχόντων ἀρχόντα θεὸν Ἰσπανοῦν λεγόντων παρεῖπε. Quæ sunt: Supremum & primum Hypaton vocarunt præsci. Prior autem Homerus Principem principum, siue Imperatorem imperantium Deum, vocauit Hypaton regnantium. Principes Plutarchus vocat Deos ipsos, qui in nostris litteris: Angeli, δυνάμεις, ἐξουσίαι, Potestates, Dominationes. His omnibus, quod & nostri dicunt, est Deus. Itaque Plato in libris de Republica: εἰδὲ ἔν θεός, μήτοι, τὸ γὰρ μέγιστον τῶν θεῶν πολυμήσοι ἔπος ἀνομοίως μιμήσοιεν. Quod si, inquit, absurdum statuimus, Deos apud poetâs audire lugentes, multo minus maximum Deorum. Maximum Deorum Ioué vocat. Et Iamblichus: μὴ μὲν ἀέκητι τῶν θεῶν εἰς εὐδαιμονίαν, ἢ μεμυγμένη ταῖς εὐχαῖς, καὶ ἀνακλήσοι τῶν θεῶν, καὶ μάλα τῶν βασιλέως αὐτῶν Διός. Vna, inquit, consolatio ad diuinâ felicitatem, quæ mista est in vocationibus Deorum, maximè regis eorū Iouis. Quoniam igitur est Deus maximus, cæteri minores, profecto si bene cõsideres, illius maximi est æternitas. Eò enim est maximus, quod ipse solus æternus. Si cunctorū æternitas esset, alter altero maior nõ esset. Eademq;

Tribus argumentis, vni dei probatur.

I. Dij dæmones.

Deus maximus ad singularis. Saturnus dæmon. Iehoua, Deus Dios, Ζεὺς.

Angeli, Dij minores.

Iupiter quomodo Deorum maximus.

In æternitate nihil maius & minus.

Homerus de Deo. Plutarch. deos angelos vocat.

Iamblic. de Deo & angelis.

**A** Eademq; potestas faceret omnes maximos, & omnipotentes, quæ fecisset æternos. Non enim si Naturâ inspicias, à summa Diuinitate separata est æternitas. Cui fuit æternū esse, fuit etiâ vt posset vocari Ioues, quod est ab essendo perpetuo. Et vnus tamè est Ioues, vel Iupiter. Hæc q; ratio ducitur ex fontibus Naturæ: vt si vnus est maximus, ille certè solus æternus. Vnus est igitur maximus Deorū, eorumq; creator. Cui rei etiam Dæmon ipse, quem scire plurima nomen indicat, perhibet testimoniū. Igitur & Stoici familia prodiderunt, asserueruntq;. De quibus in contradictionibus Plutarchus: ἡλίου μὲν γὰρ καὶ σελλίου, καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ τῶν πλείων ἔχοντες λόγον, γεννητοὶ εἰσιν, ὁ δὲ Ζεὺς αἰδῖος ἐστὶ. Sol, inquit Antipater Stoicus, & Luna, cæteri q; Dij huiusmodi rationem habentes, creati sunt omnes, solus autem Iupiter æternus. Claret igitur Philosophorū opinio de Ioue summo, solo, sempiterno. Plato quoque in Cratylo, declarat quid valeat nomen Iouis. Alij, inquit, vocant eum Ζεῦν, Alij Δία. Quæ si cõponas, διὰ τοῦ πλὴν φύσιν τῶν θεῶν: declarat naturâ Dei. καὶ γὰρ ἐστὶν ἡμίαν, καὶ τοῖς ἄλλοις πάντων, ὅτις ἐστὶν αἴτιος μάλλον τῶν ζώων ἢ ἀρχόντης καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. Non enim, inquit, est nobis cæterisve cunctis, qui magis sit causâ vitæ, quàm Princeps, & Rex omnium. Vult igitur Plato Iouem dictum Zena, à Græco Zen, viuere. Quemadmodum scimus ab essendo vocatum Hebraicè, Iehouah, qui forte est Ioues. Agnoscent igitur eundem esse Iouem, atque Deum. Qui dictus est ab Æthruscis, quorum sermo, & litteræ fuerunt Hebraicæ, nomine Hebraico Ioues, cùm præsci paulo post diluuium, per omnes terras diffunderentur, probaturq; ex tribus linguis eundem esse Iouem, atque Deum. Dicitur Hebraicè Iehouah, Græcè Dios, Dios Græcum, Deus Latinum, Iehouah Hebraicum, Iouis Latinū, illud Latinum Deus. Declarat item vel id Iouem esse Deum. Diuus Paulus vocat testem Aratum apud Athenienses: In quo, inquit, viuimus, & sumus, quemadmodum quidam è poetis vestris dixit, τὸ γὰρ γένος ἐσμέν: Huius enim genus sumus. Subiicitq; Paulus: Genus igitur cùm sumus Dei. At illud Aratus de Ioue dixerat, sic opus exordiens,

Ἐν δὲος ἀρχόμεθα, τὸν ἑδδοτὸν ἄνδρες ἐὰ μὲν Ἀρήτην, μετὰ δὲ δὲος πᾶσαι μὲν ἀγλαὶ Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀρεταί, μετῆ δὲ θάλασσα. Καὶ λιμνῆς, πάντῃ δὲ δὲος ἐξέχεται πάντες. Τὸ γὰρ γένος ἐσμέν. Ab Ioue principium facimus, quem dicere nunquam cessant ore viri: Ioue nam sunt omnia plena. Atque hominum cœtus implet, simul æquora portu, Et portus: Ioue mortalis nanque indiget omnis. Eius enim genus extitimus.

Est igitur Iupiter ac Deus idem, & is solus æternus, cæteri Dij creati. Homerus itè quantum & antiquitate, & scientia cæteros Deos Iupiter antecedit, illo carmine ostendit, quod à Platonice etiam affertur:

Ἄλλὰ Ζεὺς παρ᾽ ἄλλοις γέγονε, καὶ πλείονα ἦ δν. Iuppiter ante alios, & longe plurima cernens.

**C** Declarat etiam Proclus Iouem iuxta priores esse principium & finem Vniuersi: ὅτι μὲν ἐν ὁ Ζεὺς μόνος ἐστὶ πάντος, καὶ πλείονα ἐρησιμῶν θεῶν, καὶ ἐπὶ πάντας τῶν ἐπιγεγεννημένων ἐπιτελεῖ δυνάμεις, καὶ ὁμοειδέων εἰς ἑαυτὸν ἐκρηταὶ πολλάκις. Quod Iupiter, ait, Vnitas sit Vniuersi, etiam multitudinis mundanorum Deorum, & quod omnes & à se producere, & ad se cõuertere potest, dictum sæpius. Plato verò: αὐτοὶ δὲ οἱ ἀνθρώποι τὴν γένεσιν νομίζοντες τὸν Δία, τῶν θεῶν ἀρετῶν, καὶ διζυγῶν τῶν θεῶν. Hierocles quoque Pythagoreus sic scribit: τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν θεῶν πάντων, ἔθος ἔδν τοῖς πῦθα- γορείοις τῶν τῶν θεῶν, καὶ Ζεῦς ὁ ὅματι συμφυγῶν, δὲ ὄν τὸ ζῆλον, καὶ τὸ εἶναι πᾶσι.

Oraculum Apollinis de Deo, & de creatione Deorum.

CAPVT XIII.

**O**ST Philosophos igitur non ab re fortasse sit audire Dæmonum quoque Theologiam, & arcana quasdam Diuinitatis laudes. Nullus erit cui vel summis labris latice sapientia: Natura potandos dedisset, qui non miretur Dæmonum præclaram Diuinitatis, potestatisq; diuinæ confessionem: Vt à Dæmone Mortalis, si quis esset tam profundè durus & perucax, ad cultum Dei, vel inuitus

Primo deus & solus æternus.

Dæmon quasi δαίμων D. Augustini ciuit. Dei 9. cap. 20.

Quid deum esse vel diuinitates ap- pellarint.

Nomen dei apud varias nationes.

Aratus initio φανερῶν. Act. 17.

Iupiter & Deus, idem.

Iupiter quid, Proclo.

Dæmonum oraculum de Deo vero νόque.

Ex Porphyrio.

trahatur. Adducitur hoc oraculum non à Christianis, sed à Porphyrio Christianorū hoste, decimo libro ἐπιλόγιον φιλοσοφίας. Rogatus Dæmon quomodo Deus colendus & rogandus esset, cum negare non posset, hæc diuina carmina profudit:

Ἀθανάτε, ἀρρήτη πατήρ αἰώνιε, μύσει,
Κόσμον ἀμφιδρόμιον ἐποχρόμιον, δέσποτα νότοις
Αἰθεραίοις, ἀλκίης ἵνα σοὶ μύθος ἐτήρησται
Παντ' ὀπίθερχο μύθω, καὶ ἀκούοντι ἕασσι κελοῖς,
Κλυθὶ τέων παίδων, ἕς ἥροσας αὐτὸς ἐν ἄροις,
Σὴ γὰρ ὑπερκόσμοντε καὶ ἕρανον ἀσπρέθει
Χρυσὴ ὑπερκρίεται πολλὴ αἰώνιος ἀλκή,
Ἦς ὑπερ ἠώρησας, ὄλεον φασὶ σεαυτῶν,
Λενάοις ὄρητοις πὶ γῆναι νέον ἀτάλαντον,
Ὅς φαίμεν τόδε πᾶν, τεχνώμιος ἀφθιτον ὕλλω,
Ἦν γένοισι δεδδικηται, ὅτι σφε τυποισιν ἔδησας
Ἐἴθεν ἐπειτρέθεισι γοναὶ ἀγίων μὲν ἀνάκτων,
Ἀμφίσε παντόπατορ, βασιλεύετε, καὶ μόνε ἦμιτι γῆ.
Ἀθανάπαυτε πάτερ μακάρων, αἰδέ εἰσιν ἀτέρθει
Ἐκ σῶν μὲν γεγαδάσαι, ὑπὲρ ἀγγέλισι δὲ ἕκασται
Πρεσβυγενεὶ ἀσφύρουσι νόω, καὶ κέρτει τῶ σῶ.
Πρὸς δέ τι καὶ τρίτον ἄλλο γένος παήσας ἀνάκτων,
Οἱ σε κέρει ἠέσων ἀμυνοῦντες αἰοδαῖς
Βυλόμιον ῥα ἐθέλοντες ἀοιδάσαι δ' ἕς ὠδὴ.
Τυῖν δ' ἔασσι πατήρ, καὶ μὲν τῶσ ἀγγέλιον εἶδος,
Καὶ τεύκων τέρει ἀνθος ἐν εἶδῶσιν εἶδος ὑπέρων,
Καὶ ψυχῆ, καὶ πνεύμα, καὶ ἀρμονία, καὶ ἀεθμῶς.

Hæc carmina quoniam difficilia sunt, & ipsa dogmata facilius oratione soluta intelligentur, non reddam, quod alibi feci, totidem carminibus, sed oratione soluta. Immortalis, ineffabilis, Pater æternæ, facer, super mundis circumuertentibus inuectus, dominator in campis ætheriis, ubi potestatis tuæ robor est defixum: indeque omnia despicias, pulchris & auribus audis: exaudi filios tuos, quos dilexisti ad omne tempus. Tua enim supra mundū, & cælum sidereum, aurea supereminet, magna, æterna potestas. Super qua eleuaris, splendore te ipsum excitans, perennibus riuis, nutriens animum infinitum. Qui producit hæc omnia, formans materiam indeficientem, quam generatio circumuagatur, quoniam illam formis obligasti. Ex eodem animo fluxerunt geniturae sanctorum regū, qui te circumstant Pater vniuersalis, & Rex, & singularis, mortaliū, immortaliumq; beatorum Pater. Quæ quidem seorsum sunt ex te natae, nuntiis autem singulæ præfectæ, æternæ Menti referunt, tuæq; potentia. Præterea tertium quoddam genus Regum creati, qui te semper canunt, carminibusq; laudant volentem te, ipsi cupidi, prædicantq; nūc & semper. Tu es pater, & matris præclarum exemplum, & filiorum tener flos, existens forma in omnibus formis, & anima, & spiritus, & concentus, & numerus. Hæc oraculum, altissimæ Theologiæ mysteria. Quanta cum superioribus concordia? Vocat eum Patrē, Regem, Motoremq; cæli, Mundos circumuertentes, orbes cælestes appellans. Eius est de motu cælesti verior, quàm Philosophorum sententia, Deum Patrem hominum atque Deorum, vitam, salutem, non vnum tantum primum mobile, sed vniuersos orbes incitare. Non ab homine dicitur, sed à Dæmone, quos à sciendo vocatos autor Plato, multo maiora, longèque plura cognoscentes, quàm mortales. Ecce Dæmon ait Deum superuehi; superferri, ac portari, mundis ἀμφιδρόμοις, circumrotantibus. Mundos appellans omnes cælestes orbes, quorum quisque sit instar mundi. Quòd si superuehi, non refertur ad motum, & impulsum cælestem, sed ad sedem, stationemq; Dei supra cælo in altissimis cæli regionibus: sentiet tamen oraculum quædam diuina gubernacula, quædam habenas, quibus vt equus à quadriga, cælestes orbes agantur, infidente desuper Deo, sub pedibus omni cælesti se machina vertente. Ac cælestes orbes rotantes gyranesq; memorauit, vt rectorem, moderatoremq; agnosceres. Est in nostris litteris, Dominum esse in cælo, sedem eius ibi consistere. Oraculum autem in campis ætheriis regnare, ac dominari, præcipuè cælesti regno commemorato, quòd illa sit optima mundi pars. Et nos paternæ Sapientia, magnorumq; mysteriorum nuntius orare docuit, Pater noster qui es in cælis. Ecce

Mundi, orbes cælestes.

Matt. 6.

AEcce & Dæmon veritatem abscondere non potens Patrem hic eum cælestem vocat, sicut & superiores omnes. Pater æternus, primum Filij sui, tum rerum creatarum. In cælo pulcherrimum, amplissimum, fortissimumq; eius regnum florere canit. Inde mortalia cernere, distet licet longissimè. Dæmones fatentur, vique in terras, oculos citius tendere, omnia diuinis auribus cum exaudire. Quæ sanctis oraculis nostris, infinities prædicantur. Quod verò sequitur, quàm diuinum? homines introducens tanquam filios eius orates. quod ipse quoque docuit, Pater noster. Nos vti filios introducit oraculum: Filius Dei iubet nos cum appellare Patrem nostrum. Fatetur item Dæmon amari nos ab ipso omni hora, nullam esse beneuolentiæ, paternæq; charitatis interpollationem. Nunquam illum nos amando defatigari. Rursum iterat potestatem eius auream, & pretiosam florere supra cæli vertigine, vbi sit eius æterna, immensaque maiestas, qua sublimatus ipse sit supra omnia, luminis in pelago, lucemq; habitans inaccessibilem. Riuis autè æternos, quibus, immensum, suum nutrire animum dicit, sentiendum est, tum sapientiam eius infinitam, gaudiaque magna mentis suæ, tum quod dicebat Aristoteles, cognitionem Dei de seipso, cognoscentis bona sua, & ex eo voluptatem infinitam capientis: innumerabiles item rerum species, & Ideas continentis, quibus natus est, & nasci potuit iste mundus. Idcirco statim adiecit, infinitam Mentē istam produxisse. Quo loco, quæso, sublati animis, arrectaque mente simus. Vt enim superiores diuino quodam, & quasi ex aula cælesti allato consensu prædicant simul, ex eodemq; fonte natos Deos, atque mortales, cæteraq; quibus mundi vastitas efficitur: sic Dæmon diuinè, ex illa infinita Mente parta vniuersa, nominatim Deos ipsos, eorumq; genera appellans. Laudat igitur eum primum Vniuersi opificem, formas materiæ perenniter affigentem, eamq; renouantem assiduus figuris, circum quam versetur semper generatio. Quod sæpe proditur à Philosophis, materiâ subiacere formis, nunc vni, nunc alteri, inuicem succedentibus. Deinde tradit ex hac eadem Mente, fluxisse Prolem regum sanctorum. Reges sanctos angelos vocat. Sanctos, quoniam ab omni terreno contagio segregati. Reges autem, quoniam his maxima potestas, ciues, Heroësq; regni cælestis, exercitus Filij Dei, duces, & principes omnes, potestates etiam, autoritatesq; nostris in litteris, rectores item hominum, ac prouinciarum vocati. Mirabiliter item docet, quid faciant in cælo, totòque mundo. Assistent, inquit, tibi semper, circumstant dextra, læuaque frequentes thronum Dei. Esaiasq; vidit Dominum super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim: non duo, cum sit ibi numerus multus, sed innumerabilem Seraphinorum, solium Dei circumstantium, multitudinem. Et sæpe fatentur illi se conspectibus Dei assistere. Et Raphaël dixit Tobia, Ego enim sum Raphaël vnus ex septem, qui altamus ante Dominum. Ob hanc causam, cum in hac commemoratione Dæmon esset, iterato confitetur eum Patrem omnipotentem, non eorum tantum, qui terras, sed etiam qui cælum incolunt, in immensum genus humanum multitudine superantes. Horum omnium Patrē eum & Regem dicit. Iteratòque confitetur eos natos, id est, creatos à Deo, eodem vsus atque Orpheus, Hefiodus, Empedocles, verbo, γυαδου. Et quod diuinius est, declarat munus eorum, qui sunt præfecti nimirum nuntiis, quo primò fuere apud antiquissimos Hebræorum vocati Malachim, missi, nuntij: & Græcos hæc secutos, Angeli. Quia, inquit Dæmon, præfecti sunt ἀγγέλιον, Angelis, nuntiis: referuntq; omnia, inquit, Menti πρεσβυγενεῖ, æternæ, magnæ, venerandæ. Tum tertium genus eorum nominat: quasi qui sunt nuntiis præfecti, sint duo genera, Angeli scilicet, & Archangeli: tertij autem assistunt, quanquam etiam omnes, laudantes, clamantes, Sanctus sanctus, idq; cupidè, libenter, sicut ille voces eorum libenter audiat. Mirèque concordant hæc cum Theologia Dionysij, super tribus Hierarchiis Angelorum, Dæmonibus ipsis, qui sæpe abstrusa multa confessi sunt, prædicata. Repetit iterum eum esse Patrem, esse instar optimæ matris. Sic enim etiam Græci locum intelligunt, quòd patris, ac matris charitatè ostendat erga nos Deus, & quòd condescendat per humanitatem, dulcedinemq; paternam, ac maternam, quam tenerum florem dixit. Deinde cum cæteris omnibus superius nominatis Theologis, appellat Animam Vniuersi, & Spiritū, sicut & ille, Spiritus intus alit. Eoque etiam Anima mundi apud Philosophos. Appellat Harmoniam, & Numerum perinde vt Pythagoras κρᾶσιν, Temperamentum, quasi moderamen, gubernaculumq; totius. Et sicut Pythagoras eum ψῆχων, sic Dæmon ψυχῶν, vnde omnia viuunt, & intelligunt, intelligentiarum, ac vitarum fons. Hæc qui pressius consideret, mirabitur Dæmonibus etiam confessam cum præcis Theologiam.

Pater noster, Deus.

Ab vniuersi opifice producta omnia.

Reges sancti, angeli.

Esa. 6.

Tob. 12.

Officium angelorū quodd.

Angeli & Archangeli.

Anima vniuersi.

Aliud oraculum daemone de Deo vero.



Aliud eiusdem oraculi præclarum, admirabileque de summa Diuinitate testimonium, quo maxima declaratur altissimæ Theologiæ pars. Rogatus à quodam Theophilo, an ipse Deus esset, Respondit ad hunc modum:

Εἶδ' ἕσθ' ἕρηνικὸς κίτους, καθ' ἑσθ'θε λογογῶς, Φλογμὸς ἀπέρσιος κινέμενος ἀπλετας αἰῶν.

Εἶσι δ' ἐν μακάρων ἀμύχανος, εἰμὴ ἑαυτὸν Βελῆς βελούσι πατὴρ μέγας, ὡς εἰδέσθαι, Εἰθάκε ἔδδ' αἴθρη φέρεϊ ἀτέρας ἀγλαοφρογῆς, Οὔτε σελευαία λιγυφρογῆτις αἰωρεῖται, Οὐ θεὸς ἀπταίει κατ' ἀπὸρπιτον, ἔδ' ἐγὼ αὐτὸς Ἀκτίσι μύχανον ἑπιπλάναται, ἀθεροδινῆς, Ἄλλα πέλει πυροσίο θεὸς ἀεμίμετος αἰλιὰς, Ἐρπον εἰλιρῦει ἠέζυμνος, ἔμδὸ ἐκείνης, Ἀλάμνος, πύρος ἀθελεῖς διασέτις ἦτορ, Οὐ γὰρ ἐχθὶ δάμω, ἀζηχῆ δ' ἐν μελεθιδμῶ, Αἰῶν ἀρσι ἑπιμύγνεται σὺ θεὸς αὐτῶ, Αὐτοφῆς, ἀδιδάκτος, ἀμίτωρ, ἀσφελικτος, Οἴνομα, μὴδὲ λόγῳ χροβέμνος, ἐν πύρῳ νάων, Τῆστο θεὸς, μικρὴ δὲ μελεῖς θεὸς ἀγῆλοι ἡμῆς.

Hæc cum & ipsa perobscura sint, soluta oratione reddam. Est supra cælesti vastitate, de super fulgor, motus, immensum æuum. Est autem inter beatos inestimabilis, incomprehensibilis, nisi seipsum, consilia, consiliet Pater magnus, ut videatur. Hic neque æther fert sidera nitentia, neque luna obscuræ lucis attollitur. Non Deus occurrit per semitam, neque ego ipse, radiis continens, amplectens spargor, per athera volutus. Sed est flammæ Dei immensa profunditas, repens voluitur rapidè cum strepitu. Non tamen qui illum tetigit ignem atherium, timidus cor. Non enim habet ardorem, sed placida combustione, sæculum sæculi miscetur ex Deo ipso. Per se genitus, indocibilis, sine matre, inconcussus, cuius nomen sermone non capitur, in igni habitans. Hoc Deus, exigua verò pars Dei, nos Angeli. Hæc oraculum Apollinis, quo tota ferè traditur in aures hominum Theologia. Primum describit locum sanctissimæ Diuinitatis, ut Aristoteles etiâ cælum dicit esse οἰκητήριον τῆς θεῆς, in libro de Mundo. Hunc locum supra cælesti locat immensitate, supra cælestes orbis, extra anni, Solisq; vias. Hic esse largissimam lucis copiam, mundum lucis viuentis, vegetæq; semper. Hic æuum infinitum, id scilicet quod est supra tempus. Supra tempus, quod ex cælesti motu colligitur, est ipsa æternitas, dicta Græce αἰῶν, quia semper fuit. Illic æternitas, illius infinitæ lucis ætas. Nec dubium est, quin hæc immensa flamma, ardorq; sempiternus sit quod apud præcos Theologos, quos postea nostri sunt secuti, dicitur Cælum empyrion, id est, igneum. Nam & ipse Dæmon appellat eum φλογμὸν, ardorem, & πυροσίο, facem. Dicit item Deum habitare ἐν πύρῳ, in igne, vnde ἐμπίρῳ. Hoc Cælum empyrion, est claritas æterna, flagrans à Diuinitate. Ea quoque descriptio Cæli empyrij, Illic neque Solem esse, neque Lunam, neque astra, genus cæli diuersum, alia lumina, alia lux. Ad eam nostra hæc ne lucerna quidem videri posse. Ioannes illo in regno, diuinæque regione, neque Solem esse, neque sidera, esse autem Christum Solem eius. Similia mirabili consensu lucutus est Homerus, approbaturq; vehementer ab Aristotele Olympum dictum quasi ὀλολαμπῆ, totum ardentem, nomen scilicet Empyrij, de quo scribat Homerus,

Οὐλύμπων δ' ὅθι φασι θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ, Ἐμύχων, ἔτ' ἀέμοισι πνάσεται, ἔτ' ἐποτ' ὄμβροσ Δέεται, ἔτ' ἡμῶν ἑπιπλάναται, Ἄλλα μάλ' αἴθρη Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀναδεδρομὴ ἀγῆλη. Venit Olympum, ubi sedes diuim dicitur esse Immota, hæc vento haud quatitur, nec spargitur hymbre,

Cælum diuinitatis locus.

æternitas, diuina.

Cælum, Empyræum.

Olympus unde dicitur.

E

F

Not

A Non mix decidit, ast splendor purissimus albet, Et sine nube nitet, campos hic occupat omnes.

Lucem, ignemq; illum non esse, qualis noster absumens, splendorem esse tranquillum, lætym, purissimum, per terras latè micantem. Hunc splendorem si quis ex Homero, & Aristotele, qui dicta probat eius percunctetur, vnde nam emanet, dicent non à Sole. Nā Sol exurit, nec supra cælestes orbis. Ergo genus aliud luminis. Ergo verissimum est quod consentaneè nostræ quoque Theologiæ dixit oraculum, lucem illam infinitam, camporumq; admirabilem, lætamq; serenitatem, manare ab ipsa Diuinitate, Solis ipsius creatricem immensam. Hunc igitur locum, vbi tanta lux apertè cernitur, appellat ardorem, facem, flammam, ignem, dicens eam esse αἰλιὰν ἀεμίμετον, vallem immensam luminis, regionem lucis vastam: Esse æternam hanc lucem in mediis beatis. circumstant enim dextra, læuæque frequentes. Nec vidisse semel fatis est, iuuat vsque morari. Hæc beatitudo, θεωρεῖα, contemplatio diuinitatis, quam Dæmon tanquam vnus è supernis Angelis hic prædicat, dicens Deum videri non posse, appellansq; eum Patrè, nisi ipse voluerit. Nam & Filius apud nos, Nemo, inquit, videt Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Deinde hanc lucem esse suauissimam, manantem à Deo semper. Descriptaque habitatione, & loco summi Dei, dein eloquitur eum, declarans quæ de Natura diuina fas sit ab hominibus nosci. Eum primò vocat αὐτοφῶν, per se ortum, à se natum. In quo latitat sublime mysterium. Vt enim ad vnā primam causam omnium rerū ortus reuocatur, ibiq;

Genus luminis cælestis.

Æterna lux beatis. Virgil. 6. Aeneid.

Matth. 11.

Ad vnā causam ortus omnium reuocandus.

B definit, vt non sit progressus ad infinitum, sic naturæ eius, bonorumq; suorum causa definit in ipsum, quoniam non habuit aliunde, quod habet, qui maior est omnibus. Est autem, ne fallamur, ortus eius ex ipso æternus, quod isto nomine declaratur. Si enim nulla terrena creata res, fieri ex nihilo, id est, à nulla causa potuit, multo certè minus ipse Deus. Quod si Deus aliquando non existens, natus esset ex seipso, fuisset Deus, antequam esset: efficiturq; si Deus natus est ex seipso, vt hæc natiuitas, sit æterna, vt & semper fuerit à quo nasceretur Deus. Semper enim oportuit id antecedere, à quo natiuitas diuina ex se ipsa proficisceretur. Nam quod non erat, nihil poterat producere. Asseris autem eum, à quo natus est Deus, antecessisse, quia dicit ab eo Deum pullulasse. Dux igitur sunt causæ, cur hoc nomen, αὐτοφῶν, altissimè designet æternitatem: quia cum non possit nasci, nec tu confitearis Deum ex nihilo natum, semper habuit à quo nasceretur Deus. Iam si quando fuisset tempus, cum Deus non esset, sed postea ex se ipso natus, necessariò fuisset Deus quando non esset. Ex quo efficitur, vt quoniam cætera dicimus à Deo nata, Deum autem natum à se ipso, cætera quidem res, quibus aliena à se ipsis causa fuit, esse quidem sine causa non potuisse, causam autem sine eis, à quibus nihil dependeret, potuisse. Vt autem res sine causa sua Deo, nasci non potuerunt, sic Deus sine causa Deo, nunquam potuit esse. Nunquam igitur poterat Deus nasci, nisi Deus prius affuisset. Hoc autem in æternum. In æternum igitur natus est ex Deo Deus. Hanc necessariam, naturalissimamq; consecutionem, non vidit ille, qui cum de natiuitate Dei cloqueretur. Verùm quia, inquit, fieri non potest, quin id, quod sit, aliquando esse coeperit, natus est ex se ipso. Error quidem euidentissimus. Significauit igitur & æternitatem, & maiestatem supra omnes, quia nullius indiget Deus, potens à se ipso cuncta bona petere. Dæmon. Siquidè si à se ipso habet seipsum. Deo autem nihil est melius, vtique vniuersa ex se ipso habet. Hinc efficitur etiam illud Aristotelis, eum in cognoscendo se ipso, esse beatum. Nam si ex se habet esse, vtique etiam beatitudinem vitæ suæ, omniaq; naturæ suæ bona. Vt autem dixit vitam eius ex se ipso proficisci, sic etiam sapientiam cum eum appellat ἀδιδάκτων, non edoctum, quasi videlicet αὐτόσοφος. Nam cum sit sapientissimus, & Paulus μόνος σοφός, eius autem sapientia non sit aliunde: oritur certè à fonte naturæ suæ. Sic eum dicens ἀμήτωρ, sine matre, declarat tum æternitatem, tum quoniam prædicat eum ex se ipso natum, non eo modo natum, quo solent ea, quæ apud nos nascuntur, & quæ causam, in aliis cur nascerentur, habuerunt, sed diuino, & ineffabili modo, quoniamq; ei dedit æternitatē, æternamq; bonitatis ex seipso dependentiam, efficitur vt sit incorruptibilis, & immutabilis. Quia qui fuit semper, altissimā, optimam, eminentissimamq; naturam sibi suppetens, non habet à quo oppugnetur, corrumpatur. Quapropter vocat eum ἀσφελικτος, inconcussus, immobilem, incorruptibilem. Hoc, inquit, est Deus, hæc natura diuina. Habitat lucem inaccessibleem, vt ait Apostolus, est æternus, per se genitus, non more nostro, est incorruptibilis. Nos autem Angeli (omnes enim sunt Angeli,

Sapientia Dei oritur à fonte sue nature.

1. Tim. 6.

m



Nos sumus  
exigua Dei  
portio.  
Nasci et cre-  
ari Philoso-  
phis idem.

Omnia im-  
mortalia et  
immutabilia  
in celo ex  
Aristotele.

boni scilicet & mali, Philoque Iudæus confitetur, quos Moses Angelos vocet, Dæmones à Philosophis appellari) sumus exigua Dei portio: non videlicet per transfusionem suam in nos Diuinitatis, sed quasi quædam scintilla, quæ ex luce Diuinitatis suam micuerunt. Ille maximus, solus, solus æternus. Intelligentiæ verò quædam quasi particulæ diuine, quædam scintillulæ, natæ ex illo, vel productæ (Nam nasci Philosophis est creari) spirituali quodam modo, soli Deo, nescio an & illis noto. Et ut ait Philo, *ὅτις ἀποφασίται θεῶν*, Mens quædam diuina abscissio. Ex his constat, tum quid sit Natura diuina, tum apparet Dæmones confiteri, creatos etiam Deos ab illo. Demonstratur etiam cælum empyrium, locusque supra sideribus: quem etiam Aristoteles duobus in locis, in libro de Mundo, & primo de Cælo, est confessus, his verbis: Extra cælum ostensum est, neque esse, neque esse posse corpus. claret igitur quoddam neque locus, neque vacuus, neque tempus, est extra. Ideo neque in loco, quæ illic sunt, existunt, neque tempus ea facit senescere. Neque est vilius vlla mutatio eorum, quæ supra extremam vertiginem consistunt. Sed immutabilia, & indolentia, optimam agunt, opulentissimamque vitam, omne æuum. Ecce Aristoteles per numerum multitudinis, res nescio quas extra cælum collocat, sed præcipuum id Diuinitatis est regnum, cuius fecit, clementia ductus, alios animos participes. Latiusque explicuit Dæmon illum locum, & melius quàm Aristoteles, vterque tamen diuine. Vterque florere ibi vitam, optimam beatitudinem ac supremam. Nam quod Aristoteles per neutrum genus dixit, nolens explicare *τὸ ἐκεῖ*, quæ ibi, Dæmon expresse dixit, *μακάριος*, beatos. Et ipse paulo superius Aristoteles ab eo loco *πάν τὸ θεῶν*. Vtque Dæmon *ἀπλετον ἀθάνα*, sic Aristoteles ibi locat æuum immensum.

Aliud oraculum de Deo, locisque celestibus, quod Deus fons, principium, creator omnium, in scrutabilis: quod nemo peccans eum lateat: quod omnia prospiciat.

CAPVT XVI.

Dæmonis re-  
sponsum roga-  
ti quid Deus.



LISSIME quoque Philosophatus est velut celestis præco, Dæmon, de Natura diuina rogatus, afferens eadem atque superius.

Εὐδ' ἄρα ἕρμαιος πρὸς ἀφίτην, αἰθοιδίην φλόγην,  
Ζωογόνος, πάντων πηγὴν, πάντων δὲ καὶ ἀρχὴν.  
Ἦτε φύει μάλ' αὖ πάντα, φύσσει τε πάντ' ἀναλίσιμην.  
Ἀντοφραγῆς, ἀλόχευτος, ἀσώματος, ἠδὲ δ' αἰόλος,

Κεῖθεν δ' ἐξελάνθον σὲ πᾶσι σφαιροειδῶν, Ὀλυμπον  
Εἴθεν δ' αὖ τυτθὴν ἀφ' αἰθέρα φωτίζουσα,  
Ἡλίου, μῆνη, καὶ τεύχεα φωτίζουσα.  
Ταυτ' ἐδίδου, ἕρμαιόν τε νόον, τὸ δὲ λοιπὸν σιωπῶ  
Φοῖβος ἔδωκεν, σὺ δὲ πάυε, οἷς μὴ θέμις ἐξερρεῖναι.  
Εἴνευσθ' οἷς φυσικῆς σοφίης τὰ δ' ἄρα τετραναμῶν.

Quæ & ipsa non carmine, sed ad verbum reddam.

Est supra caelesti igni, incorruptibilis, ardens flamma, vitalis, omnium fons, omnium quoque principium, Quæ & producit omnia, & producens omnia absomit, Ex se apprens, inlocabilis, incorporeus, immaterialis. Illinc circum olympum diffunditur in orbem. Hinc rursus paruus promicat ætheris splendor, Sol, Luna, & astra accendens. Hæc noui, didicique mente, cætera vero taceo, Phœbus existens. Tu verò define, quos nefas sit scrutari, propter tuam naturalem sapientiam, superiora vestigare. Ecce iterum meminit illius immensæ lucis, quam superius ignem, facem, flammamque vocarat, nunc etiã flammam, à diuo quoque Paulo nuncupatam lucem inaccessibleem. Ab omni Philosophia Cælum empyrium, flammæum, ardens. Hanc flammam, quæ quemadmodum à Sole manat à Diuinitate, supra caelestem nitorem, vt pauld antè, & vt Homerus, & Aristoteles, supra sidera, supra motus caelestes locat. Duo diuina mysteria, primo de nitore illo sempiterno, tum de loco, si locum eum dicere fas est. Hanc quoque lucem, seu flammam, vocat vitalem, omnium rerum fontem, & principium. Deum videlicet ipsum extra cælum, motusque caelestes. Hoc rerum Principium dicit omnia producere, atque absumere, fortasse, quod ait Dauid, Dant te illis, colligent, aperiente te manû tuã, omnia

1. Tim. 6.

Psal. 103.

omnia implebuntur bonitate. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Dominus necis & vitæ, auferens quæ dedisset, si voluerit: In eandem cum placuerit, omnia potens redigere vanitatem, quæ fuerunt antequam conderentur. Hoc sentit oraculum, clamans eum sicut vitarum repertorem omnipotentem, sic omnipotentem mundi, rerumque omnium euerforem, si vellet. Ad cuius conspectum omnia contremiscunt. Qui tangit montes & fumigant, nutu tremefacit olympum. Hæcque multo de summa Dei Omnipotentia maior prædicatio, quàm motorem eum dicere caelestem. Multo enim potentius est, omnium vitarum, omnisque mundi euertendi habere potestatem, quàm machinam caelestem, leuem illam quidem, & vi sua incitatam mouere posse. Ingressus deinde de natura eius dicere Dæmon, prædicat eum *αὐτοφασίην*, per se apparentem, spectans infinitam illam immensamque lucem. Est enim per se appars, per se lucens à se, à fonte suo, è thesauris Diuinitatis, maiestatis suæ lucem diffundens. Radians à se ipso, non aliena lucerna, habens insitam magnam maiestatis suæ claritatem. Eoque semper ardet, tanquam Sol caelestis, illius magnæ Diuinitatis imago. Item eum vocat sine loco, incircumscriptionem, quia videlicet infinitus, immensæ maiestatis, nullo loco potens intercipi. Inlocabilem item, quia incorporeus, & immaterialis, extra mundum, omnemque locum & tempus. Vastitas igitur immensitasque eius incorporea, nullo loco capienda. Non est infinitus corpore, sed mente, sapientia. Secundo, tribuit ei motum per totum olympum: idque ad illam flammam, diuinitatissimamque splendorem referas, pandentem sese circumquaque, cunctaque completentem, per totam olympi vastitatem. Quantum est enim olympus, cum terræ, quæ centri in toto Vniuerso habent rationem, sunt vastæ, ingentes? At olympum cunctis orbibus sublatum, in immensum terra latioribus, quantum esse par est? Hunc circum sancta, amœna luce complet Deus, nullusque est locus, si locum illic esse fas est, quin à splendore sacro contingatur. Ex hac largissima luce, afferit accensa lumina caelestia, Solem, Lunamque. Testatur idem Iudæus Philo, Platonico- rum eximius, Ideam omnis lucis, & fontem, thesaurumque nitore Deum, *παντοφραγῆαν*, omniumque rerum lucem. Hæc diuinitissima lux fecit corpora caelestia, & præ qua Sol tenebræ sunt, & caligo, facile potuit cæteris rebus dare nitorem. Prædicat oraculum, hanc ætheriam, Solis, Lunæ, astrorumque lucem, esse *πυρρὴν*, exiguam, paruam, minimam, obscuram. Reputa igitur, quanta sit illa diuina claritas, cui scintilla quædam est lux solaris, omniumque siderum collata. Hæc, inquit, sunt quæ de Deo mihi scire datum. Hæc vidi & noui. Et fortasse dicat ad hunc modum. Cum ad illam claritatem venturus essem (vtinam mea scelerata non obstitissent) oblata mihi fuerat, & vt præmium propofita. Vidi eam aliquando, sed procul, vidi animo. Cætera taceo, non licet homini loqui. Sunt enim arcana verba, id est, arcanæ res, quas tu quoque absiste scrutari, quas te scire nefas. Noster Theologus, Non licet. Dæmon, ἕρμαιος, Nefas est, Define scrutari, amorem compesce quærendi. Nefas est, quo tibi compares scientiam, quam vt naturalem possideas, arcana rimari caelestia. Tenes quæ teneri de Deo, potuissent. Rogatus item an quis peccans, Deum latere possit, respondit:

Οὐδὲν ἂν λήθοι τοῖς θεοῖς, εἰδὲ σοφοῖσι  
Κέρδεον, εἰδὲ λόγοις ὑπερφύροι ἀλαμμον ὕμμου.  
Πάντα θεὸς πλήρη, πάντῃ θεὸς ἐπεφανώθη.  
Πάντα ζωογονῶν, ὅτις αἰ πνεύματα καὶ ἔρπει.

Quæ sunt, Nemo profecto, qui talis est, Deum latere possit. Neque sagacibus dolis, aut verbis acerrimum oculum subterfugiat. Omnia plena Deo, Deus vbique vagatur, omnia viuificat, producitque quæcunquæ spirant, & inambulant. Ecce quæ de vno singularique Deo prædicat Dæmon, sunt ea, quæ de Anima mundi, Poëta diuinus:

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus,  
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Is Deus vbique est, omnia viuificans, dans omnibus quæ viuunt, & mouentur, vitam, & motum, portans omnia verbo virtutis suæ. Eiusque sunt omnia plena. Eoque is est quem dixit Aratus, & eum secutus Poëta, Iouis omnia plena. Non alicuius videlicet fictitij, sed verissimi, naturalissimi Dei, de quo, velut diuinus Theologus hæc edit oracula Dæmon, prouidentia diuinæ magna confessio, quæ nulli peccantes possint effugere. Idè atque illud in sacris litteris: Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Quanta

Psal. 103. 143.

Deus habet  
potestatem euer-  
tendi mundi.  
Deus autem quæ-  
rit.

Magna Olym-  
pi capacitas.

Deus, idea lu-  
cis omnis.

Scrutanda non  
sunt arcana  
Dei.

Deum nihil  
lateat.  
Ex Porphyrio  
ἐπιλογίαν  
φιλοσοφίας.

Virg. 6. Aeneid.

Virgil. 3. celo-  
ga.

Psal. 138.

Deus omnia videt.

inter vtrunque oraculum concordia? Dæmon oculum Dei ἀλλυμιον, Fortissimum, robu- stissimum, acerrimum, omnia contuentem, terras, cælum, mare collustrantem. Quan- tumuis item artificiosa malitia, dolisq; te circumtegas, quantumuis abscondas, oculos eius non poteris effugere: Quiduis loquaris, dicta, factaque omnium sunt in conspectu eius. Illud Philonis ἀκοιμήτων ὀφθαλμῶν βλέπει πάντα, peruigili oculo cuncta cernit. Qui enim fieri potest, quin illi sint cuncta nota, qui vitas omnes, mentesq; cogitantes fin- xit prior? En illa Pythagoræ ψύχουσις: Et Pauli, Genus cùm finis Dei, in illo moue- mur, & fumus. Vniuersa, inquit oraculum, complectitur. Oraculum verè mirabile, omnipotente veritate, claros ex omni loco radios iactante. Omnis enim lingua confi- tetur, cælestium, terrestrium, & infernorum, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Rogante quoque sacerdote, quænam religio plurimum maximè que fo- ret superstes, iniecit miranda de Diuinitate, vt visum superius. Vtinam ne me nunc su- premò, ac nouissimè interrogas, infelix sacerdos, de diuino Genitore, de que chara, & vnica prole Panomphæi regis. Et Spiritu, Qui continuatim continet omnia, Montes, terram, flumina, mare, tartarum, aërem, ignem. Qui me nolentem, domibus ab his repellat, Moxq; linquetur desertum limen istud oraculorum fundendorū. Panomphæū regem cælestem dicit, quòd ei cuncta oracula concinant. Panomphæus est, cui πάντα φή- μιν, omnis fama, siue oraculum canit. Huius, quem etiam diuinum Genitorem dixit, no- minat vnica[m] Prolem. Sonat enim Græcè πηλύγετος, aut dilectum, aut vnicum Filium. Spiritum quoque nominat diffusum per omnia, de quo Marcus etiam Tullius, eum per omnia pertinere, perinde vt oraculum, & per omnia continuatum, sicut hic βοτρύδων af- firmat, ex fontibus antiquæ Theologiæ hæc ad verbum de rerum pulchritudine, con- centūque loquens: Hæc, inquit, fieri, omnibus concinentibus inter se mundi parti- bus, profectò non possent, nisi ea vno diuino, & continuato spiritu continentur. Bene igitur etiam Dæmon locutus.

Panomphæus rex, deus.

Vnica proles, τηλύγετος. 1. Tηλυγυλι.

Quodd Iupiter sit Deus ille verus, magnus, Dæmonis oraculo: quodd eius potestas, omnibus veneranda: quodd solus ille sapiens, largitorq; sapientiæ: & quodd hæc oracula, verè sunt à Dæmone edita Philosophorum testimonio.

CAPVT XVII.

Aliud ref- ponsum dæ- monis.



VNDEM esse quoque Iouem, ac verissimum, naturalemq; Deum, quæq; de Ioue dixit Aratus, & Homerus, esse de singulari Deo, Dæ- monis etiam testimonio probatur. Rogatus de æterno Deo, respon- dit, addens de interitu suo:

Ἢν εἴς, ὅτι τε νῦν εἴς, κ' ἔσεται, ὃ μεγάλη ζῆ, Οἱ οἱ μοι χροισθῆσ' ἀπολείπειαι ἠελίοναι.

Alio in loco, vehementer ingemiscens:

Οἱ οἱ μοι τρίποδες τροαχίσειαι, οἴχετ' ἀπόλλων Οἴχετ' αἰ, ἐπεὶ φλογρὴν με βιάσεται ἕρπαιον φῶς.

Erat Iupiter, est nunc, & erit, ὃ magne Iupiter, Hei mihi deficit oraculorum claritas. Hoc illud in sacris litteris, Sicut erat in principio & nunc, & semper, & in sæcula. Heu heu Tripodes plangite, obit Apollo. Obit, quoniam flammans cælestis lux, vim adhi- bet. Lucem supra cælo mirabilem, vocat Deum. Et de suo vaticinatur interitu. De By- zanto quoque qui condidit Byzantium, contra eum, qui eum æmulabatur, cuidam pro eo scicitanti respondit:

Vaticinatus de suo interi- tu demon.

Ἐγὼ καὶ παλινὸρμος ἐπέειπε, καὶ λέγα τεύετα, Οὔτε γε φοῖβος ἀγωγὴν ἀμείνομι φασὶ μάχεσθαι Κείνῳ γὰρ θεὸς αὐτὸς, εἰμὲ ὑπερέχετο χεῖρα. Οἶν καὶ γῆ τρομέει, καὶ ἕρπαιος εὐρὺς ὑπερθεῖ, Πόντος τ' ἠ' εὐλύστ', ἠδ' ἠέλιον χάος αὐτό.

Quæ sunt, Excitare, & reuersus festina, & dicas ista, Non te Phœbus ipse iubet fortiori viro depugnare. Illi enim Deus ipse suam porrexit manum, Quem & terra tremat, & cæ- lum desuper patens, pontusq; solq; & tenebrosum Chaos ipsum. Nihil abscondit de Deo: prius regionem, claritatem, creationem etiam Deorum prædicauerat, nunc vniuersalem præsen-

F

A præsentiam. Nostis igitur in litteris etiam extat, Tremunt potestates, tremunt viden- tes Angeli. Ecce nunc omnia tremunt ad nutum eius, vastitas olympi, terra, pontus, Sol insuper, & ipsa tartara. Tremunt autem omnipotentem, tremunt, cùm voluerit, venientem. Nam mons Sina tremebat, & fumigabat, & horror erat maximus in ca- stris Hebræorum. Talis vbique terror foret, si ipse vellet, & sese quantus est ostende- ret, quantum eum cælicolæ cernunt. Meritoque vident, & obtupescunt, horrent, & læ- tantur ad tantum numen. Serapis quoque in oraculo de sapientia eius in cælo florente, prædicans eius largitatem:

Τόσση ἀπέφρητος σοφῆ βασιλῆος ἐπ' ἑδῶν Ἀθανάτῃ, κείνος δὲ διδοί, καὶ δῶρον ὀπέσει.

Infinita, inquit, sapientia versatur in limine Regis immortalis, Ille dat & munus largi- tur. Vocibus igitur humanis & vocibus Dæmonum decantata, aperta que est Theolo- gia. Quæ ne quenquam è nostris confinxisse suspiceris, adsunt ipsi Philosophi testes. Nam præterquam quòd superiora oracula produxit in libris suis Porphyrius, in eo quo- que, quem Plutarchus inscripsit, Cur Pythia deserit oracula fundere metricè, & Ploti- nus, Proclus, aliique Platonicis, qui passim Apollinis oracula proferre solent, declarant his oraculis fidem se habuisse, & Dæmonem veluti declaratorem rerum abstrusarum ho- minibusq; ignotarum, eis fuisse. Affert igitur eo libro Plutarchus oraculum quo Dæ- mon singularem Deum est confessus, & prædicauit eum moderatè, & iustè indulgen-

Calicole hor- rentur numen Dei.

Serapis de Deo.

Dæmon verè abstrusarum declarator.

Btem. Rogatus à quodam, qui peccauerat, an vlla sceleris esset indulgentia, respondit: ἔπειτα ἀναγκάζει συγχωρεῖ θεός, ἔ μὲν ἀλλὰ δίδς, αὐ πῆς, ὡς ἔδδν ἄνευ μέτρῃ: omnia necessaria concedit Deus, veruntamen ita largiens, vt nihil immodicè. His Dæmon & Deum vnū nominat, & clementem prædicat, viquequòd iustitia postulet. Oraculum autem, quod af- fert Proclus, est altissima Theologiæ declaratio, simile Prophetis oraculis. Dicit ergo Proclus super Timæum: ἔτω δὲ καὶ τὰ λόγια τοῦ μέγιστον τέτων θεῶν, πηγῶν πηγῶν παρῶν παρῶν, καὶ μόνον Σποργενήσων τοῦ πάντα.

Deus iustus sed modera- tē.

Oraculum ex Proclo, de Deo.

Ἐἴθεν, ἀδὴν ἡράσειε γένεσις πολυποικιλίας ἕλης, Ἐἴθεν σφόδρῳ τῆς ἀμύδρας πῆρὸς ἄνθος, Κόσμον ἐκθρέσειαν, κοιλώματα πάντα γὰρ εἴθεν, Ἀρχῆται, εἰς τὸ χεῖρα τέθειν ἀκτῖνας ἀργῆτας.

Itaque, inquit, etiam oracula, maximum Deum, fontem fontium hunc appellant, & so- lum eum vniuersa genuisse. Dicit enim de potestate eius:

Exilit hinc rapide variantis materia ortus, Hinc rumpit iubar, & flos omnis debilis, ignis. Mundorumque globi, namque hinc sunt omnia nata, Hincque micant radij, & mundo mirabile lumen.

Audis oraculum, cuncta ab altissimo Deo profecta canere, reperens quasi Genesim Mosaicam. Vt Moses è primis operibus eius prodidit fuisse terram, & aquam, nempe materiam totius futuri mundi, congeriem, & sementem omnium rerum, non fecus Dæmon primum affirmat ab eo profectam generationem materiæ multiformis, cui variæ species vicissim inhærent, propterea multiformis. Post hanc materiem, semen- témque rerum, & massam, quemadmodum ad res gignendas eam præparauerat sa- piens opifex, sic ex eis præcipuam, principem cunctarum visibilium rerum, produxit lucem. Hoc memorans Moses, post terram, aquamque creatam, ait subito apparuisse lucem. Dæmon similiter ab eodem præpotenti Deo, flumen lucis erupisse: lucis in- quam, præ qua lux omnis, & ignis debilis sit. Ipsa verò flos omnis lucis. Ea enim est lux solis, Lux mundi corporei. Post lucem, sicut Moses, qui siluerat creationem orbium cælestium, eam postea repetiturus, dixit ab eo omnia cælestia perfecta: sic vno com- plectitur verbo Dæmon, mundorum globos omnes, & concauas illas, orbicularésque cæli machinas eum fecisse. Denique vt Moses repetens ait, In die, qua creauit Deus cælum & terram, sic per Epilogum repetit Dæmon, ab eo micare & in terras fundi ra- dios omnes bonitatis. Omnis ergo lingua confitetur, cælestium, terrestrium & infer- norum, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Iustinus igitur Martyr & Philosophus ad gentes, ait oraculum fuisse quoddam, hymnum gloriæ diuinæ: ὅτι τὸ παρ' ὑμῶν χροισθῆσαι ἀξίωσθαι ὑπὸν τῆς παντοκράτορος ἐμδοδῆσαι, ἔτῳς ἐν μέσῳ τῆς ὑμῶν ἐφῆ, ὅτι

Gen. 1.

Principium lucis omnis Deus.

Gene. 5.


Philip. 2. Oraculum a- pud Iustinū.

πρωτος πλασας μεροπων, αδαμδε κελισαι. και τετον αζοου τον υμνον ωδε πολλοις ων υμμεν D  
 ζυωειν. Nimirum, Oraculum vestrum rogatum à quodam, vt hymnum funderet Omni-  
 potenti, sic in medio hymni dixit: Quod primus hominum formator, Adamq; voca-  
 uit. Et hunc hymnum apud multos, quos ipsi scimus, contigit asseruari. Vides Dæmo-  
 nem hymnos, cuiusmodi sunt, quos ostendimus, edidisse, singularem Vniuersi crea-  
 torem Deum ingenuè confessum. Vidit item Lactantius oraculum illud, quo Dæmon  
 dixit, μικρα δε μερις αγγελου ημεισ: Exigua Dei portio nos Angeli. Profert enim hoc car-  
 men in suis Institutionibus: Quærenti, inquit, cuidam quis esset, aut quid esset omni-  
 no Deus, respondit viginti & vno versibus: quorum hoc principium est. Sic Lactantius.  
 Nec refert quòd carmina sint transposita, vt quod Lactantius principium, nos finem  
 carminis esse scriptum referimus. Facile enim potuerunt versus transferri. Satis est ora-  
 culum reuera Dæmonis esse, id est Apollinis, editum non Delphis, sed Colophonæ.  
 Idem in libro de Ira Dei, aliud oraculum, & quasi vnum ex superioribus ait Apollinem  
 Milesium effudisse, consultum de religione Iudæorum.

Vide lib. 2.  
 cap. 14. 15. 16.  
 17.  
 cap. 23.

Η δε θεον βασιλεια, και γεννητηρα παρ παντων  
 Ον τεμεται και γαια, και υρανοσ, ηδε θαλασσα  
 Ταρταροιστε μυχοι, και δαιμονεσ σκελητησσι.  
 Fortasse præcedit hæc carmina quod affertur à Iustino, Eusebio, aliisque multis, quod eun-  
 dem Apollinem respondisse ferunt:  
 Μενοι χαλδαοι σοφιων λαχον, ηδ' αρ' εβραοι  
 Αυτογνωτων ανακτα σεβαζομενοι θεον αγνωσ.

FINIS.



F



Augustini Steuchi Eugubini  
 DE PERENNI PHILOSOPHIA  
 LIBER QVARTVS.

IN QVO PLATONIS ET ARISTOTELIS  
 THEOLOGIA DISCVTITVR.

Aristotelem singularem Deum esse confessum: Non solis motibus celesti-  
 bus, sed omni item mundo eum præfecisse: Eandem fuisse Academico-  
 rum Philosophiam: Eandem & Seneca: Non solas intelligentias, qua  
 calum moueant, eum agnoscere.

B

CAPVT I.



OST PRISCOS Philosophos, qui magis Theologi di-  
 cebantur, & post ea sæcula, quæ à Mose, Trismegistoque,  
 ad Platonem, Aristotelémque vsque decurrerunt, in qui-  
 bus adorata & cognita fuit, prædicatâque singularis Diui-  
 nitas, partim lucem hanc afferente natura, partim ab exor-  
 dio generis humani, quo solùm Deus verus colebatur, ea  
 scientia manante, quippe quam per omnes terras secum  
 patres antiqui deferebant, successerunt duo multorum Phi-  
 losophorum, Academiaumq; principes, ad quos velut in-  
 portum veteris Sapientiæ naufragia deuenerunt, sed pro-  
 varietate ingeniorum magis Platonem, quàm Aristote-  
 lem, qui rerum infimarum, sensibúsq; notarum studio  
 magis delectatus, obscuras illas, ingeniumque humanum excedentes, Platoni, cæterisque  
 C vestigandas reliquit, veterum mysteria, secretâque Dei, silendo veneratus, quorum dif-  
 ficilis esset, nec procul à temeritate confirmatio. Sed quoniam nullus sermo, citra Dei  
 appellationem haberi potest, nec vllius Philosophiæ fundamenta stabiliri, nisi origine  
 reperta, multa de fontibus Theologiæ naturalis (naturalem dico, non fictitiam, fabulo-  
 sam, quam ratio, naturâque docet omnes homines) similiter atque alij loqui coactus est.  
 Quibus consideratis, id iudicium colligitur, aut veritatem inuito imprudentique exci-  
 disse, aut non habentem quid pro vero asfereret, diuersa ratione loquutum. Quam ani-  
 morum inconstantiam, in omnibus Philosophis ferè deprehendas. Nondum enim ful-  
 gor veritatis terras impleuerat, quo pulsa omnis densa caligo, vnam duntaxat veritatem  
 homines sequerentur. Erant autem cuncta crassis occultata, & circumfusa tenebris. Hac  
 caligine effectum est, vt Aristoteles & Plato in asserenda Diuinitate modò cælum, mo-  
 tusq; cælestes admirati, illic Deum se reperisse crediderint, modò resipiscentes, implem-  
 tem omnem mundum, quemadmodum superiores, magnum illum, inscrutabilémque  
 Deum, non cælum duntaxat mouentem, sed præsentem vbique prædicauerint: lon-  
 gè quidem clarius Plato, quàm Aristoteles. Delectis igitur verioribus, primum ex  
 Aristotele, dein Platone, vt cuius vberior affluentiorq; Theologia diligentius exami-  
 nanda est, eandem atque apud superiores pietatem reperiemus. Ac primum instinctus  
 illos, quibus ad appellationem singularis Dei compellimur à Natura, videamus. Sæpe

Duo princi-  
 pes philoso-  
 phis successere  
 primis, nempe  
 Plato & A-  
 ristoteles.

Theologia na-  
 turalis.

Quomodo sin-  
 gularem deum  
 deprehende-  
 rimus philoso-  
 phi.

Deum & natura nihil agunt frustra. I. de Calo ca. 4. lib. de animal. gressu. de partib. animal. 2. cap. 13. Gen. 1. Deus, artifex optimus. Deus & Natura idem.

extat apud eum, Deus & natura nihil agunt frustra. Hic & Deus singulariter excellen- D terque nominatur, & opus ei magnum, mirabile, varium, tributur: tum verò cum Na- tura sociatur: sed ipse prior, post Natura nominatur. Quicunque igitur hæc consideran- do dilaret, quid aliud reperiet, quam Deum autorem naturæ & principem, quemad- modum scribit Moses, appellari? Quidquid enim tradidit Moses Deum fecisse, primū terram cum aqua, postea Solem, orbeshq; cælestes, tum plantas & animalia, eaque mira- bili ordine posuisse, hoc omne, Natura est: quæ idcirco nihil exorbitant, nec cursus suos depravant, quia facta sunt optima ab optimo magistro. Eoque vocatur prima Sapien- tia, & à Pindaro, ἀριστοτέλης, optimus artifex. Et Aristoteles dixit Pherecydem, multosq; alios, primum autorem, creatorem, optimum declarasse. Theophrastus omnia volen- tem optima. Itaque non agit frustra Natura, quia Deus eam fecit optimam. Hæcq; con- sociatio Dei, ac Naturæ, non est duorum, vel diuersorum: neque enim sociarentur ad vnum idemq; opus, neque duorum æqualium, quòd & Deus præfertur, & Natura sine Deo Nomen inane est. Sociantur igitur velut artifex, & artificium. Quidquid enim fit à Natura, eo teste, fit item à Deo. Si enim loquens de rebus in vniuersum, quæ sinu Na- turæ continentur, eas nec à Deo frustra fieri, nec à Natura dicit, certè quidquid fit ab vno, fit item ab altero. Nihil enim superest alteri, si cuncta sunt ab alterutro. Sed cur duo rerum autores declarantur, si sufficit vnus, vel Deus, vel Natura seorsum? Imò non sufficit, neque vult, quemadmodum Democritus, & Epicurus, sine Deo operari Natu- ram, nec Deum à Natura segregatum, ceu gubernatorem à nauī. Sociat igitur vtrum- que, alterum velut autorem, artificem, alterum velut artificium, vt gubernatorem, ac nauim. Iam verò si Deus agit Naturam, princeps eius, ac moderator, certè non motus cæli solos moderatur, nec per vnum motum gubernat Naturam, sed esse eum præsentem vbique, quemadmodum dixerat Pythagoras, necesse est: & quemadmodum ille cecinit:

6. Senecid.

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus, Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Deus est ubi- que. I. Acad.

Anima mi- di, mens, sa- pientiæque per- fecta.

Non solos igitur orbis cæli mouet, non in cælo duntaxat, sed vbique versatur, infusus, non infixus mundo. Quam fuisse Platoniorum, Peripateticorumque sententiam, te- statur Tullius in Academicis. Partes, inquit, autem esse mundi omnia, quæ insunt in eo, quæ natura sentiente teneantur, in qua ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna. Nihil enim valentius esse, à quo intreat. Quam vim Animum esse mundi dicunt, can- demque esse Mentem, Sapientiãque perfectam, quem Deum appellant, omniumq; rerum, quæ sunt ei subiectæ, quasi Prudentiam quandam procuratorem, cælestia maximè, deinde in terris ea quæ pertinent ad hominẽ. Hæc Tullius. Similia igitur Aristoteles sen- tiebat, cum Deum, ac Naturã nihil agere frustra, sæpenumero clamat. Sentiebat Deum esse Mentem vniuersi, Sapientiãq; perfectam, cui subiectæ mundi partes omnes essent, procurantẽ omnia, sed maximè motus cælestes, quibus regitur alitque omnis mundus. Hanc eius, & omnium Peripateticorũ de Deo sententiã etiam Seneca declarat in Quæ- stionibus naturalibus: Quid est Deus? inquit. Mens Vniuersi. Quid est Deus? Quod vides? totum, & quod non vides. Sic demũ magnitudo illi sua redditur, qua nihil maius excogi- tari potest. Si solus est omnia, opus suum & extrã, & intrã tenet. Quid ergo interest inter naturam Dei & nostram? Nostri melior pars, animus est: in illo nulla pars extra ani- mum. Totus ratio est. Hæc Seneca. Huiusmodi fuit igitur etiam Aristotelis opinio, de Deo & Natura, Natura quidem, velut opere eius, cui præsideat vniuersaliter, extrã, & intrã commeans, seseque intendens, alensque omnia. Seneca dicit eum esse Animum, cuius nulla pars non sit animus, non ratio, magnus non corporali magnitudine, sed ma- gnitudine rationis, sapientiæ. Quare non affixit eam primo mobili duntaxat Aristote- les, qui solo motu primi orbis regebat mundum, præterea nihil ageret, sed præfecit vni- uersæ naturæ, tam cælesti, quam terrestri, motibus cæli, & terræ: Et, vt ait Tullius decla- rans eorum sententiam, procurantem omnia in terris maximè, quæ pertinent ad ho- mines. Hæc illo sæpe à se repetito sermone sentit Aristoteles. In libris autem de prima Philosophia, vt productum fuit superius, singularem Deum nominauit, & definiuit, Dicimus Deum viuens, immortalẽ, sempiternum. Quid sequatur ex his, palam est. Vnus appellatur, vnus immortalis, sempiternusque definitur. Soli igitur congruit hæc defi- nitio. Eisdem in libris vocauit eum, iuxta cæteros Philosophos omnes, Mentem, diuinam de beatitudine eius, omnique vita differens sententias: Vt se ipsum contempletur, con- templando

Vt definitur Deus ab Ari- stotele.

A templando sit beatus: Vnica beatitudo eius sit, quòd seipso fruatur, fons ipse sibi felicitatis suæ, inenarrabili gaudio perfusus semper ex intuitu pulchritudinis suæ. Quæ latius in sequentibus differetur. Volo igitur omnibus esse clarum, ac perspicuum, Aristotote- lem, etsi genus diuinum, in libris de prima Philosophia videatur agnoscere, duntaxat quod mouet orbis cælestes, quoniam hæc Barbara fuit superstio, qui Deos appella- runt lumina cælestia semper labentia, quemadmodum Plato testatur in Cratylo, resi- puisse tamen ab hac sententia, Deumque verum asseruisse, magnum, vniuersalem, non qui solum primum orbem conuertat. Alterumque è duobus de omni eius Philosophia dicendum: Aut quas suspicatus est cælestes Intelligentias orbium versatrices, non eas- solas posuisse in genere diuinorum animorum, sed sensisse Diuinitatis etiam aliud genus, cuius princeps Deus summus tametsi moueat primum orbem, agat etiam alia per omnes mundi partes intrã, extrãq; intentus: Aut eum inconstantem fuisse, nec in ea sententia permanisse. Quod ne cuiquam mirum videatur, possumus videre Platonem simili ver- tiginè correptum, cum in Epinomide, nullas laudes præteriisset, quas non in cælum ef- funderet, dans ei Diuinitatem, adoransque vti Deum, agnoscere tamen eum, verum, vnicumque Deum ipsius cæli motorem, & creatorem: Genus item animorum, quod supra Solem & Lunam degit, consisteri. Quemnam, inquit illic Plato, adorans ò Me- gille & Clinia, fatebor eum esse Deum: certè ipsum cælum. Multaque alia plurimum tantum virum infamant, nisi quòd mos eius temporis fuit, vt etiam flumina, terram, mundum, fontes Deos dicerent. Tali Diuinitate cælum est Deus. Alioqui verum Deum agnouit, inscrutabilem, rerumque artificem vocauit. Eandem constat fuisse Mentem Aristotelis, vt si cælo, cælestibusque Intelligentiis, tribuat Diuinitatem, aliud tamen de vero, ac singulari Deo senserit, quàm vt moueat orbem cælestem, eas item Intelligen- tias confessus sit, quos Plato, veteresque supra cælo viuere dixissent. Quo paulum con- siderato, ad singularem Deum reuertemur.

Barbara su- perstitio deos appellare a- stra.

Platonis error qui cælum Deum puta- rit.

Aristotelem aliud Intelligentiarum genus, quàm cælestes orbis mouentes sen- sisse: supra motus cælestes, Deos beatos locasse: Eorum veram felicitatem descripsisse: Antiquos qui hæc docuerant collaudasse.

CAPVT II.

**I**N LIBRO de cælo, loquens de significatione eius quod dicitur Cæ- lum, Postremò, inquit, dicitur cælum corpus naturale, τὸ ἐν ἐσχάτῃ τῶν οὐρανῶν τῶ πάντος, εἰώθα μὲν γὰρ τὸ ἴσχυρον, καὶ τὸ ἀνω μάλιχα καλεῖν ἕρπον, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἰδρυόμενον φαίνεται: Quod est in extrema circumferetia Vniuersi. Solemus enim extremum, & quod supremum est, præcipuè vocare cælum, in quo totam Diuinitatem dicimus habitare. Hæc ille. Apparet hic Diuinitatis aliud omnino genus, quàm eorum qui moueant orbis & lumina cælestia. Nam Platonem præceptorem secutus, supra syderibus, in extrema vertiginè mundi, id est, vt clarum est, supra primo mobili collocat hos Deos. Deos autem in Metaphysica censuit Intelligentias orbium cælestium, Solis, Lunæ, astrorum, epicyclorum, planetarum, qui sunt omnes infra primum mobile, & extre- mam circumferentiam. Porrò quod hoc loco ad consuetudinem temporis, commu- nemque omnium mortalium sententiam dixerat Deos habitare supra mundum, postea pluribus verbis, & ex Philosophia explicans, differit præclara latius velut in ipsam Theo- logiam ingressus. Cuius hæc verba sunt: ἕξω δὲ τῶ ἕρπον δέδραται ὅτι ἔτ' ἐστίν, ἕτε ἐνδέχεται γινώσκειν ὅμα. φανερόν δ' ἐστίν, ὅτι ἔτε τόπος, ἕτε κενόν, ἕτε χερόνος ἐστίν ἕξωθεν. διότι ἔτ' ἐν τόπῳ κενὸν περικλεῖν, ἕτε χερόνος αὐτὰ ποιεῖ γινώσκειν. ἕτε ἐστίν ἕδενός ἕδενμία μεταβολή, τῶν ἕξω τῶ ἕξωτότω τεταγμένον φερεῖν, ἀλλ' ἀναλλοιώτα, καὶ ἀπαθῆ, πῶ ἀεὶ ἕξω ἕχοντα ζῶν, καὶ πῶ αὐταρκεσάτην δια- τελεῖ τὸν ἀπᾶν αἰῶνα. Quæ sunt, Ostensum est autem extra nullum esse, neque esse posse corpus. Manifestum igitur quòd neque locus, neque vacuum, neque tempus est extrã. Quocirca, quæ ibi sunt, neque in loco sunt, neque tempus ea facit senescere. Neque vilius est vlla mutatio eorum, quæ supra nouissimam, supremamque vertiginem posita sunt, sed immutabilia, & impassibilia, optimam agunt vitam semper, & opulentissimam, omne æuum. Sic ille. Considera igitur singula. Prius dixerat, Cælum dicimus extremam

Aristot. de Deo.

Intelligentia orbium cæle- stium, Dij.

circumferentiam, vbi totam dicimus habitare diuinitatem. Nunc dat quiddam clarius. D Illic in cælo, nunc supra cælo, supra vltima circumferentia. Nam dicit etiam extra cælum nullum esse corpus. Igitur multo magis semouet eas res à toto mundo, dicens eas esse extra locum, extra tempus, quæ cum cælo sunt: Deinde eas res non esse mutabiles. Ex quibus omnibus clarissimè constat, eum non sentire de Intelligentia Solis, Lunæ, planetarum, epicyclorum, quæ sunt omnia infra extremam circumferentiam, & corporaliter sunt in loco & tempore. Tum loquitur de his, quæ non sunt corpora, ideo negat ea habere locum. Totaque descriptio est pulcherrima, diuinæque, vt à Theologo nihil expectem amplius, de his, qui habitant in cælo, id est, desuper. Describit enim beatitudinem, immortalitatem, felicitatem æternam, æternamque eorum requiem: quia neque senescunt, neque subiacent tempori, non sunt in loco, nulla districti, & præscripti sede. Vita non deficit eos omnibus bonis copiosissima. Appellat enim eorum vitam, optimam, αὐταριστάτην, copiosissimam. Nec Aristoteles nunc dicit quid ea sint, sed per neutrum genus τὰς οὐρανίας, ea quæ ibi. Superius autem declarauerat, & declarat alibi, eos esse Deos. & in secundo libro eiusdem operis, τὸν δ' ἕρμαν, καὶ τὸν αἰωτόπον, οἱ μὲν ἀρχαῖοι, τοῖς θεοῖς ἀπέκρινον, ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον: Cælum autem, & supremum locum, veteres quidem Diis attribuerunt, quippe qui solus sit immortalis. Horum igitur est illud, quod supra cælo dixit esse. Eorum est regio habitaculum, vt in compendio suæ Philosophiæ quoque magis declarat. Veterumque maiorum suorum Theologiam declarauit in primo libro, reducens eam ad considerationem Philosophiæ. Sunt igitur Dij, Aristotele etiam teste, supra sideribus. Audi etiam quid de hoc ipso quod antiqui tradidissent, loquatur: διότι καὶ λέγει ἔχει συμπέθεω ἑαυτῶν, τοῖς ἀρχαῖοις καὶ μάλιστα τοῖς πατέρας ἡμῶν ἀληθεῖς εἶναι λόγους: Quocirca, inquit, præclarè habet, vt quisque sibi ipsi persuadeat, veteres traditiones, præcipuè maiorum nostrorum, veras esse. O Aristoteles, si rectum est inducere in animum vnumquenque, vt credat vera esse quæ crediderunt antiqui, vide quæso quid retro antiqui omnes tradidissent, quid Chaldæi, quid Sibyllæ, quid Mercurius, quid Græci ipsi, quibus fidem maximam putas tribuendâ. Orpheus, Pythagoras, Anaxagoras, Archytas, Philolaus, Parmenides, cæteri que omnes vnanimiter, non illos fictitios orbium cælestium motores Deos, sed vnum singularem, omnipotentemque sunt confessi, qui non corpus quidem cæleste moueat, aliud non agat, sed Deum per omnia penetrantem, totum mundum implentem, omnia considerantem. Tum Deos quosdam minores ministros eius induxerunt, qui res humanas ei parentes administrarent. Sic illi censuerunt, & tu aliquando asseruisti, si quis dicta tua bene consideret. Recordare quæ dicis vndecimo de Philosophia diuina libro, de eisdem antiquis. Traditum est, inquit, ab antiquis de Diis, per fabulas interdum: ἂν εἴ τις χρεῖσται αὐτῶ, λάβοι μόνον τὸ φερόμενον, ὅτι θεὸς ὄντο, τοῖς φερόμενοις ἕσταις εἶναι, θεῶς δὲ εἰρησται νομισθεῖ: A quibus si quis id separet, id est, fabulam, solùmque accipiat, quod est præcipuum, quod Deos crediderunt primas substantias, diuinè locutos eos arbitretur. Bene igitur habet o Aristoteles: asseris maiores diuinè locutos, Deos esse primas substantias. At antiqui, si benè meministi dicta tua, non dixerunt Deos illos orbium cælestium motores, sed sicut superius in libris de cælo monstrasti, supremum altissimumque locum extra cælum, & locum & tempus eis attribuerint. Asseris autem diuinè eos locutos. Si diuinè igitur locuti sunt, non sunt Dij cælestes Intelligentiæ, nec prima Intelligentia mouet cælum duntaxat, aliud non agens. Hæc igitur consideratio verissima est, & in contradicibilis, nisi quis furiosorum Peripateticorum vanissimis quibusdam artificiis eam conetur subuertere. Denique suprascriptum locum testatur Simplicius quosdam interpretum sensisse de immobilibus causis cælestibus, & immobilibus principiis, qui moueant sphaeras cælestes. In quo quidem cum rectè senserint, quod Aristoteles de causis supermundanis sit ibi locutus, in vno tantum error fuit, quod eas causas dixerunt, quæ moueant orbis cælestes. Quo modo enim mouent, si sunt, vt ait Aristoteles, ἐξωτάτω, longissimè, remotissimè, supra motus cælestes? Si motrices causas has Aristoteles sensisset, non longissimè ab eo, quod mouent, separasset. Cur enim causa mouens Solem, debuit supra Solem, sphaerisque omnes longissimè locari? Clarum igitur, Aristotelem Deos quidem illic esse supra cælestes motus longinquissimos, sed non eos Deos, qui moueant orbis: quos si mouerent, vnusquisque sphaeræ suæ vel inesset, vel assisteret.

Vita calicularum.

Dij minores, ministri Dei.

Dij fabulosi.

Dij, prima, substantia, & cælestes intelligentia.

Immobilis causa & immobilia principia.

A Compendium Philosophiæ Aristotelis, vnum singularem, moderatorem solum ordinum caelestium, vitæque omnium confiteri. Collatio aliorum quorundam locorum, de prisca Philosophia, quæ singularem Deum prædicat: Deum inuisibiliter omnia mouere, & regere.

CAPVT III.



RISTOTELES in libro de Mundo, quem olim appellabant, vt Iustinus Martyr, Philosophiæ eius compendium, quod ipse scripsit ad Alexandrum, Latinis Peripateticis obscurum, diuinè iuxta maiores, quos videbat sentiebátque esse sequendos, locutus est de Deo, longè quidem alia, atque ea quæ in libris de Cælo, & Metaphysicis, non amplius motus illos cælestes, ad quos affixæ Intelligentiæ, id est, Dij assideant mouentes, introducens, sed vniuersale dans summo, ac singulari Deo rerum gubernaculum. Et vt decet Philosophum, errores vulgi expoliens, detrahensque fabulositatem, & impietatem. Audiamus igitur eum loquentem: Mundus, inquit, item dicitur alio modo, omnium rerum coordinatio ac dispositio, ἡ δὲ θεὸς καὶ διὰ θεὸν φυλάττομεθα: Quæ & Deo & per Deum conseruantur: Paulò post, ἡς τὸ αἰωτάτω, θεὸς οἰκιστὴς τοῦ: Cuius supremum, inquit, est habitatio Dei. Quàm sui similis hic & in libris illis? Multo quidem hic religiosius. A Deo, inquit, conseruatur is, qui dicitur Mundus: conseruatio autem esse non posset, si tantum supremum moueret orbem. Iam nomen Diuinitatis vim tantum tribuit, quod certè mirum. Nam si de cælesti motu, ob quem Diuinitatem Diis dedisset, hic sermo esset, non vnum tantum nominasset, sed Intelligentias multas, sicut in libris Metaphysicis. Alterum igitur è duobus dicendum est: aut ipsum sibi contradicere, mutante sententias hominum tempore, quod sæpe fit, cum multa reuocamus in posterum, quæ prius constanter asseruimus. Sapèque accessit grauius iudicium. Et Hippocrates suos errores confessus est, similiter & Augustinus, alique multi boni viri, apud quos veritas, gloriæ inani præponderaret. aut dicendum in illis libris eum quandam astrorum à Platone acceptam posuisse Diuinitatem, reseruantem sibi genus aliud Deorum, de quibus aliis in libris diceret: & de quibus quædam in libris de Cælo innuisset, cum diceret veteres de Diis diuinè locutos: & cum eis tribuit supremum cælum, & vltiramundanas regiones habitandas. Nam ea quæ sunt, quæ non expressit, quæque in supremo cælo, imò extra, dixit existere, appellans ea neutro genere, quia fortè nesciret, aut nollet fateri Deos, hoc loco clarissimè docuit, videlicet altissimam cæli partem esse οἰκιστὴς τοῦ τῶ θεῶ, Habitaculum summi Dei. Hæc igitur sunt illa τὰς οὐρανίας, quæ dicebat in libris de cælo, Deus scilicet ipse princeps maximus, Deorumque supremus, qui Deos alios minores admittit illuc: non quod propius etiam eorum sit locus, sed quod clementissimus princeps donat eis sedem in regnis suis. Et cum Aristoteles supremam mundi partem habitaculum Dei prædicat, innuit, quod ipsi clamamus, Pater noster, qui es in cælis. Aristoteles θεὸν vocat illum, nos Patrem. Sed & Patrem dicit Aristoteles, vt postea probabitur. Nos, Qui es in cælis: Aristoteles, ἡς τὸ αἰωτάτων οἰκιστὴς τοῦ θεῶ. Deinde eodem loco refert Aristoteles ipsum idem cælum, quod habitaculum dixerat, esse plenum θεῶν σωματίων, diuinorum corporum. Non ergo diuinorum animorum, aut diuinarum Intelligentiarum. Sempèrque in prædicto libro appellat diuina corpora, vt eis corpoream Diuinitatem, non intelligibilem, vel intelligentem attribuat. Deinde diuinius multo, totamque animi sui prorsus declarans sententiam, adiecit in eodem libro: Superest, inquit, vt de causa, quæ continet omnia, breuiter dicamus, sicut de cæteris diximus. Error enim est, qui loquuntur de Mundo, tametsi, non diligenter, & exquisitè, sed saltem quod ad doctrinæ exemplum sufficiat, τὸ τῶ κόσμῳ κρείωτατον ὡς ἐπιπέδῳ, quod in mundo optimum, potissimumque sit, dimittere. Hæc ille. Deinde quanta concordia, quàm mirabili consensu cum his, quæ in libris de Cælo, & Metaphysicis dixerat? Nam in vtroque opere maiorum de Diis opiniones addiderat, eas diuinas appellans, & collaudans. Nunc autem, iuxta id quod dixerat Orpheus, Mercurius, Acmon, Pythagoras, cæteri que multi: ἀρχαῖος μὲν τις λόγος, καὶ πάτριος ἐστὶ πᾶσι ἀνθρώποις ὡς οὐ θεὸς τὰ πάντα, καὶ διὰ θεῶ, ἡμῶν σωζήσμεν: Antiqua quædam fama & patria est, omnibus hominibus, quod ex Deo, & per Deum,

Liber de mundo, Aristotelis philosophiæ compendium.

Mundus omnium rerum coordinatio.

Conseruatio mundi est à Deo.

Hippocrates, Augustin. & alij suos errores confessi sunt.

Altissima cæli pars, domicilium Dei.

Matth. 6.

Cælum, plenum diuinorum corporum, Aristoteli.

Ex Deo & per Deum nobis omnia.

fuerunt nobis omnia. Audis igitur antiquam famam & patriam, cuius meminit vt superius vidisti, in libris Metaphysices, & de Cælo, sæpe eodem loquens modo? In libris de cælo? ἀρχαίους καὶ πατριῶν λόγους: Antiquos, & patrios sermones de Diis. In libris Metaphysices: τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ πατριῶν: Traditum est ab antiquis, & priscis. Et illic de multis Diis est sermo, hic de vno tantum. hæcque declarant illa. Et cuius animi tunc esset, nunc in compendio totius Philosophiæ melius explanat. Ibi ferebat Deos ab antiquis traditum, vniuersam continere Naturam: hic & in libris de republica Deum vnum duntaxat. In compendio repetentes, quæ multis retro annis dixissemus, si quid erroris ignaris excidisset, solemus corrigere, solemus emendatius loqui. Sic fecit Aristoteles: quod antea retulerat de multis Diis, ab antiquis, nunc corrigit, sentiens id de singulari Deo. Hanc famam ait esse de Deo cunctis hominibus, eamque esse antiquam & patriam. Ergo omnium hominum antiquissimi genitores tradiderant, vnum vitæ cunctarumque quæ ab hominibus possidentur rerum, autorem. Non Hebræi soli à genitoribus, maioribusque id didicerunt, sed omnium etiam genitores nationum, posteris ea tradiderant. Ideo per totum mundum manauerant, apud omnes circumferabantur, Hebræos, Chaldæos, Ægyptios, Græcos ipsos, qui didicerunt, autore Platone, à Barbaris cuncta. Omnibus hominibus inuulgata fama fuit à maioribus, quod à Deo οὐρανὸν, extiterunt, nata sunt, facta, data hominibus omnia. Prædicatur, inquit, hoc apud omnes gentes, acceptum ab antiquissimis, & per traditionem ab exordio mundi ad posteros deuolutum. Hocque est quod apud Ægyptios, Chaldæos, Phœnices, totumque Orientem, inuenimus eandem atque apud Mosén de Mundo creato Philosophiam. Nascitur enim hæc fama, sicut alia pleraque mysteria, ab exordio mundi, ab antiquissimis hominibus, qui Deum viderunt creatorem, audieruntque loquentem, alterque referebat alteri. A Deo, inquit, & per Deum seruati Naturæ ordinem. Deinde melius hæc omnia, & explicatius declarans, addit: Nulla verò, inquit, Natura ipsa per se ipsam sufficiens est, huius destituta salute. Nulla, inquit, Natura, à Deo non cõseruata viuere posset. Hoc quidē non in motum cælestem tantum, sed vniuersalem cõseruationem, & rerum tenacia vincula referendum perspicuum est, & sapiētissimi quique senserunt. Addit autem: ideo & priscorum nonnulli, eò usque fando progressi sunt, vt dicerent hæc omnia Diis esse plena, & per oculos nobis, & aures, omnemque sensum offerri. Quod diuinæ quidem potestati congruenter dicitur, substantiæ non item. Seruator enim reuera est, καὶ γενέτωρ, & genitor, quaruncunque, quæ mundum hunc conficiant rerum, Deus: non tamen in eo laborantis, & per se operantis animalis laborem sustinens, sed vtens potestate indeficiente, per quam etiam quæ remotissima videantur, exuperat. Altissimam igitur, quod quidem & ipsi Deo decorum maximè sit, potestatem eius in cælo præsentem, omnibus etiam remotissimis rebus, causam esse salutis potius, quàm vt penetrans, quò neque decorum honestumque sit, ipsa suo labore terrestria operetur. Nam id ne humanis quidem Principibus conueniat, vt vilissimo cuique operi ipsi adsint: vt in exercitu, aut vrbe, aut domo, si sarcinæ colligendæ essent, aut contemptibile quid agendum, quod sub magno Imperatore vile mancipium exequetur, Imperatorem adesse oporteret. Sed quale fertur de Cambyse, aut Xerxe, vel Dario, qui ad summam magnificentiæ pompam ac fastum, vt dictatrix ratio, vel, vt fama est, Susis aut Ecbatanis inuisibilis omnibus, sedebat, regiam domum admirabilem, cuius ambitus auro, & electo, eboréque resfulgeret, obtinens, Vestibula multa, perpetuæque inuicem atria, & continuis distantia stadiis ab inuicem, foribus aureis, & altissimis parietibus muniabantur: Extra quas proceres, ac spectatissimi stabant ordine viri. Alij custodes, & famuli, & Regem ipsum circumstantes stipatores, cæteri cuiusque ambitus custodes, foribus item assidentes, excipientesque auribus omnia, vt ipse Imperator, quem & Dominum & Deum vocabant, omnia quidem aspiceret,

Non Hebræi solum de Deo aliquid nouerunt, sed cõnationes aliæ.

Eam per uulgata apud homines antiquissimos.

Deus omnia creat, ordinat, & cõseruat sine labore.

Magna principum quorundam potentia.

Dominus Deus, impudens homo appellatus.

Aceret, nihilque non exaudiret. Præter hos item præerant alij arario, redditus accipientes: erant duces item exercitus, ac venationum: muneribus accipiendis alij præerant, cunctique officiis suis ordine fungebantur. Totum autem imperium, quod vniuersam amplectens Asiam, ab occasu Helesponto, ab ortu India clauderetur, distributi Præsides, ac Satrapæ, Reges per prouincias gubernabant; omnes serui magni Regis. Item veredarij, & exploratores, nuntij, & custodes, facumque, quæ de summis turribus noctu ostendebantur, obseruatores. Tantus autem erat ordo, maximè facum è summis turribus continuatim per prouincias ardentium, inuicemque à finibus imperij usque ad Susa, vel Ecbatana, sibi succedentium, vt rex eadem die omnia, quæ in Asia noua accendissent, cognosceret. Comparanda est igitur magni Regis potentia, cum potestate Dei, qui continet mundum, eo quidem debilior, ac inferior Regis illius, quo hæc Dei sit, illa animalis vilissimi, ac tenuissimi. Quocirca si indecorum erat illi, ipsum Xerxem videre propriis manibus vniuersa operari, & perficere quæcunque vellet, præsentemque agere, longè certè id minus Deo fas sit. Sed congruentius erit, ac venerabilius, eius in altissima regione præsentis potestatem per omnem mundum vagari ac pertinere, Solémque mouere, & Lunam, totumque cælum circumagere, autorémque esse salutis rerum terrestrium. Neque enim illi aut arte, aut aliorum ministerio opus est, quemadmodum nostratibus Principibus, quibus propter imbecillitatem, multorum manus sint necessariæ: Sed ea est summa Diuinitas, vt cum facilitate & vno simplici motu, omnes generatim formas rerum producat. Quemadmodum architecti, qui vni instrumenti machina, multas & varias operationes exequantur: Similiter qui neurospastæ dicuntur, id est, qui circulatorum instar aliquod animal simulate mouent. Vno enim filo contracto, mouent collum, manus, & humeros, & oculos, nonnunquam omnes partes numerosè, eius animalis, quòd simulant: Sic profectò Natura diuina simplici motu primi cæli dat virtutem in succedentia, & ab illis rursum in longinquiora, donec in omnia peruenerit. Nam aliud ab alio impulsus, rursum id mouet aliud ordinatè, cunctis tamen sua opera exequentibus. Non omnibus eadem via est, sed varia, ac priuata cuique. Nonnullis etiam contraria, tametsi prima se incitatio ad vnicum motum impellat. Velut si quis ex vase simul pilam, cubum, & conum, & cylindrum iaceret, quòdunque enim in suæ figuræ motum se daret. Vel si quis simul animal aquaticum, & terrestre, & volucre, in sinu tenens, abiiceret. Perspicuum enim est, natatilis elapsus in suas sedes nataturum, terrestre ad mores, ritumque suum inambulatarum, aërium à terra sublatum, sublimè volans abiturum, quibus vnica prima causa propriam facilitatem dedisset. Sic habet in Vniuerso, per vnicum enim totius cæli circumactum, die & noctu expletum, diuersi omnium orbium motus, tametsi ab vno orbe contenti, alij quidem citius, alij tardius peraguntur. Et ex spatiis longitudines, & propria cuique opera fiunt. Nam luna quidem, mense aucta, & diminuta, deficiensque, suum conficit orbem: Sol anno, æqualesque illi Venus, & Mercurius: Mars duplo temporis spatio: Iupiter sex istius tantum: supremus Saturnus duplo, & dimidio, quàm inferior. Vna autem harmonia ex omnibus per cælum concinentibus. Quæ & fit ab vno, & desinit in vnum. Mundumque vel ordinem rectè dixeris Vniuersum, non Inordinationem. Quemadmodum in choro, præsentem choraula, & priore concinente, consonat totus chorus virorum, interdum etiam mulierum, qui diuersis vocibus, acutis aut grauibus vnum dulcem, temperatamque miscent concentum. Sic habet in Vniuerso, moderante Deo. Nam desuper, vbi initium est, ab ipso qui iure merito dictus est Coryphæus, id est, princeps, mouentur astra semper & totum cælum. Ingreditur autem duas vias clarissimus Sol: quorum altera diem, ac noctem desinit ortu & occasu: altera quatuor anni tempora peragit, citro, & vltro ad Boream, & Meridiem progrediens. Hinc hymbres, venti, rores, affectionesque, omnia continentis aëris, ex principali causa omnia, sequuntur manationes fluminum, tumor maris, arborum productiones, frugum maturitates, procreations animalium, nutrimenta, vigores, ætates, defectus, concurrente ad hæc, vt dixi, propria cuiusque natura. Quando igitur omnium Princeps ac Genitor, qui præterquam quòd animo inuisibilis est, signum dederit omni naturæ, quæ inter cælum, & terram existit, mouetur omnis continuatim, motibus fini-

Comparatur Deus potētissimus, cum potētissimi rege Xerxe.

Vno motu Deus omnia regit.

Quam admirabilis diuina nature potentia.

Planetarum cursus.

Deus Coryphæus.

Principis vniuersi nutu, belli certamen incitur.

būsq̄ suis, interdum obscurè, interdum clarè, producens innumeras formas, rursumque occultans, ex vno principio. Videturque res vehementer similis his quæ fiunt tempore pugnae. Vbi tuba signum ex castris dedit, ea exaudita, concurrunt omnes, alius clypeum capit, alius induit lorica, pars ocreas implicat, aut galeam, aut balteum accingitur. Frena equo alius addit, conscendit alius bigam, alius ad signum se adiungit: statimque centuriones, ductoresque ordinum aciem instruunt, equites in cornu disponuntur, velites currant in suum locum: Omniaque ad vnius Principis signum, aguntur, penes quem tota potestas: Sic de vniuerso sentire necesse est. Vno enim motu, eoque inuisibili & abscondito, impulsis omnibus, fiunt cunctis propria. Nam quod inuisibiliter id fiat, neque illi ad faciendum, neque nobis ad credendum impedimento est. Nam etiam animus, per quem viuimus, vrbes, & domos habemus, cum sit inuisibilis, operibus ipsis cognoscitur, omnis enim vitæ ordo ab isto repertus, & dispositus est; & tenetur: Agrorum cultus & consitiones, inuentiones artium, vsus legum, res publicæ, actiones urbanæ, finitimis illatum bellum, pax item, ab illo omnia. Eadem hæc de Deo oportet cogitare, qui potestate sit fortissimus, pulchritudine formosissimus, vita immortalis, virtute optimus, qui omni mortali Naturæ inuisibilis ex ipsis operibus videatur. Nam affectiones aut aëris, aut terrarum, aquarumque opera, Dei dicenda, qui ipsum continet mundum. A quo, vt ait Phisicus Empedocles,

Dei pulcherrima descriptio.

*Quæ sint, quæ fuerint, quæ post ventura sequentur,  
Et plantæ viuere, mares, & foemina quæque,  
Atque feræ, volucresq̄, habitantesque æquora pisces.*

Phidie artificium ingeniosum.

Videtur autem profecto, tametsi exiguum sit, mundus comparari posse vmbelicis, qui sunt exiguis lapillis inclusi. Qui in medio existentes, & ad vtranque partem æquè inclinantes, veniunt & ordinatè seruant totam figuram ipsius ordinis & immotam. Ferunt etiam Phidiam statuarium, cum Mineruam in arcè fabricaretur, in medio eius scuto imaginem suam ita impressisse, & quodam occulto artificio, statuæ alligasse, vt necessariò, si quis vellet eam conuellere, vniuersam statuam dissolueret, & destrueret. Hanc igitur in mundo rationem habet Deus, continens omnium rerum contentum & salutem. Verum neque in medio est, vbi est terra, & turbulentus iste locus, sed desuper, purus in pura regione, quam appropriatè vocamus Cælum, Vranon, quia honos est, id est, finis rerum supernarum: Olympum quoque, quasi Hololampem, totum lucentem, ab omni caligine incompositoque motu segregatum: qualia fiunt in terris, propter tempestatum, ventorumque violentias: sicut ait & Poëta Homerus:

*Venit Olympum vbi sedes dicitur esse Deorum  
Inconculsa, hæc haud ventis agitatur, & hymbre  
Alluitur, niue nec regitur: sed purior aura  
Et sine nube micat, passim lux alba vagatur.*

Idem semper ordo, & idè in astris locus.

Attestatur & vita omnis, quæ supernas Deo regiones adiudicat. Omnes enim homines tendimus in cælum manus, supplicantes. Qua ratione non male & illud dictum est:

*Iuppiter accepit latum cælum in æthere, & nubibus.*

Quocirca & sensibilibus corporum pretiosissima, eundem obtinent locum, astra, Sol, Luna, solaque cælestia ob hanc causam semper eundem ordinem tuentur, nec vnquam variantia cursus, mota sunt. Quod patiuntur terrestria, exposita mutationibus & variationibus. Terræ motusque olim violenti, multas terrarum partes abruperunt. Hymbres item immanes rupti alluerunt, fluctuumque impetus in terras, & regressus, sæpe numero continentem mare reddiderunt, maria fecerunt continentem. Violentiæque ventorum, & quos Typhones dicunt, interdum integras vrbes euerterunt. Incendia quoque & flammæ, partim è cælo ruptæ, vt sub Phaëtonte ferunt olim, partes Orientales concremarunt: partim ad occasum è terra emergentes, eructantesque quemadmodum in locis, qui Crateres dicuntur apud Ætnam aperte, perque terram torrentis instar deuoluti. Vbi & pios, præcipuè honore Deus affecit. Deprehensos enim à fluuio flammæ, quoniam in humeris parentes senio confectos portabant, filios seruauit. Nam cum

A cum fluuius ignis instaret iam propinquus, scissus est, & hinc atque hinc diuertit, seruauitque intactos cum patribus adolescentes. Omnino autem quod in nauis est gubernator, in curru origa, in choro choraula vel coryphæus, in vrbe lex, in exercitu princeps, hoc Deus in mundo: Excepto quod his laboriosum est imperare, multarumque solitudinum agitationumque imperium est plenum: Deo autem lætum, ab omni labore, & corporea imbecillitate sepositum. Nam cum habitet in loco immobili, omnia mouet & circumducit quocumque voluerit, & quomodo, in diuersis formis & naturis, sicut prorsus & lex vrbis: quæ in animis eorum, qui ea vtuntur immota manens, omnem moderatur rempublicam. Exeunt enim magistratus ad munera, sequentes eam, ius dicturi ad forum quisque suum, consultores, & oratores ad conciones. Altèrque in Prytaneum tendit, accepturus annonam, alius ad Iudices, & expurgaturus, alius ad carceres. Fiunt item epulæ legitimè, Panagyres, sacrificia Deorum, cultus Heroum, iusta defunctis soluuntur. Dumque alia ab aliis ad vnum imperium, autoritatemque legis fiunt, seruant rationem creantis, & facientis. Vrbes autem simul odoribus fragrant, simul præanis & cantibus personant. Sic de maiore vrbe hoc mundo cogitare debemus. Lex enim nobis æquissima est Deus, quæ nullam admittat correctionem, aut mutationem: melior, firmiorque, vt reor, his quæ in columnis describuntur. Præsidente autem eo, immobiliter, & moderatè semper vniuersus ordo cæli, & terræ peragitur, diuisus secundum naturas omnes, per propria semina in plantas, & animalia, in generaque & species. Nam vites quidem & palmæ & perfica, ficusque dulces oliuæ, vt ait Poëta: quæque fructu carent, alios autem vsus exhibent, platani, pinus, buxi, Populus atque alnus pariter & odora Cypressus: & quæ fructum dulcem, sed qui difficile recondi possint, Mespilæque & mali, præclaro & Punica fructu: Animalia quoque agrestia, & cicuria quæ in aëre, terra, aqua nutriuntur, nascuntur, & augentur, & intereunt, Dei statutis obtemperantia. Omne enim quod reptile est, in terra pascitur, vt ait Heraclitus. Qui cum vnus sit, multis nominibus appellatur, omnibus affectionibus, quas ipse nouat. Vocant autem eum Iouem, id est, Zena & Dia, appositè his nominibus vtentis, perinde si diceremus, Dio Zomen, id est, per quem viuimus. Dicitur item Filius chroni, vel temporis, quia ab omni æuo, in omne æuum est sempiternus. Fulgurator quoque & Tonans, Serenator, Ætherius, Fulminator, Hymbrificus, ab hymbribus, fulminibus, cæterisque. Item Frugifer à frugibus, Gentilis ab vrribus, Natalis, Patrius, Domesticus, quia ab his communicet. Amicabilis item & Socialis, Hospitalis, Militaris, Trophæifer, Expurgator, Depulsor, Supplicabilis, Dulcis, sicut Poëta dicunt. Seruator item, ac Sopes verè. Vt autem in vniuersum dicam, Cælestis, Terrestris, ex omni natura, & sorte nomen accipiens, vtpote omnium ipse autor. Eoque apud Orpheum non malè appellatur tot illis nominibus. Necessitatem quoque alium, nisi istum dici non credo, quasi sit substantia immobilis. Fatum quoque, quia fatur, & ambulat citra impedimentum. Sors item, quia definit omnia, nihilque est in rebus infinitum. Pars item, quia partitur. Nemesis, quia vnicuique distribuit. Adrastia, quia operatrix causa, secundum naturam. Æsa quoque, quasi Aiusa, id est, semper existens. Et quæ de Parcibus, ac fuso dicuntur, in istum etiam spectant. Tres enim sunt Parcæ, pro tempore distributæ, stamen autem aliud factum, aliud nendum, aliud quod ducitur. Ac præteritum tempus designat, quæ dicitur Atropos: quoniam præterita sunt immutabilia. Futurum Lachesis: in omnia enim naturalis manat fors. Præfens Clotho, complens, & ducens cuique sua. Terminatur etiam fabula non inconcinne. Hæc autem omnia, nihil sunt aliud, nisi Deus, quemadmodum egregius Plato inquit: Deus, vt est antiqua fama, principium, finem, mediūque omnium habens rerum, rectè tendit secundum naturam incedens. Hunc autem sequitur Iustitia, vltix eorum, qui legem diuinam deserunt. Cuius, qui velit esse beatus, & fortunatus, ab ipso mox exordio sit particeps.

Praclara comparationes ad significandum dei potentiam.

Lex, Deus.

Paræ vsus terra fructuum.

Animalia omnium generis naturam.

Deum sequitur.

Deus, est per quem viuimus.

Sors, est per quam viuimus.

Parca, est per quam viuimus.

Parca, est per quam viuimus.

Parca, est per quam viuimus.

Parca, est per quam viuimus.

De hoc Philosophiæ compendio quadam probationes, quod Aristoteles prouertioris ætatis, & ad Alexandrum scripserit, sæpe magnos viros sententiam mutasse: Multa ex priscis Aristotelem in contrarium retulisse: Multa scripserit Aristotelem, quæ non extant.

D

CAPVT IIII.



Ac tot, tamque præclara attulit de Deo Aristoteles testimonia, vt plura ferme, clarioraque, ab his qui cæleste nectar ebibissent, roræque diuino pectora imbuissent, dici non possint. Hunc autem librum illius esse, probat maiorum, vt superius dixi, autoritas, qui eum appellabant Philosophiæ suæ *ἑπιτομὴν*, Compendium, quod post omnia, quæ nunc habentur passim, cum iam prouectæ ætatis, iam grauis annis, ad Alexandrum scripsit. Totamq; in hoc libro breuiter, & dilucidè, ad Imperatorem videlicet, cui non esset in obscurissimis Philosophorum sententiis tempus infumendum, explicauit traditam aliis in libris, additis nonnullis, Philosophiam. Propterea locutus est explicatius & apertius, quàm aliis in libris. Loquuntur enim senes dulcius, cum posito iuuenili calore, & inanis gloriæ, quam sæpe ex sermonis obscuritate captamus, cupiditate, veriora loquimur & clariora. Nam qua cæteros sparsit Philosophiæ suæ libros obscuritate, non casu, talemq; phrasin ei suggerente natura, sed dedita opera eum adhibuisse, declarat ipsius testimonium, cum quæreretur Alexander, quod libros Philosophiæ in vulgus edidisset: respondit, sciret eos editos & non editos. Nunc autem ad maiorem totius Philosophiæ, quam difficilem cæteris in locis, & obscuram tradidisset, claritatem, & quod tali principi scriberet, amplexus omnia, & additis nonnullis, luculenter expressit. Eoque, vt dixi, omnia hoc in libro ferme dogmata eius reperias. Quæ verò addita sunt, sunt ea quæ vel suppresserat propter obscuritatē, vel tempus nondum perfectè reuelauerat. Neque verò mirum est, aliquid eum hic vel diuersum ab aliis Philosophiæ libris tradidisse, vel explicatius, & melius de Deo docuisse. Nam omnes propemodum Philosophos, omnes item scriptores, aliquid in dogmatis suis inuenies, si diu vixissent, postea demutasse. Sæpe diuersæ sententiæ fuerunt in senectute, atque in iuuenta. Quin à sexennio variari animos magnorum philosophorum deprehendes. Vidi ego claros quosdam viros, quas professiones quondam constanter tuerentur, postea eouique deseruisse, vt execrarentur prorsus, auerterentq; mentem. Et quæ pro veris decretis habuissent, postea fuisse detestatos, aut omnibus modis contempsisse. Hæc, qui scriptores item habet Græcos & Latinos perfectos, facile cognosceret: & omnis ætas abunde testatur. Semper enim ad meliora proficimus. Sine dubio autem sunt meliora posteriora, vt est in prouerbio, *δευτέρου φρονιδὲς*. Cuiusvis enim, vt ille inquit, est hominis errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore: posteriores cogitationes sapientiores esse solere. Quod si tempus esset, ostenderem in vnoquoque grauissimo scriptore huiusmodi multa. Quæ quidem non habuerim pro inconstantia, sed potius in naturam humanam, semperq; elucentem magis veritatē retulerim. Quæ, vt Heraclitus inquit, cum latitet in profundo demersa, tempus, quod, vt dicitur, *πύρρον ἐλατύνει*, elicit in lucem. Sed tamen hæc, quæ dixit Aristoteles hoc in libro, non sunt his aduersa, quæ cæteris in libris tradidisset, sed magis aperta & explicata. Nam apparet eum eius mentis alibi fuisse, licet suppressè, & tacitè. Ac contulimus superius quædam loca. Verissimè quoque deprehensum est, Aristotelem in libris Philosophiæ naturalis & diuinæ, maiorum sententias sæpe peruersè, vt suis reprehensionibus esset locus, retulisse, postea verò modo proposuisse: cuius vnum nunc, vel alterum duntaxat afferam exemplum. Cum in secundo maioris Philosophiæ, irrisisset Empedoclem, qui quandam Vnitatem, principium faceret omnium rerum, dissimulans se quamnam Vnitatem ille sensisset intelligere, in libro de Mundo apertè confessus est, eadem eius adducens & collaudans carmina, eum de Deo fuisse locutum, qui rerum omnium fuerit Principium. Ecce igitur quod illic occultabat, expressit in Compendio. Item eodem libro ferme reprendit Hesiodum, qui cum Deos principia rerum dixisset, quæ quidem Nectar & Ambrosiam non gustassent, asserit mortalia remansisse. Ipse verò inquit, Certum est, quod hæc nomina solis illis

nota

Aristot. phil. philosophiæ epitoma.

Loquuntur senes dulcius.

Gellius lib. 20. cap. 4.

Aristoteles, vt viri docti solent, suam mutauit.

Opinionum mutatio in viris doctis.

Posteriores cogitationes, meliores.

Veritas demersa in profundo.

Metaphys. 13. cap. 8.

Nectar & Ambrosia.

Nota sunt. Et de ipsa nominum prolatione, supra nos dixerunt. Nam si voluptatis causa ea proposuerunt, nihil causæ subsistendi habent Nectar, & Ambrosia. Quod si habent, quomodo sunt æterni, qui alimento indigeant? Sed de his qui per fabulas sapientiam ostentantur, indignum est attentius loqui. Hæc ille. In quo non solum ineptè facit, quod reicit quæ ad verum sensum facile & expedite poterat traducere, sed etiã sibi met contradicit. Recita enim ei verba ipsius, in vndecimo, cum maiores asserit, id est, Hesiodum, aliosq; diuinè locutos, quod Deos principia rerum dixissent: Clarum autem erat, cur Hesiodus diceret mortalia, quæ Nectar & Ambrosiam non gustassent. Vtrunque nomen sonat immortalitatem. A Deo non facta immortalia, nec naturæ diuinæ participia, Ambrosiam non bibisse. Et ipse ait de nectare Deorum in secundo magnorum Moralium, cum reprehenderet eos, qui voluptates, velut generationes damnarent. Accidit, inquit, his, qui voluptates improbant, *οἷον οἱ μὴ εἰδότες τὸ νέκταρ, οἷον τὸς θεῶς οἷον πίνειν, καὶ ἐπιβόηαι τὸς ἡδίων ἕδων*: Sicut illis, qui nesciunt Nectar, putant Deos bibere vinum, neque esse eo suauius quidquam: hoc autem patiuntur propter inscitiam. Se ipsum igitur condemnat Aristoteles: ibi fingebat se nescire quid Nectar esset, hic apertè ignaros, & vulgares vocat, qui nesciant. Et cõfiteatur Nectar aliud esse, quàm vinum. Multa sunt alia huiusmodi, quibus intelligas non esse verba eius, quasi Deus quis sit locutus, tanti faciendâ, vt alia veritas esse non possit. Scias eum hominem fuisse, eruditum quidem, sed non æquè fortasse bonum, quod in Philosophia plurimi refert. Ea sequimur enim, approbamus, opinamurq; magis, quibus plurimum fauimus. Illud item constare debet, multa Aristotelem scripsisse, è quibus minima ad nos pars peruenit. Ac vt mittam innumera, quæ scribit Diogenes Laërtius, adducit ipsemet autor librum de bono, in quo vt Græci testantur, vendicat sibi *τὸς ἀρετῆς πηδῆματος δόξας*, opinioniones Platonis non scriptas. Eius in prima de Anima, & Philosophia meminit. Quid illud quod Marcus Tullius, qui & orator magnus, vt inquit Lactantius, & Philosophus fuit, in primo de Natura Deorum? Aristoteles quoque, inquit, in tertio de Philosophia libro multa turbat, à magistro Platone dissentiens. Modò enim Menti tribuit omnem Diuinitatē: modò Mundum ipsum, Deum dicit esse: modò quandam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, vt replicatione mundi quadam, motum regat, atque tueatur. Tum cæli ardorem Deum dicit esse, non intelligens cælum mundi esse partem, quam alio loco ipse designarit Deum. Hæc Marcus. Ille autem tertius liber nusquam est nunc. Apparèt autem vera, quæ dicit Marcus. Et in hac inconstantia ex rei obscuritate eum fuisse, ex his, quæ habentur in Philosophia eius. Nam Mentem in libris, post naturales res, appellat diuinissimam, ea dicens nihil esse melius. Ardorem autem cæli, & cælum ipsum in eisdem libris deificat, appellans corpora diuina stellas. In hoc autem de mundo Compendio, præficit, vt vidisti, Deum omni mundo. Obscuritas igitur Diuinitatis fecit vt prius diuersa sentiret, nunc hic, nunc illic statuens Diuinitatem. Itaque non mirum, quod tantam etiam nos in dictis eius inconstantiam deprehendamus. Quam quidem conabuntur minores Peripatetici dissoluere, sed, vt mihi semper visum est, quoties eos audiui, impudenter. Hunc enim sibi finem proposuerunt, vt quem solum sequuntur, non solum Stentoreis contentionibus & clamoribus, sed vsque, si quidem opus esset, ad sanguinis effusionē tueantur. [Accessit ea calamitas, quod cum cœptum est abhinc trecentis annis in Gallia & Italia philosophari, vnum Aueroën, quod non extaret alius, sunt secuti. Qui cum Arabicè scripisset, ab Hebræis in suam linguam tralatus, ab aliis in Latinum versus, solus tantæ apud eos celebritatis fuit, vt hunc vnum admirarentur, eumq; & præceptorem supra cæteros efferrent. Scilicet & illam linguæ imperitiam, malæq; tralationis verba vsurparunt, & hominis parum rerum periti placita ebiberunt, vt vtraque barbarie degenerarint. Sed hæc nos omittentes, quædam ex his quæ sunt in Compendio declaremus.

Aristot. homo doctus, sed non æquè bonus.

M. Tullij laus ex Lactantio.

Peripatetici impudētes in rebus arduis, vt diuinitate agitanda. Aueroëis, autor impius & barbarus.

Examinatur Philosophia, quæ est in Compendio: Vbi vnum duntaxat cæli motorem, dominumq; totius vitæ videtur Aristoteles agnoscere. Quod minores isto supremo Deos quosdam confessus est: Quod eius potestatem omnia inuisibiliter operari dicit.

CAPVT V.

n iij



Cælum, Dei  
domicilium.



**B**SERVARE primum nos convenit, cum passim eo ipso libro dixerit Deum è cælo, totum gubernare mundum, ipse tamen & Plato sæpe dicunt Deos habitare in cælo, eos rebus humanis præsidere. Huc scilicet spectat, cælum, rerumque moderamen, natura illius esse vnius, horum autem munere eius. Nam principio de mundo loquens: *ἡ ἀνώτατον, θεῶν οἰκητήριον*: Cuius altissimæ partes, sunt habitatio Dei. Paulò post: *καὶ τὸ μὲν αἶμα, θεῶν ἀπέδραξεν ὀρεινὴν τήλην, ἡ δὲ γῆ ἐπέμεινον ζῴων*: Cuius summum, Deorum habitaculum esse voluit, inferius animalium corruptibilem. Quis hoc voluit? Ille scilicet, de quo tam mira superius. Ille igitur statuit supremam mundi partem, urbem esse Deorum. De quo etiam ibidem: *τὸν κόσμον ὅλον συνεστήσατο*: Totum mundum creavit. Factum est igitur eo contenti, hoc omne aliquando. Et cum dicunt Deos, sentiunt eos esse minores, non aequales primo, ut è toto opere, quo toties, totq; exemplis singularis vnius principatus probatur, apparet. Totaque eius collecta variis argumentis de Deo probatio, singularem, non multorum spectat Diuinitatem. Ac illud exemplum, quod de Rege Persarum, omnique regni, ministrorumq; ordine proposuit, pulcherrimum est, maximèque veridicum, si quis sanè de sede Dei præsentiaque cælesti, quæ maximè in cælo conspicua sit, senserit. Nam esse Deum ubique, superioribus, ut vidimus, Theologis est aperte prædicatum, cum Iouis omnia plena, cum portus & vrbes, & semitas eum implere, animationem Vniuersi per omnes mundi partes intentam & comitantem esse prædicarent. Nunc autem Aristoteles, cum de omni terreno opere vitæque corporea, quæ sub cælo agitur, loquatur, fatetur indignum esse Deo, eum viliissimis quibusque, exiguisq; Naturæ operationibus, tanquam architectum interesse. Aliter autem per omnem mundum eum versari, præsentem explorantemq; omnia, & conferuantem, quorum primum ad Naturæ prouidentiam, alterum ad res humanas pertinet, euidenter est confessus, in fine libri, dicens Prouidentiam res humanas contemplantem, Iustitiam illi ire comitem, præuè viuentes insectantem. Principio autem tradiderat conferuari machinam mundi, variosq; rerum ordines à Deo, quod etsi possit in primum motum referri, perfecta tamen gubernatio, & cõseruatio, nisi præsidente Deo, non est. Denique quod ait *τῇ δυνάμει*, per potestatem eum præsentem esse, idem est atque per præsentiam, si consideres, Deum non indigentem opera ministerioque cuiusquam, omnia, ut ipse fatetur, operari sine labore, & defatigatione. Si enim potestate sua operatur, ubi sit potestas sua, affore quoque ipsum: si non ope alterius, sed sua in creandis & conferuandis rebus utitur, palàm est. Illud sanè verissimum est, omniumq; mortalium consensu prædicatum, Deum esse in cælo. Et de cælo descendisse sæpe dicitur, in cælumq; functum muneribus, quorum gratia venisset in terras, rediisse. Quomodo autem qui dicitur in cælo videri, per totum mundum inuisibiliter sit diffusus, intelligi quidem à nobis non potest. Quia, ut inquit Mercurius, cogitare eum difficile, loqui impossibile: & si motus cæli, sit causa generationum, supersunt tamen alia, quæ nihil illum motum spectent. Tantundem igitur est, eum potestate inuisibili, & sua, non functione ministrorum, ubique esse, atque substantia. Spectat quoque illud exemplum, etsi de causis terrenis est maximè locutus, quæ sint tanquam eius obsequentes imperio ministri ad Angelos, quos per omnem mundum habeat distributos, imperium suum, velut Reges & Satrapæ, Ducesq; administrantes. Nam & ipse Philosophus eorum penè nomine est vsus, cum de Rege Persarum loqueretur, *ἀγγελιοφόροι*, nuntios ferentes. Sic & custodes cæteraque officia. Iam quod ait, Omnium rerum Princeps, *καὶ γενέτωρ*, Genitor inuisibilis, quid aliud sonat, quam generationes omnes eum fecisse ac facere, non solum per motum luminis & caloris cælestis, sed per alias item particulares causas, quæ ad generationem concurrunt? Etenim species ipsæ, formæq; rerum, non sunt à motu cæli, etsi à calore Solis crescant. Innuit igitur totum exemplum, Deum per naturales causas, quarum inuentor ipse fuit, ut hoc facerent, quod facere videntur, rerum naturalium omnem agere cateruam. Quod ipse sapienter in potestatem eius, quæ primo cieat molem cælestem, ut per vnam principalem causam, multa cooriantur, retulit. Ideo enim Solem primum omnium corporearum rerum fecit, & fecit ab ortu in occasum euntem, rursumq; redeuntem, nuncq; ad Boream, nunc ad Meridiem accedentem, ut fieret, quidquid nunc per vnam hanc à Deo repertam causam fieri videmus. Quodq; ad operationes cæli ac terræ naturales spectat, diceret Aristoteles, non ad vnamquamque assidente

Singularis diuinitas.

Aristotelis opinio de actione & prouidentia Dei.

Angeli, ministri Dei.

Solis cursus & creatio.

**A**ssidente Deo fieri, sed per maiores causas, ut qui posuit maiores illas facturas, quæ postea constantissimè imperiis eius obsequentes fecerunt, utique cunctarum rerum autor ipse fuerit. Iurèque in sacris litteris, omnes Naturæ operationes, in eum referuntur, eum ventos impellere, arbores producere, animalia creare dicentes. Quod etsi per naturales, maioresq; causas, non per præsentiam eius, id est, manibus suis animalium corpora formantis, fieret, eadem tamen ratio esset. Nam quod manibus faceret suis, facit per cælum, per Solem, cæterasq; causas, quas iussit & disposuit, hæc operari, tanquam manibus suis eis vsus. In Theologia quoque est, eum post creatam lucem, & iussam ut circum cælum sese rotaret, creasse cælum, hoc est, aërem, factum à Deo per Solem: inde terram iussisse nudari, quod item per Solem factum est: nudatam plantas, animaliaque producere. Sic aquis imperasse, proles aquaticorum varias in lucem efferrent. Omnia ab omnipotente vno facta, quorum faciendorum diuinitatè causas excogitauit. Quod & Aristoteles referens, in hac omni eius operatione, rerumq; procreatione, vnam tantum principalem, cæterisq; maiorem memorat causam, Solem: Sacra autem littera, tacitè Solem innuentes, particulares item in terra causas, quibus imperaret Deus, asciscunt. Non igitur Deus, cum animalia terrestria aquaticaque, cum arbores & herbas crearet, manibus suis lutulentam illam terram capiebat, sed reperit, ordinauitq; causas, ut hæc ipsa operarentur. Adest tamen ipse præsens opificis suis, non potens (qui tantus sit) non adesse. Hoc sentit Aristoteles. Atque obserua quæso, quod cæteris in libris tradidisset, ad vnumquemque orbem assidere motorem mouentem, diuinam Intelligentiam, ut nunc emendet. Non enim vllam aliam memorat nunc in cælo Intelligentiam, torquentem cælestes orbis, sed Deum vnicum, cuius potentia moueat Solem, Lunam, totumq; circumagat cælum: *αὐτὸν μὲν ἔστι τῆς αἰωνότατης γῆρας ἰσθμοῦ τῶν δεινῶν αἰθῆρας τῆς συμπαντικῆς κόσμου δινοῦσας ἡλίον τε κινῆν, καὶ σελήνην, καὶ τὸν πάντα ἕρποντι θεράγειν*: Ipse quidem, inquit, in altissima regione præsentem, potestatem eius, quæ per vniuersum mundum penetret, mouere Solem & Lunam. Excludit igitur cæteras omnes nunc, & toto illo opere Intelligentias, velut scilicet superuacaneas. Si enim fieri potentia eius, quam fatetur *ἀτρεπτον*, indefatigabilem, totius cæli potest conuersio. Et si mouet primum, utique poterit minores orbis mouere. Castigauit igitur, expoliuitq; quod aliis in libris tradiderat. Atque item obserua, quod & ipsum prouectior emendauit ætas. Non enim includit Deum in orbem cælestem, ipsum animantem, aut inclusum mouentem: sed ait eum præsentem in altissima cæli regione, ut dicit in libro de Cælo, *ἐξωτάτω τῆς φεγγῆς*, extra omnes motus cælestes, potestate sua, quæ sit vsquequaque diffusa, mouere, non primum solum, sed item omnes orbis: adhibens pulcherrimum exemplum, ut qui sinu contineat diuersa animalia, volucra, reptilia, natantia, detq; libertatem, motumq; omnibus, alia cælum petent, alia terris inambulabunt, alia natabunt aquis: Sic ad vnum Dei motum, fieri diuersam luminis cælestium motionem. Dei dico, non inclusi in orbe, sed velut Imperatoris, Dictatorisq; magni præsentis in cælo, sua vera potestate, nutuque cælum mouentis. Repete igitur, ut ceterius Philosophiæ sentias concentum, quæ superius dixerat oraculum Apollinis, *κόσμον ἀμφιδρόμων ἐπιχορμῆτος*, Mundis circumrotantibus inuectus. Et sacra littera, Psallite ei, qui ascendit super occasum. Hebraicè, Qui equitat super Araboth, sphaeras cælestes aut præsidet in altissimis cæli regionibus. Hoc sæpissimè loquitur Aristoteles, dicès ad vnius Dei inuisibilem concitationem, totum mūdum moueri: nihil citra opem eius fieri posse, omnia vel in aëre, vel in terra & aqua opera, illius esse, qui totum contineat mundum, à quo per simplicem cæli motum, quo cuncta lumina contorqueantur, Sol, Luna, aliique planeta, omnes rerum formæ in lucem edantur: appellans Deum inuisibilem, motumq; istum eius item inuisibilem, inuisibilemque præsentiam & potestatem, sicut noster animus sit inuisibilis. Quo exemplo etiam Marcus Tullius est vsus pro Milone, his verbis: Et est profectò illa vis, neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat & sentiat, & non inest in hoc tanto Naturæ tam præclaro motu? Nisi forte iccirco non putant, quia non apparet, nec cernitur. Perinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut planè qualis, aut ubi sit, sentire possumus. Ea vis, ea est igitur, quæ sæpe incredibiles huic vrbi felicitates, atque opes attulit. Hæc Marcus. In quo & ipse diuinæ Prouidentia: est assertor, & eam comparans menti nostræ, non iccirco negandam dicit, quia non videatur. Nam & animam nostram, quo hæc omnia dicimus, cogitamus, intelligimus, videri non posse.

Sol primum creatus, deinde alia omnia, Aristoteli.

Diuina intelligentia mouens orbis cæli.

Deus, Imperator & dictator alius cælo præsidet. Psal. 67.

Locus ex Miloniana Cicero.

De natura Deor.

Erit ergo in hac fragilitate nostra, quod regat, gubernet, vigeat, sentiat, & non erit in toto mundo? Ac Marcus paulò antè & ipse cælestis motus vsus est exemplo.

*Aristotelem fateri à summo Deo factos Deos minores: interpretari Deum, quam Vnitatem Empedocles dixisset: confiteri diuinã Prouidentiam, quæ naturam excedentia aliquando inoperetur. Compendium verè eius esse. Loqui nunc emendatius eum de Vno singulari, quod alibi de pluribus.*

CAPVT VI.

**N**LLVD item in Aristotele obseruandum est, quòd referens, vt saepe dixi, carmina illa Empedoclis, in quibus cuncta ab vno deducebat, Vnius Dei singularem maiestatem est confessus, licet Vnitatem ipse hoc in libro non expresserit, sicut in Metaphysica. Nã quod illic Vnitatem dixerat, in Epitome Deum interpretatur. Item etsi non adduxerat ab vno natos *τῶν ἀδελφωμάτων θεῶν*, etiam Deos longæuos, subest tamen hæc sententia, creatos etiam à Deo Deos eum confiteri. Nam si probat ea carmina Empedoclis (in his autem dixerat ille, nata omnia ab Vno, etiam Deos) profectò sentit eadem Aristoteles. Sicq; apertè cuncta fatetur ab Vnitate, singularique Deo profecta. Nam in libris itè illis post res naturales, affirmat Empedoclem tradidisse nata ab Vno cuncta, *τὸ πᾶν θεῶν*, præter Deum, innuentem propemodum, ipsum esse illam Vnitatem quæ produxerit omnia. Iam in hoc Compendio perspicuè diuinam super rebus humanis confessus est Prouidentiam. Quod pòstea ex aliis libris eius demonstrabitur. Quippe dicit hic, cum fluvius ignis ex Aetna prorumpens, omnem circum regionem inuaderet, fugientibus ex oppidis, & agris omnibus, sed senioribus affecta iam ætatis, fugere non valentibus, adolescentes filios, parentes in humeros sustulisse, ac flammam euadentes, fluvium ignis in eos superuenisse. Sed diuinam Prouidentiam, quæ rebus benefactis delectatur, perspicuam hinc fuisse. Scindens enim sese rapidus ignis in duas partes, reliquit intactos parentes & filios, quasi pietatem tantam veritus. Hic ergo nominat Aristoteles *τὸ δαιμόνιον*, Diuinitatem, eamq; dicit præcipuo honore affectisse genus piorum, pium genus. Quo duo consequuntur, diuinam præsidere rebus humanis Prouidentiam, tum ei res omnes esse subiectas, & posse cursum naturalium rerum sistere, si velit. Confitetur item miracula. Nam ingens fuit miraculum, vt cum esset propinquus ignis, furens rapidissimè, sese in duas partes diuiserit, relicta in medio piis. Possitq; hæc assertio ad alia innumera transferri. Quis autem negabit librum eius esse, si forte quisquam eiusmodi est, quem apud veteres passim comperies, & cuius vbique exemplaria sint apud Græcos? Ex quo item exemplum contra Epicurum affert Plutarchus, & cuius meminit Proclus. Iustinus ap. Epellat Philosophiæ eius Epitomen. Certè qui sapit, non negabit. Nam similia locutus est, licet obscurius in his, qui nunc habentur libri. Proponam nunc euidentissimum exemplum. Hoc loco dicit Aristoteles, numen diuinum, quod eorum pietatem gratam habuissent, eximio eos honore profecutum. Audi igitur & agnosce similia in decimo Moralium. Qui, inquit, secùdum mentem operatur, & hanc excolit, optimèque affectus est, is videtur Deo acceptissimus. Si qua enim cura rerum humanarum est à Diis, sicut apparet, vtique rationabile est delectari eos re optima, sibi que proxima. Hæc autem mens est: quam qui diligant, maximè & colent, redamari eos à Diis, tanquam rerum sibi acceptarum curatores, & rectè, ac probe agentes, fas est. Quid his luculentius? Est, inquit, rationi cõsentaneum, est euident, Deos curare res humanas, diligere probos, ac sapientes, & eis beneficia præstare. In illa igitur deflagratione, quoniam Deus pietate delectatur, mens excolitur, & est similitima Deo, quæ colit pietatem, remuneratus est pius. Adhibuit eis custodiam. In Compendio dicit Deum fecisse, quod in Ethicis dixerat à Diis fieri, esse probabile: quòd scilicet bonos & honestos remunerentur. Hoc igitur Dij fecerunt. Honorauit eos Numen, ostendit eos esse sibi curæ, propter pios filios seruauit parentes. Simul obserua, quàm sese emendet. In Ethicis Deos, in Compendio *τὸ δαιμόνιον*, ipsam Diuinitatem, ipsum Deum, de quo singulari, toties loquitur. obserua quoque vt agnoscit Prouiden-

*Deo Deos creatos.*

*In Metaph.*

*Aristotelis præclara historia de eorum pietate, quæ incendio Aetnae montis parentis liberant.*

*Deo acceptissimus quis.*

*Consentaneum, Deos curare res humanas.*

A Prouidentiam, quæ mortalia curet, sine qua opinione, certaque fide, nihil vsquam possumus loqui. Item in eo ipso Compendio audistis Iouem esse Deum, per quem viuimus: audistis eum esse, cui cuncta obtemperant, qui seruet regatq; omnia, qui sit Necessitas & Fatum, quem vltix Iustitia sequatur comes, vindex sceleratorum, leges diuinas transgredientium. Affirmat etiam quæ Plato diuinus ab Archyta, Pythagoreisq; audita, asseruerat, Deum esse principium, medium, finem omnium rerum. Affirmat item quod in Ethicis dixerat, eum esse beatissimum, qui & sapiētissimus: Sapientem autem Deo gratum, hancq; eius esse felicitatem, quòd placeat Deo. Nunc autem beatū dicit, qui simul natus cœpit obtemperare legi diuinæ, vt qui velit esse beatus, & felix, legem diuinam, continuò vt editus est in lucem, sequatur.

*De vno singulari ac supremo Deo, ex eodem Aristotele, quem à motu cæli absoluerit, cuius sit immensa sapientia, quæ respicit etiam res humanas.*

CAPVT VII.

**S**ED PROPONAM alia ex hisce, qui nunc in propatulo sunt, libris indicia, mentis eius Aristotelem fuisse, quam Philosophiæ suæ testatur Compendium. Erunt autem velut quædam indicia, è quibus sapientes, non stultè pertinaces, possint intelligere singularem Diuinitatem ei placuisse, non multis eam, nisi per affinitatem quandam cum primo dedisse: Non orbi cælesti, quem torquens in sempiternū, actione, moderaminèque cæterarum rerum superfederet affixisse: sed potius Deum quendam vniuersalem, tam in cælo supra siderum concitatione, quàm per vniuersum mundum regnantem, cui res humana separatim, ac naturales, curæ sint, sensisse: Non astrorum, Intelligentiarumq; cælestiū ei diuinus esse, sed vnus, qui & cælum circunuertat, & omnia, quæ bona sentit de Deo Theologia, faciat Numen esse. Nam primò, quid illud est, quod in libris post res naturales, cum de sapientia quæreret, solamq; eam sui causam esse diceret, idcirco diuinam potius, quàm humanam censuit possessione, quæq; à solo Deo possideatur? Si Sapientia est rerum omnium humanarum, diuinarumq; cognitio, & si in solo Deo est perfecta, veraque eius possessio, ille multo magis res naturales, humanasq; cognoscet, quàm omnes homines, qui sapientes, cum res humanas, ac diuinas habent exploratas, appellatur. Quas cum sine collatione præ illis Deus habeat perspectissimas, vtique quod debilitè, & obscurè scitur ab hominibus, scietur à Deo clarissimè. Sciunt autem res superiores obscurè, inferiores eodem ferme modo mortales: quarum cognitio cum sit in Deo radiantissima, necesse est, quod vnanimiter antiquissimi Philosophi asseruere, Deum vbique adesse, omniumq; ante oculos eius, rerum versari absolutissimam notitiam, nullam vel tenuissimam rem non perspectissimam ei esse, vel in tartara suis oculis, vt oraculum dicebat, penetrare. Hinc oculum eius dixit *ἀλλήμων ὄμμα*, fortissimum, robustissimum. Si res humanas nesciret, vt dementissimi, erroribus suis, quos procedere, nullòque impediri metu Dei cupiunt, fauentes contendunt, aut si in vniuersali tantum sciret, eò sapientiores longè homines essent. Contulit autem Aristoteles sapiētiam Dei, cum humana, dicens, quoniam serua & imbecilla sit humana natura, à solo Deo sapientiam possideri dicendum. Et vt dicat Simonides, quem Plato in primo de Repub. diuinū virum & sapientem vocat: *θεὸς δὲν μόνος τὸ πᾶν ἔχει τὸ γέρας*: Solus Deus habeat hoc Decus. Quis igitur erit ille Deus, cuius vnus iure sit sapientia? Profecto qui solus in omnibus nominatur. Et vide quàm clarè & quod perhibuit Simonides affirmet Aristoteles, & quod superius oraculum, cum Deum appellabat *ἀδίδακτον*, non edoctum, se ipso modò sapientem, nimirum sapientissimum, fontemq; sapientiæ. In Theologia est, Sapientiam fuisse omnium rerum inuentricem. Itemq; eum clamauerunt veteres omnes *ἀπόσοφοι*, per se, à seipso sapientem. Hæc omnia videns & sciens Aristoteles, tribuit & ipse Deo admirabilem, & plusquam humanam sapientiam. Nostra enim, inquit, natura serua est. Sumus præ Deo, tanquam mancipia: ille dominus verus, Pater hominum atque Deorum, solus hoc nomine decoratus, vt vnus verè possit dici sapiens, non vt nos mortales. Scit igitur Deus omnia melius, quàm nos ipsi. Quæcunque ab homine noscuntur, multò magis à Deo, in quo solo est vera sapientiæ possessio. Hæc Aristoteles, dicens Prouidentiam Dei

*Sapientia, solus Deus pro possessio.*

*Deus omnia vidit ex hisce.*

*Simonides, de Deo.*

*Deus, sapientia fons.*

maximam, luminosissimam, oculum mentemq; perspicacissimam sentit. Affirmans etiãD  
quæ in Ethicis, Si qua, inquit, cura est Diis rerum humanarum, vt videtur, & est rationi  
contentaneum. Eadem affirmat hoc loco, corrigens, quod ibi de multis, hic de vno Deo.  
Sed illi à maximo facti sapientes, & prospectores rerum humanarum, vt Plato docuit in  
Legibus, & Symposio. Clara igitur est ratio, verãque deductio. Deinde reprehendit Ari-  
stoteles Poëtas, qui, quoniam solius est Dei sapientia, possessio, dixerunt eam inuidisse  
mortalibus. Reprehendit Poëtas, mendaces, vt in prouerbio sit, appellans: Non enim in  
Deum inuidiam cadere posse. Ecce igitur Deus non inuidit mortalibus sapientiã: Si non  
inuidit, dedit: Si dedit, vt etiam ait Marcus, excepta sapientia nihil à Diis immortalibus  
dari amicitia melius potuisse. Exceptit sapientiam munus Dei. Si dedit igitur, dedit quod  
est diuinissimum, vt ipse inquit, & pretiosissimum, qui autem dat, & dat quod optimum  
est, tum noscit eum cui dat, tum amat eum vehementer. Non inuidit autem Deus mor-  
talibus sapientiam. Amat igitur. Recordare nunc, quæ dicit in Ethicis, eundem appellas  
beatum, ac sapientem, sapientem autem θεοφιλέστατον, Deo acceptissimum. Et paulò infer-  
rius, tria deducere homines ad probitatem, naturam, consuetudinem, documenta. Nat-  
uram, inquit, certum est non esse in nobis: ἀλλὰ ἀπὸ πρὸς θείας ἀληθείας ἐπιχρησόντων ὑπάρ-  
χον. Sed per quandã diuinam causam, his qui verè fortunati sunt, existit. Exprimat igitur  
hoc loco, donari alteram sapientiã veram partem à Deo, videlicet naturã bonitatem.  
Duplex enim sapientia: altera contemplans, altera operans, mutuo connexa. Qui donat  
vnam, donat alteram. Probitas ex notione rerum diuinarum & humanarum: quibus be-  
ne perceptis, instituitur optimus vitæ cursus. Deinde duplicem tradit Aristoteles esse sa-  
pientiam: ἡ μὲν γὰρ μάλιστα ἐν ὁ θεός ἐχει, θεία τῆς ὀρθότητος ἐστὶ, καὶ εἰς τὴν θεῶν εἶναι μόνη  
δὲ αὐτῇ τῶν ἀμφοτέρων τετύχηκεν. ὅτε γὰρ θεός δοκεῖ τῆς ἀρίστης πάντων εἶναι καὶ ἀρχῆς τις, καὶ τὴν  
τοιούτου ἢ μόνος, ἢ μάλιστα ἐν ἐχοῖ θεός. Hoc est, Quam maximè possideat Deus, diuina præ  
cæteris scientia est, & quam, si quis maximè diuinus. Sola autem ipsa, vtraque hæc  
culta est. Nam & Deus videtur causarum omnibus esse principium. Et talem vel solus vel  
maximè possideat Deus. Repetit Sapientiam esse singularem Dei possessionem: Et Sa-  
pientiam esse diuinam quandã, mirabilemq; scientiam, tum eam à Deo maximè pos-  
sideri, id esse decus eius, possideri etiam ab aliquo diuino homine. Quomodo autem di-  
uino: nempe ex eo, quod primam sedem & originem habet in Deo. Erunt ergo diuini,  
quibus Deus dedit sapientiam, quasi participes eius, quod largissimum est & naturale in  
Deo. Deinde prosequitur: Iccirco, inquit, est in Deo summa sapientia, & sapientia eius  
est prima, nobilissima. Quoniam nemo est cui non videatur Deus esse principium & ori-  
go omnium causarum. Aut hoc modo intelligas, Quia videtur in omnibus rebus Deus  
principium causarum: Videtur earum origo causarum, quæ res producerunt, & produ-  
cunt: Videtur Deus causa causarum. Quoties apud Aristotelem inuenies, δακτεῖ, videtur,  
scito non leuem, sed euidentem apparentiam denotari. Videtur, id est, apparet, ostendit-  
ur, claret, cognoscitur Deus esse principium causarum omnibus rebus. Si causas igitur  
omnes Deus orditur, tanquam principium, scit omnia, moderatur, regit, quia superiores  
causas fecit, propter res particulares. Vt existeret particularia, fecit vniuersalia. Et si cau-  
sas omnibus rebus dedit, dedit etiam hominum, id est, singularem vnum (vt Archytas di-  
cebat & Pythagoras) hominem, à quo tota humana propago nasceretur. Ex hac igitur  
omni Aristotelis confessione, sequitur vnum singularem esse Deum, quem singulariter  
nominat, non alias Intelligentias. Deinde sequitur, non solum motum cæli ciere Deum,  
sed etiam alia multa facere, gubernare res humanas, versari per mundum, scire omnia.  
Item fit hinc perspicuum, cum dicit Principium causarum omnibus rebus, eum sentire  
totum illum ordinem, quem dixit in Compendio. Nam si deducas omnia, orsus ab ipso  
Deo, ad omnes vsque causas & res ipsas, erit totius ordinis illius explicatio. Princeps &  
origo causarum Deus. Prima causa cælum, cælique motus. Qui mouet cælum, reperit  
cælum, vt ipsum moueret. Si datur enim origo causarum Deo, certè datur non motus  
modò, sed etiam corporis eius, in quo futurus esset motus. Quomodo enim esset origo  
causarum, si motus solius, non corporis moti fuisset inuentor? Duæ enim sunt causæ: cor-  
pus ipsum quod mouetur, & motus ipse. Motus sine corpore esse non poterat. Multo  
igitur magis est corpus ipsum vna maxima causa, quàm motus ipse, qui sine eo esse non  
potuisset. Hęc igitur est vera deductio. Si datur Deo causarum principatus, datur omniũ  
corum inuentio, & excogitatio. Non debet esse mouendũ potens Deus, inueniendi non  
potens.

Deus non in-  
uidit sapien-  
tiã mortali-  
bus.

Tribus maxi-  
mè homines  
probitant.

Probitas vn-  
de petitur.

Sapientia quid.

δρακτεῖ, apud  
Arist. quid.

Principium  
causarum,  
Deus.

A potes. Nam non esset principium causarum. Aliquas causas fecisset, alias facere non po-  
tuisset. Sicq; non esset principium, & origo. Qui potest indefatigabiliter mouere, & ex  
motu tam mirabilem, tamq; varium rerum ordinem conficere, tot formas generare,  
multo magis inuenire potuit vnde talia fierent. Illud item obseruandum est, duplex esse  
rerum genus, naturales, & humanas. Naturales sunt corporeæ, quibus viuunt corporali-  
ter: Humanæ spirituales, multo fortasse quàm naturales maiores, quia naturales propter  
humanas. Si Deus igitur omnibus rebus & causis earum est principium, non solum natu-  
ralium erit, sed etiam humanarum maioris ponderis. In quem enim earum principia, si  
non in Deum, referes: Iam verò quomodo vnam tantum causarum partem amplexus  
Deus, alteram tenere nõ potuit? Qui igitur inuenit causas vt res essent, inuenitq; res natu-  
rales propter humanas, vtique fuit etiam autor humanarum, eadem eas regens pote-  
state, qua creauit, causis earum excogitatis. Eo enim consilio reperit res naturales, vt ho-  
mines essent, & viuerent. Quibus si prouidit hac parte, multo magis prouidebit ea, quæ  
pertinet ad animos, ad præmia, & pœnas, ad merita in hac vita, & in alia. Quod & Ari-  
stoteles est confessus, dicens Deos redamare, & remunerari probos. Si remuneratur, non  
vtique his quibus corpus viuunt, paratis æque bonis & malis, sed alio genere præmiorum:  
Et vt illic, & hic dixit, largitione probitatis & sapientiæ: multisq; aliis, quæ Marcus supe-  
rius est confessus, cum felicitates, & opes vim illam Dei inuisibilem attulisse imperio di-  
xit. Consentienti igitur sapientes, super re clarissima, cuius confessionem natura extor-  
quet ipsa nobis, impellitq; animum ad has voces, vt nisi velis ei resistere, impetumq; eius  
retardare, non aliud sis dicturus.

Deum remun-  
nerari probos.

Aristotelem miris laudibus efferre, qui Menti rerum creationem tribuissent, in  
quo sit inclusa confessio creati mundi. De Mente dixisse eum quæ prior præ-  
ceptor Plato. In his vnius Dei confessionem esse.

CAPVT VIII.

**V**T APPARUIT Aristotelis illa confessione, Deum cunctarum causa-  
rum esse principium, quæ res quàm latè pateat, videbunt sapientes, sic  
alio simili quodam testimonio fit perspicuum, creatricem illam Men-  
tem, rerumq; principium, sicut Platoni, vt superius est ostensum, sic item  
ipsi, mirificè placuisse. Nam cum maiorum, & antecessorum suorum de  
rerum principiis proponeret opiniones, variasq; sententias protulisset, hæc demum intulit. Cogor enim rememorare, quo sit sermonis aptus ordo. Mentem  
autem qui dixit esse, sicut in animalibus, & in Natura causam mundi, item & totius ordi-  
nis, quasi euigilasse videtur ad comparisonem eorum, qui antea temerariè loqueren-  
tur. Qui igitur hoc modo suspicantur, simul quod bene causam, principium esse rerum  
constatuerunt, etiam talem constituerunt, vnde motus rebus existeret. Sic Aristoteles. Vi-  
sum igitur superius ex Laërtio quæ sit Mens, quis Autor, vel Causa: nimirũ opifex mun-  
di, cui in secunda Epistola Patrem dat Plato. Duobusq; verbis comprobatur Aristoteles  
quod de Mente rerum Principio dictum fuisset ab Anaxagora, aliisq; multis. Primum  
quod ait eos quasi νήφροντες, sobriè, prudenter, vigilantèrque locutos. Deinde quod  
καλῶς, benè, rectè constituerunt Mentem, vnde motus fuisset omnibus rebus. Reco-  
las igitur quæ dixerat superius, Deum esse τῆς ἀρίστης πάντων ἀρχῆς, causarum omnibus re-  
bus principium. Illic Deum, hic Mentem, Causam. Illic omnibus rebus: hic anima-  
lium, Naturæ, mundi, ordinis omnis. Illic apparet, claret: hic καλῶς, bene, sobriè dicitur  
Mens esse Principium rerum cunctarum. Recordare quoque quæ Plato in Phædo-  
ne loqui Socratem facit: ὡς ἀρετῆς ἐστὶν ὁ ἀγνοοῦμενος, καὶ πάντων ἀίτιος ταύτης διὲ αὐτῆς ἠοσιλευ-  
τε, καὶ ἔδδξε μοι πρόπον τίνα εὐ ἔχον τον νῆν εἶναι πάντων ἀίτιον. Hęc ex libris Anaxagoræ, quos  
de natura scripsit: Quod scilicet Mens exornauerit, & omnium causa extiterit. Hac ego  
causa lætatus sum, visumq; est mihi modo quodam bene habere, Mentem fuisse omniũ  
causam. Vides mirum in modum cunctis placuisse inuentionem omnium rerum, & ordi-  
nem Menti adiudicari. Vides alium longè Deum, quàm illum, qui moueat cæle-  
stem machinam. Nam iuxta superiores, etiam ipsam, quam mouet, reperit. Quippe  
Anaxagoras, quod ab Aristotele, & Platone approbatur, non præsentem tantum rerum,

Physic.

Mens, Au-  
tor, Causa,  
Pater, Deus.

Ordo rerum  
omniũ à Mē-  
te.

continuatamq; per omne tempus generationem, Mentem sustinere docuerat, sed in-  
uenisse aliquando & fecisse, quod faciat ad omne tempus, quod & Aristoteli, & Pla-  
toni, si bene dicta sua pensitare, secumq; meditari voluerint, est confitendum. Sed Pla-  
to, quidem manifestè in Timæo, inducens Creatorem mundi, supernum altissimumq;  
Opifex Deum. Deum, vt Plutarchus ait, eumq; appellans Opificem, quem Anaxagoras Mentem. Ari-  
stoteles autem paulò antè, dans principium omnium causarum ipsi Deo: nunc autem  
dans Menti causam mundi, Naturæ, animalium, totiusq; ordinis: & eos qui hæc con-  
fessi sunt collaudans, profectò sentit eundem Deum, ac Mentem, eumq; omnium rerum  
Principium. Ac verisimile est, eadem affectum lætitia, & quiete mentis Aristotelem  
super concessa Menti rerum inuentione, qua lætatus erat Socrates apud Platonem.  
Aristotelesq; ipse bene fatetur eos Mentem causam statuisse, vnde motus rerum exte-  
riterit. Socrates autem ait, bene habere sibi visum, dare Menti principatum. Hæc vera  
sunt, huc illi propensiores fuerunt. Quidquid alibi statuerint, aut aliò pertinet, aut tan-  
dem veniunt huc omnia, si rectè resoluas. Atque vbi paulò post eodem libro coarguit  
Aristoteles Anaxagoram super Mente, coarguit, quòd cum rerum principium Menti  
dedisset, non ea vtatur ad totam Cosmopœciam. Sed solum cum in dubitationem cade-  
ret, quare quidque esset necessarium, eò Mentem trahebat: Quare cælum moueatur,  
quia Mens, inquit, voluit, quæ causa creauit animalia. Nimirum Mens reperit modos  
eorum ferendorum veros. Sic omnes rerum necessitates ad Mentem reuocabat. Facie-  
bat enim quod perhibent eum fecisse Socrates, & ipse maximè comprobatur dicens, Exi-  
stimauitque si Mens creasset mundum, τὸν δὲ νῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμοῦν, καὶ ἐξαίρετον πῦθοναι τὰ δ-  
τινα, ὅτι αὐτὸν βέλτερον ἔχει: Ipsam creatorem, omnia adornasse, & posuisse sic rem vnã-  
quamque, vt optimum esset. Denique hæc item addit ibi diuina Socrates, vt rem totam  
cognoscas. Si igitur, inquit, causam reperire volueris de vnaquaque re, quomodo existat  
vel intreat, vel sit, hoc oportuisse dices de ea inuenire, quod ei optimum esset, vel esse,  
vel alio modo affici, aut agere. Ex qua ratione nihil aliud homini considerare conueniet,  
tum de se, tum cæteris rebus, quàm quod sit optimum, & vtilissimum. Sic necesse erit cog-  
noscere quid peius. Eadem est enim de eis scientia. Hæc igitur pensitans, lætabar me  
præceptorem inuenisse, qui mihi causam omnium rerum assignasset, Anaxagoram, cur  
terra lata vel rotunda facta esset: hoc asserto, dicturum illum, causam necessitatemq; pu-  
tabam, quòd ita melius esset, & quòd præstiterit eam esse huiusmodi. Et cur in medio sit  
posita, nimirum quia melius esset eam in medio esse. Quibus ab eo assignatis, non eram  
aliam causam quæsiturus. Sic de Sole, Luna, cæterisq; astris, eorumq; celeritate, conuer-  
sionibus, alijsq; affectionibus, agere, & facere ea quæ esset præstantius. Neque enim pu-  
tabam eum, vbi Mentem ea exornasse dixisset, aliam causam superindicturum, quàm quòd  
optimum fuerit, ea sic habere, sicut habent. Cæteraque persequitur Socrates, in quibus  
eam demum reprehensionem atque Aristoteles, adhibet, quòd cum Mentem pulcher-  
rimè, sapientissimèque principium fecisset, postea deserit eam. Vtunturq; Plato & Ari-  
stoteles eodem verbo de Anaxagora. Plato progressus, inquit, vt viderem & legerem, vi-  
deo hominem τῶ μὲν νῦν ἔδδεν, καὶ ἄμωτον, Mentem nusquam vtentem. Aristoteles, ἀναξάγο-  
ρα μὴ μὴν λέγειται τῶ νῦν τῶς πῶ κοσμοποιῖαι. Anaxagoras vix vtitur Mente, ad creatio-  
nem mundi: id est, rerum creaturarum post mundi ornatum. Ex hac igitur reprehensione  
apparet eis mirificè Mentis principatum placuisse, quæ sapienter omnia posuerit: sed cū  
displiceat, quòd non vbi que Mentè, quòd facit Moses, adhibuerit causam, etiam palam  
est, multo magis hanc eis causam placuisse. Moses eadem semper dicit Deum fecisse,  
creasse cælum & terram, animalia, plantas, hominem, vbi que Mentem rebus creandis  
præficiens. Quam Theologiam si Plato & Aristoteles videre potuissent, quam approba-  
sent? Quorum hoc loco eadem est atque Mosis certè confessio, à Deo cuncta generata,  
& facta, & disposita: dispositaque vt melius fuisset, cum dicat ad vnum quodque, Et vidit  
Deus quòd esset bonum. Qua assignatione Plato fatetur se esse contentum vt dicas bo-  
num, quòd Mens excogitasset. Sic quòd audis apud Mosen, Fecisse, deinde bonum ipsi  
visum esse, mirificè Plato approbasset. Quia si Deus, si Mens, sapientia, consilium, solertia  
fuit autor, & si ei bene posita videbantur, certè nihil esse melius poterat. Declarauit etiã  
Plato in Cratylo, illam Anaxagoræ Mentem, mirificè illi placuisse. Vbi Socrates rogat  
Hermogenem, nõnne, inquit, credis Anaxagoræ Mentem, & Animam esse, quæ exor-  
net, & contineat omnium aliarum rerum naturam? Nil aliud, inquit, πᾶς καὶ τῶ τῶς  
ἄλλων

Opifex Deum.

Mens, princi-  
pium.

Cur terra la-  
ta vel rotun-  
da.

Cur terra in  
medio.

Gen. 1.

Plato & Ari-  
stoteli eadem  
confessi qua  
Moses.

Ἄλλων ἀπάντων φύσιν, ἔπιπέσει ἀναξάγορα, νῦν καὶ ψυχὴν εἶναι, πῶς ἀφαιρούμενον, καὶ ἔχουσαν. Ean-  
dem, vt in primo libro vidisti, vocat imperatricem, exornantem omnium, impermistam,  
ius vniuersale, segregatam ab omni concrectione mortali. Quàm autem hæc Mens, quam  
Anaxagoras celebravit, placuerit Aristoteli, collaudauerit, adorauerit, suspexerit, potes  
intelligere ex his, quæ scribit in vndecimo post res naturales. De qua hæc ad verbu: Quæ  
de Mente dicuntur, habent quasdam dubitationes. Videtur enim omnium quæ cogitari  
possit diuinissima. Quomodo autem se habens talis existat, habet quasdam difficultates.  
Nam si nihil intelligit, quæ maiestas eius esset? Esset enim sicut dormiens. Si autem intel-  
ligit, hoc autem esset aliud peculiare, non esset hoc, quod est eius substantia, intellectio,  
sed facultas, certè non esset optima substantia. Nam quia intelligit, dignitas ei existit. In-  
super verò, siue mens sit substantia eius, siue intellectio, quid intelligit? Aut enim ipsa se  
ipsam, aut aliquid aliud. Et si aliquid aliud, aut idem semper, aut aliud. Vtrum igitur dif-  
fert aliquid, vel nihil, intelligere ipsum bonum, vel quiduis: vel & absurdum est cogitare  
de nonnullis. Certum igitur quod diuinissima res, & pretiosissima, intelligit, & non mu-  
tatur. In peius enim fit mutatio. Et motus quidam iam, talis res est. Primum igitur si non  
est intellectio, sed facultas, rationi est consentaneum, laboriosum esse ei continuam in-  
tellectionem. Postea manifestum, quòd aliud quid esset pretiosius, quàm Mens, res scili-  
cet intellecta. Etenim intelligere, & intellectio existit, & pessimum intelligenti. Quo-  
circa, id vitandum est. Quædam enim nõ videre melius quàm videre. Non esset certè res  
B optima, intellectio. Seipsum igitur intelligit. Siquidem est, quod optimu. Hæc dicit Ari-  
stoteles, non de omni mente, humana, vel Angelica, aut Sphærarum cælestium, sed opti-  
ma, & pretiosissima, & qua nihil sit maius, quod ab ea intelligatur. Quia si quid præter se  
intelligeret, in quo cognoscendo delectaretur, maius esset ipsa. Constat autem quàm læ-  
tè pateat hæc Aristotelis confessio. Videmus hinc eundem esse Deum atque Mentem, &  
hanc Mentem videmus Aristotelem fatentem esse rerum Principium. Nam si dat Deo,  
vt claruit, omnium causarum principium, vtique dat etiam Menti, quia Mens est ipse Deus.  
Quod non solum ex his, quæ dixit nunc de ea Philosophus, constat, sed his etiam, quæ in  
libris de Republica, & quæ in secundo magnorum moralium. Etenim dubitatione dif-  
soluit in libris post res naturales de Deo, quæ oborta in libris moralibus fuerat. Oborta  
autem fuerat de intellectione, vel cogitatione Dei. Vbi dicit hæc ad verbum: Ea igitur  
quæ inter loquendum similitudo solet assumi de Deo, neque ibi rectè, neque hic esset  
vtilis. Non enim si Deus est sibi sufficiens, & nullius indiget, ob id neque nos vllius indi-  
gebimus. Est enim & talis quidam sermo, qui dicitur de Deo. Nam quoniam, inquit,  
omnia bona possidet Deus, & est sibi sufficiens, quid faciet? Non enim dormiet: specula-  
bitur igitur, inquit. Hoc enim est pulcherrimum maximeque proprium. Quid igitur  
speculabitur? Si enim aliquid aliud, melius certè aliquid se ipso speculabitur. Sed absur-  
dum est, esse Deo quidquam melius: ipse igitur seipsum contemplatur. Sed & hoc absur-  
dum. Etenim hominem, qui se ipsum contemplatur, solemus tanquam insensibilem re-  
prehendere. Absurdum igitur est, si Deus, inquit, erit ipse se ipsum speculans. Quid igitur  
Deus speculatur nunc dimittatur. Hæc Aristoteles. Videmus igitur eum hanc dubi-  
tationem dissoluere, eandemq; rem repetere, in libris Philosophiæ primæ. In quibus af-  
firmat, Deum contemplari se ipsum, non consequi autem vt sit insensibilis: Neque enim  
eandem esse res diuinas, atque humanas. His igitur locis considerare licet, eandem esse  
Mentem atque Deum. Nam quam Mentem vocat in Philosophia, in Moralibus & in li-  
bris de Republica, Deum. Sic apparet illam Anaxagoræ Mentem esse Deum, esse Crea-  
torem mundi, omnium ordinum Inuētorem. Is per excellentiã dicitur Deus, huic datur  
vni Diuinitas. Nam intelligere seipsum, de Supremo solum, & qui verè Deus sit, dictum  
apparet. Non sunt hic vllæ aliæ planetarum Intelligentiæ, neque possunt esse. Hanc Men-  
tem, quam in Timæo Plato vocat Opificem mundi, tum in eo ipso libro, tum in Phædone  
dicit esse Inscrutabilem, vt difficile possit inueniri: In Cratylo, ἀντοκράτορα, Imperatricè.

Mentis diui-  
na attributa.

Mens diuinis-  
sima omnium  
quæ cogitari  
possunt.

Mens, Deus,  
Principium.

Deus omnium  
bona possidet,  
& seipsum  
contemplatur.

Intelligere  
seipsum, so-  
lius Dei est.

Quòd etiam in Moralibus vnum singularem Deum est confessus, rerum humana-  
rum prospectorem: Et quòd ad aliam, quàm præsentem vitam providentia  
eius & quæ largiri bonis eum ait Aristoteles, referantur.



VNT item alia plurima hinc inde sese offerentia indicia, non solas il-  
las caelestes Intelligentias Aristotelem Deorum nomine, & excellen-  
tia dignatum, sed iuxta maiorum suorum religionem, meliorem quan-  
dam, absolutamque ab incitatione caelesti Diuinitatem, eum asseruif-  
se. Illamque astrorum diuinitatem ascitiam, peregrinamque illi esse,  
& ad tempus praedicatam, cum non haberet quid de Deo clarius, &

Diuinitatis  
maxima po-  
restas.

Fortuna quid

Deus, rerum  
bonarum lar-  
gitor.

IOAN. 15.  
Psalm. 30.  
Improbi non  
amantur a  
Deo.

Fortunati no-  
cōtinuo ami-  
ci Dei habēdi.

Deus, non est  
iniustus.

ros instinctus super confessione Diuinitatis sequatur, confitens Diuinitatem, quae regit  
mundum, non solum machinam caelestem mouens, sed etiam per omnem mundum in-  
ambulans, praecipueque res humanas, propter quas sunt naturales, moderans, dicemus  
eum astrorum Diuinitatem, aut partem quandam Deorum statuisse, vt si quis aliquos  
Angelorum caelo voluendo praeficeret: aut incōstantem fuisse, & vbi contra Naturae im-  
petum violenter locutus esset, postea relatum, ab eodem Naturae, cui resistere non pos-  
set, aetna, veram Diuinitatem fuisse confessum. Nunquid, inquit, in Moralibus, Fortuna,  
quasi Prouidentia quaedam, est Deorum? An potius id non est probabile? Quippe Deum  
cum dominus sit huiusmodi rerum, arbitramur tribuere meritis bona, & mala. For-  
tuna, verò, & quae à Fortuna sunt, verè fortuito eueniunt. Quam rem si Deo tribuamus,  
iudicem improbum eum faciemus, aut inuitum: quod Deo non conuenit. Itaque neque  
bonam Fortunam, Prouidentiam, aut Beneuolentiam Dei esse, probabile est: quia im-  
probi etiam datur. Deum autem curare improbos, non est probabile. Primum iuxta vul-  
gares, plures Deos loquitur: deinde sese ad Philosophiam recipiēs, vnicum semper Deū,  
qui dominus, ac patronus sit omnium, quae possident homines rerum. Ad haec negat quae  
Fortunae bona dicuntur, ab eo proficisci, id est, dari certa quadam cura eius, & prouiden-  
tia, ac beneuolentia. Diuites, improbos, Deique contemptores esse. Praeclareque secum  
agi putare, quod aliqūe trucidarint, opes auerint. Quorum à Deo nihil est. Non enim  
malarum rerum Deus est largitor, sed bonarum. A quo tamen proficiscuntur omnia,  
vera tamen eius beneuolentia, vt Aristoteles ait, erga bonos duntaxat. Nec si Solem suū  
oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, nullo discrimine id fa-  
cit, sed propter bonos benefacit malis. Omninoque Aristoteles sentit caducarum rerū,  
temerariamque istam felicitatem, neminem debere diuinā erga se beneuolentiae ascri-  
bere: quia datur aequè malis, atque bonis: saepius etiam malis. Quoniam, inquit, quae vul-  
go putantur bona, & quibus apud plebem solent homines fortunati vocari, eueniunt si-  
ne discrimine bonis & malis, non sunt quibus ea contigerunt, amici, gratique Deo di-  
cendi, vt sit eadem ratio conciliandae charitatis diuinae, atque consequendorum terre-  
norum bonorum. Ipse enim etiam dicit, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vo-  
bis odio habuit. Et, Odisti obseruantes vanitatem. Non amantur igitur improbi à Deo,  
inquit Aristoteles. Si non amantur, bona quae sunt consecuti, non omnino eius beneuo-  
lentia sunt affecti, sed ipso conuiuente, & sinente. Multo enim largitur amicis suis me-  
liora. Quos igitur fortunatos aspexeris, non continuo amicos Dei, & quibus Deus fa-  
ueat, arbitreris, sed scito haec accidere, fierique eo conuiuente. Subiicit Aristoteles, Bona  
& mala meritis à Deo dari. Hunc ordinem esse Prouidentiae, vt dentur bonis bona, mala  
malis. Quod si terrena bona, quae dicuntur εὐτυχία, temerariè contingunt, id est, casu  
quodam, & fortuito, quid superest quod detur à Deo, certo discrimine bonis & malis?  
Nam largitio, inquit, rerum fortuitarum non est recta à Deo. Ergo quod dat Deus, ma-  
ius sit quam quae sint in potestate Fortunae, necesse est. In potestate Fortunae sunt vires  
corporis, forma, opes, à bonis, & à malis aequè possessae. Igitur quid mali dabitur à Deo  
malis, boni bonis, si sunt ea fortuita, & in potestate Fortunae? Et tamen Aristoteles fate-  
tur: τὸν γὰρ θεὸν ἀξίως μὲν κέλευν τῶν τοιούτων, τοῖς ἀξίως δὲ ποιεῖν, καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακὰ:  
Existimamus enim Deum, penes quem sint ista, meritis tribuere bona & mala. Nulla igitur  
superfunt mala & bona, quae dentur à Deo. Eadem siquidem ratione cum videam  
bonis esse mala, dicam fortuito id fieri. Et cum dicas bene fieri bonis à Deo, verum mise-  
riis & incommodis aequè atque improbi, saepe magis, subiaceat boni, quid superest quod  
detur vtriusque pro meritis? Cogimur ergo haec ad alia bona & mala, quam praesentia, quae  
fortuito dantur, referre, maiora videlicet, & aeterna, quod Aristoteles quadam mentis  
diuinitate fortasse perspexit. Obserua etiam, quod nefas esse dicit, vt Deum faciamus ini-  
iustum, aut improbum iudicem. Itaque obserua, quod ait non esse verisimile, Deum  
curare

Acurare improbos: ergo ex aduerso est verisimile eum diligere bonos: quod ipse eviden-  
tissimè confessus est in decimo, vt superius ostendi. Hic inquit, non est verisimile, impro-  
bis Deum consulere. Deinde putamus eum tribuere malis mala. In decimo autem Mo-  
ralium dicebat, Si Dij mortalia curant, vt probabile est, & euident, verisimile est bonos,  
beneque & probè viuentes eos redamare. Aperta igitur est ratio Prouidentiae, claraque con-  
fessio, Deum cuiusque merita respicere, dantè bona bonis, mala malis, reicienda in aliud  
tempus, diligentiusque iudicanda, quoniam praesentia ferè sine discrimine. Atque hoc lo-  
co, clarissimè non est Deus ille Motor caeli, aut vlla Planetarum Intelligentia, sed quidam  
vniuersalis Deus, non caelum tantum mouens, verum etiam respiciens, & intuens res hu-  
manas, ponderansque merita cuiusque. Considera enim, Si negat Aristoteles fortuita bo-  
na debere referri in Deum, quoniam malis & bonis accidant, à motu autem caeli non dat-  
ur nisi vita corporea, qua mali, & boni aequè fruuntur: certè si Deus, caeli motor non alia  
bona largitur, quam corporea, & vniuersalia, non distinguens merita cuiusquam, sed vitam  
aequè suppetens omnibus, meritorū pondera nō attendat. Datur igitur aliud autore Ari-  
stotele in quo Prouidentia eius distinguatur, distinguantur mali à bonis. Super quibus  
aequè Sol lucet, pluit aequè. Motor igitur ille Deus, curat etiam alia longè maioris sapien-  
tia. Nam mouere Solem, & sidera, solum ad vitam corpoream pertinet. At in nobis non  
est solum corporaliter viuere. Eoque necesse est, non illam caeli Intelligentiam hunc  
Deum esse, quem nunc dicit: aut illum quidem, sed non caelum duntaxat mouentem,  
B verum etiam humana gubernantem.

Deus vni-  
uersalis, &  
primus ve-  
risque Deus.

Prouidentia  
quibus distin-  
guatur.

Ex eo quod Aristoteles de Nectare Deorum scripsit, probari & vnius summi Di-  
uinitatē, qui sibi & cunctis sit causa felicitatis: & Deos illos nō esse vertētes or-  
bes caelestes. Virtutes, quae possidentur à mortalibus, multo magis à Deo possideri.

CAPVT X.



Q VOD superius de Nectare Deorum in Moralibus dixerat Aristote-  
les, Duo praecleara, & Theologiam fatentia in eo deprehendes: Illam  
dico Theologiam, quam Aristoteles, praeterquam de Intelligentiis  
caelestes orbis mouentibus, aperte proposuit. Primum Deos eos no-  
minat, qui non moueant orbis caelestes, de quae his ita loquitur, vt ean-  
dem de his, atque mortales omnes religionem praedicasse aperte con-  
uincatur. Ad haec nominat Nectar, vt Philosophus, non vt vulgares, sentiens vinum  
suauissimum, sed verè ex Philosophia diuinus, & incorporeum quiddam, quod per-  
spicuo exemplo demonstrat. Dicit enim esse nonnullos, quibus voluptates omnes,  
generationes viderentur, negantes voluptatem esse bonum. Hoc autem accidit eis, in-  
quit, quia solas corporeas voluptates habent exploratas, haud alias esse putantes: ceu  
C qui nesciunt Nectar, putantes Deos bibere vinum, quia non putant dulcius esse quic-  
quam. At Nectar est incorporea suauitas. Cum igitur incorpoream voluptatem, aut  
suauitatem sentiat Aristoteles, qua Dij fruuntur, ea profectò non est alia, quam cele-  
bris illa apud Poetas, quos Aristoteles edisserit, & quam dixit ipse Deus, Flumina de  
ventre eius fluent aquae viuae. Et, Amplius non bibam de genimine hoc vitis, nisi cum  
vobiscum illud bibam in regno Patris mei. Qui bibunt igitur hoc Nectar, non sunt pla-  
netae, nulla caelestis Intelligentia rotando caelo praefecta: sed certè Dij illi, quos beatos  
in omne tempus censuit triumphare supra caeli vertigine corporibus liberatos, suffici-  
entissimam, copiosissimamque bonis omnibus vitam agentes. Hi sunt Dij, non Intelli-  
gentia Solis, Lunae. Illud item considerandum est, quod secundo Moralium scripsit,  
cum de Heroicis, & supra hominem virtutibus loqueretur. Est, inquit, quaedam virtus  
opposita feritati, quae nullum habet nomen, quia οὐκ ἔστι θεῶ ἀρετή. ὁ γὰρ θεὸς βελτίων τῆς  
ἀρετῆς, καὶ ἔχει ἀρετῶν ἕξι ἀσέδαιμος. ἔπει γὰρ βελτίων ἔσται ἢ ἀρετῆ τῶ θεῶ:  
Non est Dei vir-  
tus. Etenim Deus est virtute superior & melior. Et non secundū virtutem est bonus. Hoc  
enim modo virtus esset Deo melior. Is igitur Deus, virtute superior quis est, & quid de-  
signat eum habere virtute praestantius? Si enim non virtutes ipsas, quae consuetudine,  
documentisque acquiruntur, sed excellentius, & naturalius quiddam possidet, vtique cuncta  
bona, & omnem laudem, quam possidet homo, longè magis Deus possidebit. Hominum  
o ij

Nectar quid  
Aristoteli.

IOAN. 7.  
Matth. 26.  
Luc. 22.

Vita Deorum  
qua.

Deus, virtu-  
te superior.

Hominiū vir-  
tutes.

virtutes sunt fortitudo, modestia, temperantia, iustitia, liberalitas, charitas, hæc omnia Deus longè excellentius possidebit. Ergo si solent homines, cum prospiciunt reipublice, cum humanè, iuste, moderatè, sapienter, liberaliter, & clementer agunt, laudari, extolli, præferri, prædicari, nonne laudibus his Deus erit excellentior, magisq; eas vsurpabit? Si enim est virtute superior, is sit necesse est quo benevolentius, liberalius, clementius nihil possit esse: præ cuius æquitate, liberalitate, charitate, humana charitas sit penè vitium, nedum virtus. Hinc igitur fit, vt Deus, quod omnis antiqua Theologia testatur, sit bonorum effusissimus largitor, eximia charitate & benevolentia præditus, indulgentissimus, prouidentissimus, omnesque item laudes, omnem gloriam, absolutissima quadam ratione possidens. Hæc autem omnia in vnum competunt solum. Recordare hoc loco, quod ait esse virtutes quasdam Heroicas nomine carentes, id est, diuinas quasdam & eminentissimas, quas Heroicas dixit, quasi similes earum, quæ à Diis, vel Heroibus possidentur. Heroës autem hoc loco sunt Dij. Nam & ipse Aristoteles dixit ibidem, hanc virtutem Heroicam esse quãdam, ac diuinam, vt feritas immane quoddam prodigiosumq; vitium. Ergo si quanto melius, laudabilius, rectius, modestiusque agunt homines, Deo magis assimilantur, profectò necesse est eandem virtutem esse in Deo, cuius in homine quãdam sit imago. Cum verò nihil sit liberalitate & clementia, charitatèque apud homines commendabilius, & quod magis prædicetur, extollatur, certè necesse est hæc esse in Deo præstantissima, absolutissima. Qui si careret, Prouidentia rerum humanarum, si negligens esset salutis cuiusquam, si non audiret cum in clamatur, si Patrem tantum ex motu Solis suppeteret, multi mortales eo meliores essent. Nec hi cum eminentissimis factis in clarescerent, Dei similes dicendi essent, sed Deus similis eorum. Fatetur ergo Aristoteles in Deo quandam esse mirabilem virtutem, eximiãque prouidentiam, benignitatem, charitatem, vsque eò præstantem, vt intelligi quidem possit, nominari nõ possit. Incurruntque omnia ad confessionem vnus Dei. Memineris item quæ Marcus ille Tullius ob ingenij diuinitatem vt diceret prouectus est: Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem. hæc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed similitimum Deo iudico. Intelligebat sapientissimus orator, eminentissimas in Deo quasdam esse virtutes, quarum mortales aliquando essent participes. Vbi clementia, liberalitas, si res humanas negligeret, quæ sunt materia clementiæ. clementia autem sine prouidentia non potest esse. Nam qui nesciat, quibus parcendum est, & si nullum cum eis intercedit ei commercium, nec offenditur, nec parcat, nec clementia præditus est. Rem igitur, quam Natura faciebat clarissimam, Philosophus est confessus, eamque celare non potuit. Cuius si vocem audiret, si dicta ponderarent rustici tempestatis nostræ Peripatetici, non tam pertinaciter ei confessionem Prouidentia, aut Diuinitatis, quæ non cælum duntaxat, sed alia agat pleraque digna maiestate sua, detraherent.

Deus optimus in omnibus.

Virtutes heroicae.

Virtutis Dei, est imago quãdam in homine. Si non sit Prouidentia Dei, homo Deo melior est.

Pro Marcello.

Virtutum diuinarum homines participes.

Admiranda Aristotelis Theologia de beatitudine diuina: quæ sit cõtemplatio: Eandem esse minorum Deorum felicitatem, Deum summum contemplantium. Ex quo summa vnus maiestas comprobatur.

CAPVT XI.

Felicitas perfecta qua.



RISTOTELES decimo Moralium, perfectam felicitatem probat actionem esse contemlandi semper, idq; ea ratione probat: Deos, ait, arbitramur beatos & felices. Sed cum nullas eis humanas actiones tribuere possimus, viuere autem eos dicimus. Neque enim fas est eos dormire, vt Endymion. Viuenti cui sit omnis actio detracta, nihil superest, nisi θεωρία, speculatio: inde fieri, ὅτι ἡ τῆ θεῶν εὐδαιμονία, μακροβιότητι θεωρητικῆ θεωρητικῆ ἐστίν: Vt actio Dei quæ beatitudine est præcipua, speculatrix sit. Omnis enim, inquit, vita Diis est beata. Ex his eius verbis, quæ quidem & aliis in locis, & in libris post res naturales est locutus, efficitur hoc omne. Principio totã hanc contemlandi, in quo beatitudinem vult esse, rationem, habere caput, vbi sistat ne procedat ad infinitum. Et primum quod dixerat de Mente, cuius ferebat felicitatem in contemplan-

Atemplada se ipsa, quod hoc loco asserit, præcipuè est verum. Hæcque erit Aristotelis Theologia: Deus cognoscit, contemplaturq; se ipsum, ipse sibi felicitatis obiectum. Cæteri ergo Dij contemplabuntur eum, inde beati. Nam si Deus aut Mens, quam diuinitissimam, optimam, pretiosissimamq; prædicauerat, eximia in cognitione sui fruitur felicitate, tantundem beata, quanta maiestas sua, quam semper cognoscens efficitur beata, etiam minores Intelligentiæ Deum intuentes felicitabuntur. Scilicet fit ex his necessariò, Deos minores fieri beatos in cognitione Dei: quoniam ratio quæ cogebat ne confiteremur Deum præter se in quo beatus sit aliud contemplari, erat, quia quod contemplaretur, ex eo beatus existens, esset maius ipso Deo. Sed quoniam nihil Deo melius, & maius, necessariò se ipsum contemplatur. Hæc inquam ratio non habet in Diis minoribus locum, sed in contrarium, quoniam Diis est supremus quis, necessariò fiunt eo contemplando beati. Vt fit ratio, Deus, quo non est melius, se ipsum contemplatur, se ipsum contemplando est beatus: Dij minores, quibus est melius, & superius, illud ipsum contemplantur, & in eo contemplado sunt beati. Hæc igitur necessariò sunt in hoc ordine, vt si Dij nihil aliud agentes, duntaxat contemplantur, eos necessariò Deum contemplari: Deum autem contemplari se ipsum. Vt qui dat sibi, qui maximus est, felicitatem in contemplatione sui, longè facilius daturus sit minoribus. Ex quo clarissimè efficitur, quod Aristoteles in fine totius rationis posuit: ὅτι ἐστὶν ἐν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τῆς, Quocirca felicitas erit quãdam contemplatio Dei: vt nec Dij minores, nec maximus ipse Deus, in alio sint beati, quàm in contemplatione Dei: Ex eodè que cæteri Dij beati, quo maximus Deus. Quãta igitur hic cum religione concordia? Felices nos futuros oracula, cum videbimus eum sicuti est. Cum is igitur sit contemplationis ordo, vt felicitas omnis sit cõtemplatio Dei, eaque non cuiuscunque Dei, sed maximi, & eminentissimi tantum, & qui verè Deus sit, hæc deinde sequuntur. Huiusmodi contemplationem non fieri in absentia, Et Deos contemplantes oportere propius assistere, eodè in loco esse, in quo quæ contemplantur: Haud aliter perfecta futura contemplatione. Ex hoc item sequitur, hos Deos, quorum beatitudinem dixit esse theoriam, visionem Dei, esse non posse Intelligentias cælestes, Solis, Lunæ, planetarum, nimium à primo distantium, è cuius contemplatione exuberat beata vita. Ex primo autem sequebatur, vt si ex vnus contemplatione omnis manat felicitas, illum esse optimum, maximum, omnibus his, quos sua præsentia efficit beatos, incommemorabiliter maiorem. Sic rationibus altera ex altera consequentibus, Diis est beatitudo contemplatio: Non sui, quoniam est excellentior, qui possit eis esse obiectum contemlandi. Nam dicebat Aristoteles, Deus siue Mens est beata cognoscendo: Aut ergo se, aut aliud. Non alium, quia maior esset qui cognitus & inspectus eum bearet. Non admittit autem ratio Deo quidquam præstantius. Ergo ex aduerso, si Dij minores habent supremum, quia necesse est, ad vnum caput venire, quod & ipse Philosophus fatetur, in eo cognoscendo sunt beati. Hunc ergo contemplantes, propius adesse, intuentes eum necesse est. Quod si verum est, assistentes nõ erunt motores orbium cælestium, sed aliud Deorum genus: Illi scilicet, quos in libris de Cælo dixit extra cæli motus viuere beatos. Hæc est autem eorum beatitudo, quod contemplantur. Ratio autem docet, eos vnum primum contemplari, qui sit etiam sibi causa felicitatis. Ex his igitur, vt omnes rationes ad epilogum reuocem, efficitur, vt hæc parte sapientissimè sit Aristoteles locutus, proponens similem nostræ, quam suggerebat ei ratio, philosophiam. Est hic clara primi Dei confessio, cuius contemplatio felicitat Deos contemplantes, coramque assistentes: Hos orbium cælestium motores non esse. Cùmque hic de cælesti motu, & animatione orbium nihil loquatur, constat eum non semper in eo sensu fuisse, esse Deos, qui moueant orbis. Est demum contemplatio Deorum ipsum Nectar. Nam contemplatio & εὐδαιμονία, id est, felicitas sunt idem. Nectar est pabulum Deorum: Dij non bibunt, non comedunt, nõ negotiantur, sed speculantur tantum: Ergo Nectar est contemplatio, contemplatio beatitas. Hinc Poëtæ cecinerunt ad mensas, ab Hebe Nectaris huius plena pocula ministrari Diis. Est enim Hebe iuuentus. Perpetuò iuuenes sunt Dij, Deum æternum contemplantes. Merito Dij vocati, quia felicitas est & Diuinitas videre Deum. Vt cui datum sit venire ad conspectum illum, iam verè sit Deus beatus.

Deus, ipse sibi obiectum felicitatis.

Dij minores vt beati fiant.

Deus, ois dictus.

Deus optimus qui.

Beatitudo cælicolarum qua.

Repetitio superiorum.

Contemplatio & εὐδαιμονία idem.


Hebe quid.

Dij qui dicuntur.

De beatitudine Deorum: de vnica, simpliciue voluptate, quam Deo tribuit Aristoteles. Consensus eius cum sacris litteris, beatitudinem esse diuinam contemplationem.

CAPVT XII.

Non vna & simplex hominis natura: Deus vero semper idem.



Contemplatio, stabilis est dei voluptas.

Dij sunt deo similes quomodo.

Contemplatio, beatitudo, Nectar, voluptas, idem.

Nectar quid.

Chaldaeorum superstitione doctrina de deo sedata, Tob. 12.

Nectar quid Aristoteli.

TEM Aristoteles septimo Moralium ad Eudemum, aliisque in locis asserit, non eadem nobis esse dulcia, iucundaque, ut quod nonnunquam efficit hilaritatem, aliis generet molestiam, quoniam non vna simplexque sit natura nobis. Alioqui foret semper actio iucundissima. cum concludit, διὸ ὁ θεὸς αἰὶ μὲν καὶ ἀπὸ τοῦ χαίρει ἡδονὴν: Quamobrem Deus semper vna & simplici letatur voluptate. De quoniam Deo hoc dictum suspicemur, quem singulari appellatione Deum appellat, natura in hanc nuncupationem rapiente, tum ei tribuit vnam immobilem, aeternamque voluptatem? Certè de vnico illo singularique Deo, quem post res naturales, iuxta maiores, appellat Mentem, in Moralibus Deum, cuius ferebat sui, non alterius, esse contemplationem. Nunc eandem contemplationem dicit esse vnica, stabilemque ipsius voluptatem, beatitudinemque Diuinitatis suae, quam habuit ab aeterno, in qua nulla fuit vnquam mutatio, aut scilicet in deterius, aut melius, quippe quo nil melius. In deterius autem mutari, qui sit omnipotens, incorruptibilis, simplex, vnaque natura, non potest. Hæc mirabilis, diuinaque confessio, in vnum duntaxat spectat altissimum, naturalem, vniuersalemque Deum: Quod & appellatio designat, & quod simplicem, vnamque tribuit ei voluptatem, ex vna, simpliciue natura nascentem. Quæ si minoribus item Diis adest, eatenus aderit, quo sunt illi primo similes: ut quemadmodum non natura, sed affinitate & assimilatione sunt Dij, sic vna simplexque voluptas eis ex illo primo. Nam quoniam hæc voluptas est contemplatio, Dij autem contemplantur, contemplantes sunt beati: ratio autem docebat eos contemplari maximum, qui sibi quoque se contemplanti sit causa felicitatis: efficitur necessariò, ut simplex illa, vnaque voluptas sit illius primi, cuius intuitus, & ex intuitu voluptas, in ipsum, & in minores Deos redundat. Vna est ergo, simplexque Dei, Deorumque voluptas ac delectatio, contemplatio maximi Dei: quæ quidem ideo simplex est, & vna, quia Deus est simplex, scilicet maximus ille. Ob id de solo Deo, cui soli vera Philosophia dat simplicem, singularemque naturam, hæc prædicatio præcipue vera est. Non est item Diis ipsis ab hac voluptate digressus, qui facti sunt immortales & immutabiles ab illo primo. Colligentes igitur Aristotelis hinc inde dicta, deprehendemus vnum idemque esse, quatuor hæc, Contemplationem, Beatitudinem, Nectar, Voluptatem. Nam superius probauerat, Deos, quos communi consensu fateamur beatos, cum nihil eos aliud agere fas sit, quam contemplari, necessariò semper speculari. Ecce beatitudo, ecce speculatio. Iam dixerat Nectar esse suauitatem, vulgaribus incognitam suauitatem, non vini, ut illi crederent, qua Dij fruuntur bibentes. Cum autem probauerit eos nihil aliud agere, quam speculari (bibunt autem Nectar, Nectar non est vinum, sed est aeterna immutabilisque voluptas) Nunc autem tribuit Deo voluptatem vnica, & simplicem, & immutabilem. Ergo est illa contemplatio. Ut rationes sic coaceruentur: Deorum est beatitudo: Dij nihil agunt, nec eos agere par est: intelligunt autem: Sola igitur superest speculatio, quæ sit eadem beatitudo. Bibunt Dij Nectar: Deos dictum est solum speculari: Nectar bibere, est speculari: hoc autem, esse beatum. Deus item capit immutabilem voluptatem: ergo voluptas est Nectar, Nectar speculatio, speculatio beatitudo. Ex his igitur efficitur, ut sint verissima in veteri Philosophia tradita, non postea ex superstitione Chaldaeorum, & Aegyptiorum inuenta, à Philosophis quibusdam approbata. Tradiderat prisca Philosophia, quod dixit Angelus Raphaël Tobiae: Videbar quidem vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Is potus est Nectar, quod potant Dij, maximo Deo, ut idem Angelus est confessus, assistentes. Hunc potum inuisibilem dixit Angelus. Aristoteles autem vulgare, ait credere, Deos bibere vinum, quod nesciunt Nectar. Hoc Nectar, hunc potum inuisibilem, & panem, vel Ambrosiam, prisca Philosophia prodidit Deos in celo edere, & bibere. Aristoteles ut Philosophus perpendit, quis is sit cibus, & potus inuisibilis. Est, inquit, contemplatio Dei,

D

E

F

A Dei, ipsummet primum efficiens beatum, eoque habet simplicem, vnica, aeternam, immutabilem, de cognitione & aspectu naturæ suæ, felicitatè. Eadem cognita ab astantibus Diis, efficit eos gaudii ineffabilibus lætos. Hæc voluptas & lætitia tanto maior & vberior est in Deo, quanto magis ipsum cognoscit. Et quoniam nemo est, qui quoniam est infinitus, possit cum perfectè noscere, solus ipse perfectè, infinitèque de seipso beatus. Cæteri quoad capax eorum natura est. Hæc omnia sequuntur ex dictis Aristotelis. Hucque ei deueniendum fuisset, si rationes nequere & perfequi totam rem voluisset. Hoc vetus philosophia confessa. Astrorum autem Diuinitas Chaldaeorum & Aegyptiorum fuit superstitio.

Aristotelem summum Deum affirmare cum Homero Patrem esse Deorum, hominumque: eiusdem esse generis cum illis. Hinc creationem Deorum, & solum Primum aeternum demonstrari.

CAPVT XIII.



VAS in Aristotele & Platone Mentis de Diis ac summo Deo fuisse, aut non quidem duas, sed vnam tantum, respicientem, ab erroreque euigilantem, quem prius natura pulsans semper conscientiam, ab erroreque ad veritatem reuocans, ferre non posset, qui mentem ad scripta eorum legenda sagacem, æquam, prudentem attulerit, agnosceret. Accipimus autem, quæ mens euigilans, naturæque stimulis & rationis exagitata profudit. Quid enim illud item est, quod in primo Politicorum dicit: Filiorum autem dominatus, regius est. Nam quod genuit & secundum charitatem, & secundum dignitatem imperans est. Quæ species est regij principatus, διὸ καλεῖται ὁ μῦθος τὸν βασιλέα. πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε, τοῖ βασιλεῖα τῶν ἀπάντων. φύσις γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρει μὴ δὲ τῶ γένει δὲ ἐνεσι τοῦ αὐτοῦ, ὅτι πᾶσι τὸ ἀριστότερον καὶ τὸ βέλτερον, καὶ ὁ γενήσας καὶ τὸ τέκνον. Videlicet, Quocirca bene Homerus Iouem appellauit, cum dixit, Pater hominum, atque Deorum, Regem istorum omnium. Natura enim vel ingenio Regem differre quidem oportet, genere autem eundem esse. Quod habet antiquius erga recentius, & genitor erga filium. Hæc Aristoteles dicens, & quæ locutus esset Homerus collaudans, approbansque, nonne declarat sibi quæ mens inesset, probatque omnia antedicta: Appellat autem Homerus Iouem Patrem hominum, atque Deorum, qui sit idem Rex eorum. Eò igitur spectat dictum Aristotelis, Iouem patrem hominum, atque Deorum, qui sit idem Rex eorum. Eò igitur spectat dictum Aristotelis, Iouem patrem hominum, atque Deorum, iure etiam Regem esse, quoniam pater erga filios regiam gerat excellentiam: Regem oportere eiusdem generis esse, licet ingenio & prudentia differentem. Bene igitur Homerus Iouem, qui sit idem Rex Deorum hominumque dixit eorum esse Patrem. Aut bene qui sit pater hominumque Deumque, Regem etiam eorum appellare. Quoniam pater erga prolem, regiam obtinet potentiam, quia & natura idem cum filiis, & antiquior, ac venerabilior. Pater igitur Deorum & hominum, est eorum meritò Rex appellatus. Et meritò dictus Pater eorum, qui & Rex sit. Quod si Homerus bene est locutus, & si verum est Patrem, Regem eorum esse, quos genuisset: aut Patrem eorum quibus imperet: certè colligitur Iouem, qui Gracè duo habet nomina, ut Aristoteles ipse dicebat in Compendio, ζεὺς διὸς, quæ copulata designant eum, per quem vita est, genuisse Deos & homines. Est autem generare apud Philosophos, creare, facere, ut Plato gignit tempus, aliæque exempli innumera. Genuisse inquam autoremque fuisse Deorum & hominum: & quia genuit non solum esse genitis antiquiorem, sed etiam excellentiorem, & Regem: Deinde eiusdem esse generis genitorum, ac genitos. Ergo est, quod dixit idem in Moralibus, Mentem esse Deo συγγενῆσαι. Plato in legibus, οἰκιστάτων: Moses, ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum. Ex eodem genere sunt Pater & Filij, Deus & Dij, hominesque scilicet affinitas est cognatio, Aequalesque sunt homines Diis in cognatione: quoniam Pater idem vtrisque pariter satis, & simul sub filiorum nuncupatione cum Diis adscriptis. Ipse Deus omnium Imperator, inquit, est. Antecedit autem tempore & dignitate paternam retinens autoritatem. Ex his igitur omnibus hæc sequuntur, bene, teste Aristotele, Iouem esse Regem Deorum,

Responit Aristoteles.

Genitor, charitate & dignitate imperans est.

Rex differit ingenio, genere idem est.

Iupiter cui pater hominum & Deorum, idemque rex.

Zeus dios quid. Generare quid Philosophis.

Homines Diis aequales, quomodo. Deus Imperator.

Jupiter, nome sempiterni Dei. Antiquus. Postiquus.

qui Pater sit: aut bene Patrem appellatum, qui idem Rex sit, ut siue propter imperium nomen Patris sit sortitus, siue propter generationem nomen Regis, utrunque sit verum. Sequiturque Iouem, apud antiquissimos Græcos, & Latinos fuisse nomen sempiterni Dei sapius ostensum, Patrem, & Regem esse Deorum & hominum, præcedentem eos antiquitate, id est, anterioritate, ut fingam nomen æquipollens. Est enim Antiquus, ab ante, sicut à post, Postiquus, præcedens item regia autoritate. Sequiturque ditorum superioribus libris confirmatio, etiam Aristotele suffragium ferente. Est enim Deus Pater & Rex, non hominum tantum, sed etiam Deorum. Si Pater, utique autoritate, & tempore: cui paternitas dat regium principatum. Si Deorum & hominum, non solum humani generis, & generis diuini sator & creator, sed etiam eodem modo, eodem tempore ipse antiquus, & æternus. Ut homines ab illo geniti aliquando, sic Dij. Itaque apparet Aristotelem nunc sentire, quod dixerat in Compendio, cum dixit Iouem esse nomen summi Dei, hunc autem esse supremum, altissimum, regentem omnia. Ibique de Diis nihil, sed de rebus naturalibus tantum: hic apertius de diis. Apparet eum confirmare, quæ dixit in libris de Cælo, de Diis extra cæli motiones viuientibus. Item cum nec primum, nec alios minores Deos orbibus affigere. Item Diuinitatis cum statuere ordinem, quem & natura, & ratio, reuelataque desuper Theologia docet. Sicque etiam nusquam illæ planetarum Intelligentiæ, sed Dij, quos creauit Deus æternus. Æternus autem, non illi, quia Pater ille. Nam super æternitate paribus nulla paternitas, nullum imperium. Hæc ex Homeri, & Aristotelis, qui dicta probat eius, testimonio irrefragabiliter sequuntur.

Deum ab Aristotele, veluti generis humani Regem declarari, omni genere sapientia maiorem, cui libenter omnes obtemperare oporteat.

CAPVT XIII.



Princeps ciuitatis, tanquam Deus aliquis.

Deus hominibus præfectus, ut superior et melior.

Deus, natura, vix re-ctrix.

Vis item erit de sapientibus, qui non consideret, admireturque illud, quod Aristoteles item tertio Politicorum prudens & sciens de singulari Deo est iocutus: Nam cum de Republica, ciuibusque quæreret, an quem virtute præstantem cæteris perspicuum esset, præferri reliquis ciuibus oporteret: an æqualem locum, atque cæteros obtinere: respondet huiusmodi viros iniquè laturus, se ad æquales condiciones redigi, qui virtute & scientia Reipublicæ inæquales sint: ὡς ἄν τις θεὸν ἐν ἀνθρώποις, εἰς τὸ εἶναι τοῖς τοῖς: Huiusmodi enim virum, si quis sit, verisimile est esse tanquam Deum in hominibus. Quod quidem duobus potest sensibus intelligi: Aut talem virum, virtute præcellentem, fore inter cæteros, ut inter homines Deus: aut eum futurum veluti Deum cæterorum. Quocumque sensu concipiatur, primum singularis Dei clara nuncupatio: Exin munus eius præcellentiaque ante omnes mortales. Talem, inquit, existimandum est hominem sapientem, cæterisque longè eminentem, reique publicæ gubernandæ prudentem, esse, qualis inter homines Deus. Deus igitur qui præfertur hominibus, qui prudentiæ dicitur possessione nobilissimus, quis est alius, nisi Deus vniuersalis, gubernator humanæ Reipublicæ, ac moderator, cuius virtus, & scientia, cæteros antestat vniuersos, quos longo interuallo dicitur superare. Quæ esset autem eius cum homine prudente comparatio, si non prospiceret, si scientia reipublicæ moderandæ careret, si procul à gubernaculis mundanæ nauiculæ federet? Videbat igitur quodam mentis acumine, & superiorum sæculorum Theologia duce, singularem quendam Deum, qui perinde esset eminent, & omnes gubernans: ut (si parua licet componere magnis) videmus interdum quosdam mortales alios ingenio, dexteritate, prudentiaque antecellerè. Hunc in natura esse confessus est, longe humanam prudentiam præcedentè. Quod si sentis, talem virum esse veluti cæterorum hominum Deum, id item eò spectat, ut comparatio cernat cognationem gubernandi, reique publicæ moderandæ communicationem. Quomodo enim est ut cæterorum Deus, nisi sentias Deum, Naturam, vimque rectoricem, gubernatricemque & quasi regiam, sic hominibus omnibus antecellentem, sicut omnibus ille suis ciuibus: Ut sit totus mundus quædam respublica, ciues eius omne hominum genus, præstans omnibus ciuibus suis, cui dissimiles, atque cæteris honores propter infinitam prudentiam, virtutemque debeantur, Deus. Ideoque paulò post adiecit Aristoteles,

A Aristoteles, non debere grauari cæteros, si quem sapientiore agnouerint, eum sibi præficere, eique veluti Regi parere: λέπεται τοῖν ἀσφ εἶνα περιλάνα, πείθεσθαι τῷ τοῖς πᾶσι πάντως ἀσμένως, ὡς βασιλέως εἶναι τῶ τοῖς πάντες εἰδύς, ἐν ταῖς πόλεσι. Superest igitur, quod videtur natura comparatum, parendum esse huic ab omnibus libenter, ut hi Reges sint perpetui in vrbibus. Eiusmodi Deum in hominibus decernit esse, qualis Rex in hominibus, decernit iudicatque Deum esse Regem, huic esse parendum, quia sic natura sit comparatum, ut melioribus pareatur, honos deferatur, eorum consiliis stetur. Nulla autem esset inter homines & Deos comparatio, si cælestes tantum verteret orbés Deus, humanarum rerum, maioris, quam naturales, ponderis, gubernaculis aut spretis, aut ea capere non potens. Nam qui moles cælestes indefatigabiliter, & æternis motibus cient, ideo cum humana prudentia comparari non debent, aut quasi Reges nuncupari, quia nec habent rerum humanarum prouidentiam, naturaliter facientes quod faciunt, nec cognationem, affinitatemque. Dixit igitur, quam suadebat instinctus, confirmataque omnium mortalium consensu sententia de Deo: Qui rex humani generis sit, prudentissimus, æquissimusque rector, habitans nobiscum, similis atque nos naturæ, si rationem, prudentiam, consilium benefaciendique cupiditatem respicias, eminent inter nos omni genere sapientia, quem nos appellare Regem conueniat, si naturæ veros instinctus, si rationem, & quod ipse dixit εὐκείας, verisimilitudinem, deorum sequi velimus.

Deo parendum, natura docente.

Sententia de deo.

B Mentem, quam exterius venire scribit Aristoteles, non nisi ab uno singulari Deo venire posse. Quem Theophrastus eius discipulus confessus est omnium rerum originem.

CAPVT XV.



NEO quoque latitat admiranda suspiciendaque vnus Dei, Patris Vniuersitatis, autorisque apud Aristotelem confessio. Quam duobus verbis expressisset, si voluisset: sed cæteri expresserunt, explicato eo, quod ipse propter obscuritatem, reticuisse. Nam in libris de Generatione animalium, cum cæteras omnes animas à corporeis elementis esse, nascique cum corporibus, atque immori statuisset, quia cum ex materia cooriantur, non possint sine corpore consistere, sicut nec ambulatio sine pedibus fieri, nec per seipsas possint ingredi in corpora, veluti inseparabiles, esse enim semen ventris excrementum, concludit: λέπεται δὲ τὸν ἕν μόνον θεὸν εἶναι ἐπεὶ στέναι, καὶ θεὸν εἶναι μόνον: Superest, solam mentem exterius aduenire, solamque diuinam esse. Hic igitur latitat vnus Diuinitatis, quam superius Orpheus & Pythagoras, Archytas, cæteri que omnes exclamauerant, aperta, claraque confessio. Nam si ingreditur extrinsecus anima, cum elementis, corporibusque non habens commercium, præter elementum, mundumque corporeum non est nisi natura diuina, ab hac sola certè poterit animus aduenire. Si quis enim Aristotelem rogasset: Dicis exterius animam venire, à quibus locis? neque enim ab aliqua corporei mundi parte. Igitur à Deo solum. Atque Aristotelem sensisse clarum est, quale dixit Marcus Tullius grauissimus orator & Philosophus. Neque inuenietur, inquit, vnquam, vnde venire possint, nisi à Deo. Et quale apertè Moses, hominem terrenum, luteumque hominis figmentum, exterius animatum à Deo, exterius à Deo animum infusum, & datum. Et quod dixit Lactantius proferens dicta Ciceronis: Marcus autem dixerat quæ prior Aristoteles. Qui si latius explicare ipsimet dicta sua voluissent, eò tandem deueniendum eis fuisset, quod Lactantius resoluta ratione tota peruenit. Sed & Marcus quidem expressè confessus est: Animal, inquit, hoc prouidum, sagax, quem hominem appellamus, præclara quadam conditione à supremo Deo generatum. Igitur non aliud loquitur Aristoteles tacendo, quam quod cæteri exprimendo, Moses, & Marcus, & Lactantius. Sed maximè quod Pythagoras, qui Deum vocans ψύχασιν, Animationem, ut superius vidimus, vitalem sensum cunctis animalibus eum tribuere confessus est. Et idem Marcus asseruit, Pythagoram censere Deum esse animum per omnes mundi partes intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur. Ab isto igitur Deo necessariò confessus est Aristoteles, qui fatetur exterius accedere mentem, animum nostrum infusum. Ideoque eum appellat, θεὸν, diuinum, id est, à Deo creatum.

Lib. 2. cap. 3.

Sola mēs exterius adueniens, et sola diuina.

1. Tu scul. Gene. 2.

De Opif. Dei 19. cap.

1. Legum. et Lactant. 2. cap. 12.

Lactant. lib. 7. cap. 3.



1. Theophrastus

Cum igitur declarauerint superiores omnes quod Aristoteles subticuerat, nec possit aliud dici, certè confessus est tacitè vniuersalem, naturalémque Deum, nostrorum animorum factorem. Dixitq; quod Marcus, Animorum in terris nullam originem inueniri posse: & quod prior Pythagoras, Ab vniuersali Deo animos decerpi: vt Philo, *Στασιασμα θεῶν, ἢς:* Abscissionem quandam diuinam esse mentem, quasi particulam: Et quod antiquissimus Moses, afflatus: Et quod oraculum Apollinis, *μικραδε μελεις θεῶ ἀγγελοι ἡμεῖς:* Particula quædam Dei nos Angeli: Hoc Aristoteles instinctu Diuinitatis sensit. In quo est euidentissima Dei summi, generisq; humani creatoris confessio. Elabiturque Aristoteli creati hominis cæterarumque rerum confessio. Iste quoque Deus, nec Intelligentia Solis est, nec Lunæ, vliuſque planetæ, nec motor orbis primi, sed est vniuersalis Deus, potentissimus, maximus, non tam primi motor orbis, quàm præsidens vbiq;e, superiũ mundum, depressũque gubernans. Qui igitur erat, estq; optimus, omnia vult bona. Quanta igitur est apud omnes sapientes concordia: Cum autem omnia dicat Theophrastus velle optima: illud primum, quid aut quomodo voluisset, nisi creasset: nisi fecisset, quod Moses prodidit? Quod quidem etiam idem Theophrastus eodem libro est elocutus: *θεῶς γὰρ πάντων ἀρχή, δι' ἧς ἕπανται καὶ ὄντι, καὶ διαμένει:* Diuina omnium rerum est origo, à qua vniuersa sunt & permanent. Hoc igitur omne cum de vno Deo sit Theophrastus locutus, cui tantam maiestatem tribuat, vt eum fateatur omnia excedere, fateatur inscrutabilem, eique omnium rerum tribuat principium, profectò is est, à quo venire, & dari nostros animos necesse est Aristotelem dixisse. Quia dicit Theophrastus Aristotelis discipulus, eum esse omnium rerum principium, per eum esse cuncta, & conferuari. Quòd si Aristoteles venire exterius mentem, siue intelligentiam, qui est verus homo, fatetur, profectò quoniam ab aliqua origine eam venire oportet, non nisi ab ista, cui tribuit omnium rerum autoritatem Theophrastus. Sic apparet, Solèque ipso clarius perspicitur, quid Aristoteles senserit, aut sentire coactus fuerit, præsertim cum discipulus, quem sensa præceptoris tenuisse par est, perhibeat testimonium.

Theophrastus de Deo.

*Appellari legem Deum ab Aristotele: imperium legis esse imperium Dei. Ex his sequi, vt tacitè fateatur legem hodiernam diuinam esse, cui maximè parendum sit: in his esse Dei singularis confessionem.*

CAPVT XVI.

**L**IVD item quàm mirabile, suspiciendumq; apud Aristotelem, quàm clara de summo Deo, Prouidentiaque eius confessio, eaque duobus verbis, Politicorum tertio. Nam cum leges laudaret, multaque de earum bonitate differuisset, præstare dicens leges magis imperare, quàm homines, adiecit: *ὁ μὲν ἐν τῷ νόμῳ κελύων ἀρχὴν δοκεῖ κελύων ἀρχὴν τῶν θεῶν, καὶ τὰς νόμους, ὁ δὲ ἀνθρώπων κελύων, ἀρεσπίθησι καὶ θηρίων, ἢ τὰ γὰρ ἑπιθυμῶν ποίησι, καὶ ὁ θυμὸς ἀρχονταὶ διατρέφει, καὶ τὰς ἀρίστους ἀνδρας:* Quicumque igitur

Lex Deus.

Lex, recta ratio.

Deus, lex & ordo vniuersi. 1. Legum.

legem iubet imperare Deum, & leges: quicumque iubet hominem, addit & feram, quæ est ipsa cupiditas, furor quoque principes peruertit, optimosque sæpe viros. In his Aristoteles clarissimè confitetur Deum quendam singularem, Deum simpliciter appellans. Deinde fatetur, Deum esse legem: Et quicumque velint leges, id est, rectam rationem imperare, velle imperare Deum. Esse enim Deum ipsam legem. Si igitur Deus est lex, quia quicumque vult imperium legis, vult Dei: lex autem est gubernaculum, est consilium, prouidentia, rerumque humanarum dispositio: talis certè est etiam Deus. Est Deus moderamen, est lex Vniuersi, est ordo, princeps omnium rationum. Perspicuumq; Aristotelem hic sensisse, locutumque esse, qualia à maioribus, & his ipsis Philosophis accepta locupletauit, aperuitque Marcus Tullius philosophus insignis. Qui, cum de legibus scriberet, Erat, inquit, ratio perfecta, rerum Natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto auocans, quæ non tum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tum, cum orta est. Orta autem simul est cum Mente diuina. Quamobrem lex vera, atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Iouis. Ergo vt illa diuina Mens summa lex est: item cum in homine est perfecta, est in mente sapientis. Hæc Marcus Tullius diuinè dilatans, aperiensque breue Aristotelis dictum, dicentis eandem

A eandem esse legem atque Deum, vt qui velit legem imperare, velit imperare Deum. Marcus autem clarè confessus est rationem summi Iouis esse legem illam, diuinam Mentem legem esse. Patet etiam summum Iouem apud Marcum esse, quem Aristoteles dixit *τῶν θεῶν*, ipsum Deum, dictus à veteribus Ioues, aut Iupiter, nominæ præcellenti maiestatis, æternæq; Diuinitatis suæ. Is amplissima lex, fons, origo legum omnium. Ab amplissima, vastaque lege, ratione, Mentèque diuina, nati sunt omnes ordines, natæ mentes hominum sapientum, qui similes artificis sui leges confecerunt, deducentes eas ex illa ratione ad imaginem Dei creata. Deus maxima lex hominem creauit legis inuentorem, imitantem & ipsum rationem, æquitatem, prouidentiamque suam. Lex est ipse Deus, imperiumque legis est imperium Dei: omnis ratio prouidentia, gubernandi, regendi, est similis magnæ rationi, à qua ratio, ordoque omnis est profectus. Si gubernant homines Rempubicam, si iustè agere compellunt, multo facilius gubernat Deus rempublicam suam, totum mundum, cum minor omnis ordo, minorque ratio continetur in maxima. Sparatque est per omnia æquitas diuina, cui leges, rectèque rerum gerendarum omnes rationes obsequuntur, & ad eam referuntur. Si quis igitur prudenter diiudicet, omniaque conferat, nec se à pertinacia, aut imbecillitate iudicij agi decipique sinat, videbit hic apud Aristotelem sublimem quandam, eminentissimamque Theologiam: Cognoscetque, quoniam legem esse Deum confessus est, multo magis ei confitendum fuisse, illam legem esse Deum, aut à Deo profectam, & fuisse diuinam, que & optima omnium sit, & homines maximè doceat iustè, & sapienter viuere. Illud item ei confitendum erit, vt si lege imperante, Deus imperet, eò autem optimum sit imperare leges, id est, ad præscriptum, præceptumque legis nihil non fieri in ciuitate, quia tunc Deus adsit Imperator, necessariò legi parendum esse, standumque mandatis & dictis eius. Dicta autem legis diuinissimæ, & vniuersalis, ac sapientissimæ sunt, mundum & genus humanum esse à Deo creatum, mandatis eius parendum, quoniam non in hac vita quietius, beatiusque agemus solum, sed ad meliorem vitæ conditionem peruenimus. Hæc dicit lex, hæc iubet credi, vt ad fidem actiones sequantur. Iubes autem tuò Aristoteles, & censet in ciuitate omnem legibus honorem deferendum, Deique loco eas habendas: lex autem præstans imperat, quia verum est credere creatum à Deo mundum, qua fide sublata, nec legibus honos erit, nec ipsi Deo: Sicque destruentur decreta tua, quibus omnem honorem legibus decernis. Eoque censet eas venerabiles, quia sint ipse Deus. Neque verò imperarent ipsæ, si mendaces crederentur, si fidem apud auditores non promerentur. In contrarium autem tum maximè leges imperant, cum veraces habentur, & incorrupti testes eorum, quæ decernunt. Cætera igitur quæ sequantur, luce clariora sunt. In his igitur confessionem Prouidentia, & alia multa bona, vniuersalémque Diuinitatem tacitè deprehendes.

Fons legum omnium deus.

Imperium legis est imperium Dei.

Legis diuinissima placita.

**C** Quòd Aristoteles dicens diuinissimum Reipublicæ genus Monarchiam, visus est vnum Deum singularem, qui singulariter omnem mundum gubernat, confiteri.

CAPVT XVII.



**A**RISTOTELES item diuinissimum Reipublicæ genus fatetur esse *βασιλειαν*, Regnum, Monarchiam, *πρώτην καὶ θεοτάτην*, primum, & diuinissimum. Quid autem ex his sequatur, sapientes perpendent. Si enim Monarchia est prima Reipublicæ species, ac diuinissima, efficitur vt diuinissima sit, quia similis, & concors cum imperio diuino. Diuina enim dicuntur, quæ aut sunt à Deo, aut similia Deo. Si autem singularis principatus primus est, & diuinus maximè, sanè est, quòd ei est cum diuino similitudo. Et id imperij genus in mundo maximè vigere par est, quod in Republica, & apud homines est primum & diuinissimum. Id autem est cum imperat vnus. Sic maximè Deus vnus in toto mundo debet esse. Et quoniam ideo Monarchia primum ac diuinissimum genus est Reipublicæ, quia melior & sanctior huiusmodi, certè credendum est esse in omni mundo. Aut ideo apud mortales Monarchia est diuinissima, quia diuino, ac summi Dei imperio maximè similis, habens bonitatem, ac diuinitatem ex simi-

Regni, præclarissimum genus Reipub.

Diuina quæ.

Deus vnus necessario.

Rex, imago dei vna.

litudine cum imperio diuino, quo solebant dicerent regem esse imaginem Dei viam D Hæc Aristoteles, etsi clarè, & apertè non dicit, dicenda tamen ei fuissent, si fuisset vite- rius progressus, resolutaque omni oratione ad calcem peruenisset: confessus item est in metaphysicis. Ex his autem efficitur hunc mundanæ Reipublicæ ordinem, non in solis vertendis luminibus cælestibus esse, quorum motus, ad corpoream duntaxat vitam spectat: sed in gubernandis, & naturalibus, & humanis rebus. Neque enim aliter humana Respublica similis esset diuinæ, nisi cuncta gubernacula, rationesq; amplexa prospiceret vbique, & consuleret. Si igitur est vna Monarchia in toto mundo, totum utique mundum gubernat gubernans: per solum cæli motum non gubernat, quia motus cæli solum ad corpoream vitam spectat. Super sunt alia innumerabilia, ad quæ necesse sit prouidentiam se extendere. Itaque vniuersalis rerum cunctarum gubernatio per solum cæli motum, quia particularis est sola terrena mouens, animansq; & augens corpora, causis particularibus cuiusque rei comitibus fieri non potest. Cæli motus est particularis: gubernatio Dei quia maxima, & prima Reipublicæ regendæ ratio, & quia similis est ei humana, vniuersalis: non igitur qui mundum gubernat, tantum cælestes orbis concitat. Nam si quis Rex in aula regia prospiceret tantum, unde annona adueheretur, quibus ex locis carnes, piscesq; & vectes importarentur, cætera, quæ vis humanæ societatis respiciunt, non curaret, verus Imperator, aut Rex non esset, Tota ratione iuris & æquitatis, quæ maxima rerum pars est, neglecta, aut eo capere non valente. Sed ut fieri non potest, cuius iussu sit earum rerum importatio, quin habeat potestatem iuris & æquitatis moderandæ, E moderandorum morum, castigandorum scelerum, virtutum prouehendarum: sic fieri non potest, qui mouet orbis cælestes constantissimis & indefatigabilibus motibus, quin hominum facta respiciat, ac moderetur, omnemq; gubernandæ prouinciæ moderationem amplectatur. Sed hæc quidem nobis clarissima, non ideo disputantur, ut fiant clariora, sed quia & super his loqui, ac meditari pulcherrimum est: & veris rationibus deducuntur ex Aristotele, cui, positus illis, necessariò sunt & hæc confitenda, quæ naturaliter sequuntur ex illis.

Vna in toto mundo monarchia.

Rex minoribus negotiis duntaxat, non vere habendus Rex. Vera Regis officia eaque optima.

Aristotelem pietatem collaudare, vtilemque esse fateri. Ex his deduci, ut pietatem, quæ verè Deum colit, creatorem mundi credit & fatetur, collaudarit.

CAPVT XVIII.



LVD item, cui prudentia, iudiciumq; inesset, & qui statuisset exactè cuncta ponderare, & perpendere quæ apud magnos viros reperiuntur Aristotelem præcipue, quem vera de Deo sententia caruisse contendunt, perspiciet, vigilantèrque considerabit: Resolutaque tota sententia, cernet, quò necesse sit deuenire ei, qui primum aliquid statuisset. Nam Politicorum quinto, cum de Imperatore aut Rege ageretur, quibus moribus in republica moderanda eum esse oporteret, numeratisq; nonnullis aliis, adiecit: ἐπὶ δὲ τὰ περὶ τῶν θεῶν φάμεθα αἰεὶ ἀπεδίδομεν διαφερόντως. ἡσίωντες γὰρ φοβέμεθα τὸ παθεῖν τι ἀθέμιον ὑπὸ τῶν ποσειδῶν, εἴη δὲσι δαίμονα νομίζουσιν εἶναι τὸν ἀρχόντα, καὶ φροντίζου τῶν θεῶν, καὶ ὑπεκλίμενοι ἡσίων, ὡς συμμάχους ἔχοντι καὶ τῶν θεῶν: Insuper, inquit, præstat eum videri semper & præcipue studere ea quæ pertinent ad Deos. Minus enim timent aliquid subire, & perpeti præter legem ab eis, si putauerunt principem esse religioni deditum, & curare Deos. Minusque ei molientur insidias, quippe Deos habenti adiutores. Ex his igitur quid consequatur videbunt sapientes, Laudat, probatque videri, nosci, intelligi Imperatorem colere Deos immortales, quòd hæc publica cognitio multa commoda pariet populo. Nam si quid illatum fuerit à Principe supplicij, præterquam quod à lege fuerit proscriptum, magis verebuntur, arbitrantes Dei consilio eum egisse, castigassèque sceleratos nutu diuinò: & minus ei insidias intendent, quem Deos habere custodes & præsidès arbitrabuntur. Si bonum est igitur videri, melius est esse. Quidquid enim apparentia vtile, multo magis essentia. Ut si vtile est, & fructuosum hostibus videri fortem, & inexpugnabilem, longè præstat talem esse. Et si conducit aliquem videri probum, virtutisq; colentem, quia diligetur, honores consequetur, cæterisque bonis locupletabitur, multo magis hæc ipsa consequetur, verè probus. Similiter igitur

Princeps religioni addictus, est in tuto.

Decreta puni- tio à lege, tū- uam à Deo.

A igitur si ficta vel apparens pietas est vtilis principibus & omni populo, multo magis vera, & solida. Argumentum ab apparentibus ad vera. Deinde à contrariis: Si pietas apparens est vtilis, multo melior & vtilior vera. Impietas igitur primo apparens noxia, solida verò pestilentissima. Ad hæc, Omnia, quæ profunt apparentèr, aut verè, non solum apparentes causas bonitatis habent, sed etiam solidas. Igitur pietas quoniam vel apparenter vel verè prodest, semper solidas habet causas bonitatis. Pietas autem cum sit, ut Mercurius Trismegistus ait, cognitio Dei: qui possidere eam velit, Deum noscat necesse est, prodest autem omni genere vtilitatis pietas: proderit igitur nosse Deum. Cognitio autem Dei, & pietas non consistit, nisi putes & credas eum creasse homines, & regere. Non potest igitur Princeps videri colere Deum, nisi credat eum vniuersa condidisse, & prospicere. Est autem vtile videri & esse pium: vtile igitur erit credere Deum omnia condidisse & regere. In contrarium, Ut noxium erit, & pestilens, neque esse, neque videri pium, sic neque Deum noscere. Quoniam autem quæ non apparentia solum, sed multo magis essentia bona & salutaria, sunt maximè naturalia, & vera, quia bonum, & ens conuertuntur, & ipse Aristoteles ait, ἐστὶν δὲ τῶν ἀφύστων καλόν, Nulla res præter naturam est bona. Ergo Deum nosse, & colere & maximè naturale. In contrarium, maximè non naturale, eum ignorare, & non colere. O Aristoteles igitur vide & considera. Si enim præstat Principes videri pietatis studiosos, videri autem non possent, nisi præ se ferrent credere Deum super hominibus habere potestatem: Ideo enim populi timebunt, quia putabunt Deum cultori suo fauentem esse, & hoc bonum est: habere autem potestatem non posset, nisi creasset: cui etiam est adiunctum, quia nisi creasset, non faueret, & prospiceret: neque enim rei non suæ prospiceret. melior est igitur & vtilior, eoque verior, & naturalior Philosophia, quæ putat Deum creasse genus humanum & regere, quàm quæ negat. Contra igitur Philosophiam tuam nunc apertè pronuntiaſti, si negas, ut perhibent, mundum, & genus humanum conditum: cum quo est adiunctum, nulla erga genus hominum Deum affici charitate. Quam opinionem tu dicis esse pestilentem, quia contrariâ eius, dicis Principi & populo vtilem. Quæ autem sunt noxia, & pestilentia, sunt minus naturalia, sunt deprauata etiam tuo testimonio, eoque vitia Græcè dicitur κακία, nocentia, labefactantia. Vitanda, quia noxia. Noxia, quia non naturalia. Quidquid enim corrumpit, tollit esse, & nasci. Impietas tollit bonum, & vtile. Tollit igitur naturam, tollit ipsum esse, tollit bene esse. Minimè igitur naturalis. Si non naturalis, non vera: quia verum, & esse, sunt eadem. Credere autem Deum non creasse mundum, humanumque genus, perficit ut neque credatur hominibus prospicere, neque super eis habere potestatem. Hoc autem impietas, inutilis impietas, imò noxia, quia pietas vtilis: execranda ergo & fugienda, tanquam inutilis & pestilens Philosophia tollens pietatem, ingerens impietatem. Hoc tu dicis, hoc tu apertè testaris. Nascuntur enim altera ex alteris. Ergo aut obliuiosus es, nec vidisti quid tandem ex dictis tuis deduci posset, aut animo diuerso sæpe fuisti. Recordare etiam quæ in libris de cælo dixisti, δὲ δὲ ἔχουσιν λέγειν ποιῆτον εἶναι, ὃ φύσει βέβηται εἶναι καὶ ὑπάρχει, ἀλλὰ μὴ δὲ βιά, καὶ ἀφύστων. Oportere vnumquenque id dicere, quod è natura velit esse, non quod præter naturam, & violenter est. Illud item perpendendum est, & deducendum, Si non decipit homo iustus, multo minus Deus. Iustus credenti sibi, fidemque imploranti suam, aut in se speranti, non deerit. Multominus igitur Deus fallere non poterit eum, qui se colat, & populorum fidem, vniuersalèrque omnium hominum consensum deludere, qui credunt Principes Deum colentes Deo esse curæ. Et id etiam Aristoteles superius est confessus. Laudauit igitur Aristoteles religionem, eamque principes dixit colere oportere, vtilèrque esse. Et quod dixit præstare eum τὸ δοκεῖν, videri, apparere, designat cerni, cognosci, intelligi, sentiri, ut denotent religionem perspicuam, exploratam, quàm populus cernat, habeatq; perceptam, cuius exemplo fiat Princeps venerabilior. Hoc enim est, quod superius dicebat, Deos curare res humanas.

Pietas apparens si vtilis est, certè vtilior ea quæ vera est.

Pietas quid. Vera pietas.

Vtilior Philosophia quæ deum astruit, quæ quæ negat.

Noxia aut vtilitanda.

Noxia impietas.

De singularis Dei beatitudine, quam Aristoteles vidit, vereq; definiuit. Quòd omnes Ordines mundanos confessus est à Deo factos, dicens ab eo contineri naturam: & quòd is est Verbum Dei, ex Philone.

CAPVT XIX.



**Q**UAM diuina quoque, quam suspicienda, manifestaue singularis & vnus Dei duobus locis, Aristotelis confessio, qua nihil à nostra Theologia clarius, ac melius expectes, octauo Politicorum confirmans ea, quæ de Mente in libris post res naturales fuerat locutus, vt seipsam cogitet, contempleturq; : quæ retulit quoque in Moralibus, vocans ibi Deum, quem Mentem in libris illis. In octauo Politicorum hæc sui similis dicit: *ὅτι μὲν ἐν ἐσχάτῳ τῆς εὐδαιμονίας ἑπιβάλλει ποσὸν, ὅσον αὐτῷ ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως, καὶ τῶν ἀρετῶν καὶ πλείους ἔστω σιωπολογημάτων ἡμῖν, μάρτυρα τῶν θεῶν χειρῶν, ὅς εὐδαιμονίᾳ μὲν ἔστι, καὶ μακρότερος, δὲ ἔδεν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν ἀλλὰ δὲ αὐτὸν αὐτὸς, καὶ τῶν ποῖος τις ἔναι τῶν φύσιν.* Quod igitur tantum cuique felicitatis adsit, quantum virtutis, & prudentiæ, & quantum secundum has virtutes agat, sit nobis in confesso, vtentibus teste ipso Deo, qui felix est, & beatus, non ob vllum exterius bonū, sed per ipsum ipsemet, & quia talis est natura. Quantum hic eminentissimæ, profundissimæq; Theologiæ? Primum dicitur hoc de summo, & vno, ac singulari Deo, quem verò naturæ instinctu, Deum simpliciter vocat: non cōuenit vlli cælesti Intelligentiæ, quarum nulla est beata per seipsam, sed per ipsum illum, qui sibi quoque est beatus. Huic ergo tribuit magnam infinitamq; beatitudinem, cui comes it omnium corona bonorū. Id enim est beatus per se. Audias quæ post eloquitur, similima prorsus his, quæ sensit, & scripsit, in Compendio. Nam cum ordinem, legemq; in moderatione, non excessu consistere probaret, dixit, *ὁ δὲ λίαν ὑπερβάλλον ἀεὶ γὰρ ἐδιδύματο μέγιστον πλείους, θέας γὰρ δὴ τὸ το διωάμεως ἔργον, ἥτις καὶ τὸ δὲ σωὲ καὶ τὸ πᾶν.* Numerus, qui nimium excedit, non potest ordinis esse particeps. Is enim fuit diuinæ potestatis inuentum, quæ continet hoc Vniuersum. Duo admiranda, Numerum, quemadmodum Plato in Epinomide, esse diuinū opus, opus Dei, rem diuinam, rem repertam à Deo. Appellans numerum ordinem, concentū, harmoniam rerum, quæ tota in numero est & proportione, omnē hunc ordinem, hanc harmoniam, rerumq; mirabiles situs ac concentus fatetur esse diuinæ potestatis opus. Et quid aliud ei numerus, quàm quod Moses in creatione mundi, lux, cælū, maria, terræ, herbe, animalia? Deinde non inuenisse solum hunc ipsum ordinem dicit, sed conferuare, continere Vniuersum ordinibus, legibusq; numerosis à se repertis. Si Deus igitur continet Vniuersum, primum hunc esse singularem quendam Deum, qualem ipse videtur describere, cui referat ordines, & situs omnes acceptos, oportet. Tum si continet Vniuersum, si numerus est opus eius, testatur id infinita eius potestatem. Qui enim potest continere totum mundum, quoniam in mundo est, quidquid potest esse, necessariò potestate sempiterna præditus est. Nihil enim deest mundo, quod natura capere potuerit. Si qua igitur est potentia, quæ continet, sustinetq; Vniuersum, eam infinita esse necesse est: quia sustinet quidquid esse potest: vt si hæc continet, possit etiam alia, si darentur. Verisimile enim est, si tribuas Deo cunctarum rerum sustentiam, in quo maxima potestas cernitur, nefasq; ducis alterius quàm Dei, hanc esse potestatem, Deum, si adessent plura, cōtinere posse. Eadem enim ratio faceret vt ad ea sese Deus extenderet, qua faciliè cōtinet hæc ipsa, quæ nunc sunt in mundo. Quoniam quæ ea faciliè, & sine defatigatione continet, claret quòd multo plura continere posset. Nam qui facit aliquid sine labore, faceret etiam plura. Itaque efficitur, quod ipse dixit in Compendio, virtutem diuinam esse indefatigabilem. Deinde si tantæ potestatis est, vt efficiat numerum, continet Vniuersum, facilius potuit ipsum creare. Imò nisi creasset, continere non posset, quia mundus non subiiceretur ei, nec pareret, vt res æterna, vt nullum habens ab ea principium. Qui continet ergo, moderatur rerum concentus, efficit & ordinem, oportuit eum res ita moderasse, vt imperiis eius obtemperarent. Si conuincitur autem potestas eius immensa, quoniam sustinet Vniuersum, quo neque est, neque potest esse maius, arguitq; id potestatem infinitam, certè potuit & creasse, & creandi quoque habuisse potestatem: Quomodo enim cælos mouisset, nisi potestatem creandorum habuisset? Nisi ad motum corpora ipsa aptasset? Ad hæc, qui facit, creatque numerum, cur non semel creauit? Si perpetua quædam huiusmodi creatio est, cur adimis ei non aliquando potuisse? Quandoquidē hoc aut e quale, aut maius illo. Non minor est virtus, quàm querere, parta tueri. Illa quoque euidentissima consecutio, Si diuina potestas continet regitque Vniuersum: in hoc Vniuerso sunt res humanæ. Nam Vniuersum constat è rebus naturalibus & humanis. Est autem significatus continendi, quod amplectitur vnde quaque, & sustinet, astringit, alligat, regit. Quo declaratur potestatem diuinam, vniuersum amplecti mundum,

Deum vnum hic nominat Arist.

Harmoniæ rerum, tota in numero & proportione.

Numerus testatur infinitam Dei potestatem.

Virtus diuina, infatigabilis.

Ouid. 2. de arte. Vniuersum quibus constat.

**A** mundum, sustinere, conferuare, sicut dicebat in Compendio. Qui hoc facit, etiam res humanas in omni mundo meliores contineat necesse est. Igitur & has sic continebit, & reget, vt dirigat, dispenset, quod est officij & potestatis suæ. Quod si cas non cōtinet, non continet vniuersum. Aut etiam non potest, aut non vult, vtrunque absurdissimū. Probatur autem hoc testimonio, librum illum, aut sententias illas in libro de Mundo, esse eius: quia similia hic, atque illic de potestate Dei, qua contineantur omnia, loquitur. In eo autem libro prædicat Deum gubernare res humanas: in Moralibus, præcipuè bonos. Si conferas igitur omnia, videbis ei veritatem confessionem sui luculenter extorsisse. Post hæc omnia sequitur, quoniam Philo Iudæus, omnesq; quos antea vocauimus testes, Verbum Dei dixere concorditer, id est, creatricem illam Mentem, cuncta continere, necessariò & istum tacitè Aristotelem innuere. Audi igitur Philonem, similia in libro de Mundo atque hic Aristoteles de Prouidentia, & rerum continentia requirentem, quid dixerit tandem continere hunc mundum: *ταῖς δυσωπίας ἐν ἐπίσῃ Σποδιδράσκη βέλαιο τοῖς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι λεγέτω μετὰ παρήσιας, ὅτι ἔδεν τῶν ἐν ὕλας κραταῖον ἔπος, ὡς πῶν κόσμον ἀχθοφορεῖν ἰχύουσι. λόγος δὲ ὁ αἰδιος θεῶν αἰωνίῃ τὸ ὑψιτάτων, καὶ βέλαια τῶν:* Quicumque igitur, inquit, dicat, nullam rem corpoream adeò robustam esse, vt possit sustinere mundum. Verbum autem sempiternum Dei æterni, firmissimam, ac stabilissimā sustentationem esse. Quod à mediis ad extrema, & ab extremis ad media pertinēs, & stipans deducit inuictum Naturæ cursum. Vinculum enim indissolubile Vniuersi, qui genuit ipsum Pater fecit. Iure igitur neque omnis terra alluctur ab aquis, quæ sinibus eius continetur, neque ab aëre extinguetur ignis, neque vicissim ab igne inflammabitur aër, Verbo diuino sese medium interponente. Hæc Philo. Dixi autem alibi, locum esse mendosum in impressis codicibus, vt legendum sit non νόμος, sed λόγος. Quid igitur diuinius his, & mirabilius, & pro quibus magis Deo gratias habere debeamus? Aristoteles censet diuinam potestatem continere Vniuersum. Philo declarat hanc potestatem diuinum Verbum, vinculum, & sustentaculum Vniuersi. Et Paulus similiter diuinè, & cum his omnibus maximè consonè, Portans omnia Verbo virtutis suæ. Paulus, & Philo Verbum: Aristoteles, & Paulus *δύναμιν*, Virtus. Est ipse quoque Potestas, ac Virtus Dei.

Verbum Dei, sustentatio mundi.

Diuina potestate continetur vniuersum, Aristoteli. Heb. 1.

Aristotelem fateri Deum masculum & fœminam creasse ad generis humani perennitatem, cum Mose mirifice consentientem.

C A P V T XX.



**C**OLLECTIS igitur hinc inde multis, conflabitur ex Aristotele mirabile, pulcherrimumq; Theologiæ corpus: quam cum Deus postea præsens ipse docuisset, prius per oracula reuelabat: docebat item & suggerbat Natura. Nam cum in Oeconomicis de coniugio, quàm bonum esset, ac necessarium, disliceret, dixit: *ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ πᾶν τῆ ἀειδία τὸ αἰε εἶναι, ἐπι κατ' ἀειμονίᾳ εὐδαιμονίᾳ, ἀλλὰ καὶ κατ' εἶδος. ἔπα παρακοινώματα ἑπὶ τῶν θεῶν ἐκείνῃς ἡ φύσις τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῆς γυναικὸς παρὰ τὴν κοινότητα.* Quod est, Simul autem & Natura supplet hoc circuitu, vt sit res semper, quia secundum numerum fieri non potest, sed secundum speciem. Sic prouisa fuit ab ipsa Diuinitate, vel Deo, natura vtriusque, masculi scilicet & fœminæ, ad coniunctionē. Hæc Aristoteles, dignus, qui nunc inter primates Theologos teneat primum locum: quandoquidem Naturæ locutus est instinctu, quæ magnus Moses ex oraculo cælesti, & antiquissimæ doctrinæ successione scripsit. Vt igitur Moses dicit, Masculum & fœminam creauit eos: sic audis dicentem hoc loco (vt mirabile sit) Aristotelem, à Diuinitate prouisum fuisse, vt esset masculus & fœmina ad coniunctionem, vt repararetur propago per continuam speciem, quæ per vnum indiuiduum subsistere non posset. Quo loco multa consideranda. Primum quòd hoc factum in præterito dicit, sicut Moses, vt det huius rei aliquod principium, in quo de vtroque sexu fuerit prouisum. Et quid aliud dicere possis, quàm quod semper Moses, Fecit, Creauit in principio? Si fuit autem istius rei principium, fuit etiam cæterarum. Et qui prospexit, & ordinauit, vt esset masculus & fœmina, certè potos eos etiam creauit: vt qui dedit eis sexus varietatem, dederit etiam substantiam.

Secundum speciem, non numerum natura conferuatur.

Aristoteles theologus. Gen. 2.

Continua specie propago conferuatur. Gen. 1.

Sic fuit is fator, & autor generis humani. Si item creavit, sexumque amborum distinxit, D  
 cætera quoque non minus necessaria prouidebit. Si enim eoufque se extēdit Prouidentia, vt corpora ad generandum apta formaret, vt esset æterna successio, certè reliquas officij sui, prouidentiaeq; partes non relinquet. Apparuit enim eam posse, quia potuit formare corpus, dare sexus varietatem, maximæ potentia res. Qua charitate autem, & clementia duos sexus ad æternitatem excogitauit, eadem volet alia ad genus humanum at tinentia cernere, ac tueri. Quod autem opus sit prouidentia, nemo est qui non intelligat, nemo est qui non sit confessus. Deducitur etiam ex his, hunc Deum, quem generis humani cōfessus est Aristoteles creatorem, non esse Deum illum affixum voluendo primo mobili, sed Deum, qui & cælum vertat, & cætera in mundo necessaria agat. Neque enim si affixus erat orbi supremo, in terris esse poterat, distinguens duos ad perpetuam procreationem sexus. Deinde vbi sunt illi, qui negant Aristotelem Deo prouidentiam rerum terrestrium dedisse, ne vilesceret? Quid enim his clarius, minusq; amphibologia, deprauationique expositum? Videbis igitur apud Aristotelem, admiraberisq; eandem, atque apud Mosē de homine creato Theologiam, vt animum, & corpus cum Moſe dicat expressè à Deo creata. Eisdem verbis, eadem sententia, de animo & corpore. De corpore, sicut Moſes, Masculum & fœminam creavit eos, totidem & ipse verbis. De animo, vt Moſes dixit Deū exterius afflaffe, mentemq; dedisse, sic ipse in libris de Generatione animalium, mentem esse diuinam, ac venire θύραθεν, exterius, à foribus, à porta. Itaque sibi etiam probè consentiēs, eadem asserit aliis in locis, quæ nunc de propagatione iuxta E Theologiam Mosaicam scripsit. In libris de Generatione, & interitu: Nam cūm, inquit, in omnibus Naturam appetere melius dicamus, melius autem sit esse, quàm non esse: hoc autem in omnibus fieri non possit, quoniam à principio recedunt: τῶν λεπτοδύρα τέσσαρα σινεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐπέλεχεν ποιήσας, πλὴν γένεσιν: Reliquo qui superat modo, compleuit Vniuersum Deus, facta perpetua generatione. Moſes autem, Vnumquodque iuxta genus suum. Ecce quod in particulari de masculo & fœmina dixerat in Oeconomicis, hic de indiuiduis omnium specierum. Loquitur item hic per præteritū, σινεπλήρωσε, ποιήσας, compleuit, fecit. In Oeconomicis autem περιουσιάζονται. Et Deum facit huius rei autorem illic, & hic, omnia Moſi similis. Eadem, quadam ingenij diuinitate vidit & confessus est Marcus Tullius: Quid loquar, ait, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conseruationem earum generis appareat? Nam primum alia mares, alia formina sunt, quod perpetuitatis causa machinata Natura est. Deinde partes corporis & ad procreandum & concipiendum aptissima. Et in mare, & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Sic ille dicens in vniuersum de animalibus, quod particulariter Moſes & Aristoteles de homine. Quod autem quæ refert in Naturam, refert in Deum, qui talem Naturam fecerit, apparet vbi cōcludit. Sic vndique omni ratione concluditur, mente, consilioq; diuino omnia in hoc mundo ad salutē omnium conseruationemq; mirabiliter administrari.

Si prouisum est æterna successione à deo, sic & cæteris æquum est eū prouidere.  
 Dei actio quæ  
 Gen. 2.  
 Mēs exterius esse, Aristoteli.  
 Melius est esse, quàm non esse.  
 2. De natura Deor.  
 Natura, De.

Aristotelem cunctis in republica rebus præferre pietatem. Quæ causa iustissima, cur sit pietas potior. Super hoc, Aristotelem præceptoris Platonis sententiam fuisse secutum.

CAPVT XXI.

Primum quævis regnum Dei.  
 Matt. 6.



VIS non mirabitur item Aristotelem cum priscis Philosophis, cum sapientibus omnibus tam mirificè, tam vnanimiter, manibus, pedibusq; tendere in eum sensum, ac sapientiam, quam nostra semper ingerit religio: Deum oportere colere, primumque regnum cælorum esse querendum. Hoc Aristotele asseuerante, quid aliud sentire cogemur, & interpretari, quàm eum cogitasse, ac sensisse pietatem omnium rerū optimā? cui multa alia necessaria cohærent. In libris igitur de Republica, cūm de his ageret, quæ sint in ciuitate & republica necessaria, primumq; alimentum numerasset, tum artes, tertio arma, quarto copiam aliquam pecuniarum, subiicit, πρῶτον δὲ καὶ τῶν θεῶν, τὸν αἰετὸν τὸ θεῖον ἔπιμέλειαν, ἢν καλεῖσι ἱεράτηαν: Quintum & primum cultus Dei, quam religionem vocant. Paulò post, ἄπο γὰρ πολλῶν ἀρετῶν πρῶτον τῶν θεῶν. ἀρετῶν δὲ τῆν τε θεωρητικῶν ἀποδιδομένων τοῖς θεοῖς: A ciuibus enim conuenit coli Deos. Et, Conuenit

A Conuenit cultum reddere Diis. Primum, inquit, locum habeat in ciuitate cultus Dei. Nam τὸ θεῖον, est numen: quod etſi in multis competat, vt sanctitas, est tamen præcipuum singularis Dei nomen, sicut Deus, & quemadmodum sæpissimè locutus est idem. Quæro igitur ex eo primum, cur cultus numinis sit ex his, quæ sunt in ciuitate necessaria, aut sine quibus, vt ipse loquitur, res publica non possit consistere. Iam quid sit illud Numen, cuius in ciuitate cultus sit necessarius. Certum igitur Aristotelem dicturum, cūm primum in republica fateatur esse cultum Dei, quod Christus dixit, Primum quærite regnum Dei. Siquidem & ipse cūm de his loqueretur, quæ fiunt in omni vita humana, præposuit omnibus, vt quæreremus regnum Dei. Id omnes communi consensu pietatem sentiunt, & interpretantur. Hanc autem cūm sentiant omnes regnum Dei appellatam, palàm est ideo pietatem primum exercendam esse, quia per eam ad præmium cæleste peruenitur. Aut si non tam altè suscepit Aristoteles, superest vt primum in ciuitate locum dederit pietati, ob maximam aliquam æquitatem, ac iustitiam. Si colendus est enim, & qui eum colunt operantur iustissimè, faciuntq; id quod est præcipuum in ciuitate: Iustitia autem posita est in dando & accipiendo: ciues iubentur reddere, reddentésq; dicuntur agere iustissimè: necesse est pietatem siue cultum Dei, maximo debito respondere, ob maxima beneficia. Quænam igitur alia hæc esse possunt, quàm ea, quæ superius dixit Aristoteles? quod continet Vniuersum, regitq; Deus, quod humana corpora creavit, inq; sexus varietatem, vt nasceremur, distinxit, quod animos exterius immisit. Qui enim vtrunque sexum, vt nascerentur, qui postea nati sunt, aptauit, distinxit, is vtique fuit autor, vt nati sint omnes, quicumque postea nati sunt. Eique tanquam autori, & qui parauerit, vt nasceremur, omnes debemus perpetuas grates. Triaque maxima beneficia doceo ipſo autore nobis à Deo largiri: Quod ab eo nati sumus, id est, prouidentia eius corpus effectum: Quod animi nostri exterius ab eo donati: Quod alimur semper, & vegetamur. Id enim cæli motus præstat, quem à Deo esse sæpius ipse testatur. Denique quod prouidemur ab eo, vt multis apparet locis Aristotelem fuisse confessum. Hæc illa maxima iustitia, ipsa Philosopho afferente, ob quam fit, vt primum cultus Dei habeat in ciuitate locum. Si negligat Deus res humanas, vt pertinaciter nonnulli Aristotelem suspicatum contendunt, nullus deberetur ei cultus. Efficiturque necesseariò quod Marcus latius aperuit: Sin autem, inquit, Dij neque possunt nos iuuare, nec volunt, nec curant omnino, nec quid agamus animaduertunt, nec est quod ab his ad hominum vitã permanare possit, quid est, quod vllis Diis immortalibus cultus, honores preces adhibeamus? In specie autem fictæ simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest, cum qua simul & sanctitatem, & religionem tolli necesse est. Hæc ille. Nullus igitur ei cultus deberetur, si cūm precamur, & colimus eum, nec animaduertit honores, religionemq; nostram, nec precès exaudit. Cūm autem nulla virtus non maximè naturalis, ac solida, minimeq; fucata sit, nec possit esse laudabile, quod fucatum est: pietas cūm non solum virtus sit, sed omnium virtutum excellentissima: fieri non potest, vt sit simulata, sit de eo quod non est, falsa, mendax. Sed sicut fortitudini subest materia à qua vera laus fortitudinis existat, cæterisq; similiter virtutibus: sic necesse est, circa quod pietas versatur, & quo virtus est eminentissima, maximè naturale, maximè verum esse. Id autem est firmissima persuasio, à Deo cuncta bona homines accepisse, iugiterq; præstari, quod aliquando dedisset. Quæ persuasio si falsa est, pietas ipsa virtus inclyta, virtutumq; princeps, vana, falsa, inanis esset, vanissimoq; fundamento niteretur. Sed nulla virtus est falsa, quia naturalis est potius, & communi consensu laudatur, possidentesq; celebres facit & beatos, vt necessariò sit res ingens, ac solida, quod laudem gignit & beatitudinem: sic pietas multo maximè habebit hæc omnia. Tum si nullum decorum, & honestum est falsum, contrà omne falsum, aut fictitium, est inhonestum. Et si decorum cenſet coli Deos Aristoteles, certè hoc decorum est maximè verum, habetq; verum fundamentum, veras causas. Vt si decorum esset filium venerari parentes, aliqua maxima causa id efficiat: sic si decorum est homines venerare Deum, ab aliqua ingenti causa dependeat necesse est. Hæc q; ab ipsa Natura comprobantur. Apertè igitur, vt in plerisque aliis, sic nunc secutus est præceptorem Platonem Aristoteles, qui in Epinomide dicit: μέλλων μὲν γὰρ ἀρετῆς μὲν δὲ ἡμῶν ποτε σέβει τῆς εὐσεβείας ἕνεκα τῶν θινῶν γένει: Nemo vnquam nobis persuadeat, esse humano generi quicquam maius virtute, quæ dicitur Pietas.

Matt. 6.  
 Pietas primò exercenda.  
 Sexum distinxio à deo.  
 2. de Natura Deorum.  
 Pietas, virtus summaxima.  
 à Deo cuncta bona præstari.

F I N I S.



# Augustini Steuchi Eugubini

## DE PERENNI PHILOSOPHIA

### LIBER QUINTVS.

IN QVO DE SINGVLARI AC SVPREMO DEO PHILOSOPHIA PLATONIS PERPENDITVR.

*Platonem unum singularem Deum asserere, quam cælo perinde atque Aristoteles tribuat Diuinitatem, non veram, supremamq; illi Diuinitatem, sed creatam esse, factamq; ab illo supremo. Deum illum magnum ac supremum appellare Platonem ineffabilem, ex Theologia Trismegisti. Hunc ipsum, non corporis modo celestis, sed etiam animi affirmare Platonem creatorem. Vehementer eos errare, qui dicunt Platonem sentire creationem perpetuam manantem. Secutum esse Platonem Aegyptios & Chaldaeos in describenda creatione mundi.*

#### CAPVT I.



*Ascitiua cæli diuinitas.*

*Plato, in Timæo deum verum confitetur.*

**Q**UOD in Aristotele fecimus, vt eius vel inconstantiam, vel necessariam mentis mutationem ab ea sententia, quam contra naturam violenter super maiestate singularis Dei, ficitiaque illa tantum luminum caelestium, quam in libris post res naturales confinxit, Diuinitate protulisset, conuinceremus, eadem, & multo quidem luculentior, occurrit ex Platone comprobatio. Quem eodem genere rationum verbis illis suis recitatis eò deducemus, vt quando corpora, Intelligentiasq; caelestes deificat, vel inuitum, & Chaldaeorum, Aegyptiorumque receptæ apud Græcos persuasioni subscribentem fecisse monstremus, aut non veram, & solam, vt in Aristotele, illam cæli Diuinitatem, sed ascitiuam, ac diuinum quiddam potius, quam verum, & vniuersale Numen confessum ostendemus, productis his, quæ naturæ vel instinctu, vel iuxta maiorum Philosophiam, super vero Deo, summæque & naturali Diuinitate sensit, perspicuèque prædicauit. Incipiam igitur ex Timæo, quo in libro mirabili consensu ex Theologia videlicet Mosis, & Aegyptiorum, creatorem omnium rerum inscrutabilem, ineffabilemque Deum, non visibilium solum, sed etiam ipsorum animorum, ac Deorum, maximè verò Animæ mundi, id est, eius, qua cælum animatum putauit, confitetur. Nec reliquum est quicquam, quod ille non referat in illum omnium rerum creatorem. Vt si quibus aliis locis, cælum & sidera deificat, aut inconstantem eum confiteri oporteat, aut ita deificasse, proque Diis habuisse, sicut item Deos appellat ab ipsomet Deo maximo creatos. Vt non quidem vera æternæque præditos eos, sed quadam donata, factaque diuinitate, senserit: quale nostris in litteris non Angeli modò, sed etiam viri iusti, ac Principes, Dij dicuntur, haud protinus suspicantibus nobis eos veros esse Deos, & non à summo, ac singulari Deo creatos. Hanc Theologiam clarum est extare apud Platonem, totius item Theologiæ sacratoris, quæ magnis mysteriis constat, recessus: quos qui scrutatus

**A** scrutatus fuerit, fabulis, & his, quæ ceu sordes adhæserunt (quia nox atra terris adhuc incubabat) sepositis, cernet claram, vel instinctu Naturæ, vel prisca successione editâ Theologiam. Exordiens igitur creationem rerum, hoc diuino principio auspicatus est, Marco Tullio interprete. Atque illum quidem quasi Parëtem huius Vniuersitatis inuenire difficile: & cum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas. Hæc Tullius. Plato autem, τὸν ἰδὸν ἐν ποιητικῷ καὶ παρὰ τὸν τῆς παντὸς εὐρέντε ἔργον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Hoc præclarum Platonis exordium, diuinum, consonumq; nostræ cælitus reuelatæ sapietia. Quandoquidè & Moses scribens de creatione mundi, nihil de creatore mundi, requisit, scripsit, indicauit. Nimirum ea de causa, quam memorauit, quia sit eum cogitare quidè difficile, in vulgus efferre, & pronuntiare, impossibile, & nefas. His de causis expeditè pronuntiauit vterque, eum fuisse Patrè, aut Parentem Vniuersitatis. Apud Mosè, Creauit cælum, & terram: Quod parentis est, & quasi gignentis. Et quia non propriè genuit, Marcus eum, quasi Parentem dixit. Vbi autem Hebraicè est Creauit, Sept. interpretes verterunt ἐποίησε, Fecit. Ecce igitur Creator, siue Parens, ecce Factor. De quo ergo Mosès scripsit, In principio creauit Deus cælum & terram, de eodem Plato dixit, quod eum, qui fuerit Creator, & quasi Parens Vniuersitatis, id est, cæli & terre, difficile sit cogitare, multo difficilius effari in vulgus. Progressus vterius Marcus pro Platone: Rursus igitur, inquit, videndum ille fabricator tanti operis. Paulò post, Atqui si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex. Quandoquidem neque mundo quidquam pulchrius, neque eius ædificatore præstâtius. Ostendens item vnâ cum mundo à supremo Deo natos esse Deos, Quocirca, inquit, si fortè de Deorum natura, ortuq; mundi differentes, minus id, quod habemus animo consequimur, vt tota dilucidè, & planè oratio exornata sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat, haud sanè erit mirum. Progressus inde, Queramus, inquit, igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret: probitate videlicet præstabat. Probus autem inuidet nemini. Itaque omnia sui similia generauit. Hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima. Nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, & cætera. Eadem totidem verbis apud Platonem, paucis interiectis: Quamobrem efficere moliens Deus, terram primum, ignemq; iungebat. Subiicit item: Deus autem, ait, & ortu, & virtute antiquiorem genuit animum, eumq; vt Dominum, atque Imperantem obedièti præfecit corpori. Paulò autem inferius de hoc ipso: Animû igitur cum ille procreator mudi Deus ex sua Mente, & Diuinitate genuisset, tum denique omne quod erat concretum, atque corporeum, substernebat animo, interiusq; faciebat. Hæc Plato interprete Marco. Est autem is Animus, vt dixi, Anima caelestis orbis, est Deus ille, qui animat orbem caelestem, id non Platonicis modò perhibentibus, sed ipso indicante Platone, his verbis: Sic animus à medio profectus, extremitatè cæli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, sese ipse versans, diuinæ, sempiternæ, sapientisq; vitæ induxit exordium. & corpus quidem cæli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. In his omnis ambiguitas dissoluitur, quam cælo tribuat Diuinitatem Plato, cuius & animû & corpus fatetur à Deo creatum. Creatus est igitur animus caelestis, siue anima cæli à Deo, corpus visibile, anima inuisibilis. Si det igitur Plato Diuinitatem caelesti aut corpori, aut animo, cernis hic nec æternam Diuinitatem, nec veram, ac primam. Vt qui adoret animam cæli summo cultu, maximum apud Platonem faciat flagitium. Talisq; est animus ille caelestis, de cuius creatione tam multa disserit Plato, qualis maximus, quis Angelorum, voluèdo cælo à Deo præfectus. Si creatus est igitur cæli totius animus à Deo, vtique etiam particulares animæ stellarum. Ecce igitur quomodo sit intelligendus in Epinomide Plato, cum cælum Deificat, ita videlicet, vt intelligas eum non veram, ac primam Diuinitatem illi dedisse, sed factam, creatamq; aliquando à summo Deo. Eodem modo constat intelligendum esse Aristotelem, qui præceptorem Platonem danda cælo Diuinitate fuerat secutus: vt, quemadmodum exempla docuerunt, principalem sempiternamq; Diuinitatem alibi statuerit, aut oblitus suorum decretorû statuere se non perspexit, cum eam confitetur continere totum mundum, cum sexus varietatem fecisse, cum regnare supra vertigine cæli, extra anni Solisq; vias, non videlicet inclusum orbi caelesti, ipsumq; animantem, prædicat. Illum igitur, qui caeleste corpus impellit animator eius, non esse maximum, supremumq; Deum, sed Intelligentiam quandam à Deo creatam, cum qua corpus etiam creauit, aptauit arte mirifica, vt semper versaretur rotundo motu: vnde vita

*De Natura Deorum.*

*Parens vniuersi, deus. Gen. I.*

*2. De Natura Deorum.*

*De Vniuersitate.*

*Animi creatio à Deo.*

*Intelligentia à Deo creata.*

esse perpetua, dogma Platonis est. Quare cæli ac Solis motum non Animæ illi debere-  
mus, sed conditori magno, qui eam creavit. An autem sit Animus is, nunc non disputo.  
Tantum contendo Platonem ingenuè confiteri cuncta à supremo Deo creata, vel cæli  
vniuersalem Intelligentiam, si qua ea sit. Nam quemadmodum item Moses asserit Deum  
creasse lucem, aut quarta die Solem & Lunam: sic eisdem pene verbis Plato: Atque, in-  
quit, ut esset mensura quædam euidentis, quæ in istis octo cursibus celeritates, tarditatesque  
declaret, Deus ipse Solem, quasi lumen accendit ad secundum supra terra ambitu, ut quam  
maximè cælum colluceret. Ecce igitur Solis creator Deus, nihil est autem apud profa-  
nos Sole venerabilius, cuius Intelligentiam Dei filiam dicat Iulianus. Sed quoniam to-  
tus liber est clarissimus, quo & mundi exordium prædicatur, & omnia visibilia, & inuisi-  
bilia ab vno Deo condita sæpe referuntur, aliud ex eo libro super hac ratione non addâ.  
Nam Platonici illi, ut Proclus, & Alcinoüs & Simplicius, qui deprauare conati sunt sensu  
Platonis, quod creationem non aliquo temporis exordio cœpisse, sed fluere manareque  
in sempiternum censuerit, ideo contemnendi sunt, & irridendi, quia tum manifesta, &  
ipso Sole clariora obscurare nituntur, tum id sunt conati, ut idololatricæ, profanæque Phi-  
losophiæ suæ labenti ferrent opem, in qua nefas putabant, cælum, quod adorabant, ali-  
quando creatum, aliquando non fuisse. Sed cum totus liber sit planus, perspicuumque sit  
Platonem in Timæo secutum fuisse Pythagoreos, hos autè Ægyptios, & Chaldæos, apud  
quos constanter traditur creatio mundi. Extat enim liber Timæi Locrensis de Creatio-  
ne mundi, in quo ad alia ipse hæc: ἐποίησεν ἕν τὸν δὲ τὸν κόσμον ἐξ ἀπείρας τῶν ὑλῶν, ὅρον αὐτὸν  
κατασκευάσας τὰς ἑξ ὄντων φύσεις: Creavit igitur hunc mundum ex vniuersa materia, ter-  
minum ipsum efficiens omnium Naturæ rerum. Multaque eiusdem generis ibi Timæus, ut  
constet eum creationem vni Deo tribuere, materiam fateri sempiternam, de quo postea.  
Igitur quidquid Plato in Epinomide & in Legibus de astrorum Diuinitate loquitur,  
perspectum est qua ratione sit intelligendum. Nam quod paulò antè de Sole creato lo-  
quebatur, transferas licet, ad id quod de Legibus: Solis, inquit, corpus nemo est, qui nõ  
cernat, animam autem minimè. Neque enim etiam cuiuscumque corporis anima cernitur  
aut viuens, aut cum moritur. Sed magna spes prorsus, hoc quod non sentitur vllis sensi-  
bus inferuisse genus nobis: esse autem sola mente intelligibile, quæ sola cogitatione capi-  
piamus. Hæc, quæ de Sole Plato loquitur, habent eum sensum, ut si qua Soli sit, ut perhi-  
bet, anima, eam fatearis, ut in Timæo vidisti, à summo Deo creatam. Similiter quod pau-  
lò antè de Anima totius cæli eodem libro dixit: ὡς τὴν ἀρίστην ψυχὴν φασίν ἑπιμελεῖσθαι  
τὸν κόσμον παντός, καὶ ἄγειν αὐτὸν τὴν ποιῆσαι ὁδὸν σωζέμεναι: Optimum animum præesse omni  
mundo, ipsumque agere ea via. Ostendam autem eum inconstantem, sibi que cõtradicen-  
tem, & commentitia ponentem, de satu nostrorum animorum à Sole, nec querã alium,  
à quo refellatur, nisi ipsummet testem. Sicut item commentitium est, de anima illa cæli.  
Quomodo enim totum cælum erit animatum, si cuique sideri sit anima? Effet ergo ani-  
ma in anima, omninoque aliqua superuacanea. Sed hoc non sit nunc considerationis no-  
stræ, nec magni referat. Quod item eodem libro scribit: De astris omnibus, Luna, annis, F  
mensibus, temporibusque anni, quid aliud dicemus, quàm hoc ipsum, videlicet, quod quoniam  
anima quidem, vel animæ, horum omnium causæ fuisse noscuntur, bonæque sunt omni  
genere virtutis, Deos ipsos esse dicemus, siue in corporibus habitantes, cum vti animalia  
exornant omne cælum, siue quouis alio modo. Deinde ut quispiam hæc confessus fuerit,  
num continere se poterit, quin fateatur omnia plena Deorum? Hæc Plato de stellarum  
Diuinitate, animisque; eas inhabitantibus, quibus vti rerum terrestrium autoribus tribuit  
Diuinitatem. Vidisti igitur in Timæo quam diuinitatem, nempe factam, datam à supre-  
mo Deo, ut ob id veneratione cultumque; minimè promereantur, sed animæ illæ habeantur  
quasi promentibus Angelicis. De quibus fortasse Deus apud Iob, Cum me laudarent  
simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Disseretur autem aliàs de anima cæli.  
Cum igitur semper sint duo genera Deorum apud Platonem, sidera, corpusque cælestis,  
tum Dæmones, constat vtrumque à supremo, ac singulari Deo confiteri eum fuisse crea-  
tos. Vnum autem duntaxat Deum ineffabilem, inexplicabilem, omnium rerum creato-  
rem, cui subiecta sint vniuersa, solumque sempiternum agnoscere. Ineptias autem recen-  
tium Platoniorum, Deos æternos prædicantium, autoritas ipsa præceptoris manifesta  
refellit. De qua re nihil nunc attingendum.

Gen. I.

Nihil vene-  
rabilius sole  
apud paga-  
nos.

Deprauatores  
Platoniorum  
librorum.

Ægyptij et  
Chaldæi con-  
stanter mun-  
di creationem  
asferunt.

Sibi contradi-  
cit Plato.

Iob. 38.

Duo genera  
Deorum, apud  
Platonem.

Not

A Non solum in Timæo, sed aliis item locis, Platonem de Deo supremo egregiè lo-  
qui: Eum cunctarum rerum, etiam Deorum, affirmare creatorem. Exem-  
plum in libris de Republica, de facili Dei rerum omnium creandarum pote-  
state. Platonem dicentem, Deum etiam seipsum gignere, quis sensus.

CAPVT II.



VIVS item Platonem mentis fuisse, asseruisseque vnum omnipotentem  
vniuersa creasse, etiam Deos, ut in illum vnum eminentissimum,  
sicut in nostra est Theologia, cuncta visibilia & inuisibilia creata refe-  
rantur, qui fuerit autor, ut non modò terrestria & cælestia, sed etiam  
ipsi Dij extiterint, quemadmodum videlicet tradidit in Timæo, aliis  
ex locis euidentissimè constat, præcipuè decimo & sexto de Republi-  
ca, quo nihil de suprema Diuinitate differere potuit excellentius, ve-  
ræque Theologiæ congruentius. In decimo igitur, cum de opificiis cuiuscumque opificij  
loqueretur, hæc dixit: Aspice verò quemnam dicas δημιουργόν, Opificem istum. Quem-  
nam inquit? Illum, ait, qui facit omnia, quæcunque singulus quisque opificum. Sapien-  
tem, inquit, dicis quendam, dignumque admiratione virum. Nondum istud, inquit. At for-  
te potius dices, ait. Idem enim iste artifex non modò omnia potest facere opificia, sed  
etiã facit omnia, quæ à terra nascuntur: & item animalia machinatur, cæteraque omnia,  
etiam seipsum, γῆν, ἕρπον, καὶ ψέας, καὶ πάντα τὰ ἐν ἕρπον, καὶ τὰ ἐν ἄδῃ ὑπὸ τῆς ἀπαιτεῖς ἐρ-  
γάζεται: Terram, cælum, & Deos: Tum quæcunque sunt in cælo, & quæ in inferis sub ter-  
ra, hæc, inquam, vniuersa efficit ille. Admirabilem quendam, inquit, dicis sapientem. For-  
te non credis, inquam ego. Dic mihi, videturne omnino tibi eiusmodi opifex, aut aliquo  
quidem modo horum omnium ποιητὴν, creatorem fuisse, aliquo non? An non percipis,  
quod etiam tu possis ratione quadam hæc cuncta facere? Et quæ, inquit, hæc erit ratio?  
Non difficile est, inquam ego, sed varia celeriter efficies. Celerrimè profectò si voles, spe-  
culo accepto, eoque circumactò in omnes partes, extèplo facies Solem & cælestia, mox  
etiam terræ, mox etiam te ipsum, cæteraque animalia, vasa, arma, artificia, plantas, omnia  
denique, quæ paulò antè dicebantur. Ita, inquit, sed apparentia, non ad verum existen-  
tia. Bene, inquam ego, & ut res postulat, loqueris. In hisce enim huiusmodi opificibus  
etiam pictor est ànne: Qui non? inquit. At dices, reor, eum non vera facere, quæ facit.  
Atqui, inquit, ratione quadam etiam pictor facit lectum, nõnne? Ita, inquit, & is appare-  
tem facit. Quid ipse lecti faber? Nõnne modò dicebas, non ipsam formam facere quam  
dicimus esse, id quod est lectus, sed lectum quendam? Dicebam, inquit. Igitur si facit quod  
non est, certè non faciat rem existentem, sed simile quid, ut existens, existens autem ne-  
quaquam. Perfectè autem esse rem, opificium fabri lectum fabricantis, aut aliud id ge-  
nus artificium, quisquis dicat, apparet eum dicturum non vera. Non certè, inquit, ut ge-  
nerentur hi, qui circa hæc versantur. Nihil igitur mirum, si & hæc obscura quædam res est  
respectu veritatis. Nõnne? Vis igitur, inquit, in his ipsis queramus imitatorem huius, qui-  
nam sit? Si placet, inquit. Igitur tres lecti isti sunt, vnus est in Natura, τὸ φάσμα ἐν ὧς ἐργῶ  
μυθεὶν ἐργάσασθαι, ἢ τίνα ἄλλον ἐδένα ὀμιγ: Quam dicere nos oporteat, ut ipse arbitror,  
Deum fecisse, aut vllumne alium? Nullum, inquit, alium arbitror. Alter erit lectus, quem  
facit architectus. Ita, inquit. Tertius quem facit pictor. Nõnne? In confesso sit. Pictor igitur,  
lectique faber, & Deus, hi tres præsumt tribus generibus lectorum. Tres inquit. Igitur  
Deus quidem, siue nolebat, siue aliqua necessitas aderat, ne plusquam vna in natura effi-  
ceret lectum. Sic fecit vnum solum lectum, ipsam naturam, qui est lectus. Duo autem ta-  
les, aut plures, neque plantati sunt à Deo, neque nascuntur. Quomodo? inquit. Quoniã,  
inquam ego, si duos solos fecisset, rursus vnus apparuisset, cuius illi rursus vtrique formã  
haberet. Et esset sanè, quod est lectus ille, sed non duo. Rectè, inquit. Hæc igitur arbitror  
explorata habens Deus, volens esse veri lecti factor, verè existentis, sed non lecti cuius-  
dam, neque quidam faber lecti, vnum natura duntaxat ἐποίησε, produxit. Vis igitur hunc  
item vitium confitorem vocemus, an quid aliud? Iustum planè, ait. Quandoquidem ex  
natura, & productione, & istud, & cætera omnia fecit. Et quæ sequuntur in eo libro, quæ  
verba magis ad verbum transtuli, ut esset, quod sentit, clarius, ac manifestius, quàm nito-

Coll. I.  
Heb. IX.

δημιουργὸς  
Deus.

Deus, auctor  
rerum omnium.

Præclara ex  
Platone simi-  
litudo à spe-  
culo, & à le-  
cto, ut probe-  
tur rerum o-  
mnium crea-  
tio à Deo.

rem, elegantiamq; sermonis attendens. Perspicuum igitur est hoc loco dogma Platonis, D secum constantissime sentientis in Timæo, & isto libro. Ecce enim nunc citra omnem ambiguitatem prædicat Deum omnium rerum artificem, rerum caelestium & terrestrium, omnium quæ è terra nascuntur animalium, plantarum, omnium item quæ sub terra, denique etiam Deorum. Assumitq; pulcherrimū exemplum speculi: quo in omnes partes conuerso, sicut omnia ab eo, qui circumuertit, nascuntur simulatè, & apparenter, sic à Deo vniuersa creari verè, & naturaliter, imò momento. Nullum est certè diuinius, luculentius diuinæ potestatis exemplum, quæ tam facile possit cuncta extemplo producere, quàm facile producantur in speculo simulatè, & apparenter omnia. Hoc exemplo vititur ad probandum ei, cui tarda mens esset, facilitatem omnium creandarum rerum à Deo, si forte quis esset, cui non videretur fuisse, ab vno omnia cõdita. Deinde proponit exemplum domesticum de tribus lectis, quorum vnus in natura sit, alter in speculo, alter in pictura. Non eo, quidem consilio, vt affirmet lectum, quod artis est, in natura esse: sed naturam nunc appellat ipsam rerum veram existentiam. Lectus ergo, sicut omnis alia res, tres habet locos, aut gradus: Primus est verum esse, veritas ipsa: alij duo sunt apparentiæ, simulationes illius veritatis, alter in speculo, alter in pictura: Vterque similitudo veri. Sic Solus sunt tres: primus verus ipse, & in natura Sol: alius in speculo: alius in pictura. Similiter fluuius, aut lucus alius verus, alius expressus in speculo, alius in pictura. Vt autem per speculum, aut picturam fingere potest homo Solem simulatum, representatum: sic Deus fingat Solem verum, cuius est opus veritas. Ac Plato respicit nunc, ac proponit dogma E Philosophiæ caelestis, quæ prædicat creationem, veramq; rerum productionem esse solius Dei, sicut simulationes, imitationesq; mortalium. Quoniamq; tota natura, veritasq; ipsa est solius Dei, consentanea ratione cum vocat φυτεργον, arborum confitorem: Sic omnium rerum verarum artificem vniuersalem. Ecce igitur vt in Timæo vocauerat eum δημιουργον, artificem mundi, cæli, & terræ, quorum complexu cuncta continentur, sic sui nunc similitimus, vniuersæ veritatis architectum, rerum caelestium, & terrestrium, & subterraneorum. Quidquid vel in cælo, vel in terra, vel sub terra sit, etiam Deorum clamatur eum creatorem. Deos autem illos nominans cum cælo sentit, vt arbitror, Intelligentias illas caelestes, de quibus in Timæo, in Epinomide, in Legibus. In Timæo, animam vniuersalem totius cæli, particulares item astrorum creatos à supremo Deo fatebatur. Sunt, vt dixi, duo genera Deorum apud Platonem lumina caelestia, id est, Intelligentiæ, lumina illa circumrotantes, & Dæmones, id est, Dij, siue Angeli corporibus aëriis, per vires, totiq; mundum vagantes, duces, & principes rerum humanarum, vt ipse & in Symposio, & in Legibus confessus est. Vtrunque genus producit Platoni magnus Pater Vniuersitatis. Hoc item in Critia siue Atlantico retulit. Quoties enim eo in libro, θεων γένεσιν, ortum & satum Deorum nominat? Si quis autem Aristotelem, totamq; ipsam aspiciat Philosophiam, tria sunt genera Deorum, Dæmones, Intelligentiæ siderum, Dij cælicolæ cum summo Deo, extra cæli, Solisq; vias habitantes. de quibus magis locutus est Aristoteles, quàm de Dæmonibus. Sed de his suo loco. Consentiente igitur Platone, & Aristotele, sed F clarius Platone, est vnus magni Dei rerum inuentio, eas non modò in præsens veluti à se manantes producentis, sed qui vt prædicant clarissimis in præterito verbis, ἔφουσε, produxerit, Sicq; nunc creare semper, sicut quondam dedit exordium, quod clarius explicat in Timæo. Illud item hoc loco mirabile est apud Platonem, quòd dicit Deum creare se ipsum. Recordare enim nomina illa apud vetustissimos Philosophos ἀπόγονος, ἀυτοτελής, ἀυτογενής, ἀυτογενής, ἀυτοφύης, per se, vel à se genitus, à se absolutus, à se ditissimus, à se natus. Quibus nominibus, vt superius ostensum, designatur æternitas. Quia si Deus nascitur à se ipso, nec vel à nihilo, vel ab alio nasci potest, necessarid semper fuit Deus, à quo Deus ipse nasceretur. Si Deus est, non est natus ex nihilo, non ex aliquo alio: in æternum igitur fuit ipse sui causa. Ostenditur igitur hoc dicto, ipsum suimet esse principium æternum, à se habere quod est. Quæ res in seipsam reciprocans, æternitatem demonstrat, & omnino genus aliud rei, ac substantiæ, quàm simus ipsi, qui pendemus ab illo, quem formarum naturalium potentissimum creatorem fatetur Plato: vt qui se ipsum gignit, qui est omnipotens, maior toto mûdo, longe facilius possit cætera se ipso in immensum minorâ producere. Eò vocat eum θεωμιατον σοφιστω, mirabilem artificem, admirandæ sapientiæ architectum. Vocat naturæ ἐργατην, opificem. Et hæc sunt nomina diuina mysteriis, Theologiæque fecundissima apud Platonem, Cæli & terræ, Deorum, rerum caelestium,

Cur hac usus similitudine Plato.

Aduerte similitudines ad creationem rerum intelligendam facilius.

Intelligentiæ & dæmones, duo genera Deorum, Platoni.

Tria genera Deorum Aristoteli.

Aeternitas Dei.

Mirabilis artificis, Deus.

Alestim, terrestrium, infernarum Creator, τῆς φύσεως ἐργατης, naturæ Opifex, ἀυτοφύης sui ipsius Genitor, sibi ipsi Autor, sibi met Principium, Verus rerum Procreator, Producent vnâ naturam tantum, non plures, quia quidquid produxisset, veritas ipsa, ipsa natura vera fuisset. Sicq; eodem reuoluitur res, vnâ tantum futuram veritatem fuisse, ad quâ omnia à Deo creata, reuocarentur. Simulatio autem, & mendacium duobus aut pluribus modis, fieri posset ab hominibus, naturam opificium Dei imitantibus. Sicut autem apud Mosem cælum, & terram, animalia, plantas, sidera, sic Plato clarè confiteretur à Deo cuncta hæc creata, eumq; quoniam vniuersalem naturam produxit, putat appellandum φυτεργον, plantarum confitorem, sicut Moses dat ei plantationem Paradisi, productionè omnium stirpium, plantarum, arborum, herb arum Quo mirabili, & diuino testimonio, ipsas sacras litteras intelligimus explicatas, cum Deo dant plantationem Paradisi, vt nõ cogamur auxilio accire fictitias illas quorundam Ideas, pro Paradiso vero, naturali, è veris arboribus à Deo plantatis, qui ipsam naturam produxit, vanas allegorias, vbi nõ opus est, introductentium. Hunc locum apparet Platonem sumpsisse ex Mercurio Trismegistito, è cuius vbertim fontibus potauit. Is ad Asclepium hæc loquitur: ἔξεσι τῶ ζωγράφω, καὶ ἕρμων ποιῆσαι, καὶ θεὸς καὶ γένε, καὶ τὴν ἡλάσασαι, καὶ ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἀλογα πάντα, καὶ τὰ ἀλογα. τῶ δὲ θεῷ ἀδυνατον αὐτὰ ποιῆν. ὃ τῆς πολλῆς ἀνοίας, καὶ ἀγνωσίας τῆς πρὸς τὸν θεόν. τὸ γὰρ πάντων κρηνοτάτων παύχρυσον οἱ ποίεσαι. τὸν γὰρ θεὸν φάσκοντες εὐλογεῖν, τῶ μὴ τὴν τῆς πάντων ποιῆσιν αὐτῶ ἀναπέθειναι, ἕτε τὸν θεὸν οἰδασι, τῶ δὲ τῶ μὴ εἰδέναι, καὶ τὰ μέγιστα εἰς αὐτὸν ἀσεβῆσαι πάθει. ἄντῃ ἀπειθεῖς. ὁ γὰρ θεὸς ἐν μόνον πάθος, τὸ ἀγαθόν. ὁ δὲ ἀγαθός, ἕτε ἑσθέρηφανος, ἕτε ἀδύνατος. τῆτο γὰρ ἔστι θεός: τὸ γὰρ ἀγαθὸν ἢ πάσαι δυνάμεις τῆ ποιῆν τὰ πάντα. πάν δὲ τὸ γεννητὸν, ἑσθὲ τῆς γένεσιν, ὅσθ ἔστι τῆ ἀγαθῆ, καὶ τῆ τὰ πάντα δυνάμεις ποιῆν. Ἴ δὲ πῶς αὐτὸς μὲν ποιῆι, πῶς δὲ τὰ γινόμενα γινεται, καὶ εἰ βέλῃ μαθεῖν ἕξεσσι ἰδεῖν ἐνώσα κελλίετω, καὶ ὁμοιοτάτω, ἰδὲ ζωργον σφῆμα μεταβαλόντα εἰς τὴν γένε, ὅσθ μὲν πύρρον, ὅσθ κρήνην, ὅσθ δὲ ἀλλό τι τῆς ἀπερμάτων. ἰδὲ τὸν αὐτὸν ἀμπελον φυτεῖοντα καὶ μιλῆαν, καὶ τ' ἄλλα τῆς δένδρων. ἕταος ὁ θεὸς ἐν μὲν τῶ ἕρμων ἀθανάσιον ἀπέφει ἐν δὲ τῆ γῆ μεταβολῶν, ἐν δὲ τῶ παντὶ ζῶν, καὶ κῆσιν. Quæ sunt, Licebit pictori cælum facere, & Deos, & terram, & mare, & homines, brutâque omnia, & inanimata, Deo autem erit impossibile. O dementiam, imperitiamq; incredibilem erga Deû. Tales enim patiuntur rem nouam, & inusitatam. Nam cum asserant, se Deum benedicere, quòd ei non ascribant omnium creationem, neque Deum norunt, & præterquâ quòd ignorât, etiam in eum peccant grauissimè, ei vel superbiam, vel imbecillitatem tribuentes. Si enim non creat omnia, aut superbus est, aut imbecillus, quod impium est. Deus enim vnâ solam habet affectionem bonitatis. Bonus autem neque superbus est, neque imbecillus. Hoc autem est Deus. Nam Bonum est vniuersalis potestas cunctorum creandorû. Omnis autem res creata, & generabilis, à Deo creata est. Quod est Boni, & omnia creare valentis. Aspice verò & quomodo ipse creat, & quæ creantur, quomodo fiant. Quòd si velis, licet tibi pulcherrimum, similitimumq; cernere exemplum. Aspice agricolam semen iacientem in terram, alibi quidem frumentum, alibi verò hordeum, alibi sementem alterius generis. Eundem aspice vitem plantantem, & malum punicum, cæterasq; arbores: Sic Deus, in cælo quidem seminat immortalitatem, in terram vicissitudinem, in vniuerso vitam & motum. Hæc Trismegistus. Apud quem recognoscimus dogmata Platonica. Alterum in Timæo, de Bonitate creatoris mundi, quæ fuerit eius creati causa. Alterum in libris de Republica. Dogma de Bonitate creberrimum apud Mercurium, etiam verò Platonem. Nunc ergo manifestò cernimus Platonem secutum Theologiam, rationesq; sermonis Trismegisti. Est apud Platonem exemplum speculi, rursus exemplum de tribus lectis, & de pictura. Apud Trismegistum est exemplum pictoris cælum, terras, mare, Deosq; creantis: Est item de agricola variam sementem in terram iacientis, eiusdem item omne genus plantas conferentis. Platoni ob eam causam Deus vocatur φυτεργός, plantarum confitor, quia naturæ repertor, quem Moses & Paradisum è terra, & omnes generatim plantas, & herbas produci iussisse refert. Est item Mercurio, quòd pictor creat Deos, astra scilicet caelestia, quæ Deos, vt Plato refert in Cratylo, constat Barbaros vocasse, eos à cursu, concitationeque sic vocantes. Sic etiam Deum, inquit, creare Deos, cui, qui detrahat hanc facultatem, grauissimè, planèque impiè peccet. Similiter Platoni, Deus creat Deos. Est item apud Mercurium diuinum dogma, quòd omnis res generabilis, generationi subiecta, facta est fitq; à Deo iugiter. Est item, quòd

Deus, ἀυτοφύης ἦν.

Gen. 2.

Mercurij Ter Maximi Verba, de creatione recum.

Plato Trismegisti sequitur. Deus φυτεργός.

Nesciunt naturam bonitatis Dei, qui eius providentiam negant.

Theologia Græcorum à barbaris.

nisi tribuas ei rerum cunctarum molitionem, aut superbiam, insolentiamque, quippe qui D res vti viles aspernatus, suaque diuinitate delectatus refugiat, aut imbecillitatem neces- sariò tribuas, qui velit quidem, sed non possit. Arguitque hoc suo testimonio vetustissi- mus Theologus eos, qui ne gerendis eis Deus vilescat, curam ei rerum humanarum ab- negant: Eos falli afferit, aduersaque via pergere, veluti nescios veritatis ruere: Nescire eos naturam Bonitatis, ac Diuinitatis. Item immortalitatem in cælo fieri dicens Mercuri- us à Deo, sensit lumina cælestia non corrupti: & quod Plato, nostrique cælum esse ἀγήρω, ἀθάνατον, citra senium, citra interitum, corpus incorruptibile? Nisi, vt idem ait, qui fecit, rescindat. Ex his igitur constat, Theologiam Græcorum à Barbaris fluxisse, neces- sariòque, nisi velit à fonte diffidere, eandem & apud Platonem & Aristotelem eam sem- per fore. Quod vbi que monstrabitur.

Cur Plato in libris de Legibus magis astrorum Diuinitatem, quàm supremi Dei obtulerit. Quòd supremum Deum sentit ac dicit ineffabilem, de quo cautè sit loquendum.

CAPVT III.

Plato, astra in numero Deorum habet.



Deus inenarrabilis & inuestigabilis.

X H I S item luce clarius constat, cõstabitq; magis, quidquid de Deo, vel Diis statuerit secus Plato, præcipuè in Legibus, Epinomide, vbi miris laudibus tollit cælum, astraque cælestia, eaque in numero Deorum putat habenda, quomodo debeat intelligi: scilicet vel sibi ipsi eù aperte contradicere: aut minorem quandam Diuinitatem eis attribuisse: aut quoniam ciues suos aliqua manifestorie pietate vellet imbuerè, ostendisse eis manifestiora numina, à quibus inferiora gubernentur. Illum autem maximum, ineffabilemque Deum idcirco non tam clarè adorandum proposuisse, quòd non posset enarrari, & describi qualis esset, & quomodo colendus. Confessus est enim eum tribus locis inenarrabilem, in Timæo cogitatu difficilem, dictu inef- fabilem: Philo etiam cogitari, & intelligi non posse, nedum proferri. Quoniã igitur hunc ineffabilem, inexplicabilem, quemque superiores omnes Theologi, alij innominabilem, alij inuisibilem, alij silentio colendum, alij ἀζήτητον inuestigabilem dixerant, non est de eo in Legibus locutus, cuius de cultu quicquam statuere, quia nec nomen nosset, nec natu- ram eius haberet exploratam, non posset. Sic etiã in Phædone, appellans eum Mentè, clamat, ἐγὼ μὲν τοιαύτης ἀγίας ὁ πῆποτε ἔχει μαθητὴς ὅστις ἠδύσ' ἐν γενόμενῳ, ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐστὴν ἡμεῖς, καὶ ἔτ' ἐν αὐτῷ εὐρεῖν, ὅτε παρ' ἄλλης μαθεῖν οἶστε ἐγενόμενῳ: Ego quidè eiusmodi cau- sã, id est, Mentis, quænam natura sit, libentissimè omnium didicerim. Sed quoniã ea pri- uatus sum, neque ipse per me inuenire, neque ab alio discere poterã, verti me ad alia. Ec- ce nec se inuenire posse, quænam sit ea Mens creatrix mundi, fatetur, nec ab alio discere potuisse. In Epistolis ad Dionysiu cum de natura Primi idè dubitasset, nec sibi satis antè explicatũ dixisset, respondit ei, vt superius ostensum, per Epistolã missam per Archede- mum: φρασεῖν δύσσι δὲ ἀνιγνόμενῳ ἢ ἀπὶ ἡ δὲ λήτος, ἢ πῶτος ἢ γῆς ἐν πύχρῳ πάθῳ, ὁ ἀναγνὼς μὴ γνῶ: Lo- quendum est tibi per ænigmata, vt si quid tabella ponto, vel terra fuerit perpeffa, qui le- gerit nõ intelligat. Paulò autè inferius, cur hæc putet vitãda: εὐλαβῆ μὲν τοι μήποτε οὐπέσῃ (ἀδ' τα εἰς ἀνθρώπους ἀπιδύουτος, χρεδὸν γὰρ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκὼς ὅτι τῶτων τῶρος τὸς πολλὰς καὶ ταλαστάτε- ρα ἀδύσματα ἔδὲ αὐ τῶρος τὸς εὐφρεῖς γαυμαστέρε, τε, καὶ ἐθυσιασινώτερε): Caue, inquit, nequando excidant hæc in homines imperitos. Siquidè, vt ego cenfeo, nihil propè est quod magis irrideatur apud plebem: sicut nihil apud eruditos, rectiq; iudicij, mirabilius, ac diuinius. Habes igitur à Platone causam verã, cur oporteat de primo silere apud vulgus, cur effere nefas in vulgus Parentè Vniuersi. Irridè enim nõ intelligentes, veluti à populari con- fuetudine, crassisq; auribus remota, quæ de eo dicuntur. Eoq; cum de legibus loqueretur, quas populo publicare oporteret, magnũ illũ, & inscrutabilè Deũ, à quo nata omnia re- tulit in Timæo, & in Republica: in Epistola principiũ, medium, finè vocat, & circũ quem & per què, & propter què sint omnia: nihil est locutus, proposito tantũ cæli cultu, vt cui de certa religione loquendũ esset. Totãq; illa cæli apud eũ Diuinitas est, qualis fluminũ, fontiu, Hamadriadũ apud Poëtas. In alia quoque Epistola ad tres amicos, Hermiã, Era- stum, Coriscũ, vt primo libro ostensum est, longe aliũ Deũ proposuit quàm illã cæli ficti- tiam,

Utendũ cen- nigmatis cen- ser Plato ad arcendos im- peritos.

Atiam, poëticamq; Diuinitatem. Adiuantes, inquit, in amicitia τὸν τῶν πάντων θεὸν ἠγαμέμωνα τῶν τε ὄντων, καὶ τῶν μελλόντων, τῶ τε ἠγεμῶνος καὶ ἀγίας πατὴρος, Omnium rerum Deum, Principè, præsentium & futurorum, & principis ac causæ Patrè & Dominum. En Deus is magnus ille, quem dixit ineffabilem in Timæo, & in Phædone. De hoc admirando Deo tam stu- penda, mirabiliãque locutus est in ea Epistola, iam longæuus, iam senex, vt ipse in eadem testatur, καὶ ἀπο γέρον ὄν: Etsi senex sim. Credendum autem senibus Aristoteles ipse testis: Quocirca, inquit, oportet seniorum, & expertorum, prudentiumq; etiã sine demonstra- tione pronuntiatũ sententiis & opinionibus adhibere fidem, non minus quàm ipsis de- monstrantibus. Vident enim principia, quoniam habent acumen & intuitũ experien- tia. Hæc omnia, quæ nunc ait Aristoteles, habuit Plato, vt summa fides ei sit habèda. Erat senex, erat prudens, erat peritus. Grauiissimas igitur, & prudentissimas opiniones, & sen- tentias eius, quas in extrema senectã protulit de Deo, seueriores, ac meliores omnibus, quas in omni vita retinuit, putandum. Ac credendum est eum quòd nunc tam magnifi- cè, ac diuinè de Deo pronunciauit è fontibus Ægyptiorum præcipuè Mercurij Trismegi- sti haussisse. A Barbaris enim, vt idem perhibet ad Græcos, venit Philosophia. Eiuscemodi- q; multa apud Mercurium inuenies. Fuisse autem illã cæli Diuinitatem, quam apud eum & Aristotelem cernimus, non naturali ratione, sed superstitione potius inuectam, haustamq; ex erroribus Chaldæorum, & Ægyptiorum, quæ ab ipso Deo, per Prophetas suos coarguitur, idem ipse est testis in eodè libro, in quo fatetur primos Astrologiæ con- tẽplatores fuisse Barbaros, loco peructusto, semperq; sereno innutritos, quod Ægyptus in primis Syriãq; habeat, ob id claras semper stellas eos in apertis, & serenis campis spe- ctare solitos, ὅθεν καὶ πάντες ἄστροι, καὶ δὲ δὲ ἔχεται βεβασιτισμένα χρόνω μωρετέτε καὶ ἀπέερα: Vnde per omnem mundum, & in Græciam peruenerint, in finito tempore considerata, & expensa. Paulò post, Quoniam, inquit, Natura situm dedit nobis, non adeo clarũ, & lucidum. ὕπερον αὐτοῖς τῶ δὲ δὲ δὲ καὶ τῶν τῶν θεῶν τῶ νόστῳ κατανόημα: Effectum est, vt posterius nobis ipsis horum Deorum, qui in mũdo, id est cælo, sunt, scientiã tradiderit. Sed quæ, inquit, Græci à Barbaris acceperunt, fecerunt meliora. πολλὰ δὲ ἐλπίς ἅμα καὶ καλὴ χάρις καὶ δικαιοτέροι ὄ- πως, τῆς ἐν τῶν βαρβάρων ἐλθέσις φήμις τε ἅμα καὶ θεοπραγίας πάντων τῶτων ζῶν θεῶν ὅτι μελίσσεται τὸς ἑλλήνας. Magna spes & pulchra, melius & iustius eam famã & cultum, qui de his Diis ven- nit à Barbaris Græcos curaturos. Ecce fatetur aperte famam, & cultum siderum à Barba- ris ad Græcos peruenisse. Hæc illa superstitio, quæ damnatur, infamaturq; apud sacras lit- teras, tanquam Ægyptiorum, Assyriorũq; error. Hæc à Barbaris transit ad Græcos. Phi- lo idem confessus est de Abraam, qui genere Chaldæus fuerit, ex patre Astronomico, & ex his τὸς ἀστῆρας θεῶς νομίζουσι, καὶ τὸν σύμπαντα ἔρανον τε καὶ κόσμον, παρ' ἐς τότε εὐ καὶ τὸ χεῖρόν φασι. Σπασάμεν: Qui astra Deos putant, & totum mundum, ac cælum, à quibus bene, & male putant euenire. Clarius item Plato id confessus in Cratylo: Videntur, inquit, mihi prio- res Græci, solos Deos putasse, ἐς νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἡλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ ἕρε- νον: Quos nunc multi è Barbaris, Solem, & Lunam, & terram, & astra & cælum. Vt autem à Barbaris meliorem quandam sapientiam Græci hauserunt: in omni autem professione sunt adulterina, & vera: sic superstitiones erant repudiandæ, sola meliore scientia recep- ta. Quare quæ post res naturales differuit Aristoteles de cæli, stellarũque Diuinitate, scito non naturali ratione dicta, sed ex superstitione Barbarorum, apud quos etiam erat bona Theologia, à superstitionis, Zoroastre, Magisq; vitata, & adulterata. Vt autem tametsi Assyrij & Ægyptij cælestibus luminibus tribuebant Diuinitatem, militiamque cæ- li adorabant, non tamen verum Deum ignorabant, vt in primis libris apparuit, item non dederunt æternitatem mundo ob eam causam: sic Græci Philosophi errare in eo nõ de- buerunt. Et Aristoteles, qui secutus est Platonem in deificatione cælestium siderum, de- buerat item in eo sequi, vt ea confiteretur à supremo Deo creata. Nihil igitur amplius dicam de his, quæ vel in Legibus, vel Epinomide de Siderum Diuinitate differuit, cum cælestem ordinem, perennemque constantiam ait ordinis Diuinitatem indicare Plato. Totus enim is ordo inuentum est maximi Dei, ipso teste: qui siue dederit animam diui- nam cælo, siue citra animam motum æternum, & constantem, quemadmodum cordi- bus animalium, rerumque seminibus, ipse solus Deus, solus adorandus est. Quod igitur est in definitionibus eius de Sole, quòd sit ζῶον αἰδίων, ἐμψυχον, animal sempiternum, ani- matum, palàm est ex Timæo, non de priore æternitate, sed posteriore dictum, de qua du- bius etiam Plato fuit. Nam priorem sine controuersia cæls non tribuit. De posteriore sic

Credendum senibus esse, vult Aristot.

A barbaris ad Græcos phi- losophia ven- nit.



Superstitio vnde primũ.

A barbaris sapientia.

Ordo cæli, in- uentum Dei.

Sol animal sempiternum quomodo.



in Epinomide, De cælo, inquit, & stellis, alteru de duobus necesse est statuere. Aut enim vnamquamque incorruptibilem esse, & immortalẽ, prorsusq; diuinam: aut aliquam vitam, quanta fas sit vniciuq; & cui nihil amplius desit, viuere. Huiuscemodi tribuit Soli æternitatẽ Plato. Quoru alterum etiam Theologia vera cõfiteatur: vel prorsus interitura ea lumina, sublatis hominibus è terra, quibus astra resurgent: vel vsque in suprema secula futura, tunc vel remouenda, vel renouanda, vel vno in loco stabiliter figeda. Hæc autem opinatus & confessus est Plato hoc loco, & in Timæo, vbi magnus ille mundi architectus alloquitur Deos creatos, id est, animos cælestes, & dæmones, prænuntiãtque eos esse natura corruptibiles, nisi voluntas sua resistat, quia principiu aliquando habuissent. Idemq; Timæus Locrensis in sua Genesi: idem tot locis, quos ostendã, Plato. Nam eos natos aliquando eum arbitratum apparet, quod in Epinomide dicit: *καὶ τῆς μεγίστης σοφίας πρὸς θεὸν γενέσθαι ὀρθότατον ἔπιβλέπειν ἡμᾶς*: Maxima, inquit, sapientia rectissimè nos de ortu Deorum cognoscere. Hic succurrit expressa apud Platonem contradictio, vt sentias, ea quæ eo in libro locutus est, inuitum, & quasi iocantem dixisse. In Timæo dicit Deum illum, maximum creatorẽ Vniuersitatis iussisse sideribus, & Dæmonibus, quos appellat Deos Deorum, id est, vt interpretatur Cicero, eos qui Deorum fatu orti essent, vt partem mortale attexerent immortalis, hoc est, animo humano, cuius initium, & status esset ab ipso summo Deo, adiungerent corpus: quasi magnus ille parens fuerit animi creator, corpus autẽ iusserit minoribus Diis effingere. Cæteraque item animalia iubet formare Deos minores. At in Legibus à Sole dari genus nobis, vt superius vidisti, est confessus. In Epinomide E perhibet animam mundi, vel cæli creasse animalia ignea, aëria, aquatilia, forte etiam homines. Animalia autem aëria appellat Dæmones. Quomodo igitur creant Dæmones, & stellæ corpus humanum, cæterorumque animalium, quæ cum cæteris vnã creantur ab anima illa? Ex quo licet dogmatis incertitudinem cernere. Et, vt Aristoteles inquit, veluti qui feriunt, imperiti pugnandi, & ferendi, dant sæpe oportunas plagas: aut qui dubij partes versantur in omnes: tale quid perpeffus est Plato. Sed sine dubio meliora, quæ grauior ætas, quæ de Naturæ sinu, non superstitionum felle, protulit.

Contradictio Platonis.

Dij Deorum.

Animalia aëria.

Platonem de summo ac singulari Deo sensisse, quæ à maioribus audisset. Timæum Pythagoreum fateri Deum autorem mundi, itemq; temporis, & omnis celestis ordinis inuentorem: quæ secutus sit, maximèque approbauerit Plato.

CAPVT IIIII.

Platonis magistri.



DE SINGULARI Deo diuinè veridicèque sensisse Platonem, tum superius allata loca demonstrant, tum verò multa alia, quibus aspersa passim est Philosophia eius. Habuit enim ante se præceptores diuinos, præcipuè Pythagoreos, Timæum Locrensem, Empedoclem, Trismegistum. Eos norat Plato, totamque eorum Philosophiam indidit libris suis. Timæus igitur Locrensis in sua quasi Genesi, aut Cosmogonia dicit: *την δὲ πᾶν μὲν τὰς τ' ἀγαθὰ φύσις ἔμειν, θεόν τε ὀνομαζομένου, ἀρχάν τε τῆς ἀέρος*. Ex his, inquit, causis, quæ mundum condiderunt, alterum fuisse dicit Timæus Locrensis ipsius boni naturam, appellarique Deum, principium rerum optimarum: Cæteras autem socias causas ad necessitatem adductas ab eo. Sic Timæus mundi præcipuam causam Deum confiteatur, eumque esse naturam bonitatis, quæ eum impulerit ad creandum, formasque rebus addendum, accepta materia informi, & inordinata. *ἀγαθὸς ὃν ὁ θεὸς, ὄρα ὅτι τὰν ἕλαν δεχόμενοι τὸν ἰδέαν, καὶ ἄλλοις μέρειν*. Eumque faterur expresse mundum hunc creasse, tota illa assumpta, distributaque materia, statuisseque corpus, & locum omnium reru, in quo res omnes continerentur, ipsum mundum. *ἐποίησεν ὃν ποῖδε τὸν κόσμον ἐξ ἀπάσης τῆς ἕλης, ὅρον αὐτὸν καὶ ταπεινάσας τὰς τῶ ὄντος φύσις*. Deinde Deum volentem facere prolem optimam, fecisse hunc genitum, siue factum, siue generabile Deum, *διὰ τὸ μένος ὃν ἀεὶ ἔσται γένεσθαι ποιῆν τὸν ἐποίησεν ὁ θεὸς γένεσθαι*. In quo vides, quo genere Diuinitatis mūdus sit Deus, factitio scilicet, & ab illo ineffabili, & supremo Deo, qualis astroru item, effecto. Eo quoque pulcherrimè factus est à Deo mundu creatu, quia ab omni causa sit incorruptibilis, nisi velit eũ Deus ipse

Mundus, quo sensu Deus appellatur.

A ipse dissoluere, qui fecit, & instruxit eum. *ἐποίησε φθορομήδων ἴπ' ἄλλω αἰτίᾳ, ἕξω τῶ αὐτῶν (ἡ τεταγμένη) θεῶ ἐποίησε διλετο αὐτὸν Διελύσει*. Sed quoniam non sit improbi vertere se in perniciem rei pulcherrimæ, ob id eum incorruptibile, immortalẽque permanfurum. Esseq; optimã omnium genitarum rerum mundum, quoniam sit ab optima causa creatus. Animam quoque mundi eundem admirabilem Deum, procreatam, à medio ad extremas partes duxisse, diffusam per ipsum totum, temperatamq; ex forma indiuidua, & diuidua substantia, quæ est tota cæli compago, ex anima scilicet, & corpore perfecta, vt illi putabant, eique vnam temperiem ex hisce duobus, duasq; mouendi facultates ei adhibuisse. Pluraque alia narrat de Anima cæli, à qua cæli motus est, à summo Deo creata, & ordinata, cui corpus etiam aptarit, corpus inquam dissolubile, cum velit ipse. Temporis itẽ partes, & tempus, circuitusque cæli Deum constituisse vnã cum mundo, sicut etiam Moyses, faterur. Neque enim astra fuisse ante mundu, ideo neque annum, neque circuitus horarum, & tempestatu, quibus mensureretur mundus iste creatus. *ἡρόσι δὲ τὰ μέρεα, τὰς δὲ τὰς περιόδους ἡέροντι, ἅς εἰσὶν ἡμερῶν ὁ θεὸς (ὡν κόσμου) ἔργον τὸν κόσμον, ἀστρα. διὸ τῶν ἐδ' ἐνιαυτὸς, ἔδ' ἕξων περιόδου, αἷς μετρηέται ὁ γένεσθαι κόσμος ἔστος*. Post mundi verò constitutionem, Deum animalium mortaliu generationem exorsum, animam humanam, ex substantia diuiniore, quam ipsi vocant *πνεῦμα*, insecabilem, indiuiduam, inalterabilem, immutabilem, eandẽ semper, creatam tradidisse alteri Naturæ, quæ corpus est. Nimirum vt Moyses ait, spiritum à se formatum in corpus inseruisse. Nouissimè concludit, mundi gubernaculum, qui plenus sit Deorum, & hominum, traditum à principe Deo Dæmonibus, quos Angelos esse in sacris literis, testis est Philo: *οἱς ἀπάντων ἀγαθῶν θεὸς ἐπέτερε τὴν διοίκησιν κόσμου συμπεπληγυμένων, οἱ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων*. Ecce principem omnium Deum faterur, cui subiecti quoque sint Dæmones, id est, Angeli, qui mundum gubernent, præfecti ab ipso, qui sit omnium rerum princeps. Sicq; perspicua est altissima Philosophia Platonis, claret quo loco mundi, cæli, astroruq; Diuinitas haberi debeat. Quibus est attribuerint Deificationem hi omnes, exerta tamẽ voce faterentur ab vno ineffabili, ac præpotenti Deo fatos. Vt potius pro superstitione barbara, Diuinitas illa cæli sit habenda, quàm ex vera Philosophia profecta.

Mundus, cur optimus reru omnium genitarum.

Anima cæli.

Anima humana ex substantia diuiniore.

Exempla, quibus probatur Dei singularis & vnius confessio apud Platonem, in cuius potentiam & autoritatẽ cuncta bona referat idem, confitens eum cunctorum quæ possidemus autorem.

CAPVT V.



ED sunt etiam perspicua, & per totam Philosophiam eius quasi stellæ radiantia, testimonia, de summo, ac naturali Deo, ad cuius appellationem mens instinctu naturæ corripit omnes: quæ si dispersa congregaueris, & sub oculos posueris, videbis diuinam Theologiam. Principiumq; ab ipsa Epinomide, vbi cælum deificatur, facias. Ibi quærens quæ nã ars faciat homines sapientes, peruagansq; & examinãs omnes, accedenque ad agriculturam, ne hac quidem inquit nos fieri, quia nõ arte aliqua sapienti, sed natura, & secundum Deum, id est, impulsu Dei, qui nos ad hoc instigauit, agriculturam exerceamus. *ἔργον τὸν κόσμον, ἀστρα. διὸ τῶν ἐδ' ἐνιαυτὸς, ἔδ' ἕξων περιόδου, αἷς μετρηέται ὁ γένεσθαι κόσμος ἔστος*. Quid enim hoc aliud est, quàm quod Moyses perhibet? Deum misisse hominẽ in terram, vt laboraret, sudore vultus sui pane vesceretur: Et cum terræ maledixit, vt homini spinas, tribulosque produceret. Qui hoc iussit, & statuit, vt omnes homines terra colenda victitarent, nõnne fuit ille qui creauit omnia, protulitque omnes è terra stirpes, & herbas, quibus homo vesceretur, viueret, nutriretur? Vniuersalis scilicet Deus, omniu rerum, ordinuque repertor. Et hoc Plato dixit, vbi de cæli Diuinitate loqui instituerat. Progressus, datam constitet nobis cognitionem, & solertiam, rationemque à Deo, qua possemus præter cæteras animantes discere à patribus, quæ nobis illi tradidissent. Hoc primum Dei beneficium. Nullum autem animal esse cui data sit hæc facultas & solertia, vt esset capax eorum quæ traderentur, præter hominẽ. *καὶ δὲ ἡμῶν τὸ αὐτὸ τῶν ὄντων ἐνώμισεν ὁ θεὸς, ὅστε ἰχθυοῖς δεινὸν μέρων ἕμμενοι*. Nõnne iste Deus, est is qui apud Moysen ad imaginẽ suam fecit hominem, eique à se ipso spiritum, metẽmque dedit, qua posset discere? Et sicut perpetua seric, à patribus filij generatur, sic ab eis, ab ipso Deo inchoato hoc ordine,

Gen. 3.

Ratio ad quid homini data.

discant loqui, & sentire, & numerare, multaque alia. Ille dedit ingenium primus, & hoc D inferuit nobis, etiam primarum vocum, nominumque, quibus res appellarentur, institutor. Omnis igitur is ordo, a quo vniuersa pepedit aetas, principium habuit a summo Deo. Deinde eodem libro, sicut Moses docuit supremum, eminentissimumque Deum fuisse caeli, luminumque caelestium inuentorem, praecipueque Lunae, ad quam modò maiorem, modò minorem, modò apparentem, modò occultantem sese, fierent tempora, dies, & anni: sic Plato testatur hoc ipsum factum à Deo magno, vt ex Lunae hac varietate vsque ad quindecim dies numerarem, quod etiam perhibet de eo Laërtius: Vt enim, inquit, numerare possemus tria, quatuor, multaque alia, ex quibus vnum numerum faceremus, Deus fecit Lunam, ὡς γὰρ καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ἡμέρας. Nónne hoc quod Plato hic loquitur, est quod Vates diuinus? Fecit Lunam in tempora, Pauloque inferius iterum Plato fatetur datam nobis naturam percipiendi, cognoscendi, cum quo cōuenit dies & annos, & tempus, Timaeus à summo Deo repositos: Timaeus. Temporis, inquit, partes, quas periodos, id est, reuolutiones reditusque dicunt, Deus ipse vnà cum mundo constituit. Neque enim erant astra ante mundum, eoque neque annus, neque horarum, siue tempestatum reditus, quibus mensuratur genitus iste mundus. Hæc ille, prædicans ab eo necessariò tempora, dies & annos, & horas effectos, annuasque reuolutiones, qui ipsum creauit caelum. Non ergo caeli Diuinitas erit, vt ob id à Platone, vel Aristotele debuerit deificari, sed eius, qui caelum molitus, ei talem ordinem dedit, quem à se caelum habere ipsismet testibus non potuit. Neque enim antequam Deus crearet mundum, inquit Timæus, erant anni, dies, horæ, conuersionesque temporum. Plato quoque in legibus scribit: ἔτι δὲ θεῶν μὲν γεννητῶν ἀεὶ ἰσότητος καὶ ἀεὶ ἀμεταβάτου ἀεὶ τέλειος: Est, ait, Diuinitati creatæ, aut rei diuinæ creatæ, conuersio, quam numerus perfectus complectitur. Ecce nihil clarius, caelum habere Diuinitatem genitam, factam, creatam. Talem aut debuit Aristoteles tribuere caelo, aut verisimile est tribuisse. Quare si de caelo diceret ea Plato, profectò dignus esset, quem omnes, posthabita solita erga eum reuerentia, irridere velut inconstantem. Ordinem enim illum Lunæ, Solis, dierum, noctiumque, ob quem putat caelum deificandum, probarem ex ore ipsius, & Timæi, quem expressit, non esse caeli, sed eius, qui inuenit caelum, cum caelo tempus item, totumque ordinem caelestem. Audi enim ipsum Platonem: Vt fieret, inquit, tempus, Sol, & Luna, & quinque alia astra, quæ Planetæ, siue Errones cognominantur, ad diuisionem, & custodiam numerorum temporis facta sunt. Quorum cum vniuscuiusque corpora Deus creasset, posuit inuertigines. Nónne ita loquitur Plato? Ita certè, nihil addo ipse, nihil concinno. ἵνα γεννηθῆ ἡ γένεσις, ἡλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ὅτι καὶ λέγουσι πλανήτες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀεὶ ἰσότητος καὶ ἀεὶ τέλειος γένεσις. σάματα δὲ αὐτῶν ἐκείνων ποιήσεις ὁ θεὸς ἐθελὼν εἰς πᾶς ἀεὶ ἰσότητος. Cur igitur ò grauius Plato, quasi oblitus tui, in Legibus, & Appendice legum, caelum & astra, quia doceant nos numerare, docuerunt rationes temporum, sine quibus omnia confusa & perturbata futura essent. Et quia beneficium nos afficiunt, faciunt nos viuere, alunt, sustinent, in Deos referre voluisti? Cur ò vir grauius non hunc cultum ad illum transtulisti, qui te teste, reperit admirabilem omnem hunc ordinem, Astrorum periodos excogitauit? Ea sic posita, ordinata, instituta, peragunt cursus suos æternos, quousque autor ipse voluerit. Hæc enim omnia tu dixisti. Quare caelum deificare non debuisti, cuius, te teste, te iudice, nõ est Diuinitas illa, quam ei in Legibus dedisti, sed eius, qui reperit eam. Huic acceptam referre debemus vitam, quæ suppetit à caelo, scientiamque numerandi, temporum definitiones. Adorabo igitur horologium, siue solarium, quod mirabiliter motis machinis eius omnibus numerosè, distinguit nobis horas, dat rerum agendarum tempora, autorem, & inuentorem non adorabo: Et Laërtius asserit Platonem tradidisse, ad horas efficiendas, & vt animalia numeris agerent omnia, accensum Solem à Deo. Nolo igitur alium testem, nõ ascisco Mosen, qui Platonem coarguat, Platonem Platoni oppono. Sed pergo ad alia ex Epinomide testimonia. Cùm de Diis, & Deabus loqueretur, quòd difficile de his foret definire, Perge modo, inquit, supplicaque Diis, dicque de Diis, & Deabus, quæ tibi succurrunt. Faciam, inquit, si Deus ipse nobis viam aperuerit ἐν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἡμῶν ἠγορησεται. Quis iste est Deus, quò cupit de Diis locuturus, fauentem, ac propitium? Certè præpotès ille autor & opifex toties apud Platonem Deorum. Hunc tanquam cōmunem præceptorem, largitoremque sapientiae inuocat de Diis locuturus. Sunt enim oculis Dij, vt ipse dixit, obscuro. Progressus inde dicit fieri nõ potuisse, vt tanta caeli vastitas, tātus orbis semper moueretur, nisi Deus ipse

Cur Deus Lunam fecit.

Temporis partes. i. reuolutiones cuiusmodi deus constituit.

Cælum non est Deus, aut si sit, ea diuinitas creata dici debet.

Ordinis ratio à Deo.

Astra non sunt dii quòd nos viuere faciunt & sustineant.

Cur Sol à Deo creatum.

Vult Plato Deum inuocari ab eo qui sit de reb. diuinis disputaturus.

Aipse autor esset, neque futurum vnquam aliter. Nam animatum quidem præterquam a se ipso, per Deum, vt nos ostenderimus, nunquam futurum fuisse. Hoc testimonio indicat ea Plato, quæ dixit in Timæo, animam datam caelo à Deo, animam potentem, diuinam, ipsum semper vententem. Ritus item, quibus colendi sint Dij, & de sacrificiis, præcipuos in republica, ac primates, nisi Deus ipse dux sit, neminem fore qui doceat. ἀλλ' ἔδδεν διδάσκειν εἰ μὴ θεὸς ὑποδείξειτο. Quis Deus iste dux hominibus ad pietatem? Vera autem dixit, diuinissimèque est locutus. Nam nisi Deus docuisset, quem colere homines oporteret, quæ religio, quæ pietas esse deberet, nullus vnquam homo dicturus erat. Hoc Plato appellat μέγιστον κρείττατον. Maximum, præcipuum: ad quod cognoscendum, & cōmstrandum, purèque exercendum, opem Dei putauit necessariam: sine qua, magna mortalium pars peccauit in eo. Postremò censet Plato tendendum ad diuinam pulcherrimamque spectandam visibilibus generationem. ὅσῃ ἀνθρώποις θεὸς ἔδωκε κρείττερον: quantum dedit hominibus Deus aspiciere. Generationem visibilibus dicit de luminibus caelestibus, quæ & generata fatetur, & perspicua, claraque hominibus, ad quorum generationem eundem sit oculis animi, consideranda, cognoscenda, perspicenda eorum pulchritudo. Id enim Pythagoras monebat, φιλοσοφῆσαι τὸν ἑρανον ὄραν, Philosophare, caelum contèplans. Et noster id contemplatus, Cæli enarrant gloriam Dei. Hocque testimonio, & caelum genitum, siue factum, profitetur, & factum vt ipsum homines contemplarentur. Quis enim alius Deus is, nisi vniuersalis ille, cuius magnitudo capiens omnia non recipit plures, & quem naturali consensu adiuramus, testemque vocamus, tanquam exaudientè, accipientemque omnia, & vbique præsentem?

Nihil fieri posse nisi auctore Deo.

Religio à deo, non ab homine tradita.

Creatio & pulchritudo rerum caelestium, quæ.

Apud Platonem multa, nomine diuino appellari, sed unum esse singularem, & ineffabilem creatorem omnium, atque moderatorem.

CAPVT VI.



**E** HIS omnibus licet in hunc definire modum, sicut in sacris litteris est verus Deus omnibus adorandus, suspiciendus, colendus, pater, inuentorque omnium: sunt Dij minores, id est, Angeli, & viri sancti, qui & iidem Diu dicuntur: sunt Dij falsi, id est, nihil diuinum habentes, sed nomen tantum Diuinitatis, inane, sicut idola, quæ Dij dicebantur, & Dæmones vocantur Shadaim quod est nomē Dei: etiam apud Platonem, cæterosque Philosophos tale quid inueniri: Primus, ac verus, æternus, ac sempiternus Deus, Deus ante mundum, mundi, & caeli, & temporis potentissimus conditor: minores deinde Dij, siue natura diuinum quiddam, similesque Dei habentes, siue opinione humana, & consuetudine, licentiæque Poëtarum, quorum interdum Philosophi testimoniis abutuntur. Prima Diuinitas sola sempiterna apud Platonem, & sola vera. Eaque est, quam ineffabilem in Timæo, creatricemque mundi, ibi & in Republica, multisque aliis locis pronunciauit. Principium, medium, finem in Epistolis: Summum Bonum in Republica. Secundum Diuinitatis genus ei multiplex, & aded multiplex, vt nihil non sit ei Deus. Tribuit enim caelo, terræ, stellis, mundo, terræ, dæmonibus, animæ, menti, hominis, diuinitatis nomen. Nam in Timæo, vbi caput, præcipuūque sermo de creatore mundi, summo Deo, nominantur alij Dij, ab illo magno Deo sati. Quin etiam sunt ibi Dij Deorum, id est, Deorum satu orti. Ibi Terra, Oceanus est Deus, Deus etiam ipse sensibilis Mundus. Sunt alij multi Dij. In Philebo Dea voluptatis Venus. In Charmide Zamolsis rex Thracum, idem est Deus. In Phædro Mercurius Trifmegistus, qui ab Ægyptiis dicebatur Theuth, est Deus ex antiquis Diis. Est Deus Dæmonium Socratis in Alcibiade. In Legibus tota penè Diuinitas, astrorum est. Ibidem parentes à filiis pro Diis haberi iubentur. Illic mens humana est Deus, associata animæ, quæ & ipsa Deus sit omninoque varia, ac multiplex Diuinitas apud Platonem, vt nulli fermè rei inuideat hoc nomen. Sic Marcus dixit, Deum te esse scito. Et veteri proverbio, Homo homini Deus. In septimo item de Republica, ciuibus iustis, qui ad insulas beatas abiissent, iubet Plato monumenta erigi, & publicè sacrificari tanquam Dæmonibus, si minus, tanquam beatis & diuinis. quod in religione nostra iustissimè fit sanctis & diuis. In sexto de Republica, Sol est Deus, natus tamen & factus à summo

Deus verus.

Dij falsi.

Dij facti hominum opinione.

Dij à Deo facti.

Deus, dæmonium Socratis. Astra, Dij. Mens humana, Deus. in Somn. Scipionis.

Sol, Deus.

Bono, & datus ad illuminandos oculos, visionemq; faciendam, quemadmodum ipsum D Bonum summum illuminet mundum intelligibilem. Socrates iurat in Gorgia, per iocū, *Canis Aegyptiorū Deus.* *ἢ τὸν ἄλλο, τὸν αἰγυπτίων θεόν:* Per Canem, Deum Aegyptiorum. Et in Phædone, Eculapio Deo gallus sacrificatur. In Symposio, non Dionysius solum, sed etiam amor est Deus: *τὸ ἔρωτι πηλικέτω ὄντι, καὶ ποσοῦτω θεῷ:* Amori tāto, ac tali Deo, nullum Poētā hymnum fecisse. Ibiq; passim Amor vt Deus prædicatur, prædicatur antiquissimus, pretiosissimusq; Deorū. Ibi quoque ex Homero monstratur Ate, id est, noxa, Dea. Vtq; omnia bona accepta referuntur Amori, vti Deo, in Symposio, sic Cælū deificatur, vt bonorū autor, in Legibus. Amor autem non est Deus, sed cupiditas vniuersalis naturalis, vt cælum, inanimatum vtrūque. Eodem libro Amor, non Deus, sed Dæmon est, medius scilicet inter humanam, diuināq; naturam. In Timæo quoque terra est Deorum antiquissima. In Cratylo sunt iuxta Græcos & Barbaros, Sol, Luna, Astra, Terra, Cælum, Dij. Ibidem sunt alij præter hæc, quidam Dij. Ibidem omnis vir bonus, seu viuens, seu mortuus, est Dæmon. In Apologia, Socrates Solem, & Lunam Deos putat, ne à vulgari pietate dissentiret. In quarto de Republica Apollo est Deus interpres, in medio terræ, in vmbilico. In Timæo sunt tres Dij, mundus iste visibilis, mundus inuisibilis, quem ipse vocat *νοητὸν*. Timæus Locrensis, *ἰδαμνὸν*, mundum exemplarem, aut archetypum, id est, Ideam mundi, quā ab æterno Deus ipse cōcepisset, tum ipse opifex Deus. Quāquā diceret Philo illam mūdi Ideā, mundumq; ipsum archetypū, non aliud esse, quā ipsum Verbum opifex mūdi. In Critia, qui liber mox sequitur Timæum, orat Timæus Deū illum, qui olim re factus esset, nunc autē verbo, id est, ipsum mundum, quē olim re vera Deus fecisset, nunc autem verbis creationem eius descripsissent, quasiq; eum, loquendo fecissent. Eodem libro sunt Dij, qui olim inter se partiti essent omnē terram, non ex cōtentione, & ambitu, sed, vt fas est, Deos scire decorum sibi quēque & homines velut gregem suū duxisse, aluisse. Ex his autē Diis sunt Vulcanus & Minerua. Ibiq; est, quod *ἢ τὸ θεὸς φύσις ἔστι πολλὰς γενεὰς ἐξήρησε*, in multa sæcula Natura, vel Stirps Dei perdurauit. Ad postremū ibi est, *θεὸς θεῶν ζεὺς*, Deus Deorū Iupiter, Nostræ litteræ de supremo Deo. Deus Deorū dominus locutus est. Agnoscunt igitur & ipse quendam Deum Deorum, id est, conditorem, fatoremq; Deorum, & regem, vt ibidem etiam asserit Plato. Is Deus Platone teste, qui prisca ab Aegyptiis audita, sed xui longinquitate deprauata, sæpenumero memorat, Deus Deorum, conuocatis omnibus Diis in cælo dissemit in medio multa, de genere illo diuino corrupto, diluuiο eos perdere decernens. Quod nostræ quoque litteræ testantur, sed incorruptius, & apertius. Loquutus est etiam Latinus Poēta à Græcis audita, qui ea à Barbaris accepissent. In nostrisq; litteris inducitur, quod Deus quasi cum aliis Diis sit locutus: Venite igitur descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Est igitur apud eos Deus Deorum is, quem in Timeo ineffabilē, & inexplicabilem confessus est, nominatq; eum, non habens hactenus aliud nomen, Iouem, vt sæpe dictum, antiquissimum Dei veri, ac summi nomen. De quo etiam Homerus inducens vnum è Diis eum affantem:

*Ἰλιά ο. initio serē & οdyss. α.* *ὦ πάτερ ἡμέτερε κρονίδι ὑπάτε κρείοττον.*  
O genitor noster Saturnie, rexque supreme.

*Angeli, dominationes, potestates, throni.* Quos illi promiscuē Deos vocant, nostræ litteræ promiscuē quidem Angelos. sed & *κυριότητας, ἐξουσίας, θρόνους*, dominationes, potestates, thronos: quod repræsentat illud Homeri à vetustissimis seculis veniens, *κρείοττος*. Id enim est *κυριότης*, dominatio, *κρείων*, dominator. De hoc ipso etiam clarius locutus alibi Homerus; inducens ipsum Patrē dicentem:

*Ἰλιά ο.* *ὄσον ἐγὼ ἄετ' ἐμὶ θεῶν, ἄετ' ἐμὶ ἀνθρώπων.*  
Quantum ego, præcedo diuos, præcedo hominesque.

*Plato, mediū incedit inter poetas & oratores.* Sic fit perspicuum, tamen si Plato diffundat nomen Diuinitatis in multos; eum tamen id sæpe iocando fecisse, & quasi poëtice. Nam Platonem perhibent medium inter poetas, & oratores incedere, tum eum apertē fateri non poëtice solum, sed naturaliter vnum supremum, maximum, Deorum hominumq; fatorem, ac Regem. Et huic opera grauissima tribuere, creationem mundi, omniaq; maxima ponderis opera. Nam Iouē esse illum verū Deum etiam Paulus demonstrat ex Arato, qui dixerat, Iouis omnia plena. Et quod genus eius sumus: Huius enim genus sumus. Hæc dixerat Aratus de Ioue, quem verum Deum, à quo genus ducamus, & in quo viuamus, Paulus interpretatur. Errabant quidem attribuen-

Aattribuendo sacrosanctum Dei nomen tam variis, & indignis rebus, sed apud Philosophos, saltem Platonem (Nam de vetustioribus clarum est) est verior sensus. Eadem peccat Aristoteles, dum cælo, stellisq; tribuit Diuinitatem, etiam æternitatem, adeoque cæleste corpus deificat, vt omne genus laudis in ipsum effundat. Et vt eum arguit Marcus Tullius, licet in persona Epicuri, quod in tertio de Philosophia libro (qui nunc non extat) multa turbet, modò menti tribuens omnem Diuinitatem, modò quandam alium præficiens mundo, eique eas partes tribuens, vt replicatione mundi quadam motum regat, atque tueatur, Tum cæli ardorem Deum dicat esse, non intelligentem, cælum esse mundi partem, quam alio loco ipse designarit Deum: Hoc ergo cogit eos inconstantes fuisse, & in re certa nihil habuisse, quod proferrent. Aut si boni consulamus, & fortasse melius mentem eorum interpretemur, dicemus eos vltro de vero, ac naturali Deo multa locutos, multa naturam ignaris extorsisse. Ac tamen si vaga sit Diuinitas apud illos, esse tamen etiam veram illam, ac singularem, quam & antiquitas fuggerebat, & natura. Nam Iouem, vt superius, verum illum, ac naturalem Deum, non fabulosè, & poëtice Platonem & Aristotelem cum multis aliis sensisse, apparet quod eum Aristoteles, vt nostræ litteræ, locat in vertice mundi, cuius per omnes mundi partes tendat immēsa, & indefatigabilis potestas. Plato autem de eo dicit in Cratylo, quod duo nomina, quibus eum vocant *Ζηνά καὶ Δία*, coniuncta declarāt Naturā Dei, qua putamus omnia fieri, & peragi. Neque enim esse nobis, & cæteris omnibus, qui magis autor sit vitæ, quā is, qui Princeps & Rex est omnium. Hæc Plato, dicens de Ioue, certè sentit illum verum Naturæ Deum, Principem, Regemq; omnium, Causamq; vitæ, vt est in nostris litteris. Quodq; magis admirabile, quod in fabularum inuolucris dicitur, Iouem filium esse Saturni, audi quomodo id interpretetur. Hunc, inquit, filium fuisse Saturni, contumeliosum statim videatur audienti: *εὐλορον δὲ μεγάλης τινὸς διανοίας ἐυρονον ἐνοει τὸν Δία*: Rationabile autem est, magnæ cuiusdam Mentis filium esse Iouem. Nam, inquit, cronos designat quasi purissimam, incorruptamq; mentem, cuius filiam dicunt Iouem. Hæc ille. declarauimus autem superius prolem Dei vocatum Iouem, qui dictus est ab essendo: ipse item Rex & opifex mundi, ipse omnibus imperans, ipse vita omnium, ipse rex hominumq; Deūm q; , sicut apud nostros. Aspice etiam, an Iupiter, & Mens illa apud Anaxagoram sint idem. Mentē autem probatum est sæpe, esse secundum è tribus, esse post summum Bonum, esse eam, quam litteræ Hebræorum Sapientiam, Aegyptiorum, & Hebræorum *λόγον*, Interpretationem, aut rationem vocāt, nomina ob creationem mundi. Iouem testatus est in Cratylo, quod sit causa vitæ, Princeps & Rex omnium. In eodem autem libro de Mente, quod sit *ἀπὸ κράτους πάντων νοσημὴν Δία πάντων ἰών*, Imperatrix, omnia exornans, per omnia pertinens. Eadē paulo antè tradit. Item Laërtio teste vocat creatorem mundi Plato *Ζην, αἰτίον*, Mentem Causam. Vnus igitur, vt vides, est atque idem, Iupiter atque Mens, ille Rex, Princepsq; omnium, Autor, Imperator, exornans omnia: sicut ille Causa vitæ, sic ista per omnia commeans, & pertinens, quod Pythagoras de Deo, per omnes mundi partes intento dixit, ex quo nostri animi carperentur. Ecce idem hæc omnia, Iupiter, Mens, Deus, Causa, quia tendunt per omnia, regnant per omnia, regunt omnia. Superius item vidisti, *πάσιων αἰτίον τὸν θεόν*, omnium autorem Deum. Confer Iouē in Cratylo *αἰτίον τῶ Ζην, ἀρχοντα, βασιλέα τῶ πάντων*: Causam vitæ, Principem, Regem omnium. Item Mentem, quod sit *ἀπὸ κράτους Δία πάντων ἰών*, Imperatrix, per omnia commeans. Ecce sunt idem Deus, Iupiter, Mens, Autor, qui in Epistola secunda extat, habet patrem, ergo est filius: & is autor, teste Laërtio, est Platoni mundanus opifex. Ex quo efficitur, vt quicquid illi de Ioue loquerentur, de summo Deo sit dictum, licet indigna Deo multa, vt poëtarum fuit error, ad suū arbitrium de Diuinitate fingentium. A Platone repudiata, ab aliis allegoricè interpretata, quibus nisi allegoria subsit, vt ait Palephatus, omnium mortalium impiissimum confiteri Homerum necesse sit. Sed & apud hunc, & alios omnes Trismegistum, Sibyllas, Orpheū deprehendas fabulosā mista veris. Nam & populari consuetudini nonnulla dabant, vt apud Platonem visum, & sibi, ac sapientiæ, de rebus grauissimis differentes, item satisfaciebant. Itaque & veram, naturalemq; deprehendas apud eos sapientiam, & rursus populares, aut poëticos errores. Nos autem dicimus ab initio mundi natam veritatem, que ex certa Dei conspecta præsentia habuisset initium, per omnes dein ceptas aures descendentem, fuisse magis deprauatam, remanente semper aliqua luce: Solas autem apud sacras litteras incorruptam esse veritatem.

diuinitatem ab usque veteres nomine dei.

Inconstanter de diuinitate pagani senserunt.

Iupiter, eius Saturni filius.

Iupiter est Mens, an idem.

Mens, causa.

Quicquid de Ioue loquuntur pagani, id de vero deo intelligi. Fabulosa mixta veris.

De summo Deo, quem summum Bonum vocat Plato, affirmans eum rerum cun-  
ctarum celo ac terris autorem, à quo rebus omnibus adsit esse.

CAPVT VII.



ED omnium nobilissimum, ac præclarissimum est testimonium de  
summo Bono, de quo mira, & ex intimis Theologiæ mysteriis eloqui-  
tur in libris de Republica Plato, cuiusmodi apud Theologos, præci-  
puè Paulum, multa deprehendas. Hic Plato supra mortalitatis condi-  
tione sublatus, tranauit cælos mente, & ad ipsam summi Boni regiam  
progressus, vidit arcana Dei: vidit ineffabilem summi Boni Diuinita-  
tem: vidit luce & claritate maiestatis suæ, totum illuminari supernum  
mundum: vidit eum Solem creasse, omnium rerum visibilibus & inuisibilibus autorem  
fuisse: in eo omnem veritatem esse, omnia bona: Nos autem respectu Diuorum, qui pro-  
pius eum intueantur, tanquam in carcere esse, inter vmbras, & simulachra. De hoc ipso  
igitur summo Bono, & Idea Boni, hæc loquitur in sexto de Republica. Hoc igitur, quod  
veritatem præbet rebus, quæ cognoscuntur, & ipsi cognoscèti dat virtutem, Ideam boni  
dicito esse, etiam scientiæ, & veritatis causam, vt quæ cognoscantur per mentē. Vtraque  
autē, quæ vsque aded pulchra sunt, id est, notione & veritate, si quid aliud pulchrius exi-  
stimaues, rectè existimaues. Scientiā autem & veritatem sicut rectè lumen & visionē, E  
Solarem, non autem ipsum Solem credere rectum est: sic isto quoque loco, vtraque esse  
ἀγαθὸν ἔστι, id est, similia ipsi Bono, rectum est: Bonum autem arbitrari vtrum eorum, non  
rectum, sed, ἔτι μελλόντων τι μετρίων πλεονέχειν, adhuc habitus Boni magis honorandus est.  
Inauditam, inquit, dicis pulchritudinem, si scientiam quidem & veritatem præbet, ipsum  
autem est supra has pulchritudines. Neque enim dicis esse ipsum voluptatem. Bona ver-  
ba, inquam ego. Sed sic magis imaginem eius contemplare. Quomodo? inquit. Solem  
his, quæ videntur, non solum præbere facultatem vt videantur, reor, fateberis, sed &  
ortum, & incrementum, & alimentum, qui tamen res ipsa nata ipse non sit. Qui fieri  
potest? inquit. Itaque etiam his, quæ noscuntur, non solum adesse à summo Bono, vt co-  
gnoscantur: ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι τε καὶ πλεονέχειν ἢ τῶν ἐμὲν αὐτοῖς παρεῖναι, ἢ ἕσταις ἴσως τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ'  
ἐπὶ ἐπιφανείᾳ τῆς ἕσταις παρεῖναι καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος: Sed etiam & esse, & substantiam ab illo, eis  
adesse, cum ipsum Bonum non sit substantia, sed etiam excedens supra substantiam, di-  
gnitate & virtute. Hui, inquit cum risu Glaucon, Hercules diuina excellentia. Tu inquam  
ego causa es, qui me cogis fari, quæ de ipso mihi videantur. Nequaquam absistas nisi  
quid, sed similitudinem de Sole reliquisti. Relinquo, inquit, sæpe. At ne minimum qui-  
dem relinuas. Etsi multum feci, inquit, veruntamen quoad fieri poterit, in præfens non  
relinquam. Cogita igitur, inquam ego, sicut dicimus, ea duo existere, & imperare, al-  
terum quidem τὸ νοητὸν γένος τε καὶ τόπος, τὸ δ' αὖ ὄρατὸν, ἢ καὶ μὴ ὄρατὸν εἶπὼν, δὲ ξῶσαι σοφίζεσθαι τὰ ἐξ  
τὸ ὄνομα. ἀλλ' εἴν' ἔχεις ταυτὰ διττὰ εἶδη ὄρατων, νοητῶν, Generi, & loco intelligibili, alterum visi-  
bile, ne dicens celo, videar tibi circa nomen cauillari. Saltem habes has duas species, vi-  
sibile, intelligibile. Hæc & id genus Plato. Nouissimèque quam Ideam boni dixerat, vo-  
cat πλεονέχειν πάντος ἀρχῆν, Principium Vniuersi. In septimòque, qui statim attexitur sexto,  
de eadem re est sermo, hæc infert. Hæc igitur sic mihi videntur. In intelligibili no-  
uissima est Idea Boni, vixq; ea videtur. Vifa verò considerandum est, quòd scilicet hæc  
fit omnibus omnium rectorum, & honestorum causa: & quæ in hoc visibili lucem & do-  
minum Ens pepererit. In intelligibili autem, hæc domina est, quæ etiam veritatem, &  
mentem præbet: & quòd oportet hanc videre, qui prudenter aut priuatè, aut publicè  
velit agere. Hæc Plato de Idea Boni, quæ quidem magis ad verbum, oratione Græca-  
nica, non Latina protuli, vt dogma ipsum magis eluceret. Hic ergo effudit caelestem, au-  
reamque orationem; adita Diuinitatis aperuit. Confert Solem, & ipsum Bonum, pro-  
ponit duo regna, duo genera rerum. Collatio prima Solis, & Boni, quòd quemad-  
modum Sol efficit vt omnia videantur corporaliter, & in hoc corporeo visibilibus  
mundo, sic summum Bonum, in regno intelligibili, siue inuisibili, largissimam suæ cla-  
ritatis spargit lucem. Hæc autem lux, non corporea, inquit, sed intellectualis, scienti-  
æ, sapientiæ, cognitionis. Quia Idea Boni, vel ipsum Bonum, est pelagus, & locus sa-  
pientiæ, est asyllum, arx totius sapientiæ, est ratio vniuersalis. Qui hanc videt, videt  
omnia.

Idea Boni, vt  
à Platone de-  
scribitur.

visibile &  
intelligibile.

Idea Boni,  
quid.

A omnia. Ab hac autem vasta sapientia, omnem mentem intelligentem manasse, tum  
omne lumen mentis, id est, & ipsam facultatem, virtutemq; intelligendi, quæ est ipsa  
mens, & ab eo infusam, tum donari sapientiam, notionemque omnium rerum dicit. Id  
enim clamant nostræ littæ, Sine illo nihil nos scire posse: & Lignum vitæ his, qui ap-  
prehenderint eum: & Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et ipse vocatus est sa-  
pientia, ratio, forma. Hic omnia tanquam in sua Idea coniuncta bona. Duobus igitur  
modis potest intelligi quod det his, quæ cognoscuntur, & cognoscenti vim potestatem-  
que intelligendi: aut scilicet spiritualiter, & mentaliter, quòd ipse mentem creauit, &  
eam illuminet: aut refert ad mundum supernum, in quo regnet summum Bonum, im-  
mensa claritate sua dans illis se magis conspicabilem intuitibus, qui fecit eos, vt intueri,  
& cognoscere eum possent. Secunda, quòd quemadmodum Sol dat lucem, facit visio-  
nem, non tamen est aut visio, aut sparsa lux, sic summum Bonum, non est ipsa cognitio,  
radius, aut mens cognoscens, sed maius. Tertia, quòd quemadmodum Sol dat ortum,  
augmentum, alimentum visibilibus, ipse autem non est γένεσις, generatio, res facta, sic  
Bonum, non solum præbet rebus, quæ intelliguntur, vt intelligantur, sed & ipsum esse,  
& substantiam. Ipsum autem non est substantia, sed maius & melius, dignitate & pote-  
state vltra substantiam. Quarta, de Imperio, quòd quemadmodum præest huic mundo  
Sol, & imperat, sic imperat ipsum Bonum mundo intelligibili. Quo loco cum Plato sta-  
tuat duo regna, duo genera rerum νοητῶν, ὄρατων, aperte nescitur sentire, & innuere ea, quæ  
B summus Paulus: τὰ ἐν τοῖς ὕψουσιν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, τὰ ὄρατα, καὶ τὰ ἀόρατα: Quæ sunt in cælis, &  
quæ in terra, Visibilia, & inuisibilia. Itaque quæ Philosophi appellant νοητὰ, intelligibilia,  
id est, sola ratione & mente comprehensibilia, nostri inuisibilia dicunt, tum quia corpo-  
reus oculis, corpore carentia, videri non possunt, tum quia sunt in loco, de quo cogitari  
potest, videri non potest: Etiam quia intellectus sunt & mentes. Quæ autem sint ista in-  
uisibilia, Paulus ipse docet, statim subdens: καὶ τὰ ἀόρατα εἴτε θρόνοι, εἴτε κριότινες, εἴτε ἀρχαί,  
εἴτε ἐξουσίαι. Inuisibilia, inquit, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue po-  
testates. In hoc etiam primum adnumerauerat ipsum Bonum Deum, dicens Christum  
esse imaginem τῆς θεῆς τῆς ἀοράτου, Dei inuisibilis. Quare cum τὰ νοητὰ, id est, intelligibilia,  
sint inuisibilia, hæc erunt ipse Deus, & omnia genera Angelorum. Vtq; Paulus de his  
ait, τὰ πάντα δι' αὐτῆς, καὶ εἰς αὐτὸν ἕστηκαί, Omnia hæc per ipsum Verbum facta sunt: sic  
Plato dicit, Bonum fecisse hæc ipsa inuisibilia, intelligibilia, quibus dederit ipsum intel-  
ligere, & intelligi, ipsum tamen esse longè præcellentius illis. Sic & Paulus innuit, ipsum  
antestare creata illa. Aitq; Plato veritatem & notionem, qua illi cognoscunt, esse pul-  
chras, sed longè pulchrius, qui dedit hæc ipsa. Sic conferens ipsum cum duabus rebus  
pulchris, scientia & veritate, dicensq; ipsum esse venerabilius, fatetur esse ἀμύχανον καὶ ἄλλος,  
Inestimabilem pulchritudinem. Sic supra substantiam. Item affirmat eum creasse So-  
lem, esse omnium rerum principium, creasse Dominum lucis. Sunt item apud Platonem  
duo regna, visibile, & νοητῶν, intelligibile, siue spirituale, vel inuisibile. Duo genera rerum,  
C ὄρατων, νοητῶν. Sic etiam νοητῶν γένος, καὶ τόπος, Gens inuisibilis, locus intelligibilis. Videbis au-  
tem hunc locum intelligibilem apud eum, esse patriam caelestem, regna beata, vt decla-  
rat exemplum in septimo de Republica, quo fingit habitantes in terra, quasi in subterra-  
neo Specu esse, qui à pueris affuerint illic videre in pariete sola rerum simulachra ab ali-  
quo lumine representata: Sic nos inter vmbras esse, veritatis autem campum, verasq;  
res, vere bona apud superos esse, vbi est Idea Boni. Eodem libro dicit, πλεονέχειν  
καὶ θεῶν τῶν ἄνω, πλεονέχειν τὸν νοητὸν τόπον, τῆς ψυχῆς ἀνοδὸν, Ascensum ad supera, rerumq; su-  
pernarum contemplationem, esse animi ascensum ad locum intelligibilem. Quòd si  
quis contendat Platonem, Ideam summi Boni, aut ipsius Boni in vniuersum sensisse non  
Deum quidem, sed vniuersale totius Bonitatis, quasi vniuersalem speciem, sicut huma-  
nitas, multaque id genus vniuersalia: Ecce tota oratio refellet eum. Nam vniuersalia  
neque generant neque generantur: at Idea summi Boni, genuit Solem: Tum ipsa est do-  
minatrix in mundo intelligibili, in mundo mentali, vel inuisibili, sicut Sol in hoc mun-  
do, qui sic det nasci, esse, augeri, ali, videri sensibilibus, sicut inuisibilibus ipsa Bonitas.  
Denique si Sol causa est rerum visibilibus, partus autem, vel creatus est à summo Bono,  
ipsum autem summum Bonum, peperit alia non indigentia Sole, & ad quæ non se exten-  
dit eius potentia, vtique fatetur. Plato quod diuus Paulus, per ipsum facta visibilia, &  
inuisibilia: quia fecit Solem causam visibilibus, inuisibilia quoque ipse creauit: fecit

Multi sunt  
modi intelli-  
gendi sum-  
mum bonum.

Bonum, est  
maius cogni-  
tione ipsa.

Duo genera  
rerum, vtrum  
intelligibile,  
ὄρατων, ὄρατων,  
visibile.

Christus, ima-  
go Dei inui-  
sibilis.

Duo regna,  
Platoni.

Comparatio  
pulchra.

Nomine Ideæ  
summi Boni,  
Plato non in-  
telligit vni-  
uersale Boni-  
tatis.

Deus, Idea  
idearum.

lucis quasdam, quasdam lumina, dedit eis sentire, nosse. Eoque lucis in nostris litteris D  
vocantur. Et per allegoriam, non proprietatem, creatio lucis, fuit creatio ipsorum. Deinde  
de Idea bonarum rerum non est nisi Deus ipse exemplar, ut Philo ait, & Idea omnium  
Idearum, Idea maxima, id est, maxima ratio, maximus logos, verbum, forma, ratio,  
exemplum, Mundus, ut idem Philo perhibet, νοητός, intelligibilis, plenus rationum, for-  
marum sapientiae, scientiae. Haec omnia sensit Plato. Suntque haec nomina summi Dei apud  
eum plena Theologiae, τὸ ἀγαθόν, ἰδέα τῆς ἀγαθῆς βασιλείας τῆς νοητῆς γένεως καὶ πόλεως, τὸν ἥλιον γεννή-  
σαι, ἐπιτελεῖν τῆς ἕσσης, τῆς παντὸς ἀρχῆς ἀφ' ἧς ἕναι ἔστι, καὶ ἡ ἕσση τοῖς γαγγύσιονομοῖς, Ipsum Bonum,  
Idea Boni, Rex generis & loci inuisibilis, Genitor Solis, Ultra substantiam, Principium  
Vniuersitatis, A quo est esse & substantia his quae noscuntur. Denique qui genuit siue  
creauit Solem, sibi ἀνάλογον, proportionatum, ut sic loquar, quia & ipse Sol est mundi in-  
uisibilis. In quibus est tota Theologia, omnis sapientia.

Platonem fateri Deum omnium bonorum nullius autem mali autorem, opti-  
mum, pulcherrimum, veridicum. Prodesse dare poenas, & castigari. Do-  
gma de Bonitate, sumptum esse ex Trismegisto.

CAPVT VIII.



Deus bonus,  
et boni causa.

IVINE quoque locutus est de summo, ac singulari Deo, in secundo E  
de Republica. In quo agnosces ea, quae proponit in Timæo, de Crea-  
tore mundi, ac Bonitate eius, & item quod superius in sexto. Ibi aper-  
tè fatetur in Deo solam bonitatem, autoritatemque bonorum esse. In  
illum mala vlla accepta referri nec debere homines, nec posse loquens  
in hunc modum: ἀγαθὸς ὄντα θεὸς τῶ ὄντιτε, καὶ λειψότερον ἔστω: Bonus profecto  
est Deus, idque confitendum est. Nihil item quod bonum est, est noxiū.

Ergo quod non est noxium, non nocet. Sic quod non nocet, non afficit malo, ne mali  
quidem sit autor. Est item ipsum Bonum, vtile: ἀίτιον ἕρα ἐννοεῖται: causa igitur est felici-  
tatis, rerumque bonarum. Non ergo omnium rerum, causa est ipsum Bonum, sed bona-  
rum tantum, beneque habentium, Malorum autem autor minimè. Non ergo Deus cum  
sit bonus, omnium causa sit, ut plerique loquuntur: sed cum quaedam det hominibus,  
aliorum nullam ipse affert causam. Longe enim pauciora nobis bona, quam mala sunt.  
Ac bonorum quidem neminem alium fatendum est autorem: malorum autem alias  
quasdam querere causas oportet, ἀλλ' ἢ τὸν θεόν, non Deum ipsum. Nouissimèque addit:  
Mala, inquit, Troianis illata, aut Pelopidis, aut omittendum ea referre in Deum uti au-  
torem, aut si à Deo profecta sint, inuenienda est his, qui haec dicunt, ea ratio, quam nos  
item vestigamus, & dicendum quòd Deus iusta & bona fecit: his autem profuit sic casti-  
gari, sed quòd vel miseri sint, qui luunt poenas, aut quòd Deus haec fecerit, poëta dicere  
non est concedendum. Sed si diceret, eis castigatione opus fuisse, velut miseris, quia mali  
essent, dantes autem poenam, ἀφελόντο τὸ πᾶν τῆς θεῶ, beneficio affecti sint à Deo, permitti  
debet. Malorum autem alicui autorem fuisse Deum dicere, qui bonus sit, omnino pro-  
hibendum est. Igitur, inquit, omnium dicemus Deum autorem, sed bonorum. Sic ne-  
que praestigiatores, simulantemque varias figuras Deum dicemus. Nam mutare formam  
suam in peius eum nefas est. ἀλλὰ μὴν ὁ θεὸς οὐτε καὶ τῶ θεῶ πάντῃ ἀεὶ εἶναι ταύτῃ μὲν τοῖ ἡμισα  
ἐν πολλὰς μορφὰς ἔχει ὁ θεός. Atqui & Deus, & omnia, quae sunt Dei, sunt vnde quaque opti-  
ma. Itaque minime varias figuras subeat Deus. Itaque cum Deus sit ὡς εἶκοι καὶ χεῖλις καὶ  
ἀεὶ εἶκοι, ut apparet, pulcherrimus, & optimus, nefas est eum ad peiorem conditionem de-  
scendere. Denique concludit in Deo nullum esse mendacium: Κομῶδῃ ἀεὶ ὁ θεός ἀπλῆν,  
καὶ ἀληθῆς, ἐντε ἔργῳ καὶ ἐν λόγῳ: omnino igitur Deus simplex & verus verbo & re. Haec igitur  
omnis praedicatio, etsi in omnes Deos aequaliter, ut Plato fortasse sensit, tendit, ex  
dogmatis tamen eius apparet, proprie, ac primo in illum congruere, quem Ideam Boni-  
tatis in ipsis de Republica libris dixit: & cuius bonitatem genitricem mundi fuisse  
confitetur: quaeque cum summa esset, fecerit mundum pulcherrimum: cuius pulchri-  
tudo non aliam habuerit causam, quam ipsius opificis pulchritudinem, ac bonitatem, ut  
cui non placeant nisi pulchra, & optima, eoque omnia creari formosa, pulchra, vtilia.  
proinde dicit eum Moyses ad vnamquamque rem creatam vidisse eam esse bonam. Ad  
postremum

Si Deus ma-  
lo afficiat, id  
optima causa  
facit.

Deus, non est  
mali causa.

Bonitas dei,  
mundi geni-  
trix.

Apostremumque vidisse cuncta, & ecce erant valde bona. Excluditur enim, & exploditur  
etiam ab ipsismet Philosophis, turpissima Manichæorum insania, aliquid mali esse in hoc  
mundo, quod ab autoremundi habuerit principium. Quod illi vitare volentes, in aliud  
absurdus ceciderunt, in duas partes secantes autoritatem mundi creati, ut aliud à Bono,  
aliud à malo principe sit factum. Sed quoniam contentur omnes, ab vno factam totam  
rerum Naturam, dicenda est vnde quaque bona. Mala autem ab ingenio humano, quae  
proprie mala dicantur, habere originem. Ac diuinitus etiam Plato, sicut item in Gorgia,  
clamat, si quid cui acciderit mali, profuisse dare poenas eum fatendum esse. Nam in eo-  
dem libro saepe affirmat, τὸ ἀδικεῖν τῶ ἀδικεῖσθαι χεῖρον: Peius esse inferre iniuriam, quam  
pati. Et, τὸ δικαίον διδοῖναι, μετρίως καὶ ἀπαλλαγῆ ποιησῆς: Dare poenas, esse liberari à maximo  
malo, nempe à scelere. sic nunc eadem asserens veluti diuinitus Theologus, si quid cui  
mali eueniat, quod à Deo fatearis accidisse, reuocandum esse ad Bonum, quia melius sit  
castigari, quam permanere in scelere: Possis, inquit, etiam si iustus interficitur, si patri-  
monio multatur, si vestalis virgo vitatur, non referre haec mala in voluntatem diuinam,  
sed in illorum, qui faciunt, prauitatem, qui poenas tamen dantes, vel in hoc mundo,  
quod Troianis ob adulterium accidit, vel alibi, proderit eis, & omni mundo, dum scelus  
expiatur, quod bonum est, cum iustitia redit in suum locum. Quae etsi nocent castiga-  
to, prodest tamen alibi, quia labes elui, de medio tolli, pulcherrimum est. Haec ferme  
Plato, asserens tum miseros appellandos non esse, qui dent poenas, quia scelus eorum  
expiatur: tum hanc voluntatem non esse rectam in Deum referendum, ut eueniant  
mala, quae diluantur, vel quae debeant coronare iustos, quibus melius sit pati quam in-  
ferre iniuriam. Neque enim Deus quenquam beneficio affecturus noceret, alteri de-  
cernens castigari vel flagellari, iustum ab iniusto, ut is ascendant ad triumphos, ille descen-  
dat in Tartarum: sed in Deum non sunt referenda, tanquam ea nolentem, sed conui-  
uentem. Interim tamen melius est pati, quam inferre iniuriam: & beatius est dare, quam  
accipere beneficium, ut dixit Dominus Iesus. Sicque tria diuina dogmata sunt hic apud  
Platonem, πάντων αἴτιον τὸν θεόν, ἀλλ' ἀγαθόν, Omnium Deum esse autorem, omnium rerum  
bonarum. Bonum autem & Ens conuertuntur. Item omnium malorum ἀνάτιον, non  
autorem. Tertium si malorum autoré dicas, id est, non scelerum, non vitiorum, sed  
poenarum, castigationum. Prodesse poenas has perpeti. Et quòd hoc fuit diuinum bene-  
ficium, effectum te meliore, expiato piaculo tuo prodesse tibi & omni humano generi,  
detrahi superbis supercilium, quoniam nimia felicitas corrumpit, reddit ad voluptates  
alacriorem: Virtus autem infirmitate perficitur. Haec Plato sensit eo instinctu, quo crea-  
tus est homo ad imaginem Dei, eoque sentit eadem atque Deus. Nostra autem religio  
est sensus Dei, est locutiō Dei, Locutiōque sunt homines saepe similia, praecipue sapientes,  
quia sunt imago Dei. Neque adeò potuit vnquam tenebris obrui mens humana, quin  
eluceret, quod diuus Paulus praedicauit, veritas in terris. Denique infert Plato, ut nec ma-  
lorum sit autor Deus, sic nec eum esse mendacem aut versipellem, sed esse ἀπλῆν, καὶ ἀληθῆς  
Crem simplicem, veram. Itaque haec nomina summi Dei, nunc apud Platonem sunt ἀγαθὸν  
αἴτιον, καὶ ἀνάτιον, αἴτιον ἐννοεῖται, καὶ ἀλλῆς, ἀεὶ εἶκοι, ἀπλῆν, ἀληθῆς. Bonorum autor, malorum  
non autor, felicitatis, prosperitatis autor, pulcherrimus, optimus, simplex, verus.

Thsaia Mani-  
chaorū hae-  
sis, qui Deū  
mali causam  
assererent.

Dare poenas,  
non est malū,  
cum sit libe-  
rari à maxi-  
mo malo.

Miseri non  
sunt, qui pe-  
nas dant.

Tria diuina  
dogmata a-  
pud Platonē.

Hoc de Bonitate diuina sumpsisse Platonem ex Trismegisto.

CAPVT IX.



VNC locum haud dubie sumpsit Plato ex Mercurio Trismegisto, à  
quo tota ferme Platonica Philosophia, vbi mysteria attingit, deflu-  
xit. Nec potuit ab Angelo caelesti dici de summo Bono quidquam di-  
uinius, & excellentius. Duas censet veras summi Dei appellationes,  
Patris, ac Boni, sed eam quae est Boni, veriorum: ὁ θεὸς τὸν θεόν διὰ ταύτας  
ταῖς παρεσημασμέναις σέβασθαι δεῖ, τῶν μόνων αὐτῶ παρεσημασμένων, καὶ ἄλλῳ ἔδεν.  
ἔτε γὰρ τῶν ἄλλων λεγομένων θεῶν, ἔτε ἀνθρώπων, ἔτε δαιμόνων τις δύναται, καὶ ἄν  
ὅπως ἀγαθὸς εἶναι, ἢ μόνος ὁ θεός καὶ τὸ ἔτε μόνον, καὶ ἔδεν ἄλλο. τὰ δὲ ἄλλα πάντα χρηστὰ ἔστι τῆς τῆ  
ἀγαθῆ φύσεως. σῶμα γὰρ εἶσι καὶ ψυχῆ, τόπων ἐν ἔχοντα χρηστὰ δυνάμενον τὸ ἀγαθόν. τοσοῦτο γὰρ ἔστι  
τῆ ἀγαθῆ. τὸ μέγεθος, ὅσον ἔστιν ὑπερῆς πάντων τῶν ὄντων, καὶ στοιχείων, καὶ ἀσομάτων, καὶ ἀόριστων,

Duo nomina  
Dei, Pater &  
bonus.

καὶ νοητῶν, τῶν δὲ τὸ ἀγαθὸν, τῶν δὲ τὸ θεὸς. μὴ ἐν εἰπέ ἀλλὰ πὶ ἀγαθὸν, ἐπεὶ ἀσεβείας, ἢ ἀλλοτρίως ποτε τὸν θεὸν, ἢ μόνον τὸ ἀγαθὸν, ἐπεὶ πάλιν ἀσεβείας. λόγῳ μὲν ὑπο πάντων, λέγεται τὸ ἀγαθὸν, ἔνοεταί δὲ τί ποτὶ ἐστὶ, ὑπο πάντων. Ἄλλο τῆτο ἐδὲ ὁ θεὸς νοεταί ὑπο πάντων, ἀλλ' ἀγνοία καὶ τῆς ἕξης, καὶ τῆς ἀνθρώπων ἀγαθῶν ὀνομασίῃσιν, μηδὲ ποτε διωαμίδους, μηδὲ εἶναι, μήτε γενέσθαι ἀλλοτρίωταιτο γὰρ ἐστὶ τῶν ἄλλων, καὶ τῶν θεῶν ἀγαθῶν: ὡς αὐτὸς ὁ θεὸς ὢν, θεοὶ μὲν οἱ ἄλλοι πάντες ἀθάνατοι πεπιμυθῆσιν τῆ τῶν θεῶν παρομοίῃσιν, ὁ δὲ θεὸς τὸ ἀγαθὸν ἔχει τῆ τιμῆν, ἀλλὰ καὶ φύσιν. μία γὰρ ἡ φύσις τῶν θεῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐν γένος ἀμοιότρον, ἐξ ἧ τὰ γένη πάντα, ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἀπαντα ἐστὶ διδύς καὶ ἐδὲν λαμβάνων, ὁ δὲ θεὸς, τὰ πάντα δίδωσι, καὶ ἐδὲν λαμβάνει. ὁ δὲ θεὸς ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὁ θεὸς. Quæ sunt proinde duabus hisce Deum appellationibus colere conuenit, quæ ei soli congruunt, alteri præterea nemini. Neque enim vlli ex his, qui dicuntur Dij, aut homines, aut Dæmones, possunt vllatenus boni esse, nisi solus Deus. Et hoc est solum, & nihil aliud. Cætera verò omnia sunt capacia naturæ Bonitatis. Corpus enim sunt & anima locum non habentia, qui possit bonū capere. Tanta enim est boni magnitudo, quāta substantia omnium corporum, & incorporarum rerum, sensibilem & intelligibilem. Hoc est Bonum, hoc est Deus. Ne igitur dicas aliud Bonum, quoniam peccas impiè, aut aliud quid Deum, nisi solum ipsum Bonum, Quia rursus peccas impiè. Verbo quidem ab omnibus dicitur Bonū, non cognoscitur autē ab omnibus quid sit. Propter hoc neque Deus cognoscitur ab omnibus, sed per inscitiam & Deos, & quosdam homines bonos appellant, qui neque sunt, neque potuerint esse. Alienissimum enim est ab aliis, & à Deo inseparabile, cū Deus ipse sit. Cæteri igitur Dij, omnes quidem immortales, hoc honore affecti, vt Dij appellentur. Deus autem est Bonum, non secundū pretium, aut honore, sed secundum naturā. Vna enim est natura Dei, ipsa Bonitas, & vnum genus vtriusque: Ex quo cætera genera. Nam bonus omnia dat, nihil accipiens. Deus igitur omnia dat, & nihil accipit. Ergo Deus est ipsum Bonum, & ipsum Bonū est Deus. Hæc Theologus Ægyptius. Quibus nihil diuinius, ad refellendam veterē omnem idololatriam, Philosophorū, Poëtarumq; errores, si qui sunt, aptius dici potest. Ex his, & à Chaldaicis oraculis, Platonē apparet, quæ de summo Bono in secūdo, & sexto de Republica differuit, accepisse. Definiuit ergo, præscripsitq; Mercurius de Bono sententiā veram, excellentemq; Bonitatem, & quæ à Platonicis vocatur τὸ ἀγαθὸν, ipsum Bonum, siue αὐτ' ἀγαθὸν, per se Bonū, soli ei congruere, quod ipsi etiam solent appellare ἐπέων τῆς εἰσίας, Quod sit vltra substantiā. Quod sit vltra substantiam. Quod tanquam fontem omniū rerum, etiam Mentis, & animæ præferūt, anteponuntq; omnibus. Eo q; nomē Dei & Boni declarat Mercurius in illum duntaxat vnum congruere: vt sit impietas, siue Dei nomē, siue Boni, cæteris aut hominibus, aut qui dicuntur Dij, attribuas. Est q; apud eum, vt maiestatem præcæ Theologiæ noscas, ea quæ crebro solet à Theologis vsurpari differentia, quod sit vnus verus, singularisq; Deus, cuius substantia, ac natura sit ipsa Bonitas, ceteros autem, quos vsus obtinuit vt Dij vocarentur, esse non natura Bonos, sed πῆμῃ honore, opinione, opinata quadam bonitate, & ab hominibus honoris causa tributa, non vera substantia Bonitatis. Atque in hoc non homines modò, sed Deos etiā recenset, qui verè neque nomen Bonitatis, neque Dei mereatur. Ipse igitur Mercurius se ipsum vel refellit, vel declarat, omnesq; alios cuiusuis disciplinæ Philosophos siue Platonicos, siue Peripateticos, in appellatione Deorū. Vt enim ex ipso Mercurio refellitur, vel declaratur Mercurius, cū dicit in eo qui inscribitur, Quod Deus inuisibilis sit ex factis manifestus: ὁ ἥλιος θεὸς μέγιστος τῶν κατ' ἕρανὸν θεῶν, ὃ πάντες ἐπέωσι οἱ ἕρανῶν θεοί, ὡσανεὶ βασιλεὶ καὶ δυνατῶν. Quod est, Sol Deus maximus cælestium Deorū, cui cedunt omnes cælestes Dij, veluti Regi, ac Principi. Et quod alio loco, χοροὶ δὲ δύο θεῶν, ὁ μὲν τῶν πλανητῶν, ὁ δὲ τῶν ἀπλανῶν: Duos esse choros Deorum, alterum errantium, alterum non errantium. Et quod alio loco, quod mundus sit θεὸς ὑλικός, mundus materialis. Refellitur inquam Mercurius aut declaratur suis illi verbis recitatis, quibus dixit impietatem esse & inscitiam, vel Bonitatem, vel Diuinitatē cæteris, siue hominibus, siue quos vsus obtinuit, vt Dij vocarentur, tribuere. Declaratur autem, quod tamen si Solem, astraque, & mundum Deos vocet, aut sequitur vulgi consuetudinem, relinquens sibi retinentē sensum verum, ac pietatem, aut quod tamen si dixerit eos Deos, dixit quadam Diuinitate, quam ipse vocat πεπιμυθῆσιν, appretiatā, honoratā, affecta hoc honore, non ex natura: affecta autem vel ab hominibus, vel ab ipso Principe Deo, Qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri, & vt dedit astris Diuinitatem, id est, fecit nobilissima, immortalia corpora, nisi velit ipse abolere, sic dedit hominibus, vt in numerum Deorum possent euadere,

Deus, est solum ipsum bonum. Homines, falsò boni & Dij appellantur.

Deus, bonus omnia dat, nihil accipit.

Dij nō natura boni, sed opinione humana.

Conciliatur Mercurius sibi ipse.

A euadere, factis etiam aliis ac declaratis Diis cælestibus. Ad hunc ergo modum Platonē, cuius Theologia prorsus ab hac Mercurij defluxit, eiq; simillima est, decet intelligere. Vt enim apud Mercuriū audis, vnus esse veram Bonitatem, ac Diuinitatem, rursus audis astra, Solem, cælum, mundum Deos esse: Similem scito Platonem expressisse Theologiam. In sexto de Republica agnoscit, confiteturq; veram Diuinitatem; in secundoque Deos ait fatos cum omnibus ab ipso Deo. In eisdem libris vocat cælum θεῶν γερωνιμῶν, Diuinitatem factam. In Timæo mundanus Deus creat omnia, etiam Deos, aitq; omnia posse ab eo, qui ligauit, dissolui. Rursus audis in libris de Legibus cælum, astraque Deos, quin ipsum Solem iuxta ea, quæ Mercurius prior, maximum Deum esse. Hæc igitur eodem interpretaberis, quo Trismegistus totius Philosophiæ princeps, præcipuè Platonicæ, docuit. Nec opus est consultationibus, cū ipsum et seipso declarent, augustè fatentes, ac sanctè Deum, Bonumq; æternum, conditorem omnium, vnicū singularemq; imparticipabile, Bonitatis ineffabilis, cæteram factitiā, & vel nomine tantum, vel simulatam quandam, & honore affectā Bonitatē vel Diuinitatē. Eodem sensu oportebit intelligere Aristotelem: quandoquidē omnis apud eum Theologia, à maioribus Græcis, & Barbaris manauit. Vt cæli Diuinitatem, necessariò eo loco habeat, quo habuere, à quibus ipse dicit, retinens sibi veram pietatem, veriorēq; Diuinitatē, à qua Diuinitas venerit cæli, eo quo barbari docere modo, non in æternū pendens, generatq; sed facta à magna Bonitate, ac Diuinitate, rerum cæterarū creatrice, cuius sit tanta magnitudo, vt sola poterit, sola meruerit esse sempiterna. Cætera quoniam distant in immensum ab ea, noua Diuinitate, Bonitateq; fuisse donata. Hæc Aristoteles certè fateri cogetur, & quidē confessus est, siue illum huc rapiente natura, siue animo suo veriora cernente, respicientēque ad eos, à quibus manabat ea, quæ scribebat ipse. Eiusdē etiam alibi confessus est Trismegistus tantā esse, tam differentē ab omnibus maiestatem, vt dicat potentia eius ἕτερον ἀνθρώπων πνεῦμα, ἕτερον τοῦ θεοῦ, ἕτερον ἀλλοίῳ ἐν τῆς μηδὲ ποτε τῶν ἕξω, μηδὲ τῶν ἐνὸς ὁμοίοντι ἢ γήινῃ τῶν θεῶν. ἕδὲν ὁμοίον τῶ ἀνομοίῳ καὶ μόνῳ, καὶ ἐνὶ, Neque humana, neque diuina esse comparanda. Neque quæ deorsum, neque quæ sursum Deo similia arbitreris. Nihil simile dissimili, & soli, & vni. Ex quibus probantur ea, quæ nostra Theologia clamat: Vnum eum esse sempiternum, verè immortalem, omnibus dissimilem: factos autem ab eo Deos, & homines, quoniam ille solus debet esse sempiternus. Hæc eadem, de Bonitate Dei retulit item diuinè in Protagora Plato. Quo libro ex sententia Simonidis asserit, hominem bonum inueniri perdifficile esse: fieri autem posse, vt ad aliquod tempus. Sed cū bonus fuerit, perseuerare in bonitatis habitu, virumq; bonum esse, vt dixit Pittacus, impossibile esse, minimeq; humanum. Sed solum Deum hoc honore præditum esse, hominē autē fieri non posse, quin sit malus.

Assertio Trismegisti & Platonis, de Deo.

Aristot. veritatem fateari coactus.

Deum creatorem omnium rerum dicere Platonē. Testimonia, quibus apparet eum Vniuersi conditorem nuncupasse. Prolem diuinam autorem mundi esse Platoni, cui det Patrem in Epistola.

CAPVT X.



AM mentem in Platone fuisse, Deum sicut à maioribus audierat, cæli & terræ, cunctarumq; rerum cælestium & terrestrium, quæ prius non essent fuisse Creatorē, quod in Timæo tam clarè, & in decimo de Republica confessus fuerat, declarant alia, per omnem Philosophiā eius tanquam fidera internitentia testimonia. Similia enim in libro, qui dicitur Sophista, locutus est de Deo creatore, atque in decimo de Republica. Ibi cū de veris rebus, ac fictis, simulatisq; differeret, hæc ait: Animalia quidem omnia mortalia, & plantas, quæq; in terra ex seminibus, & radicibus producuntur, & quæcūque inanimata terræ cōplexu tenentur, corpora liquentia, & non liquentia, num altero, quàm create, & opifice Deo, dicemus postea extitisse, cū prius nō essent, μὲν ἄλλ' ἕτιος ἢ θεὸς δημιουργήεντος φησόμεν ὑπερον γήινου, ὑπερον οὐρανίου: aut multorū dogma, assertionemq; sequemur, naturam ex quadam fortuita causa, & sine cōsilio, producente hæc ipsa genuisse: An cum ratione & scientia diuina à Deo extitisse? Hæc Plato. Huic autē altissimæ quæstioni Theætetus, quod d' adolescēs esset, non respondet, sed vertit oculos ad Zenon, siue hospitem, expectans quid ille pronuntiet: Quanquam arbitror,

Deo creatore omnia.

Quæ sunt à Deo, & quæ ab hominibus.

Gen. I.

Deus, Mens, Causa, Opifex, Platon.

Deus, filius ac proles Dei.

Moses, quam causam affectat finalem lucis.

Gen. I. Lux ad quid, Platoni.

inquit, te dicturum hæc ex Deo extitisse, idq; ipse arbitror, & ἡσπλαγχνιστὸν οἰεῖσθαι σε καὶ Δεὸν αὐτὸν γίνεσθαι, ταύτην καὶ αὐτὸς νόμισμα: Tum verò pronuntiat ipse: Sed statuo, inquit, res quidem naturales factas, siue fieri arte diuina: quæ autem sunt ex his, fieri ab hominibus. Innuuit scilicet artem. Deinde multo magis idem hospes: ἡμεῖς μὲν πρὸς καὶ τ' ἄλλα ζωὰ, καὶ ἐξ ἑνὸς πατρικίου ἔβη, πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τέτατον ἀδελφοὶ θεῶν γνήσια πάντα ἰσομεν αὐτὰ ἀπειργασμένα ἔχειν: Nos quidem, tum cætera animalia, tum ea è quibus existit, quæ nata sunt, ignem, & aquam, cæteraque id genus, Dei scimus esse opera. Hæc Plato diuinus, eadem atque in libris de Republica, loquens de arte, & inuentione diuina, cuius sint res veræ, ac naturales, quas humana ars imitetur. Sicut Moses incipiens à cælo, & terra, scribit plantas, herbas, arbores, animalia diuinitus effecta, tribuens vnicuique operi diem certam, gradusq; nascendi. Sic Plato persequitur vnã quantam rem, vniuersales primum res, tum particulares, quas Sapientia diuina perfecit, elaborarit. Ac quanquam nunc potius loquatur in præsens, vt innuat præsentē, ac continuatã rerum productionē diuina Sapientia suscitari, sustineriq; natura perēniter generante: claret tamen eum ostendere nunc diuinitus fieri, quòd aliquando diuinitus habuerit principiũ, sicut declarauit in Timæo, & sicut testatur Diogenes Laërtius Platonē sensisse, posuisse eum duo principia θεὸν, καὶ ἕλν. ὃν καὶ νῦν παρονομαζοῦμεν καὶ ἄπτον, Deum & Materiã, quem & Mentem appelleret, & Causam. Ecce enim quemadmodũ idem est Deus, Mens, Causa, Opifex apud Platonē, sic apud Mosem, Deus Creator, Spiritus, id est, Sapientia. Vides enim hic artificem diuinũ, cuius sapientia veras res eduxerit. Vt autē est in Theologia, per Sapientiã diuinã creata omnia: sic affirmate Laërtio apud Platonē idem esse Deum Opificem mundi, atque νῦν, ἄπτον, Mentem, Intelligentiam, ac Causam. intelligimus hunc esse prolem Dei, magnamq; illam, infinitamq; Sapientiam. Accipe enim & confer loca inter se diuisa, & iunge ea adinuicē. Appellatur teste Laërtio mundanus Opifex ille à Platone νῦν, ἄπτος, Mens, Causa: ipse tibi declarabit Plato, si capias secundã Epistolam ad tres amicos, Hermiam, Eraclum, Coriscum. In cuius calce est vt in amicitia vera & stabili adirent τὸν τῷ πάντων θεῶν, ἡγεμῶνα πάντων ὄντων, καὶ τῷ μέλλοντων, τότε ἡγεμῶνος, καὶ ἀπτός πατέρα κελίων: Deum omnium rerum præsentium, ac futurarum Principem, tum principis & causæ siue autoris Patrem Dominũ. Si igitur Plato memorat Patrem τῷ ἀπτός, eumq; Dominum appellat: istum autem ἄπτον Laërtius fatetur à Platone dictum mundanum illum Opificem: profectò cognoscimus hunc auctore, creatoremq; vt nostra, ac Ægyptiorum, Chaldæorum quoque prædicabat Theologia, Filium esse, ac Prolem Dei. Est enim ἄπτος is, qui habet Patrem, in Epistola: & is Platoni est Opifex mundi teste Laërtio. Clarum igitur apud Platonem ab altissimis generis humani initiis & per omnes ætates delabens dogma, θεῶν γνήσια πάντα, cuncta esse creaturas Dei, non solum in principio temporis, sed etiam semper & perpetuò, non solum perpetuò, & semper, sed etiam aliquo temporis primordio, nata cum prius non essent, diuina arte reperia, & reperiri semper (reiecto Democriti, Leucippi, quos secutus est Epicurus, dogmate) ex fortuita causa cuncta constituisse. Nam quod isti ingesserunt, ab antiquis sæculis non est profectum, ex eorum capite, quod & Atomos somniauit ortum. Sicq; claret sententia Platonis de summo Deo, Opifice mundi, cui tot locis vocalissimè dat creationem, dat cunctarũ rerum naturam, ac nascentium sapientiã, ac causam appellans Naturã, Artem diuinã, Inuentionem ingenij diuini. Is est Deus, quem, vt perhibet Laërtius dixisse Platonem, ὅπως διὰ διλοῦ τῷ ὀρών ἢ ἀεθμὸς, καὶ μεταξὺ τῷ ζωὰ ἀεθμὸς, τὸ τῷ ἡλίε φῶς ἀνάλαϊ τὸν θεόν: Vt manifestus esset horarũ, tempore q; numerus, caperentq; numerũ animalia, Solis lumen accendit. Eoque sunt omnia creaturæ Dei. sic enim bene videor interpretari γνήσια, quoniam creauit rerum formarumq; corporearum auctore Solem. Eoque Moses testatur eum post inuentam massam, & chaos, extulisse lucē, per quam nascuntur omnia corporea. Ac in eius creatione assignanda mirabiliter cum Mose consentit Plato. Neque enim etiam Moses alias, quas affert lux utilitates assignat, sed temporum tantum, horarũ, dierum, noctium distinguendorũ. Posuit, inquit, ea in firmamento cæli, vt lucerent super terram, & vt essent in signa, & tempora, dies & annos. Plato autem ad distinguenda tempora, numeròque certo res separandas, accensum esse solis à Deo iubar in cælo. Cæteras autem utilitates tacitè demonstrat Moses, dum primam cunctarum rerum lucem scribit à Deo creatam, nimirũ vt eius auspiciis cætera coarretur. Horum igitur omnium Plato sanctissimè distinet, separatim, clarè refert inuentionem in vnum singularem, vnicumq; Deum, quem clamat iubar Solis inflammasse, ingenio suo, omnes rerũ species extulisse.

Hunc

AHunc appellat Deum, Mentem, id est, Sapientiam, Intelligentiam, appellat Causam, in Cratylo αὐτοκρατορῆν, regiam, imperatricem Mentem. Etiam Regem, Principem, vniuersalem, per omnia commeantem, naturam rerum, vt superius vidisti, producentem. Is autem est diuina proles, diuina sapientia, cui Patrem tribuit in Epistola.

Aliis locis creatorem cæli, ordinumq; cælestium moderatorem Platonem dicere Deum, qui distribuerit ad gubernacula mundi Angelos suos, creator mundi, bonorum omnium repertor.

CAPVT XI.



AD E M affirmat in eo, qui inscribitur Politicus, in quo Regem descripturus, qualem eum esse deceat, repetit fabulam ex Atreo, & Thyeste, qua dicitur antea Solem diuersa ratione atque nunc oriri solitũ, fuisse enim Solis occasum, vbi nunc sit ortus. Hæc autē etsi fabula sit, vt idem fatetur, posita tamen est, vt ex ea verior quædam descriptio depromatur. Ibi igitur sæpenumero repetit cælum à Deo creatum: concitationem, conuersionemq; eius, Dei opus esse: regi ab eo & circumuerti: potestatis eius esse, flectere in quam velit ipsum partē: in hunc ortum, & occasum, & in hanc formam, qua nunc sit, positum à Deo. Ac dicit: τότε δὲ δὴ μαβιρησείς ἀρχὴ ὁ θεὸς ἄτρεϊ, μετέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ νῦν χῆμα: Tum verò contestatus Deus Atreo, mutauit ipsum scilicet Solem, in præsentem figurã. Paulò post: Vniuersum hoc aliquando Deus ipse regit circũactum, flectitq; circum, aliquando dimittit, cum reuolutiones numerũ temporis ei congruum iam habuerit. Hoc autem iterum sponte sua in contrarium flectitur, vtpote animal, & rationem, ac prudentiã fortitum ab eo qui à principio ipsum construxisset. Hæc Plato. In quibus Deum gubernatorem cæli, motusq; eius præfidē fatetur, cuius maxima, & vniuersalis incitatio possit flecti, circumagi, flecti à Deo. Qui possit cælo sic imperare, ac quasi dicere, Siste gradum, aut, Flectere in aduersum, motusq; tuus, qui nunc tendit in occasum, flectatur in ortum. Deinde dicit cælum rationē accepisse ab eo à quo à principio factũ fuisset. In quo sunt tria dogmata, quæ etiam in Timæo proposuit, q; cælum est à Deo constructum, cõpositum, coaptatum, quòd id factũ sit κατ' ἀρχαίς, ab initio, in principio, sicut est apud Mosem, In principio creauit Deus cælum & terram. Tertio quòd tamen rationem, intelligentiamq; cælum habeat, habuit tamen ab eodem atque homo cõditore suo. Homo mentē, rationemq; sortitus ab eo, qui creauit rationem: ab eodem, Platone teste, cælum, factum esse rationale. Quocirca sicut non meretur homo Diuinitatem, id est, diuinos honores, ob rationem & sapientiam, tanquam ipse rationis & mentis suæ sit autor: sic non meretur, nec mereri debuit apud Philosophos cælum, ob rationem, certamque sapientiam, ordinisq; Diuinitatem. Sed exclamandum fuerat, quod ille longe sapientior, Cæli enarrant gloriam Dei. Huic honores diuini, huic laudes, hymnique, non cælo debebantur. Quod autem de reuolutione loquitur Plato, & quid veri habeat, quandoquidem toto illo loco differit de reditu ad alteram vitam, declarabitur alio oportuniore loco. Prosequitur Plato, qui totis suis libris ab Heraclito duo genera rerum semper memorat, quod semper est, & quod nunquam, fitq; semper, cælum dicit esse ex primo genere: ὃν δὴ ἐρεῖν καὶ κόσμον ἐπινομάξαμεν, πολλῶν μὲν καὶ μακροῖαν ὡς τῷ γνήσιοντος μετέδινθεν: Quod, inquit, cælum, & mundum nuncupauimus, multa quidem, & beata ab eo qui eum creauit accepit. Factum dicit cælum beatum à Deo genitore siue creatore suo, factum incorruptibile, infensibile, vt dixit in Timæo, eoque eodem ipso loco accepisse fatetur immortalitatē ὅτι σκοπεῖται ὡς τῷ δὴ μὲν ὄντι, aduentitiam, factitiãq; à cõditore, ab opifice. Id est, non veram immortalitatem, qualis ipsius opificis, sed factam quandam, excogitatãq; ab ipso, qualis animorum ab ipso repertorum, qui potuit creare res æternas, & corruptibiles, vt vellet. Hic Plato quoque perhibet in illa παλιγγενεσία, reuiuiscētia, renasci terrigenas & ex terra, ex humo consurgere, eos duntaxat, ὅσους μὴ θεὸς αὐτῶν εἰς ἄλλην μοῖραν ἐπέσκηψε, Quos non Deus ipse in aliam sortem disposuerit. Quo docet, & cæli conuersionem, & illam regenerationem diuino nutu administrari. De quo postea diligentius. Prosequitur loquens de sæculo illo aureo, cum sponte sua tellus ferret omnia, nec rastros patiebatur humus, non vinea falcem, eam sæculi felicitatē non fuisse sub hac cæli conuersione, motuque hodierno, sed alia. τότε γὰρ αὐτῆς ὁρῶν τῆς κυκλήσεως ἦρ' ἕλν

Fabula Platonis de solis ortu & occasu.

Dei summa potestas qui solem flectere possit.

Gen. I.

vt homo propter rationem Deus non est, sic cælum ob suum ordinē admirabilem non est Deus appellandus.

Platonis opinio de cælo beato & incorruptibili.

Platonis regeneratio.

*Ἐπιμελέμενος θεός*: Tunc enim eius conuersionis primum Deus præses erat, & princeps. D Autor, inquit, ipse fuit felicitatis eius, cælum vertebat ipse, præerat ipse cæli reuolutioni ille. Eodem loco tantam huius Dei maiestatem fatetur, quemadmodum Timæus Locrensis tradidit in sua Genesi, vt affirmet eum vniuerso mundo præfecisse Dæmones, id est, Angelos, vt Philo interpretatur, qui regant tanquam ductores gregum, totum genus humanum, iuxta distributiones suas, quas assignarit eis Deus, *θεός ἐνεμύρ αὐτῶς*. Pauld inferius, τῶ παντός κυβερνήτης, Vniuersi gubernator. Ibidem, *θεός ὁ κοσμοποιήσας*, Deus creator mundi. Et quod pauld superius mundum siue chaos inordinationis, confusionisq; antè plenū fuisse, quàm in hodiernum ordinem redigeretur. *Ἐξ ἧς μὲν γὰρ τῆ συνθέσεως πάντα χελά*: Ab eo enim, qui composuit, omnia bona, aut pulchra. Id scilicet quod Moses: Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Sicq; ad omnia opera sex dierum, Quod essent bona. Tandem, Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, quod erant valde bona. Nam cum Ideam Boni, vniuersalè, magnamq; Bonitatem attribuit Deo, vt vidisti, tum eum verè Bonū duntaxat esse iuxta sacras litteras affirmat. Si quidem in Protagora quod à Simonide didicerat, perpetuam, aut veram bonitatem homines possidere non posse, sed soli Deo hoc decus esse. In quo & vetustæ Theologiæ, quæ in Simonide apparet, dignitatem admirari licet. Quippè & diuinam hanc Sapientiam Plato dicit, & eam, vel à Simonide cæpisse, vel esse etiam vetustiorē. Agnoscis inquam vetustæ Sapientiæ, ac Theologiæ maiestatem, quæ soli Deo perfectam adiudicat Bonitatem. Est enim hoc quod ipsa Progenies Dei apud nos, nemo bonus nisi solus Deus. Et, Omnis homo mendax.

Angeli præfatis mundo.

Gene. 1.

Varia testimonia, quibus singularis Dei apud Platonem probatur confessio: quem & creatorem mundi fatetur, & ei bona cuncta accepta refert.

CAPVT XII.

Magni Dei confessio semper fuit apud sapientes.



VNT aliæ per totam Platonis Theologiam, de summo, ac singulari Deo, mundi, rerumq; omnium autore clarissimæ vocēs: quas qui consideret, videbit eandem semper apud sapiētes fuisse magni Dei, quem Natura docuit ipsa, confessionem. Eas si quasi per epilogum sub oculos posueris, verissima, quæ dico probabis. Laërtius, Diogenes creatorem mundi Platonem asserit Deum sensisse, quod Marcus noster perhibet: qui in Timæo, inquit, mundum ædificauit Platonis Deus. Idemq; pauld post, Si hæc nata sunt, vt Platoni videtur. Et Aristoteles in libris de cælo: *καὶ γενόμενος, ἀφθαρτον διατελεῖν ὡσαύτ ἐν τῶ πτωμαίω. οὐκ ἔστι γὰρ φησὶ πῶν ἕσσαν γενέσθαι μὲν, ἢ μὲν φθαρτῶν*. Et Laërtius à Deo factum mundum sensibilem, & chaos indigestum, reuocatum ad ordinem à Deo, Platonem dixisse, Deumq; ei videri incorporeum: iustitiamq; esse legem Dei. In Apologia, adeo Deum colendum obseruandumq; & ob amorem eius, nunquam iustitiam violandam, vt fateatur Socrates ab antiquis Philosophis acceptū, se Deo potius obsecuturum, quàm hominibus omnibus: *πεισομοι δὲ τῶ θεῷ μάλλον, ἢ ὑμῖν*. Id est, nempe quod veri, ac sancti Theologi, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Ibidem se datum à Deo suæ ciuitati gloriatur, qui mores eorum corrigeret, ostenderetque solam virtutem esse colendam: *ἵπ δὲ ἐγὼ τυγχάνω ὄν πῖτος, οἶος ἔσθ τῆ θεῷ τῆ πόλι δέδοσθαι*. Is Deus est, qui per omnes ætates dedit aliquos meliores, misit Prophetas, & Sapientes, & Scribas, singularis, prouidus, humanus, creator, prospector rerum humanarum. In eo, qui inscribitur Phædon, apertè prædicat eum curare res nostras, *εὐλόγως ἔχει, θεόντε ἔναι Ἐπιμελέμενον ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐκείνῃ κλίματα ἔναι*. Id est: Rationabile esse, & Deum curare, ac prouidere nobis, & nos esse possessiones, aut peculium eius. Hoc Aristoteles est in moribus secutus. Ibidem se cogniturum pauld post, quæ post hanc vitam sequantur, si Deo placuerit, ait Socrates. In Cratylo, eum per quem viuamus, esse naturam τῆ θεῷ, Dei. In Theæteto quid dicturus, more piorum loquitur *σὺ θεῷ*, cum Deo, cum Dei adiutorio, si Deo placuerit. Eodem libro statuit ab hoc mundo quamocysimè fugiendum: *φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ καὶ διωατῶν*: Fugam autem esse fieri Deo similem pro viribus: innuens quod Moses, Ad imaginem Dei fecit illum. Similitudinēque esse, sanctum, ac iustum esse cum ratione, & prudentia. In Politico præter superiora, vocat Deum *ποιῶν μὲν ἀνθρωπίνῃς ἀγέλης*, Pastorem gregis humani. In Parmenide, solum Deum possidere ab-

Act. 5.

Deus prouidet rebus omnibus.

ὁν θεῷ, inuente Deo.

Deus pastor gregis humani.

A solutissimam scientiam, qua possit etiam res humanas cognoscere: *ὅτι ἂν πνεῦμα μάλλον θεῶν ἔχῃ πλὴν ἀκρίβετεστην ὅτισημῶν, οἷος ἔστι ὁ θεός τὰ παρ ἡμῖν γινώσκων, αὐτὴν ὅτισημῶν ἔχων*. Et quod apud Deum sit hæc dominatio omnia noscendi. Quod Aristoteles in Metaphysicis. In Philebo, posuisse in mundo infinitum, & definitionem τῶν θεῶν πῶ τὸ μὲν ἀσπῶν δειξῶν τῶν ὄντων, τὸ δὲ πέρας. Ibidem præter alia superius ostensa, Veras esse voluptates, quæ virtute pendentes, Deo sint Comites. In Phædro, Deum esse θεῶν ἀθάνατον πὶ ζωῶν, Animal immortale. Ibique optat vt ea, quæ disserit, sint Deo placita, *ταῦτα μὲν δὲ ὅτι θεῷ φίλον*. Ibidem Iupiter est magnus Dux ac Princeps, vt apud nos, Rex exercituum, quem sequatur exercitus Deorum, & Dæmonum, vt est in nostris litteris, Currus Dei multiplex millia lætantium, pro quo Græcè, Currus Dei *μυριοπλάσιον*, multarum myriadum. Et pro Lætantium, sunt Angeli. Sic Plato: *ὁ μὲν δὲ μέγας ἡγεμῶν ἐν ἕρηνῶ ζωῶν πῶν ἄρμα ἐλάων, τῶ δὲ ἔπειτα ἔρχεται θεόντε καὶ δαυμόνων*: Magnus princeps in cælo Iupiter currum alatum inagitat, sequiturq; eum Deorum, ac Dæmonum exercitus. Et quod ait, an possint inueniri qui intueantur in ipsum Vnum, aut multa, *θεός οἶδε*, Deus nouit. Et cum rogat ibidem, an noscat quomodo Deo rem gratam possit facere, de oratione agens, vel loquens, *ὅτι θεῷ μάλιστα χελεῖ*. Et in Alcibiade, cum quid dicturus ait, *ἐὰν θὸς ἐθέλῃ*, Si Deus voluerit. Similiter, *ὅ πῶν θεός ἐθέλῃ*, Quodcunq; Deus voluerit. Et cum ibidem testatur, quod cognoscens quis Deum & sapientiam, sic etiam noscet se ipsum, *θεόντε καὶ φρόνησιν, ἔπειτα καὶ ἑαυτὸν ἂν γνῶσι μάλιστα*. Et cum in Theage Socrates fatetur, Theagem multum augendum, *ἐὰν μὲν τῶ θεῷ φίλον*, Si Deo gratum fuerit. In eo qui inscribitur Laches, postridie promittit se venturum Socrates, Deo volente. Simile in eo qui dicitur Hippas maior, *ἐὰν θεός ἐθέλῃ*. In eo autem qui appellatur Lysis, Deum amicos facere, quos, iuxta Homerum, associet adinuicem. Quid verò illud in Gorgia, Quantum temporis viuendum nobis sit non debere vos sollicitos esse, neque vitæ nimio amore detineri, sed super eo Deo relinquendam curam, credendumque mulieribus, neminem esse qui diem constitutam subterfugiat. Itaque considerandum diligenter, vt hoc quidquid temporis est, iustè, & laudabiliter transigatur. Et illud quod est in septimo de legibus, Deum quidem esse omni beato studio dignum, hominem autem esse opus eius. Et cum in decimo, de anima locuturus affirmat Deum inuocare oportere. Et in quinto, quod Deus dedit eis vt nouam conderent rempublicam. Socrates item in Phædone, Deum, inquit, arbitror, & ipsam vitæ speciem, & si quid aliud est immortale, omnes confitentur nunquam interire. Omnes per Iouem, inquit, homines, & longè magis, vt ipse arbitror, Dij. Hic Plato monstrat omnium hominum, ac Deorum esse confessionem, Deum esse sempiternū, separans Deum à Diis, quorum confessione Deus sit immortalis. In eo autem qui dicitur Ion, ait Deum ablata vatibus mente, eis vti ministris, positis scilicet in excessu: Quale nostris Prophetis vsu veniebat. Sunt alia plurima, quæ si quis sapienter consideret, cernet profectò validos naturæ, & veritatis impulsus in omni actione, cogitationēque vitæ ad inuocationem singularis Dei. Atque hanc Platonis variam, naturalēque Theologiam, quam Natura formabat ipsa, apud omnes, sed præcipuè vetustiores inueniet, qui libros eorum diligenter dictaque perspiciet. Similiter enim locuti sunt, vt vidimus, Pythagorei, Thales, Empedocles, Parmenides, Anaxagoras, Euripides, Æschylus, Theognis, Phocylides, Pindarus, Hesiodus, Demosthenes, Homerus.

Vera voluptates, quæ.

Rex exercituum, Deus.

Si Deus voluerit.

Deum, amicos facere. Non debere nos esse nimis de vita sollicitos, sed Deo curam relinquendam.

Deus vatibus vsur ministris.

FINIS.





# Augustini Steuchi Eugubini

## DE PERENNI PHILOSOPHIA

### LIBER SEXTVS.

*Quòd recentiores Philosophi, qui post Platonem & Aristotelem floruerunt Theologiam maiorum venerati imitatiq, mirificè cum Theologia caelesti consenserint, vnum singularemq, Deum appellantes, omniaq, de eo prædicantes, quæ sunt in Libris sacris. Testimoniumq, Theophrasti, & Alexandri de Deo.*

#### CAPVT I.

*Diuinitatis cõfessio usurpata omnibus seculis.*



*Vna eademque omnium ætatum ac ceterorum sapientia, sed prioribus obscura, sed posterioribus clara illuxit.*

*Ingrati philosophi veritatem non agnoscetes.*

*Deus exuperat omnẽ sciẽtiam.*

*Gene. 1.*

**M**NI V M sæculorum consensus, & omnis per vniuersa tempora linguis humanis consonè celebrata diuinitatis confessio declarat vel illam à rerum exordio lucem veritatis, per omnes ætates progressam, nunquam penitus caligasse, vel ipsam sese attollentem naturam, semper ad notionem, confessionemq; Dei iter hominibus aperuisse, instigasseque eos, vt eum non modò singularem vbique nominarent, sed eas quoque voces ederent, quibus in veris litteris, caeleste numen à Prophetis exaltatur. Vt appareat vnam eandemq; esse sapientiam, vel quam Natura, vel quam oraculum caeleste reuelauit. Ita demum fieri, vt lux postremis sæculis allata terris, ea sit, quæ fuit semper, quamq; velut naturalem, veramque & vnam, multorum ratio, præcipuè sapientum, consentiens vidit, asseruit. Nullamque esse, si quis cunctas ad vnum fontem, ex quo fluunt omnes, reuocet hominum sententias, in vita degenda, in asserendis principiis ac finibus inter omnes discordiam. Nisi quòd obscuritate priorum sæculorum fulgore magnæ lucis illustrata, iter quod erat tenebrosum, & ambiguum ad veram sapientiam apertum est. Factumq; vt audacius de rebus diuinis posteriores Philosophi, & maiore nobiscum consensu disseruerint. Sed vnde fulgor ille veniret, eorum plerique fateri noluerunt. Ordiamur igitur à Theophrasto, & quid de summo, & incomprehensibili Deo senserit, audiamus, vt ex discipulo præceptorem Aristotelem, omnemque scholam agnoscas. Is in libris de Metaphysica scribit de primo principio: τὸ γὰρ δὴ πρῶτον, καὶ θεότατον, πάντα τα ἀεὶ ἀβλόμενον. τὰ αὖτε καὶ τὸ μέγ, οἷον ὑπερβατόν τε καὶ ἀζήτητον: Nam id quod est primum & diuinissimum, omnia optima vult esse. Fortasseque id est exuperans omnem scientiam, & inscrutabile. Quid altius dici & veræ Theologiæ congruentius potuit? Hæc Theologia illa magnorum Philosophiæ nostræ principum: O altitudo diuinitarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Dicitur idem à Theophrasto, dicitur excedens supergrediens, nempe mentes humanas, omnem cogitationem, cui non liceat vnquam ad supremam illam aspirare Naturam. Sic quoque vocatur à Dionysio ὑπερσίστατος, super substantialis. Vocat Paulus ἀνεξήγητοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, inuestigabiles vias eius. Theophrastus ἀζήτητον, inscrutabilem, inuentu impossibilem naturam eius. Est item in Theophrasti Philosophia hæc, illa Mosaica, quæ per omnia sex dierum opera declaratur, ad quorum vnumquodque dicitur Deus vidisse quòd esset bonum. Vidit bona,

E

F

quæ

A quæ consilio voluntatèque sua bona, imò vero optima nascebantur. Sic Theophrastus confirmat eum voluisse, vellèque optima cuncta, nusquam vt vitio, malitiæ, detrimento sit locus. Hæc in mundo formosa, venusta testari artificem, optima voluisse. Definitur igitur, & vocatur à Theophrasto prima Natura θεότατον, diuinissima, ὑπερβατόν, transcendens, supereminens. Quod Plato in Republica ἐπέκεινα τῆς οὐσίας, Ultra substantialia. Nostræ litteræ, ὑψιστον, altissimum. Mercurius & Acmon, vel Ammon, & Plato, vt visum superius, πάντηρυτον, obscurum, clausum vndique, cogitatu difficilem, dictu ineffabilem. Tria nomina Naturæ diuinæ apud Theophrastum, θεότατον, ὑπερβατόν, ἀζήτητον, diuinissimum, supergrediens, inscrutabilis. Adde, cuncta volens optima. Eodem libro Theophrastus hæc ex intimis Philosophiæ mysteriis: θεία γὰρ πάντων ἀρχή, δι' ἧς ἕπαντο καὶ ἔσθι, καὶ ἀφ' ἧς ἀβλόμενα: Diuinum Principium, per quod omnia sunt, & permanent. Quo Moses ore loquitur alio? quid clamat aliud Philosophia caelestis? Ex ipso, per ipsum sunt omnia, diuus Paulus ait. Sentitur idem ab vtroque, altero cælitus instructo, alterum erudiente natura & ratione, quæ nonnunquam relicta regione terrestri, nubes & sidera tranat. Eruit item in lucem demersam in profundo veritatem. Non assero, quanquam fortasse possim, latitare sub hoc Theophrasti de diuino Principio sermone, creationem mundi, Si per ipsum sunt & permanent omnia, Sunt, referri ad originem, cum nata sunt: Permanent, ad conseruationem iam rerum conditarum. Sed hæc sapientissimo cuique cogitanda relinquo. Post hanc Theophrasti, qualis ac quanta manat Alexandri Aphrodisei ab ore Theologia? quod etiam Theologis Græcis mirum in modum placuit. Is de diuina prouidentia ad Antonium Pium Imperatorem scribens, & singularem illum, magnumq; Deum nominauit, & adesse præsentem rebus humanis, videntem, lustrantemque mundum, constanter asseruit, nihil à nostris dissentiens: τὸ δὲ λέγειν μὴ βέλεσθαι τὸν θεόν, τῆς ἐνταδετα πρῶτον, παντελὲς ἀλλότριον θεῶν. φθόνος γὰρ πινος, καὶ παντοπάσιον ἀπόπει φίσσιαι, τὸ τὰ βελτίω μὴ ποιεῖν δυναμένον, ἐπὶ δὴ δὲ ἐκείτηρον τῶν ἀλλότριον θεῶν, ἔτε ἐν ἀμφοῖν εἶναι αὐτὸν, ἔτε γὰρ ἄλλοτριον. εἰ δὲ βέλεται καὶ δυναται, δῆλον ὅς καὶ πρῶτον: Dicere, inquit, nolle Deum, rebus quæ sunt hic, prospicere, omnino est à Deo alienum. Inuidiæ etenim, & prorsus iniquæ naturæ est, meliora, cum possis, facere nolle. Et quoniam vtrunque alienum est à Deo, neque vtrunque sit in eo, neque alterum. Quòd si vult & potest, vtique etiam prospicit. In his nõ modò singularis ille Deus nominatur, verum etiam is Deus, qui non solum moueat caelestes orbis, aut primum Mobile, quod Aristoteles sentire videtur, verum etiam per omnem mundum diffusus, cuncta prospiciat, præcipuè res hominum, quas æternis regit imperiis. Absolutèque eum Alexander (quanquam Peripateticus) ab orbe primo, cuius concitatione fit totius cæli conuersio. Neque dedit ei, quemadmodum sentire Peripatetici hodierni asseuerant Aristotelem, duntaxat machinæ caelestis motum. Neque enim si Deus prospicit, quod necessariis rationibus colligitur ab Alexandro, prouidentia eius solo cæli motu constabit, reliquis aliis multis, quibus nulla cū cælesti motu sit cognatio. Neque solum corporaliter more bestiarum viuatur, neque frugibus legendis, carpendis fructibus motu caelesti maturatis constat hominum vita. Sunt aliæ actiones, ad quas oculos suos intendere prouidentiam oporteat, alioqui non efficiatur quod colligitur ab Alexandro. Ecce igitur Deum verum, vniuersalem, totam mundi regionem completètem, vsq; in intimas cogitationes penetrantem proposuit Alexander nobis, non Deum mouentem duntaxat primum orbem, aliud præterea nihil agentem. Cui si gubernaculū, si prouidentia, rerumque administratio tribuitur, non solus cæli motus profectò tribuitur, qui corporeus est omnis, animans mundum corporaliter, sed tribuitur item cura rerum meliorum, spiritualium, actionum humanarum, dispositio regnorum, animaduersio malorum, prouectio bonorum, quibus constat prouidentia. Hoc testimonium Alexandri sufficit pro cunctis Peripateticis, quorum post Theophrastum nemo æquè nobilis. Fremat licet Auerroës, respiciam meliores vetustioresque, quorum autoritas subsecutos pudefaciat. Sed ego qui post Theophrastum, sæculorum ordinem respectans, è nostris eos, qui non longius ab eo secuti sunt, accersire debueram, qui lucis quoque suas, muneræque Naturæ nobis ostenderent, Alexandrū iniecti propter familiæ cognationem. Hinc iuxta Theophrastum duos ex his nobilissimos statuamus, Marcum Tullium, & Vergilium, & alios nonnullos, qui de Deo præbebunt eadem testimonia.

*Prima natura quæ Theophrasto. Tria diuine nature nomina.*

*Esse, & permanere.*

*Dei certa & necessariapro- uidentia.*

*Rebus omnibus & singulis Deus prouidet.*

*Alexander Peripateticorum princeps vnum è summis.*

Theologiam Romanorum agnoscere, fateri, nominare Deum unum singularem, prospicientem omnibus, ubique presentem, mundum omnem implentem, immensa sapientia, rerum creatorem, animorum largitorem, Mentem Vniuersi, inuisibilem, ex operibus agnoscendum. Variaque de eo Marci Tullij Philosophia.

CAPVT II.



IMILIS igitur horum quoque atque Græcorum Theologia est, si quis voces eas capiat, quas ex illo instinctu protulerunt, quo non superstitiosi, sed homines & sapientes erant, ex illa progenie nati, quam Deum creasse, eumque creantem & loquentem, vidisse, audisseque, doctrina cælestis declarauit. Iam primum audi Vergilium, qui & singularem, vniuersalemque Deum iuxta Homerum, omnique genus hominum nominauit, exinde quædam propius è Theologiæ fontibus manantia descripsit: vt illud, Dabit Deus his quoque finem. Is Deus, qui finem laboribus imponit, recreat afflictos, quis alius, nisi is, de quo Psalmus, Dominus erigit elisos, soluit cõpeditos? Non utique quisquam ex illius tempestatibus poetis Diis. Nominatur enim per excellentiam Deus, qui res humanas attendat, Deus Vniuersitatis. Naturalis, non natus è Saturno, aut fictitiis quisquam. Is ille quem Prophetæ semper celebrant, & nouissimis seculis omnium per ora veratur, oblatum à Natura prius, dein manifestè reuelatus: quem ratio, Naturaque suggerit animis, & ad eum nominandum linguam impellit. Eundem poeta respexit, Numero Deus impare gaudet. Respicit enim hic harmoniam, rationeq; mundanorum numerorũ, quos repertos à Deo, factosq; vt inuicem concinerent, in quo imparitas est, eaque harmonia, id est, consonantia, congruentia, etiam Aristoteles testis, vt superius claruit. De eodem scripsit apertius ex sententia Pythagoreorum:

Aeneid. 1.

Deus Verus.

Ecloga 8.

Georg. 4.

*-Deum namque ire per omnes  
Terrasque tractusque maris, cælumque profundum.  
Hinc pecudes, armenta, viuos, genus omne ferarum,  
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.*

Is Deus Vniuersi, fons animorum, quia creator, origo, vnde petunt animas omnia nascentia, vitam hominum gubernans, finemque laboribus, & incommodis imponens, omnia faciens numeris imparibus consonare. Eundem descripsit, Naturamque magnam, per omnem mundum diffusam, fundentem vitas omnes, mundum animantem, alentemque omnia nominauit:

Aeneid. 6.

*Principio cælum ac terras, camposque liquentes,  
Lucentemque globum Luna, Titaniamque astra,  
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus  
Mens agit molem, & magno se corpore miscet.*

Hæc de magno Deo, quem Pythagoras  $\Psi\chi\sigma\sigma\iota\upsilon\ \tau\delta\ \pi\alpha\upsilon\tau\delta\varsigma$ , animationem Vniuersi dixit, imitatusque est eum Poëta. Hunc item Ouidius singulariter vocat, & mundanæ creationis autorem confitetur. Qui chaos inuolutum, confusum expedierit, elementorumque litem composuerit,

Metamorp. 1.

*Hanc Deus & melior litem Natura diremit.*

En quod Aristoteles, Philosophique solent in differendis, explicandisque Naturæ rebus, associare semper Deum ac Naturam. Videlicet quia Naturæ princeps, autor, moderator, quo si vacaret, in cineres Natura, nihilumque abiret, omniaque in chaos reuertentur, chaos in nihilum, tenebrasque priores. Hanc ob causam Deus & Natura coniunctim nominantur, vt nauis & gubernator, vt hortus & confitor, vt currus & auriga, opifex & opificium, Rex & regnum. Eundem pulcherrimè Philosophiaq; ex thesauris nominauit, descripsit, aperuit alius Latinus Philosophus Seneca. Quid est, inquit, Deus? Mens Vniuersi. Quid est Deus? Quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demum magnitudo illi sua redditur, qua nihil maius excogitari potest. Sic solus est omnia, opus suũ, & extra, & intra tenet. Quid ergo interest inter Naturam Dei & nostram? Nostræ melior pars, animus est, in illo nulla pars extra animum, totus ratio est. Hæc definitio Dei apud Senecam,

Cur Deus & Natura coniunctim nominentur.

Quid Deus, iuxta Senecã.

Senecam, ostendit eandem omnium gentium cum Theologia cælesti super appellacione, scientiaque summi Dei, concordiam. Hebræi, Græci, Latini conclamant vnicum, omnipotens, magnumque Numen, cuius magnitudo superet omnia. Quid enim aliud hoc Philosophi Latini, atque quod apud Hebræum Vatem de se prædicat Deus? Cælũ & terram ego impleo. Ecce Latinus quoque affirmat, tunc illi magnitudinem suam reddi, maiestatemque eius vero exemplo demonstrari, cum circumspectum cælum ac terram, talem ac tantum cogites eum, qui fecit hæc omnia: maiorem quoque, quoniam est quod vides, & quod non vides. Non modò videlicet æquè atque visibilis mundus, ingens, sed ingentior item, inuisibili nostris oculis magnitudine. Quæ si videri posset, videremus eum non modò cælum ac terras æquantem, sed inæstimabili interuallo superantem. Est igitur Deus, quod vides, & quod non vides. Est scilicet quasi mundus, sed mundus inuisibilis, mundus sapientia, scientia, rationis, vniuersitas incomprehensibilis, animi vastitas. Nihil illic non animus, non ratio, tam vnicus, quam magnus. Immensitas vniformis, non corporis autem, non elementi, non ignis, aquæ, vel aëris immensitas, sed sapientia, rationis, consilij, prudentia, bonitatis. Cernitur autem in hoc mundo velut opifex in opere suo, cum iudicamus ex opificiis opifices. Sic magnitudo diuina æstimatur ex operis sui magnitudine, cuius quidè mens esse dicitur, non quòd corpus Dei sit mundus, sed quòd opificium regitur, alitque ab opifice suo, perinde si dicas, mentem nauis esse gubernatorem. Item omnia dicitur esse, quoniam per ipsum facta sunt omnia, de quibus thesaurus suis proruperunt, nec sine ipso fieri quicquam potuisset. Item de immatura morte differens, Non intelligis, inquit, auctoritatem, ac maiestatem iudicis tui rectoris orbis terrarũ, cælique & Deorum omnium Dei, à quo ista numina, quæ singula adoramus, & colimus, suspensa sunt. Item in exhortationibus: Hic cum prima fundameta molis pulcherrimæ iaceret, & hoc ordiretur, quo neque maius quicquam nouit Natura, nec melius, vt omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum corpus se intenderat, tamen ministros regni sui Deos genuit. Hæc Seneca, quæ etiam à Lactantio proferuntur. Omnis ergo lingua confitetur Dominum. Incisa enim fuit ea lex in Natura, quam nulla peruersitas vnquam obliteret, qua sursum rapitur ignis, aqua labitur deorsum. Sed ad Philosophia Romanæ inter omnes facile principem reuertor, huc vsque volens vtroque prolapsus. Apud hunc, magnam Naturæ facibus illustratam lucem veritatis deprehendas, haud ei dissimilem, quam cælestes in terris voces intonuerunt. Modòque eum vim immortalem, inuisibilemque appellat, modò creatorem mudi, sæpe quoque singulariter, quemadmodum superiores, nominat. Ac quanquam erat cum cæteris Romanis, sub vanis natus & educatus superstitionibus, quæ non ingentem modò Deorum plebem colerent ac nominarent, sed eorum etiam Deorum, quos vbique Natura repudiaret, sæpe tamè ad vnicum illum Naturæ totius Deum conuersa mente, singularem Diuinitatis appellacione ei vendicat. In Quæstionibus Academicis primum referens sententiam Philosophorũ, Nam cum dicatis, inquit, visis quædam mitti à Deo. Item, Quærent quonam modo falsa visa quæ sint, ea Deus efficere possit probabilia. Et, Si tale visum obiectum est à Deo dormienti, vt probabile sit. Et sub persona contradicentium, Quis enim tibi dederit, aut omnia Deum posse, aut ita facturum esse, si possit? Et, Neque tam quereretur cū Deo, quod parum longè, quam quod falsum viderem. Item, Plato ex materia in se omnia recipiente, mundum esse censet à Deo factum sempiternum. Item, Cur Deus omnia nostri causa faceret, (sic enim vultis) tantam vim natricum viperarumque fecerit? Et ex Epicuro, Sic ille & Deum opere magno liberat, & me timore. Quis enim potest, cum existimet à Deo se curari, non & dies, & noctes diuinum Numen horrere? Et in Legibus, Ad Deos adeunto castè, opes amouento: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. His constat Philosophos vt caput, summamque omnium considerationem & scopum, ad quem totus de Natura sermo dirigatur, autoremque rerum omnium, de quibus dicendum est, Deum proponere, cui & factionem mundi, & rerum humanarum procuracionem, vniuersalemque auctoritatè decernit. Eadem est Philosophorum nuncupatio Dei, omniumque rerum attributio in libris de Natura Deorum. Ac quanquam Marcus iuxta vulgi consuetudinem nonnunquam plures Deos de rebus differens asciscat, errore tamen abiecto, mens, linguaque redit ad vnum. Et in secundo de Natura Deorum, Non est igitur natura Deorum præpotens, neque excellens. siquidem ea subiecta est ei vel Necessitati, vel Naturæ, qua cælum, maria, terræque regantur. Nihil autem est præstantius Deo. Ab

Diuina magnitudo æstimatur. Ioan. 1.

Cicero, quamquam superstitionibus immeritus, tamè deum vnum sæpe confessus est. in Lucullo.

2. de Finib. 2. de Legib.

Cicero sæpe iuxta vulgi consuetudine, Deos nominauit. 2. de nat. Deor.

eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est Naturæ obediens, aut subiectus Deus. D  
 Omnem ergo regit ipse Naturam. In his Marcus cum Deos ac Deum appellet, cum sum-  
 mum aut supremum Deum, sæpe cæteris in libris nominaverit, ut ostendam, & cum hic  
 nihil Deo præstantius affirmat: qui præstat autem cæteris, vnum sit necesse est: neque  
 enim præstaret, si multos æquales haberet: certè coarguitur vanitas esse, Deum non sem-  
 per, ut nonnunquam, asciscere. De eodem cum Philosophi res admirati, cœpissent phi-  
 losophari, Sic Philosophi, inquit, debuerunt, si forte eos primus aspectus mundi contur-  
 bauerat, postea cum vidissent motus eius finitos & æquabiles, omniâque ratis ordinibus  
 moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitato-  
 rem in hac cælesti ac diuina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam  
 Architectum tanti operis, tantique muneris. Hæc consideratio respicit vnum singula-  
 rem, iuxta ea quæ tradiderat Plato, quem libenter sequitur Marcus. Nam Architectus  
 operis tanti, quem Græcè Plato vocat ἀρχιτέκτων, vnum sit necesse est, & vnum à Platone no-  
 minatur. Habitatores quoque mundi, si bene respicias, appellat, quem maiores animi  
 mundi, mentem Vniuersitatis, animationemque dixerunt. Quam vim, inquit in Acade-  
 micis, animum esse mundi dicunt, eandemque esse Mentem, sapientiamque perfectam,  
 quem Deum appellant. Vnus igitur mundi Architectus à Tulli, non plures esse possunt:  
 sic vna Mens, non plures, vnus animus, vna sapientia. Cur ergo dicis nonnunquam Deos,  
 non semper vnum? cuius magnitudo impleat cælum & terram, Deos habens uti mini-  
 stros. Eundem de Natura Deorum innuit, cum ait, Quam, inquit, id est, rerum per omnē E  
 mundum varietatem, si ut animis, sic oculis videre possemus, nemo cunctam intuens ter-  
 ram, de diuina ratione dubitaret. Appellat diuinam rationem, quam in Academicis di-  
 xerat à Philosophis appellatam Mentem, sapientiamque perfectam, eamque esse Deum.  
 Eundem quoque respicit, autoremque generis humani, quemadmodum Moses, omniūq;  
 ad vitam degendam commodorum largitorem, prædicat in secundo. Ad hanc, inquit,  
 providentiam naturæ tam diligentem, tamque solertem, adiungi multa possunt, è qui-  
 bus intelligatur quantæ res hominibus à Deo, quamque eximia tributæ sint, qui primū  
 eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut Deorum cognitionem, cælum in-  
 tuentes, capere possent. Et Cotta referens eadem in tertio, Sed à Deo, inquit, tantum ra-  
 tionem habemus. Quid amplius est in Theologia cælesti? quod hominem ad similitudi-  
 nem suam fecerit, præesse cunctis animantibus voluerit. Id enim est, celsos eos & re-  
 ctos fuisse constitutos, ut cognitionem capere possent, non Deorum. quorum enim  
 Deorum? sed eiusdem, qui celsos eos & erectos constituit. Ex quo, cælum intuentes,  
 exclamarent, quod ille diuinus, Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius nū-  
 tiat firmamentum. Quem enim alium decet homines agnoscere, & fateri, colere, & ve-  
 nerari, admirari, & suspicere, quam eum, de quo Marcus idem sic locutus est, ut si vates  
 quis Hebræus esset, in secundo de Diuinitate: Et esse, inquit, præstantem aliquam, æter-  
 namque Naturam, & eam suspiciendam, admirandamque hominum generi, pulchritu-  
 do mundi, ordōque rerum cælestium cogit confiteri. Hæc ille. Vna igitur præstans, æter-  
 namque Natura, cuius pulchritudo mundi, ordōque rerum cælestium fuit inuentum, su-  
 spicienda & cognoscenda ex intuitu cæli, non Dij. Quos enim Deos sentiam, si vna est  
 præstans, admirandaque nobis Natura? Innuit ergo singulare vnicumque Numen, de quo  
 quasi diuinum fudit oraculum in tertio de Legibus, de lege & imperio loquens: Sine quo,  
 inquit, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec  
 rerū natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic Deo paret, & huic obediunt ma-  
 ria, terræq;, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. Ecce igitur, ut ipse loquar,  
 Deus ille verus, vniuersalis, vnicus: quem terra, pontus, æthera colunt, adorant, prædi-  
 cant: cui parent motus cælestes, cuius potestati nihil resistit: Sic ab his prædicatus, quos  
 in eius admirationem natura, consideratioque trahebant, sicut ab his, quos paterna tra-  
 ditio vsque ab origine mundi, famaque cælestis commouebat: Eumque sentit, maiesta-  
 temque eius inuisibiliter in omni mundo præsentem, quæ Romanas opes auxerit, con-  
 fessus est pro Milone, velut Theologus: Nec verò, inquit, quisquam aliter arbitrari po-  
 test, nisi qui nullam vim cælestem existimat Numenve diuinū. Quem neque imperij ve-  
 stri magnitudo, neque sol ille, nec cæli, & signorum motus, nec vicissitudines rerū, atque  
 ordines mouent, neque, id quod maximum est, maiorum sapientia, qui sacra, qui ceri-  
 monias, qui auspicia & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis suis posteris prodiderunt. Et  
 est pro-

Animus mundi.

Vnus mundi architectus.

2. de natu. Deor.

Quid cogat confiteri Deū esse.

Dei numen vnus assertū à M. Tullio.

Locus Cicero- nis de prou- dētia diuina.

A est profectò illa vis, neque in his corporibus atque hac imbecillitate nostra inest quiddā  
 quod vigeat & sentiat, & non inest in hoc tanto Naturæ tam præclaro motu. Nisi forte  
 idcirco non putant, quia non apparet, nec cernitur, perinde quasi nostram ipsam mentē,  
 qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus ac dicimus, videre, aut planè qualis,  
 aut vbi sit, sentire possumus. Ea vis, ea est igitur, quæ sæpe incredibiles huic vrbi felicitates,  
 atque opes attulit. Et de Aruspicum responsis Latinæ Philosophiæ facile princeps,  
 ex ea Natura, quæ, ut idem ait, sine doctrina notitias paruas ingenuit rerum maximarū:  
 Nulla maior res atque Deus, cuius ingenuit sine doctrina, notitias ingentes Natura no-  
 bis. Ut minimè mirum fieri debeat, eos de Deo sensisse, locutosque esse talia, quos Phi-  
 losophia nunc magnum sparsa per orbem, non erudiisset. Præstò enim erat alia minor  
 quidem Philosophia, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa ar-  
 ripuimus, hausimus, expressimus. Ad quam non docti, sed facti, non instructi, sed imbuti  
 sumus. Hæc aperit os nobis ad confessionem magni Dei. Eoque dux fuit eidem Cicero-  
 ni, ut item singularem Diuinitatem nominaret, eamque verissimè definiret in Tusculana. *In Milonia-  
na.*  
 Nec verò, inquit, Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi  
 Mens soluta quædam & libera, segregatāque ab omni concrectione mortali, omnia senti-  
 tiens & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno. Agnoscis quod noster Vates intro-  
 ducens eum loquentem, Cælum & terras ego impleo. Et, Leuate in excelsum oculos ve-  
 stros, & videte quis creauit hæc. Deus sempiternus, Dominus qui creauit terminos ter-  
 ræ, & non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapiētiae eius. Et, Verè tu es Deus  
 absconditus, Deus Israël, saluator. In hac igitur Marci definitione, omnia sunt, quæ litte-  
 ris sacris continenter, nomina diuina. Primum, Mens immortalis, incorruptibilis sapien-  
 tia, perennis, incorporea, omnia sentiens. Spiritus enim, id est, Sapientia Domini, reple-  
 uit orbem terrarum, Per omnes spiritus penetrans, ut idem Salomon ait. Quem quodā  
 mirabili consensu videtur Marcus expressisse. Ut enim Marcus asserit Deum esse Men-  
 tem omnia sentientem & mouentem, segregatam ab omni concrectione mortali: sic sa-  
 piens ille, quisquis fuit: πάσης γὰρ κινήσεως κινήσιώτερος σοφία, δύνει δὲ καὶ χερεὶ διὰ πέντων, *Omni motu  
sapiētia ve-  
locior.*  
 διὰ κινεαλώτητα: Omni motu velocior est Sapientia, penetrans per omnia, & cōmeans  
 ob puritatem. Vides puritatem, quod ille suis verbis, segregatam ab omni concrectione  
 mortali. Et quem dixit omnia sentire, sapiens ille πανεπιστολιον, omnia circumsipientem.  
 Et ἐκίνητον, πρᾶν ἀμόλωτον, mobilitate vigentem, penetrabilem, incoinquinatum. Is  
 igitur si mouet omnia, solus etiam mouet orbem cælestes, non alia Intelligentiæ. En igitur  
 eandem exhibet Natura Theologiam, atque reuelatio diuina. Eundem singulariter  
 Marcus appellauit, rectissimèque sensit eum inuisibilem ex operibus suis agnoscendum.  
 Ut, inquit, Deum non vides, tamen ut Deum agnoscis ex operibus eius. Et, Illud modò  
 videto, ut Deum noris, et si eius ignores & locum, & faciem, sic animum tibi tuum notū  
 esse oportere. Et, Certè & Deum ipsum & diuinum animū corpore liberatum, cogita-  
 tione complecti non possumus. Eundem affirmat creatorem animorum. Nec inuenietur,  
 inquit, vnquam vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo. Ab eodem ait denunciari  
 excessum è vita, sicut animi creatorem asseruerat. Nos verò, inquit, si quid tale acciderit,  
 ut à Deo denuntiatum videatur, ut exeamus è vita, læti & agentes gratias pareamus. Et,  
 Vetat enim dominus ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. Et, Nec tamen  
 illa vincula carceris ruperit (Leges enim vetant) sed tanquam à magistratu, aut ab ali-  
 qua potestate legitima, sic à Deo euocatus, atque emissus exierit. Eundem singulariter  
 respexit & nominauit, cum ait in Legibus de eo, qui cælum, terras, maria, omnemque re-  
 rum naturam perspexerit, ipsumque ea moderantem, regentemque penè prehenderit.  
 En moderatorem, regemque cæli ac terræ, naturæq; eum consalutat. Eundem creato-  
 rem hominis in legibus sentit & nominat: Nunc quoniam, inquit, hominem, quod prin-  
 cipium scilicet reliquarum rerum esse noluit, generauit, exornauit Deus. Et paulò antè, animi  
 factorem: Animum, inquit, esse ingeneratum à Deo. Agnoscis Theologiam Mosaicam: *Ad finem  
1. Leg.*  
 Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit omni terræ. prin-  
 cipium scilicet reliquarum rerum. Et de afflatu animi: Est, inquit, quoniam nihil est ra-  
 tione melius, eaque & in homine & in Deo, prima homini cum Deo rationis societas.  
 Et, Parent huic cælesti descriptioni, Mentique diuinæ & præpotenti Deo. Et, Itaque ex  
 tot generibus nullum est animans præter hominem, quod habeat notitiam aliquā Dei. *Gene. 2.  
Ibid. 1. Leg.*  
 Déque ipsis hominibus nulla gens est, neque tam immanifera, neque tam fera, quæ nõ,  
 Deor.

In Milonia-  
na.

1. Tuscul.

Omni motu  
sapiētia ve-  
locior.

1. Tuscul.

Ad finem  
1. Leg.

Gene. 2.

Ibid. 1. Leg.

1. de nat.  
Deor.

etiam si ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Et in Tusculanis: Sic mentem hominis, quamuis eam ut Deum, non tamē ut Deum agnoscis ex operibus eius: sic ex memoria rerum, & inuentione, & celeritate motus, omnique pulchritudine virtutis vim diuinæ Mentis agnosco. Hic & vnum Deum fatetur, & per ea quæ facta sunt, quæ opera eius dicit, putat eum agnoscere oportere. His omnibus igitur cōstat, vera esse, quæ Theologi nostri, primi religionis præcones, prodiderunt ex omni Natura cunctas nationes discere Deū potuisse, nisi superstitionum agmen terras occupasset. Sed enim multos tibi segregauit Deus, qui non incuruissent genua coram Baal. Hi ex operibus eius, & per ea quæ facta sunt, inuisibilem eum agnouerunt, & asseruerunt. Videre autem ex his licet, quantum ab hac Latinorum grauissima Theologia desciuerit Plinius, quem laudes Diuinitatis, quas inuisibili Deo cæteri decantarunt, corporeo mundo non puduit vindicare: Quod sit Numen æternum, immensum, nec genitum vnquam, neque interiturum: Æternus, immensus, totus in toto. Sed eum mundi, cuius omnes decreuerat explicare partes, longius extra decorum prouexit amor, in numerum Philosophorum planè non ponendus, verum eorum duntaxat, qui promiscuè aliorum placita referētes, iudicium suum adhibere vel noluerunt, vel non potuerunt.

Plinius alienus à Theologia.

Senecam vnum singularēque Deum ore pleno nominare Autorem mundi, rerum humanarum Præsidentem sapius prædicare: Ei cuncta in terris bona accepta referre.

CAPVT III.

G. Seneca.

Seneca laus.



ED CUM me necessitas abstraxerit, ut in declarationē Spiritus eius, siue Mentis, quam sublimis Vates per omnes mundani corporis artus infusam dixit, duobus Senecæ testimoniis Tullianā Theologiam præueniens uteretur, nunc à Tullio digrediens, ad Stoicum Romanæ Theologiæ maximum, eminentissimumq; antistitem reuertor. Huic Spiritus ipse, qui per ætates & gentes omnes inambulans, sæpe multorum pectus impleuit, dedit ut singularem Deum (quanquam Philosophus, quanquam Romana idololatria florente natus) sæpe nominaret, rerum creatorem moderatoremque agnosceret, fateretur, omnia tribuens ei, quæ litteræ cælestes indefessè clamant. Ut hinc sit perspicuum, verissima esse, quæ nostri dixerūt: Vnus Dominus, vnus Deus, vna tandem fides, vna religio. Is igitur primum in libro de Vita beata, aliisq; libris, sic vnum singularēque Deum veneratur, appellat. Hæc, inquit, qui contemplatur, quid Deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. En fatetur in mundum venisse homines, ut opera diuina contemplarentur, appellans opera eius, cuncta quæ sub contemplationem nostram cadunt. Et testes operum diuinorum Philosophos appellato sermonē aureum. Eodem libro: In regno nati sumus, Deo parere libertas est. Vides quid dicat. Nunquid aliud in religione vera? Libertate qua nos Iesus Christus liberauit, inquit diuus Paulus. Et ipse Deus, Iugum meum suauē est, & onus meum leue. Regnum vocat Seneca, diuinis parere mandatis. Eadem retulit in Epistolis: Philosophia, inquit, adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit, ut Deum sequaris, feras casum. Hic singularem Deum toties appellat, felicitatem appellat, huic vni parere. In libro autem de Prouidentia, Ipsis inquam, Deus consultit, quos esse quàm honestissimos cupit, quoties illis materiam præbet, aliquid animosè, fortiterq; faciēdi. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis seruat. Hæc nonne est Philosophia Christiana? quam quidem non quod libros nostros legerit, licet legisse potuerit, arbitror Senecam effudisse, sed ex animi, & rationis bonitate. Audis, singularem Deum. Tum quæ Deus ipse in Apocalypsi: Ego, inquit, quos amo, corrigo, & castigo. Ibidem: Quid mirum si durè generosos spiritus tentat Deus? Digni visi sumus Deo in quibus experiretur, quantum humana natura posset pati. Et hoc est propositum Deo, quod sapienti viro ostenderet hæc quæ vulgus appetit, quæ reformidat, nec bona esse, nec mala. Hæc ab illo dicuntur, quem par est, cum cæteris Romanis ad templa Deorum adire solitum, quanquam iam fulgor Euangelij Romam afflauerat. Sed mihi crede, dicebantur

Locus Senecæ ex lib. de Vita beata.

Alius locus eiusdem.

Alius locus.

Abantur ab eo tanquam ethnico, tanquam Philosopho, non plebeio, non vulgariū errores attendente, natura duce, diuino Spiritu duce, quo ducimur omnes. Prosequitur: Quare tamen bonis patiatur aliquid mali Deus fieri? Ille verò non patitur, omnia mala ab illis remouit, scelera, & flagitia, & cogitationes improbas, auida consilia, & libidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiā. Ipsos tuetur, aut vindicat. Nunquid hæc quoque à Deo aliquis exigit, ut etiam sarcinas seruet? Remittunt ipsi hanc Deo curam. Democritus diuitias proiecit, & onus, illas bonæ mentis existimans. Quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus aliquando vult sibi accidere? Puta itaque Deum dicere, Quid habetis quod de me queri possitis, vos quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi, & animos inanes veluti longo, fallaciūque insomnio lusi: auro illos, argento, & ebore, adornauit. In his boni nihil est. Isti quos pro felicibus aspicitis, si non quæ currunt, sed quæ latent videretis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida, & syncera felicitas, crusta est equidem tenuis. Vobis dedi bona certa, mansura. Quanto magis versaueritis, & vndique inspexeritis, meliora maiorāque permisi vobis, metuenda contemneris, cupiditates fastidire. Non fulgetis extrinsecus. Hæc ille in confessionem singularis vnicique Dei, qui solus sit, qui res aspiciat humanas, bonis, & malis consulat, sed malis tribuat quod in litteris sacris est, Recepisti mercedem tuam. Eiusmodi mercedem Deum clamat Stoicus improbis dedisse, quos auro fulgere, diuitiis affluere dederit: probis autem dedisse longè maiora, si quis rectè decernat, bona, sanum, prudentem, fortemque animum, caducorum contemptorem, scelera ab eis flagitiāque auertisse. Hæc est omnis sacrarum litterarum doctrina. In Epistolis autē de eodem dicit, quod noster Theologus Ioannes, Deum nemo vidit vnquam. Seneca verò ad Lucillum, Nemo nouit Deum, multi de illo malè existimant, & impune. Et ad eundem, Nemo alius est Deo dignus, quàm qui opes contempsit. Et, Crastinum si adiecerit Deus, læti recipiemus. Ibidem, Agamus Deo gratias, quod nemo nos in vita tenere potest. Et, Bonus vir sine Deo, esse nemo potest. An potest quisquam supra fortunam, nisi ab illo adiutus, exurgere? Ille dat consilia magnifica, & recta. Audi etiam quæ decima epistola: Audaçter, ait, Deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Quibus omnibus, qui Deos Romanorū cum multitudine coleret, apparet, dum philosopharetur, dum mentem in rerum obseruationem immitteret, vnum nominasse operum mundanorum autorem, humanæ vitæ custodem sensisse, grauiter & sæpe cum superioribus sæculis, cum origine mundi, cum religione sancta, quæ totum mundum feliciter occupauit, asseruisse.

Cur Deus patitur bonos affici malo.

Felicitas vulgaris.

Cur felices improbi.

Multa Senecæ loca, quibus vnus Deus censetur.

Senecam exordium mundi fateri à Deo fuisse, qui singula distinxerit, loca rebus, situsq; assignauerit. Antiquior mundo, lucis creator, operis sui spectator, per vniuersum diffusus. Ventorum moderator, largitor, prospector, cuius decreto cuncta fiant, qui mare diffuderit ad beneficium nostrum, benignus Pater, bonorum amantiſſimus.

CAPVT IIII.



ROPIVS autem ad Theologiam diuini viri, sub profanis cultibus Deorum nati accedens, videbis vera esse quæ libris his ostendere conamur, nullos vnquam errores, nullas superstitiones, nullam tam sævam fraudem efficere potuisse, ut verus Deus, vera Philosophia eius, qua senserunt homines eum patrem generis humani, cæli, terræq; artificem, moderatoremque omnium, caligaret, aboleretur ex hoc mundo. Audi igitur profundissimam eiusdem de summo singulariq; Deo, tum qua sempiternus est ante mundum, tum qua condidit mundum, autōrque est, ut omnia vigeant, nullo casu succumbant, Theologiam. Qualem Aristoteles, qualem Plato ratione pandente viam, deprehendit Deum, talem Seneca naturam secutus, indicauit, expressit. Principiōque ait de vita beata: Ut inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inueniat antiquius, vnde ista sidera exierint, quis fuerit vniuersi status antequam singula descenderint, quæ ratio mersa & confusa distinxerit, quis loca rebus

Nulli tā crasse errores fuerunt, ut vera de Deo persuasio penitus tolleretur.

Plato & Arist. ratione: Seneca vero naturā, Deum sensus est.

Gene. I.

Cur à Deo  
creata omnia.

Cur creati  
veni.

Officia ven-  
torum.

Bonus tem-  
pore tantum  
à Deo differt.

assignarit. Hæc quidem ille, per speculationes, & argumenta, ad eum perueniens, qui fuit ante mundum à quo exierunt sidera. Non quem quasi per transfennam respicit nunc Seneca, is est, de quo David canit, Ante Solem permanet nomen eius. Et Moses scripturus de mundo, clarè locutus est, tribuens ei cuncta, quæ Seneca philosophatus. Mundo enim antiquior est is, de quo Moses, In principio creavit Deus cælum & terram. creavit, quia prior fuit. Neque enim creasset, nisi præfuisset. Exisse autem sidera ab ipso isto, Moses apertè in ipso operis sui vestibulo monstravit: Et dixit Deus, Fiat lux, Et facta est lux. Exiit igitur ab eo lux aurca mundi, Sol lucis omnium pater. Hunc ipsum cum mundo antiquiorem Moses ostendisset, merfa, & confusa separasse probavit, cum terrà permista aquis, in quarum congerie, rerum confusarum multitudo latebat, facta est imperante Deo separatio, natæque sunt è terra terrestria, ex aquis aquatica, rebûsque cunctis assignata loca. Inde est, quod addidit eodem libro Seneca: Hæc qui contemplatur, quid Deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Opera Dei, quæ testibus nobis, & spectatoribus ostendit, mundanos ordines cum Mose vocat. Eodémque libro vocat mundum opus Dei. An multa, inquit, Deus corpora eiusmodi sparsit, continua sit omnis, & plena materia, ex qua cuncta gignuntur, & solidis inane permistum sit, Deus sedens opus suum spectet an tractet, vtrum extrinsecus illi circumfusum sit, an toti inditus. Audis iterum mundum opus Dei, qui sit vel per eum omnem intentus, quemadmodum Pythagoras, ipsis Philosophis testibus, cantabat, aut extrinsecus circumfusum, velut celsa in puppi, mundi gubernacula torquens. Equè bene Natura hæc docente, quàm cælestibus oraculis. Alio autem loco, Nam mundus, inquit, quoque completens, rectorque mundi Deus, in exteriora quidem tendit, & redit. Ecce rector mundi, quale canitur in sacris litteris, Trinam regentem machinam. In Quæstionibus naturalibus perstat in eadem confessione: Non ad hoc Providentia, ac dispositio ille mundi Deus, aëra ventis exercendum dedit, & illos ab omni parte nequid esset situ squalidum, effudit, vt nos classes partem freti occupaturas completemus milite, hostem in mari, aut post mare inquireremus. In his dispositio mundi, superius creator, rector, Ventorum largitor, illud quod in sacris litteris, Qui producit ventos de thesauris suis, & omnibus eis nomina vocat. Qui apud Mosen creat quod Hebraice dicitur, chamaim, nempe aërem, qui per omnes mundi partes diffusus, aleret omnes quiescens, motus autem nauigiis cursus dirigeret. Ibidem: Non tantum, vt paulò antè dicebam, queri possumus de autore nostri Deo, si beneficia eius corrumpimus & vt essent efficiamus. Dedit ille ventos ad custodiam cæli, terrarumque temperiem, ad euocandas, supprimendas aquas, ad alendos fatorum, atque arborum fructus, quos ad maturitatem cum aliis causis adducit ista iactatio. En gloriosa Philosophorum cum sacris litteris confessio, de autore nostri Deo singulari, qui non creatit modò genus humanum, sed ventos dederit, quibus excitæ cælestes aquæ, terras grauidarent. Quid amplius est in Psalmis, Prophetis & Mose, quod ad hoc attinet? Res naturales, ipsùmque omnem mundum docuit, asseruit inuentum, dispositum, regique à Deo, humanas autem docuit, & docet similiter ab eodem administrari. Tertio eiusdem operis de rebus Naturæ: Nunc cum maximè Deus alia exaltat, alia submittit, ac molliter ponit, aut ex fastigio suo nullas habituras reliquias iactat. Fatetur moderatorem rerum humanarum Deum summum, confitens eum facere, quod propheta indefessè conclamant: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Dei, & transiui, & ecce non erat. Et, Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Et, Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vnde hæc concordia, nisi quia veritas nullo loco non adest? Eodem loco Seneca: Quidquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. Debuisses enim velle, si sciuisset omnia ex decreto Dei fieri. Sic denique nihil est, cuius non fateatur Deum autorem, cuius consilio fieri cuncta refert. Nam in Suasoriis: Non in hanc, inquit, conditionem Deus fudit æquora, quàm ne omnis ex voto iret dies. Quidquid fuit extra iussum Dei, tutum fuit adultero mare. Superius: Qui mundum condiderit, disposuerit. De Providentia quoque sic, Cum præfesset, inquit, Vniuersis, Providentiam probauerimus & interesse nobis Deum. Ibidem, Inter bonos viros ac Deum amicitia est conciliante virtute. Amicitiam dico, imò etiam necessitudo, & similitudo: quoniam quidem bonus tempore tantum à Deo differt: discipulus eius, æmulatorque; ex natura proueniet, quæ parens ille magnificus virtutum, non lenis exactor, sicut feueri patres, durius educat. Bonum virum

A virum in delitiis non habet, experitur, indurat, sibi illum præparat. Eodemque libro, Paternum Deus habet aduersus bonos viros animum, & illos fortius armat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, vt verum colligant robur. Paulò infrà, Miraris tu, si Deus ille bonorum amantissimus, qui illos quàm optimos, atque excellentissimos vult, fortunam illis, cum qua exerceatur, assignat. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo. In quibus omnibus qualis in litteris diuinitus scriptis consonat Theologia, siue qua cum Deo nobis est similitudo, siue qua patrio nos ille complectitur amore. Aut quòd nos eum oporteat æmulari, ad quod ipse nos inuitat: Discite, ait, à me quia mitis sum, & humilis corde. Audimus etiam parentem magnificum virtutum, amantissimum bonorum. Nonne Stoicus item cõfessus est, quòd ipse generis humani magister, nos docendo declarauit, vt precaremur, Pater noster? Seneca verò, Paternum Deus habet aduersus bonos viros animum. Quibus probatur omnium gentium, quas ex vno fonte natus sensus, rationisque similitudo sociavit, fuisse semper in vnius veri, singularisque Dei maiestatem, laudisque omnes eius, ora propensa. Denique de moribus Seneca dicit: Optimus ergo animus, & pulcherrimus, cultor Dei est. Et, Quid est dare beneficiu? Deu imitari. Et, Post Deum, veritatè colendam, quæ sola homines Diis proximos facit. Quid illud item quod in libris de beneficiis? Euntque, inquit, tua causa, etiam si maior illis alia, ac prior causa est. Quanto satius est, gratum aduersus perceptas voluptates, non aliorum annos computare, sed suos benignè æstimare, & in lucro ponere? Hoc me dignum indicauit Deus. Hoc satis est. Potuit plus, sed hoc quoque beneficium est. Nihil igitur relinquit, vt ipse loquar, sapientissimus, & grauissimus Philosophus, quod altitudinem Theologiæ veræ ante oculos ponat. Nihil illi ratio, & Natura negauit, quod benignitas diuina, melius oraculis suis declarauit.

Deus bonos  
amat & as-  
fligit.

Matth. 6.

Dare benefi-  
cium, est Deu  
imitari.

Designatio diuina Natura apud Senecam: quòd sit ratio incorporea, rerum magnarum opifex: per omnia diffusa, custos, rector vniuersi, Dominus, & artifex, causa causarum: Natura rerum ex qua nata sunt omnia. Quomodo sit ipse mundus, aut pars maxima mundi. Qui sit plenus Ideis æternis, ad quas formauit mundum. Fundator mundi: & quòd ipsa Natura.

CAPVT V.

**D**E SUBSTANTIA verò diuina, quoniam præclara quædam Philosophorumque digna penetralibus mirabili cum nostris similitudine scripsit Seneca, ea libens, volensque cunctis ostendam, vt fiat perceptum vnum fuisse Romanorum, vel cum idola colerentur, cunctarumque gentium atque Hebræorum Deum. In libro de Consolatione: Quocumque nos mouerimus, sequetur natura communis, & propria virtus. Id actum est, mihi crede, ab illo, quisquis formator Vniuersi fuit, siue ille Deus est potens omnium, siue incorporalis ratio, ingentium operum artifex, siue diuinus Spiritus, per omnia maxima, ac minima, æquali intentione diffusus, siue fatum, & immutabilis causarum inter se cohærentium series. Id inquam actum est, vt in alienum arbitrium nisi vilissima quæque non caderent. Hæc ille. Principio fuisse mundi formatorem confessus, quem quidem tribus appellationibus, sed in eundem congruentibus appellat: Nam si percūteris quid sit Deus, optima erit & veræ Philosophiæ apta definitio, Ratio nempe intellectus, ingenium, mens, sapientia incorporalis, ingentium operum artifex. Item diuinus Spiritus per omnia maxima, ac minima diffusus: Nusquā scilicet non præfens, quod in sacris litteris pariter dicitur, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quartam verò nuncupationem Fatum, non alium quàm hunc ipsum designare ipsiusmet Senecæ sermone docemur. Nam cum in confesso apud grauissimos Philosophos sit, idem esse Fatum, atque Naturam, vt quod ait Poëta:

Tribus nomi-  
nibus Deus à  
Seneca appel-  
latus.

Deus quid,  
Seneca.

Fatum quid.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Is idem confitetur apertè, idem esse Deum atque Naturam. Si Natura igitur & Fatum idem: Deus autem & Natura idem, Idem ergo Deus & Fatum. In Quæstionibus igitur libro secundo, Eundem, inquit, Etrusci, quem nos, Iouem intelligunt, custodem, rectoremque

Vniuersi, animum, ac spiritum mundi, huius operis Dominum, & artificem, cui nomen D esse conuenit. Vis illum Fatum vocare? non errabis. Hic est ex quo suspensa sunt omnia, ex quo sunt omnes causæ causarum. Vis illum Prouidentiam dicere? rectè dicis. Est enim cuius consilio, huic mundo prouidetur, vt inconcussus exeat, & actus suos explicet. Vis illum Naturam vocare? non peccabis. Est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu uiuimus. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse est totum quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustinens, & sua. Et sui similis vbique, vocans rectorem mundi, & artificem, Spiritum similiter, atque in libro de Consolatione. Eundemque ait appellari Ioué, qui non modò fuerit operis huius artifex, sed nunc quoque Dominus, & custos. Hunc ipsum dicit appellari Fatum, quia causa causarum, ab eo pendentium princeps, à quo totus ordo causarum dependet. Ex cuius decreto dicebat superius omnia fieri. Mirabilis quoque est, & è Philosophiæ deprompta thesauris Naturæ nuncupatio. Magna veritatis explicatio. Declarantur enim quæ sæpe cum multis, ac magnis aliis Philosophis Aristoteles vsurpat, cum philosophantes, & per rerum vastos campos contemplando delati solent Deum, atque Naturam, Nihil agere frustra Deum ac Naturam dicentes, omnia opera, mirabilisque rerum ordines vtrique ex æquo tribuentes, sed priorem Deum nominantes. Declarant enim Naturam esse motum, artémque Dei, quòd à Deo moderatè, solerter agitur, excitatos ordines, circumque actos, & in hoc spiritu, vitæque conseruatos à Deo. Quòd autem ait illum appellari posse Mundum, idem est atque Naturæ nomen. Non scilicet hoc mundanum corpus. Quomodo enim, si superius Deum dicebat, rationem incorpoream? Primo quoque Quæstionum naturalium, Quid est Deus? Mens Vniuersi. Quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides. Vult igitur Deum appellari posse Mundum, quemadmodum Naturam. Est enim Natura mundus omnis, cunctæ res, quibus conficitur mūdus, quarum mirabilem vitam perennèque motus, vocamus Deū, velut opus diuinum, diuinam sapientiam, solertiam. Nam quòd non sentiat Deum hæc corpora, perspicuum inde est, quòd appellat eam Mentem, Rationemque Vniuersi. Ratio verò, ac mens incorporeæ. Se uocat igitur eum à corporibus, superaddens, vocari posse Animationem Vniuersi, sapientissimèque stantes ordines nomine rerum ab se reperiatarum. Rectorem igitur, artificemque mundi vocauit nomine operis sui, propter sapientiam in ipso opere apparentem. Non scilicet opus ipsum corporeum. Nam superius querebat mundo antiquiorem, à quo ista sidera exierint. Erat igitur ille anteaquã esset opus suum. Non est igitur ipsum opus. Nec id vult Philosophus. Rationes ergo, ingenium, sapientiamque apparentem in opere mundano, Deum clamauit. Eodem sensu intelligendus est, totaque Philosophia declaratur, cum ait in Quæstionibus, Neque enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Quota oculis pars tanti operis committitur? Ipse qui ipsa tractat, qui condidit, qui totum hoc fundauit, deditque circa se, maiórque est pars operis, ac melior, effugit oculos, cogitatione visendus est. Multa præterea cognata Numini summo, & vicinam sortita potentiam, obscura sunt. Paulò infra, Cum maxima pars mundi Deus lateat. Hæc Philosophus. Vides vt primum fatetur Deum inuisibilem, effugientem oculos. Si inuisibilis, si fugiens obtutum, certè ne corpus quidem mundanum, quòd videtur & tangitur. Sicq; declaratur quòd posuit superius. Quid est Deus? quòd vides totum, & quòd non vides. Si Deus inuisibilis, non est quòd vides totum. Ergo solertiam operis, ac Diuinitatem designauit. Quòd autem dicit Deum maximã mundi partem, tenes quo modo sit intelligendum. Maximam scilicet rem in mundo, inter omnes res, inter omnes animos principem. In ipso enim exordio docebit: Qui, inquit, condidit, qui totum hoc fundauit. Si condidit igitur, & si totum fundauit, certè fuit ante fundamentum. Fuit totus ipse, quo modo igitur pars eius quòd condidit & fundauit? Imò toto opere suo, sed alia magnitudine, maior. Nam superius dixit, Deus est ratio incorporealis, ingentium operum artifex. Ergo cum dicit, Deus est maxima pars mūdi, sentit, Deus est maxima res in mundo, omnibus substantiis, simul aggregatis maior. Vna res in mundo, ipso mundo maior, mundi nunc appellatione signando, quicquid vbique est. Quòd autem dubitans, & inquirens loquitur in Quæstionibus naturalibus, Quis autor sit, aut custos: quid sit Deus: totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat: Faciat quotidie aliquid, an semel fecerit: pars mundi sit, an mundus: Liceat illi aliquid ex lege Fatorum derogare, an maiestatis diminutio sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Neesse enim eadem placere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber & potèst est.

Ipse

A Ipse enim necessitas sua. Hæc omnia, quæ nunc disjungendo, inquirendòque proferuntur, habent suas aliis locis resolutiones, asseuerando probatas. Quis enim autor sit & custos, & an semel fecerit. Et an bonis suis delectatus, à nobis oculos auertat, sæpe confessus est, autorem esse Deum, nec autorem modo, sed nunc quoque custodem. Hunc ipsum superius fatebatur, semel hæc omnia fecisse: Qui condidit, inquit, qui totum hoc fundauit. Fundatio autem exordium machinæ designat. Mille locis autem vidimus eum superius fatentem, Deum res humanas attendere. An autem sit vel pars mundi, vel mundus, superius declarauit, mundum, rationes appellans, rectos ordines, leges æternas in mundo: Et has Deum largissimè appellatione diffusa, nuncupauit, designans ea esse solertia, inuentionemque diuinam. Declaratum quoque non posse Deum vocari ab eo mūdum, si mundum corpus mundanum sentis: quia dicit, Deum nunc Mentem Vniuersi, nunc Rationem incorporealem, ingentium operum Artificem. Ostensum quoque quomodo Deus sit pars mundi, scilicet res in omni numero rerum, qui dicitur mundus, maxima, eminentissima. Maior scilicet, quàm omnes homines, celo, & terra quoque maior. Sentit autem Seneca, cum Deum vocat partem mundi, rationem, mundum gubernantem, à corpore mundano segregatam, velut animum à corpore. Non vult autem vt cuiusdam partem videretur, mundum esse quasi corpus Dei, Deum autem animum ipsius mundi. Scit enim & fatetur artificem mundi, mundo longe antiquiorem, condidisse, & fundasse hoc omne, segregatum ab ipso semper. Sed cum Deus sit inuisibilis, à quo mundus visibiliter regitur, dixerunt Deum eam rationem, qua regitur, agiturque mundus, velut à ratione corpus. Quòd autem inquit, an ex lege fatorum ei liceat aliquid demutare, ipse declarat, vbique confitens in manu Dei esse Fata, quia ipse Fatum est, ipse princeps Causa. Facit quòd vult, & non vult nisi optima. Non potest ab hac voluntate mutari, vt velit aliquando non optima, nec tamen minus ob id liber, & potens. Impotentia est, posse velle non optima. Ea verò pulcherrima, sacræque Philosophia apud eum de creatione mundi, de causis, de toto ordine creandi, explicantem quam probabat Philosophiam Platonis. Hæc, inquit ad Lucillum, exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numeros vniuersorum, quæ agenda sunt, & modos mente complexus est. Plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat immortales, immutabiles, indefatigabiles, innumerabiles. Non procul inde, Causa efficiens Deus est. Forma hæc est habitus, & ordo, què videmus, exemplar scilicet, ad quòd Deus hanc magnitudinè operis pulcherrimi fecit. Propositum, propter quòd fecit. Quæris quid sit propositum Dei? bonitas est. Ita certè Plato ait, quæ faciendi mundi sit causa. Bonus est, bona fecit. Bono nulla cuiquã inuidia est. Fecit itaque quàm optima potuit. Paulò inferius, Quærimus, inquit, quæ sit causa: ratio scilicet faciendi, id est, Deus. Ita nō sunt multæ & singulæ causæ, sed ex vna pèdent ea quæ faciunt. Progressus inde, Et non quærã, ait, quæ sint initia vniuersorū, quis rerum formator, qui omnia in vno mersa, & materia inerti conuoluta discreuerit. Non quærã quis sit istius artifex mundi: Qua ratione tanta magnitudo in ordinè, & legem venerit: Qui sparsa collegerit, confusa distinxerit: In vna deformitate iacentibus faciè diuiserit: Vnde lux tanta fundatur, ignis sit, an aliquid igne lucidius. Ego ista non quæram. Ego nesciam vnde descenderimus. In fine autem, Nempe vniuersa ex materia & Deo cōstant. Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur & ducem. potentius autem est, ac pretiosius quòd facit, quòd est Deus, quàm materia patiens Dei. Quem locum in hoc mundo Deus obtinet, hunc in homine animus. Hæc omnis Philosophia Senecæ, maximè conformis Mosaicæ, de mundano primùm opifice, de maiestate eius, de exordio mundi, de Ideis, rerum scilicet seminibus affluentiaq; sempiterna. hæc sunt enim Ideæ, diuino Verbo, nempe opifice mundano, contentæ. Hæc rerum vbertas, diuinæq; sapientiæ fecunditas, qua grauidus erat Deus. Ex hac magna, inenarrabili, nata sunt omnia. Secunda pars Philosophiæ eius, & ipsa Mosaicæ conformis est, qua dicitur à Mose Terra inanis, & vacua, à Græcis interpretibus inuisibilis, & incomposita. Ea erat terra & aqua conuoluta, iacta ad fundamentum mundi, in quibus omnes terrestres, & cælestes formæ latebant. Ibi erant ignes ætherij, puræ cælestium orbium substantiæ. Ibi æris globus, illic animates terrestres, & aquaticæ, plantæ quoque & herbæ. Ecce autem vt opifex, qui terras & aquas fundauerat, admouit potentes manus, primùm purissima lucis orbisq; cælestis, qualis nubiu candentiū educa est & extricata substantia. Sol cepit rotari per orbem, aquas exhaustit, aërem abstraxit, siccauit terras, mari subfédete. Terræ madentes, herbæ, arbores, animalia genuerunt.

f iij

*Deus fatum. Deus, prouidentia.**Deus, Natura.**Deus, Mundus.**Deus, Iupiter.**Deus & Natura nihil agunt frustra.**Quid Deus, Seneca. Natura quid.**Non omnia visibilia sunt.**Deus, maxima mundi pars vt intelligatur.**Autor & custos idem mundi.**Deus, pars mundi quomodo.**Mundus, non est Dei corpus.**In manu Dei, fata.**Propositum Dei, bonitas.**Idea qua.**Gene. I.*

runt. E terra madenti, lutulenta, sumptum corpus humanum. Hæc cum dixerint Propheta, Seneca ex verusta fama apud Philosophos audita, confirmat. Vocat rerum formatorem, Deum illum Mosaicum. Hunc optima dicit fecisse, quemadmodum Moses, qui ad vnamquanque rem creatam facit Deum vidisse asseruisseque bona. Erant omnia in vno corpore terræ, & aquæ vt embryone incisa, & conuoluta. Tunc opus ex pulchris, & bonis factum, apparuit pulcherrimum. Veneruntque omnia in ordinem, legemque. Ab illo formatore nos descendimus. Ipse quidem inuisibilis, regnans, imperansque in mundo, & vbiq; præfens, licet inuisibilis, quemadmodum animus in corpore. Talis est Senecæ diuina Philosophia, partim ex successione sæculorum, partim luce rationis ostensa. Nomina, quibus Deus ab eo vocatur, sunt, Formator, Opifex mundi, Ratio in corporalis, Mens Vniuersi, Animus in mundo, Fatum, Causa causarum, Vnica rerum Causa, Natura, id est, fons rerum & ordo, Spiritus per omnia diffusus, Fundator, Conditor mundi, Prouidentia, Temperator, Dux ordinis omnis. Vt autem finem faciam, audi tantum diuinissimam eius vocem, qua docet nihil esse Naturam nisi Deum, in libris de Beneficiis: Natura, inquit, hoc mihi præstat. Non intelligis, te, cum hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud est Natura, quam Deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inserta? Ergo nihil agis ingratisimè mortalium, qui te negas Deo debere, sed Naturæ. Quia nec Natura sine Deo est, nec Deus sine Natura, sed idem est vtrunque, nec distat. Si quid à Seneca accepisses, Annco te diceres debere, vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen. Sic ille.

Nomina Dei, apud Senecã.

Natura quid.

*De summo & singulari Deo, ex Plutarcho, Philosopho insigni, omnes fermè de eo laudes canente, quæ in sacris litteris habentur: Hunc vnum adorandum esse, non elementa mundi huius, Solem, Lunamque esse signa quibus diuina maiestas innotescat: Ea esse organum, artemque Dei. Deum esse creatorem mundi, qui sit templum sacerrimum, in quod spectator operum diuinorum introducatur homo. Mundum esse tanquam theatrum, in quo nobis spectatoribus Deus insignes opes suas ostentat. Deum creasse Solem, qui sit quedam lucis aterna suæ per mundum decurrens imago. Diuinam naturam esse ac felicitatem, virtutis excellentiam.*

CAPVT VI.



**N**EMINI dubium erit, qui sapientiores Philosophos consuluerit, quin omnes qui vanis superstitionibus populo relictis, se per campos totius Naturæ ferri passi essent, vnum, singularemque Deum, omnium rerum autorem, parentemque didicerint, & hunc solum adorandum, suspiciendumque confessi fuerint, eique meritas laudes attribuerint. Audi igitur quàm diuina, excelsa, de fonte veritatis hausta, locutus sit Plutarcho, in eo qui inscribitur de Iside & Osiride: ἀγαπητέον δὲ, ἢ θεοῦ τιμῆς, ἀλλὰ θεοῦ τῶντων, τὸ θεῖον, ὡς ἀναγκασθέν ἐσθ' ἰσθῶν, ἢ φύσιν γενομένην, ὡς ὄργανον, ἢ τέχνην αἰεὶ τῷ πᾶσι κοσμοῦντος θεῖο νομῆεν κελῶς: Debemus, ait, latari, cõquiescere, non hæc elementa mundi venerantes, sed per hæc, vt clara exempla, & specula, ipsam Diuinitatem, quæ cum natura nascantur, tanquam instrumentum aut artem omnia semper ornantis Dei, arbitrari præclarè habet. O vocem penè Apostolicam, Propheticam. Non est, inquit, cur Solè, Lunam, Cælum venerari, & adorare decere te putes, sed per hæc venerare ipsam Diuinitatem, & hæc tanquam exempla clara maiestatis eius agnosce, tecumq; reputa, nihil vniuersam Naturam aliud esse, quàm instrumentum, aut artem summi Dei, omnia semper exornantis, & pulcherrimos hos, quos sursum deorsumq; cernis, cõcentus rerum efficiētis. Nimirum quod sapientissimus alius, qui & ipse popularibus superstitionibus contẽptis, veriora quærebat: Et esse, inquit, præstantem aliquam, æternamq; naturam, & eam suspiciendam, admirandãq; hominum generi, pulchritudo mundi, ordoq; rerum cælestium cogit confiteri. Aspicias ad vnam veritatem mortales concurrētes, maiestatemq; diuinã ex aspectu rerum docentes: Cogit, inquit, fateri etiam inuitos ordo rerum cælestium, mundi q; pulchri-

Elementa non adoranda sed Deus, elementorum autor.

Natura est instrumentum Dei.

Quid maxime cogit fateri Deum esse.

Apulchritudo, esse præstantem æternamque naturam, quam suspicere, & admirari, colere, venerari, non ea quæ fecit ipsa, non pulchritudinem ab ea effectam, mortales debeant. Idemque in Legibus: Nam & hic mundus Deo parat, & huic obediunt maria, terræq; & hominum vita iussu supremæ legis obtemperat. Asserit hic, quod illic ex argumentis colligebat. Argumenta igitur & exempla diuinæ maiestatis, est ornatus mundi. Nõnne & noster Theologus? τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῆς, ἔσθ' ἡ κτίσις κόσμος, τοῖς ποιήμασι νοούμενα κειμένηται ἢ τῆ ἀίδιου αὐτῆς δυνάμει, καὶ θεότητι. Quod est: Nam inuisibilia, inquit, eius, scilicet maiestas eius (quod paulò post explicat) à creatura mundi, id est, à re creata in mundo, ab hominibus qui sunt creatura mundi, in ipsis rebus factis apparens conspicitur. Conspicitur inquam æterna potestas, diuinitasque eius in τοῖς ποιήμασι, rebus effectis. Hæc autem sunt quæ Tullius dixit, pulchritudo mundi, ordoque rerum cælestium: Et quòd huic obediunt maria, terræq;. Verè igitur ipsorummet voce refellitur, coarguitur, exhibilatur omnis idololatria. Ecce si quid popularibus superstitionibus dabant, alius in pectore sensus residebat. Veritas vna semper est & fuit. Sed prosequor Theologiam Plutarcho, dictis diui Pauli vehementer consonantem. In eo quem inscripsit De hilaritate animi, & quòd considerata mundi pulchritudo, nos in omni semper lætitia retinere debeat, visibilia, exempla esse inuisibilium, opera diuina, quæ tanquam spectacula, theatrumque nobis aperuit: ἰερὸν μὲν γὰρ ἀνάσσει τὸν κόσμον θεὸς καὶ θεοπαρέργετον. εἰς δὲ τὸν ἄνθρωπον εἰσάγειται ἀθεοῦ γένεσις, ἢ χρονομήτων, ἢ ἀκινήτων ἀγαλμάτων θεότης, ἀλλ' οἷα νῦν θεὸς εἰσθῆται νοήτων μιμητάφισιν ὁ πλάτων, ἐμφυτον ἀρχὴν ζωῆς ἐχούσα, καὶ κινήσεως ἔφηνει. ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ ἀστρα, καὶ πόταμους, καὶ ὕδωρ ἐξ ἰνέτας αἰεὶ, καὶ γῆν, φύσιν τε καὶ ζῴοις προφῶς ἀναπέμπουσαν. ὡν τὸν βίον μύθισιν ἔνται, καὶ τελευτῆν τελευτάστην εὐθυμίας δ' εἰ μεσθὲν ἔνοα, καὶ γῆρας, ἢ ὡσπερ οἱ πολλοὶ, κρόνια, καὶ διονύσια, καὶ παναθηναῖα καὶ ποικίλους ἀλλὰς ἡμέρας ἐπιμνήσθισιν, ἵνα παύσισιν, καὶ ἀναπνεύσισιν ὠπτηθὲν γέλωτα μίμοις καὶ ὄρχηστῶσι μιμῶσις τελευτήσισιν, ἔνται ἐκεῖ μὲν εὐφρομῶν καὶ εὐθυμίας, ἢ δὲ εἰς γὰρ ὀδύρεται μὴ μένος, ἢ δὲ θρηνητῶσι θεάμενος. ἢ περὶ αὐτῶν ἐν κρονοῖσι. εἰς δὲ ὁ θεὸς ἑορταῖς ἡμῶν χρονοῖσι, καὶ μυσταγωγεί, καὶ λαογραφῶσιν ἐν ὕδωρμῶσι τὰ πολλὰ, καὶ βαρυθυμίας καὶ μέλιναις ὀπιπτόνοισι διατρέφοντες. Quæ sunt, Templum sanctissimum, sacerrimumque est mundus. In hunc introducitur homo per generationem, non quidem imaginum, quæ manibus fit spectator, sed quæ diuina illa Mens, vt ait Plato, sensibilia ad exemplum intelligibilium, insitum vitæ & motus principium habentia, proposuit: Solem & Lunam, & astra, & flumina noua semper aqua exuberantia: Terram quoque plantis & animalibus alimentum suppetentem. Horum vita cum quædam arcana initiatio perfectissimãque releta fit, decet eam plenam hilaritatis, gaudiique semper esse. Non quemadmodum plerique Saturnalia, Dionysia, Panathenæaque, & id genus dies expectant, vt hilarescant, respirentque emptitium rifum, mimis, saltatoribusque mercede soluentes. Exinde sedemus ibi compositè, incompositisque vocibus abstinentes. Nemo enim lamentatur cum initiatur, neque deplorat qui Pythia spectat, aut cum esurit in Saturnalibus. At quos Deus festos dies nobis apparat, & largiter quotidie primus actor celebrat, quasi nos ad initiones suas conuocans, deformamus lacrymis plerunque, curis operosis, mœroribusque nos dedentes. Sic ille. Ecce igitur Deus, Solis, Lunæ, totius cælestis ordinis autor: & quoniam à sanctissimo repletus, & compositus opifex, & plenus diuinæ pulchritudinis, supremæq; venustatis, nihil ineptum, incompositè vagans, nihil exorbitans, & errans continet. Ecce mundus templum sanctissimum, sacerrimum, alma lux, lux sacra diei. Ecce quoque rerum tantarum inductus homo contemplator, vt cælum suspiceret, opera magni Dei diligenter attenderet, inde coleret, suspiceret, manibus ad cælum tensis exclamaret, O rerum creator optime, dignus quem ob infinitam sapientiam, benignitatemque immensam veneremur! In his hymnis noctisque dieisque agamus. Hæc sunt nostra spectacula, è terra tanquam theatro cuncta cõtemplantes, hinc omne lætitiæ genus animis infundamus, diuinos ordines, incredibilẽque varietatem in Theatro totius mundi variis animalibus, arboribusque, fontibus, & fluminibus pleno, aspicientes. Hæc sunt spectacula, hi festi dies, celebritates, panagyris, ad quas Deus diuitias gloriæ suæ monstraturus, inuitat. Quarum spectacula, nisi se corrumpere, inficeretque animus, vberrima lætitia se pasceret. Tanquam diuini templi antistitem, ait Lactantius, spectatorem operum rerumque cælestium, fecit hominem. Hæc illi prædicabant, non Christiani, non illa, quæ noua & magna mundo superuenit, attracti luce, sed illa duntaxat, quam Deus ad imaginem suam creans animum, infudit ei. Eadem memorat Plutarcho in eo quem scripsit aduersus

Cic. 2. de nat. Deorum. Cic. 1. Leg.

Mundus, et plura sanctiss.

Omnia à Deo creata, plena pulchritudinibus.

Theatrum mundi.

De Ira Dei, cap. 14.

Sol & Luna, simulachra Dei pulcherrima.

Gene. 1.

Qui à Deo amantur, aut qui odio habentur.

Deus, quomodo beatus.

Principem imperitum: Qualem, inquit, εὐδύρουσε, posuit, pulcherrimum fuimet in celo simulachrum, Solem & Lunam Deus, tale est in vrbibus exemplum, & lumen, Princeps, qui Dei similis, iustitiam sequatur, nimirum cuius animo ratio infideat diuina. Hac descriptione Plutarchus docet Simulachrum Dei esse Solem, velut scilicet Solem maximum, radiantissimum, sed vt is corporeus, sic incorporeus ille, incorporabiliterque nitens. Declarat etiam & fatetur, Deum Solis, Lunæ creatorem, qui locauerit, fixerit faces illas in sublimi, congruens vndequaque cum Mose, qui dixit, Et posuit Deus duo luminaria magna in firmamento cæli. Plutarchus εὐδύρουσε, locauit: Addens hæc quasi Diuinitatis esse simulachra, per quæ vt diuus Paulus, ipsæque idem, superius, velut imagines, peruenias ad scientiam creatoris. Prosequitur idem offerens multa, quibus intelligas, quæ sit Natura diuina, qualem nos eam cogitare deceat, velut quis è cælestibus Theologis eodem libro: Indignatur, inquit, Deus in eos, qui tonitrua sua, fulmina, fulgetras, radiorumque iactationes imitantur: sed his qui virtutem eius, & probitatem æmulantur, seque ipsos ad honestatem, humanitatēque eius componunt, delectatus auget, participesque eos æquitatis, & iustitiæ, veritatis, manufactudinis, qua ipse præditus est, fecit, quibus diuiniore neque ignis est, neque lux, non solis rotatio, conuersio, non ortus, obitusque astrorum, & τὸ αἰδίων, καὶ ἀθάνατον. ἔργον ἡρώων ζωῆς ὁ θεὸς εὐδύρουσε, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς τῶν ἀρχόντων. τὸ το γὰρ θεῶν ὅτι, καλὸν δὲ αὐτῆς, καὶ τὸ ἀρχομένων: non æternitas atque immortalitas. Neque enim diuturnitate vitæ Deus est beatus, sed excellentia virtutis. Hoc enim est Diuinitas, hæc pulchritudo eius, & principatus. Sic Plutarchus ore diuino locutus, vbertate cælesti completus. Ecce igitur Natura diuina, magnitudo Bonitatis eius. Ecce beatitudo, quod inæstimabiliter bonus, virtute, iustitia, manufactudine, clementia ineffabili. Eoque misericordia eius plena est terra. Hæc creationis causa, vt ait Plato. Nam cum ea natura esset Deus, nemini bonitatem suam, ac lucem, sciens etiam ac prospiciens fore malorum ingratorumque innumerabilem in mundo, quem creabat, multitudinē, inuidit. Hinc quo manufactiores, placidiores, benignioresque sumus, hoc ei similiores. Ex eodem fonte & causa est, quod idem in eo qui est de Theologia Egyptiorum: οἱ μὲν δὲ καὶ τῆς ἀναίας ζωῆς, ἢν ὁ θεὸς εἰληχεν εὐδύρουσε εἶναι, τὸ τῆ γνώσει μὴ παρελπίεν τὰ γινόμενα: Arbitror, inquit, & sempiternæ vitæ, qua Deus fruatur, beatitudinem esse, præoccupare scientia, ea quæ fiunt. Sic ait. Nam magnitudo sapientiæ, facit excellentem virtutem, ac bonitatem. His constat vnum eundemque singularem Deum Naturæ luce, eos agnouisse, eumque singulariter nominasse, summasque dotes ei tribuisse, quæ crebrò in sacris litteris canuntur. Sic apparet eadem omnium scientia, religio, idololatriæque fictitiorumque Deorum exhibitio.

Item ex Plutarcho Deum in pelago sanctitatis habitantem, cuncta rectè moderari: Solem in celo velut exemplum sui collocasse. Esse eum virtutis omnis simulachrum & Ideam, quam homines oporteat imitari quoad fas est. Principes esse distributores bonorum, qua largitur Deus. Principem esse imaginem Dei viuam. Præcipuum, insignemque Dei cultum, esse, imitari bonitatem eius. Ad virtutes acquirendas opem eius esse necessariam. Res Romanas creuisse, Deo volente. Deum esse regem mundi, Bonorum largitorem.

C A P V T VII.

Absurdum est dicere, Deum esse eiu materia mistum.



SIMILIA de Diuinitate scripsit Plutarchus eodem libro de Principe, sæpe & singularem, vnicumque Deum, ac naturalem habens in ore, & Theologiam mirabilem, vnicumque Deum, de eo profundens, vt clareat quemadmodum omnes sumus filij eius, sic omnes Patrem suum duce Natura, licet oculis inuisibilem, ratione sibi aperiente viam, recognouisse. Neque enim, inquit, verisimile est, neque decorum, quemadmodum Philosophi nonnulli asseuerant, Deum mistum esse cum materia, cuncta patiente, necessitatēque & fortunas, mutationēque innumerabiles recipiente: ἀλλ' ἡμῶν ἀπο τῆς αἰτίας τῶν ἀρχόντων, ἰδρυμένος ἐν βάρβοις ἀγίοις ἢ φησι πλάτων,

A πλάτων, εὐχὰ παραφύσιν ἀειπαυρόμενος. οἷον δὲ ἥλιον ἐν ἕρανῳ μνημῆμα ἀεικαλλὲς αὐτῆ δὲ ἐσότητος ἀναφανόμεναι τοῖς ἐπιείκων ἐσορῶν δὲ αὐτῆ δυνάτοισ: Sed nobis desuper defixus, stabilisque ea natura, quæ semper eodem modo permanet, immutabiliter sanctus, siue roboribus sanctis, vt ait Plato, recta peragitur per omnem naturam inambulans, quasi que præclarum suæ maiestatis iudicium, Solem locauit in celo, per quem vt speculum apparet his qui eum per ipsum intueri possunt. Hic iterum Plutarchus Solem dicit à Deo velut speculum & exemplum suæ claritatis collocatum in celo. Est enim Deus Sol iustitiæ, Sol inuisibilis, incorporeus, luminosissimus, per hunc apparentem oculis, cerni posse non apparentem. Eum esse in natura stabili, vniiformi semper, à Philosophis appellata καὶ πύλα, robore, aut fundamento sancto, cuius scilicet firmamentum, ac fundamentum, stabilitas æterna, sancta, Deus, inquit, fundamentis sanctitatis subnixus, per omnem naturam inambulat: non quasi materia mistus, sed in excelso throno diuinitatis suæ, mirabili modo regnans in celo, & per omnia diffusus, velut Sol flammis terrarum opera omnia lustrans. Sol est exemplum inuisibilis claritatis eius. Quam magis Solem intuearis, tam magis delusus cœcatusque discedas: sic oculis temere in Solem illum defixis æternum, periculum sit, ne tenebris offusis, non modò cognoscendo nihil promoueas, sed noua caligine obuoluaris. Parte alia, possis ex Sole visibili, inuisibilem noscere, si claritatem, si vniuersalem præsentiam, si causam cur eo videant & videantur omnia, conferras. Pluræque alia. Plutarchus item in eo, quem inscripsit de his qui sero à Deo puniuntur, sæpe singularem, naturalēque Deum appellat, & ei mirabiles, suspiciendāsque Theologiæ laudes vendicat, quas in nostris litteris audimus sæpe consonare: καὶ πλάτωνα, πλάτων καλῶν, ὁ θεὸς εἰαυτὸν ἐν μέσῳ τῆς ἀρχῆς θεῶν, πλὴν ἀνθρώπων ἀφελῆν, ἕξομοῖασιν ἀμωσῆ πωσ τῶς αὐτῶν ἐνδύουσι, τοῖς ἔπεισαι δυνάμενοι. Iuxta Platonem, inquit, omnium bonorum honestorumque, Deus in medio, seipsum proponens exemplum, virtutem humanam his qui possunt sequi, concedit assimilationem esse sibi. Sic ille. Nōne hæc est Theologia nostra? Imitamini, inquit ipse, Patrem vestrum qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. & idem clamabat, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et alius de eo, Omnis Christi actio, nostra est instructio. Sic Plato & Plutarchus, humanam virtutem fieri, nasci ex assimilationē, & imitatione bonitatis diuinæ, quoad fas est. Neque enim sentiunt nos ad infinitam bonitatē eius, quantumuis conemur, labores plusquam Herculeos exantlemus, aspirare posse: sed dicunt quantum humanæ vires procedant, vsque quo naturæ datum. Hunc igitur virtutum fontem respicias, in eum velut speculum ac specimen contuitus te formes, componas. Respice si parcat hostibus, an sit benivolentissimus, bonorum suorum effusissimus largitor. Agnosce puritatem, candorem, cæteraque quæ sacris libris decantantur. Hæc imitare. In libro quoque aduersus Principem imperitum, sic singularem, naturalēque Deum nominat, vt ei dicat seruire Principes ad curam, salutemque hominum, vt ea bona, quæ largitur hominibus Deus, partim distribuunt, partim adseruent: ἀληθέστερον δ' ἂν τις εἴποι, τῶς ἀρχόντων ὑπερέειν θεῶ. τῶς αὐτῶν ἑπιμέλειαν καὶ σωτηρίαν: ὅπως ἂν θεὸς δίδωσιν ἀνθρώποις, τὰ μὲν νέμωσι, τὰ δὲ φυλάττωσι. Hæc autem ab eo dicuntur, qui Christianæ, Mosaicæque religionis vix nomen audisset, solo Naturæ lumine superiorumque Philosophorum bonorum, eodem naturali iudicio, ad veritatis veros fontes deuectus: seruire Deo principes ceu distributores, conferuatōresque bonorum, quæ Deus largitor hominibus effudisset. Hinc magnus Theologus noster dixit, qui potestati resistit. Fatetur cuncta bona, quemadmodum nostri, cælitus descendere. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, descendit fursum à Patre luminum, inquit ille noster. Plutarchus autem, dari à Deo bona, honesta, quæ per Principes velut ministros eius, distribuuntur, & conferuntur. Idem imaginem ornantis, moderantisque cuncta Dei, Principem dicit, cui non sit opus Phidia aut Polycleto, vel Myrone sculptoribus, sed ipse seipsum ad similitudinē eius per virtutem cōponat: ἀρχὸν δὲ εἶναι θεῶν πλάτων καὶ κοσμοκτίτης, & φειδύει δυνάμει πλάτωντος, & δὲ πολυκλέτης, καὶ μύρωνος, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὸν εἰς ὁμοίότητα θεῶν δι' ἀρετῆς καὶ ἡσυχίας. Hic toties singularis Dei nominatio, hic illa Theologia, quod is cuncta moderetur ab eo, componantur, quod omnia bona ipso largitore contingant. Demum quod imago eius sunt Principes, qua de re vocantur etiam in diuinis litteris, Elohim, Dij diuini. Illum Principem, pulcherrimam imaginem sui vel statuatam erigere, qui se diuinis virtutibus reddiderit insignē, respectans archetypum suum. Principem quidem imaginē Dei dicit, quod imperat, dominatur, moderatur, componit.

Sol, preclarus iudicium Dei.

Sol, exemplum inuisibilis Dei claritatis.

Matth. 5. Matth. 11. Humana virtus quæ.

Deum imitare.

Roman. 12. Iaco. 1.

Principes imago Dei quomodo.

Principes, Dij cur dicit.



homines item sentit nihil maius assequi posse, quo frui Deo queant, & quasi ex Diuinitate eius delibare, quam vt venerantes persequentisque bona, quæ ab eo possidentur, ad virtutes contingant. In eo, Qui sero à Deo puniuntur: & γὰρ ἔστιν ὅτι μείζον ἀνθρώπων ἄπολάφυ θεῶν πέφυκεν. ἢ τῶν τιμήσει, καὶ δίδωσι τῶν ἐν σκηνῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, εἰς ἀρετὴν καθίστασθαι. Sed breuiter summa quæque perfequat, quæ velut verus, naturaq; apprimè narus Theologus idem Plutarchus scripsit & sentit de summo Deo. In eo, Qui sero Deo castigantur, patientiam sustinentiamq; diuinam (ob quam vocatur in sanctis litteris μακροθυμος) exempla esse debere virtutis nostræ, & quos moueant dicta, factaque magnorum virorum, iramque nonnunquam retundant, multo magis debere θεῶν ὁράοντας, Deum respicientes, quem neque metus sollicitet, nec pœnitentia mutet, sero & cunctanter ad pœnas procedentem, fieri meliores, putantes partem diuinam esse mansuetudinem, ἢν ὁ θεὸς ἐνδέκνεται, quam Deus clarum ostentat. Hic enim commendatur celeberrima illa in sanctis litteris patientia: dicitur esse diuina virtus, procedit etiam ad alias Diuinitatis veræ laudes Plutarchus, non esse, vt ait Hesiodus, humanæ sapientiæ animorum latebras perspicere, ἀλλὰ θεῶν, sed Dei. In eo autem quem inscribit, Quomodo se quis citra inuidiam laudare possit, vitari posse inuidiam, si bene facta referas in Deum, nonnunquam Fortunam. Emendat etiam sententiam Euripidis, dicentis, Deus magna curat, parua relinquit: ἐγὼ δὲ τῆ τύχῃ ἔδδεν οἶμαι ὅτι πρῶτον. Ego verò Fortunæ nihil arbitror permittendum. Quanquam alio loco id mulcet interpretado. Siquidem & in nostris litteris, Nunquid Deo curæ est de bobus? Magna autem quæ curat Deus, sunt res humanæ. Illud in eo quoque præclarum, quòd arbitratur ad virtutes obtinendas, opem diuinam necessariam. Mansuetudinẽmque & æquitatem animi, quæ prius aspera, duraque videretur, experientiam ipsam auxiliante Deo docere, & ostendere, nemini, quibus cùm degas adedò dulcem, gratumque esse, ac iucundam, atque ei qui possidet: ὅθεν οἶμαι καὶ θεὸς πολλὰ βουνοῖος ἐσαφηνίσει ἢ πῶδες, τίλι κρίσιν Σιένην, ὅτι τὸ ἴλεον τῆτο, καὶ ἀρετῶν, καὶ φιλοφροσύνη, ἔδδεν τῶν συνόντων εὐμδῶδες ἔστιν ἔπει, καὶ φίλον, καὶ ἀλυττον, ὡς αὐτοῖς τοῖς ἐχθροῖς. Sic quoque in eo, quem inscripsit, De fortuna Romanorum, quemadmodum Plato, ex igne & aqua, velut ad mundi constitutionem necessariis ac primis, vt posset videri ac tangi, opus fuisse, sic tempus post Romam conditam infecutum: μετὰ θεῶν, τῆ γὰρ καὶ ἀρετῶν ἐπέσει, καὶ σωζέσονται. Cum Deo, fortunam, & virtutem temperasse, & coniunxisse. Primis quoque seculis illis, vrbe crescente vehementer, quòd nec famas, nec pestilentia defauisset, non humanum consilium, sed fortunam diuinam fuisse, tempora illa gubernante: ὡς οὐκ ἀνθρώπων εὐδελίας, ἀλλὰ θεῶν τῆ γὰρ ἐπιτροπῆς τῶν χειρῶν Σιένην. In his apparet omnigena Theologia, siue qua conditionis rerum maiestas, siue qua imperium, administratiõque pertinet, omnia summæ sapientiæ consona. Idem in eo, qui est de documentis Reipublicæ gubernandæ, ait Principem ad maxima, potissimãque debere respicere: ὡς τῆ κόσμου βασιλεύς, τῶν ἄλλων γὰρ ἀπτεται θεὸς, τὰ δὲ μικρὰ εἰς τῆ γὰρ ἀνείς ἐσ: Quemadmodum Rex mundi, Deus enim magna, ingentiãque curat, parua Fortunæ relinquit. Hic regem mundi vocat, vt cernis, Deum. Quemadmodum noster, Regi sæculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor & gloria. Parua autem dicit ea, quæ non sunt vllius momenti. Quanquam & ea, cùm vult, respicit, vt idem superius. In eo autem, qui est De non scenerando, ostendit, nihil nobis deesse diuinitus: ἔπει ἡμῶν ὁ θεὸς δίδωσι ξυλίτην πρῶτον, καὶ κερμῆσαι λεχέτην, καὶ πρῶτον ἡμῶν, ἐὰν ἐλευθεροῖ τῶν θελωμένων. Sic, inquit, dat nobis Deus ligneam mensam, peluimq; testaceam, rigidamq; vestem, si liberi viuere voluerimus. His ostendit, nihil à Deo nobis defuturum, modo placeat libertas, nullis nos malis dedere.

Deus, ad vin dicta tardus.

Patientia, diuina virtus.

Fortune nihil permittendum, Deus omnia moderatur.

1. Tim. 1.

Affirmare Plutarchum omnia facienda in Republica, honoris diuini causa. Deum esse Patrem hominumq; Deumq; creatorem autem mundi. Hunc priscos fateri totius ordinis, harmoniaq; autorem. Principium iustitiæ Viuens æternum, optimum. Demones malos cum non fecisse: ex inordinatione ordinem fecisse. Optimum artificem, plenum artificij, immortalem, beatum, beneficum, videntem vniuersa.



ED ea quoque mira, penèque de nostris cælestibus fontibus manantia, aut verius de fonte naturæ, qui & ipse fluxit à cælo. Sint, inquit in eo quem De politicis documentis edidit, distributiones, largitionesq; primùm gratis. Ita enim deuinciunt, detinèntque accipientes. Tum ex occasione, ciuilem, honestumque prætextum habente μετὰ τιμῆς θεῶν πάντας ἀγέσις πρὸς εὐσέβειαν: Cum honore Dei, ducente profus ad pietatem. Ingeneratur enim simul multis validus affectus & opinio, esse Diuinitatem magnam, & venerabilem, cum quos ipsi honorant, magnòsque arbitrantur, sic largiter & promptè viderint πρὸ τῶν θεῶν, erga Deum profusos, accensos. Hæc Plutarchus, non Christianus quidem, sed rationem tantùm Natura suggerente, in Republica, in regno, quæ fiant, principio vertenda esse ad cultum, honoremque Dei. Populos enim videntes Principem, pietatis colentem, liberalẽmque in omni religione, & cultu, arripere de maiestate eius, sanctitatẽque perspectiorem sententiam. Hoc religionis nostræ fundamentum: hoc principes, qui sunt pastores populorum, iubentur: hic rerum humanarum vertitur cardo. Agnoscit Plutarchus, fatetur, prædicat omnia munera, dignitates, honores, largitiones, pompas, apparatus priuatim & publicè, ad honorem Dei, quemadmodum fecit Dauid, Solomon, vertenda, vnde pietas in populo nascatur. Videatur, constet, quicquid honoris, magnificentia impenditur in Republica, ad honorem Dei fieri à Principe, aut qui assidet gubernaculo. Hic igitur & singularis Dei est nomen, & vult, quod nostræ semper litteræ clamant, haberi certam, firmamque de maiestate eius ac veneratione sententiam: Omnem largitionem referri ad honestationem eius, eamque celebrem, magnificam, cum magnifica, liberalique pietate. Hæc trahit è pectoribus hominum natura voces, Si nulla etiam afforent oracula. In eo quoque, quem De quæstionibus Platonicis prætitulauit, quærit cur Plato vocet Deum πατέρα πάντων, καὶ ποιητὴν, Patrem omnium ac creatorem: respondetque Patrem esse θεῶν τῶν γεννητῶν, genitorum Deorum, atque hominum, vt Homerus appellat: creatorem autem ratione, vitæque carentium. & Pater mundi Deus, quia mundus animal, plenum vitæ, motus. Hic habes & Deos genitos, nempe creatos, non æternos, & Iouem apud Homerum, ac Philosophos esse verum singularẽmque Deum, Patrem hominum atque Deorum: Sic Deorum, sicut hominum: Hominum autem vti factor, opifex, non procreator. In eo quoque quem De primo frigido cõposuit, moderatorem Vniuersi Deum dicit: καὶ ὅσα ἀγχομοῶν, καὶ βρομβέων ὁ θεὸς ἀρμονικὸς καλεῖται καὶ μουσικὸς. Quæcunque, inquit, moderatur gubernatq; Deus, ob quæ vocatur Harmonicus, Musicus. Qui fuerint autem hi, qui Deum Musicum, harmoniaq; autorem faterentur, declarat in eo quem inscripsit de Musica: τίλι γὰρ τῶν ὄντων φρεσῶν, καὶ τίλι τῶν ἀσφῶν κίνησιν οἱ πρὸ τῶν πυθαγόρων, καὶ ἀρχύτων, καὶ πλάτωνος, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων, οὐκ ἀνεῦ μουσικῆς γίνεσθαι, καὶ συνεστῆσαι ἄρασιον. πάντα γὰρ καὶ ἁρμονία πρὸ τῶν θεῶν κατασκευάζονται φασιν. Quæ sunt, Nam rerum omnes motus, siderumque conuersiones, Pythagoras, Archytas, Plato, reliquive priscorum Philosophorum, non citra musicam fieri, ac constare dicere solebant, omnia per harmoniam, à Deo constructa contententes. Agnoscis voces vetustatis? Vides priscam pietatem, naturalem de Deo Philosophiam, celebrem semper, quo magis in priora sæcula respicias? Quem dixere condidisse, fabricasse mundum, tanta harmonia, tanto ordine, contentique rerum, vt emerferit opus indissolubile, nullis casibus interiturum vnquam, nisi solus ipse resoluat, qui solus vbi sint vincula, quibus ligauit Vniuersum, cognoscit. Hunc omnes omnipotentem, omnium bonorum fontem, ordinum, iustitiæ, veritatis originem agnouerunt, vt mirabilis sit, quo modo persuaderi potuerit hominibus olim cultus hominum, bestiarũ. Nam Chryssippus eodem autore Plutarcho (quod in Legibus imitatus est Marcus Tullius) & γὰρ ἔστιν εὐρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἀλλήν ἀρχαίαν, ἢ ἀλλήν γένεσιν ἢ τίλι ἐκ τῶν διδῶν, καὶ τίλι ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως: Neque enim est inuenire aliud iustitiæ principium, atque ortum, nisi à Ioue, & à communi natura. Hanc Chyssi sententiam Marcus sic expressit. Orta autem simul est cum Mente diuina. Quamobrem lex vera atque princeps, apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Iouis. Iouem, vt vides, vocat Mentem diuinam, creatorẽmque, vt visum superius, omnium: Hunc ordinis harmoniaq; cuncta repleuisse, quia fons ipse iustitiæ & æquitatis. Eum Antipater eximius Stoicorum, autore eodem Plutarcho eodem libro, quasi secutus Aristotelem definebat: θεὸν νοῦν μὲν ἴσον μακρότερον, καὶ ἀφθάρτων, καὶ εὐποιητικῶν ἀνθρώπων. Deum, inquit, sentimus rem

Principes in Deum p̄.

Cultus Dei primus esse debet.

Omnia ad honorem Dei facienda principibus.

Deus, pater & creator omnium, cur appellatus.

Deus, harmonie autor.

1. Leg.

Antipater, de Deo.

viuentem, beatam, & immortalem, hominumque beneficam. Aristoteles autem in Metaphysicis: φαυλὸν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῶον αἰδίων, ἀεὶ ζῶν, ὡς ζῶν καὶ αἰὼν συνεχῆς καὶ αἰδίου ὑπάρχοντος τῷ θεῷ, τὸ το γὰρ θεός: Dicimus Deum animal sempiternum, optimum. Quocirca vita, & æuum perenne, ac sempiternum, inest Deo. Hunc ipsum cum Chrysippus præficcisse dixisset Dæmones malos ad clades & calamitates, Plutarchus redarguens Chrysippum bonum, Regem, omnipotentemq; sic prædicat: τὸ δὲ φάσκειν δαίμονας εἶναι τὰς τοιαύτας ὀπίσθιας καὶ βλάπτοντας πᾶσι ἔστιν ἀγχιλημῆς τῆς θεῆς, καὶ ἀλάστον βασιλείας καὶ ἀμελεῖται τοῖς σατραπίαις καὶ στρατηγῶν, διοικήσεως ὀπίσθιας, καὶ ἀμελεῖται τοῖς παρρησιάζουσιν ἀρχαῖς: Esse autem ex prouidentia Dæmones malos, ad has prouincias delegatos, nonne crimen est Dei, ceu Regis, qui Satrapis improbis, vecordibusq; gubernacula permittat, sinatq; ab his optimos negligi, & in eos debacchari? Hoc loco Plutarchus primum non Stoicos modò, id est, Chrysiippum, sed etiam Platonem, scilicet ipsummet reprehendit, si quando Dæmones hominibus curandis præfectos à Deo dicunt. Secundo dicitur Deus moderator Vniuersi, qui bonos, benignosq; præfectos, non improbos adhibuerit. Tertio dicitur Deus non permittere malos improborum Dæmonum potestati. In eoque reprehenditur Chrysiippus, huius dogmatis assertor. In eo quoque carpitur Chrysiippus ab eodem, prædicatur autem diuina maiestas, quòd cum Chrysiippus diceret rebus necessitatem admittam: καὶ μὴν, εἰ πολλὸν τὸ τῆς ἀνάγκης μέγεθος τῶν πραγμάτων, ἔτε κρατὶ εἰπάτωσαν ὁ θεός, ἔτε πάντα, καὶ τὸν οὐρανὸν λόγον διοικεῖται: Atqui, inquit, Si multum necessitatis, rebus est admittum, neque regnator omnium est Deus, neque cuncta ad rationem nutumq; eius gubernantur. Ex his admiranda multa, & contra nonnullorum Philosophorum etiam ipsius Plutarchi sententiam colliguntur, de materia prima, quam Plato, secutus Timæum Locrensem, quosdamque alios superiores, Platonem secutus Plutarchus, arbitratus est sempiternam ante creationem, eique motum quandam inordinatam affuisse. Stoici causam malorum, Deoque resistenter dixerunt. Hæc cum ratio doceat vanissima, puerilisque suspiciones esse, tum verior autoritas eorum, meliora sequentum, animòque veriora cernentum destruit, & refellit. Quanta enim vanitas duo principia dicere, si Deus solus æternus, solus omnipotens, cuius omnipotenti manu fieri cuncta poterant? Si datur huic ratione docente vniuersale rerum gubernaculum, vniuersalis potestas, et si Deo parent cælum, ac terræ, eique obediunt omnia, cunctis id vnanimiter fatentibus, cur etiam supra materiam primam non datur ei potestas, vt eam quocunque vellet, duceret? Cumq; docerit eum ratio omnipotentem, vt cui pareant omnia, cur hæc ipsa rerum vniuersalis obedientia, non docebit eum cuncta, quæ parent, creasse. Si paruit materia, paruit quia talis ab eo, quæ pareret, facta fuit. Si Deus materiam non fecisset, sequeretur, quod inducit Plutarchus, multum necessitatis violentiæq; rebus inesse. Hinc Deum omnipotentem magistrumque omnium, & dominum non esse. Verùm Plutarchus in libro de ψυχρονία, non suam, sed Platonis referebat sententiam. Hic Deum fatetur omnipotentem, nullam rebus inesse resistetiam violentiam, omnia ad nutum eius fieri. Similia scribit in Symposiis, Deum magnum ex inordinata, confusaque rerum congerie, ordinem fecisse, mundum edidisse, omnia suis locis disposuisse, pulcherrimumq; mundum, ex deformosissimo reddidisse: καὶ τὸν μέγαν θεὸν ὑμεῖς πρὸς φασί, τίς ἀκοσμίαν, εὐταξία μεταβαλεῖν εἰς κόσμον. ἔτε ἀφελόντα τῶν ὄντων ἕδον, ἔτε ἀποδόντα. τὸ δὲ εἶχον ἔστι τίς ἀποδόντων χάριν κατὰ φύσιν, τὸ ἕλλησιν ἔξ ἀμορφωτάτης σχήμα πρὸς τὴν φύσιν ἀπορρασκόμενον. Hoc dogma, vt sæpe monui, Mosaicum est, & Trismegisti: sed cum Græci causa discendi in Ægyptum profecti, non penitus intellexissent, quod facile fieri potuit, alieno sensu in Græcia sparserunt. Moses ante pulcherrimum mundum, ante lucem, aërem, plantas, animalia, fuisse terram dicit inanem & vacuam. Hoc ergo sic tempestate illa Græci cum multis, fortèque etiam Ægyptiis, non rectè quid valeret, intellexerunt, quemadmodum Christianorum tempore male fuit intellectum à Manichæis, credideruntq; Terra erat inanis & vacua, tempus æternum, quo terra ante mundum inanis & vacua, & chaos, formis, decore, cultoribus, vacua, in creatione, ad mundanos ordines reuocata esset. Hoc igitur prauè intellectum est. Non enim Moses dixit, in æternum vacuam terram antecessisse, sed antecessisse ratione certa, velut exordium, massam, congeriem, eodem artifice massæ, atque ordinum. Sed satis est eos vnum singularem Deum, magnum, præpotentem, creatorem mundi, omnis bonitatis, pulchritudinis inuentorem nobiscum agnouisse. Similia refert eisdem libris:

Dæmones, ad quid facti, iuxta Chrysiippum.

Si ponatur necessitas, tollitur Deus, quod impium est.

Duo statuere principia, plane erroneum.

De procreatione anime.

Gen. I.

Terra inanis est vacua, initio quomodo.

καὶ τὸν

Α καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷς, ὃν ἀριστέστερον ἡμῶν ὁ πῖνδαρος περιεσκεῖν, ἔπανταχθὲς τὸ πῦρ, ἀνω τέρησιν, καὶ ἕλκω πύλῳ, ἀλλ' ὡς αὖν αἱ ἡγεῖαι τῶν σωμάτων ἀπαντῆσαι. Deum quoque vides, inquit, quem optimum artificem Pindarus noster appellat, non vbiq; in superna regione ignem posuisse, infernâque terram, sed vt vsus corporum posceret. Sic nunc dispositorem, ordinatoremq; elementorum, Deum, quantum foret vsus, appellat. Hos ordines, quos cernimus in omni mundo, eius vnus esse. Eundem in Symposiis ingeneratum, sempiternumq; Deum, artificem mundi, omniumq; genitarum rerum appellat. Audio, inquit, Platonem, πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν κόσμων, καὶ τῶν ἀλλων γεννητῶν, τὸ ἀγνώστον, καὶ αἰδίων θεόν, ὀνομαζόντος, ἔ δ' ἔσ' ἀσέβητος δὴ πρὸς γεννώμενον, ἀλλ' ἄλλη δὴ δύναμις τῆς θεῆς, τῆ ἕλλη γνώμον ἀρχῆς, ὅς ἡς ἐπάγῃ, καὶ μεταβάλλῃ, ἐν τῷ κόσμῳ. Patrem artificem mundi & omnium genitarum rerum, ingenerabilem, & sempiternum Deum nominantem, non per semen quidem generantem, sed alia virtute diuina (à quo patiebatur ipsa materia, mutabaturq;) ipsi genitale principium inferentem. En Deus sempiternus, rerum non sempiternarum, sed factarum opifex, & genitor. Genitor inquam non quemadmodum animalia, plantæq; per semen prolificum, sed alia virtute diuina, qua fecit omnia fecunda, virginem, primordialeq; terram illam foetibus omnigenis grauidauit, fecitq; virtute diuina sua cuncta quæ voluit. Hac de causa ferunt à Platone dictum, eodem autore γεωμετρεῖν τὸν θεόν, ordinibus certis, mensurisq; ponderasse cuncta Deum. Quod declarans, & quo sensu concipi deceat, prosequitur: ἔ γὰρ τίς ἐστι θεός, δέεται μαθηματός, οἷον ὄργανος ἐφερόντος, ἀπὸ τῶν γεννητῶν, καὶ ἀειδύωντος ὅτι τὰ ὄντα, τίς δ' ἀνοικν. B ἐν αὐτῷ γὰρ ἔστι οὐκέναν, καὶ σὺν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ αὐτῶν: Neque enim Deus mathematica indiget, velut organo, quod agat & conuertat mentem à genitis, factisque, ad ea quæ sunt. Est enim in illo ipso, & cum ipso, & circa ipsum: vel sunt ipsa entia. Hoc magnum in Plutarcho sacramentum, nostrarum litterarum sacerrimum mysterium, per ipsum, & cum ipso, & in ipso esse omnia. Quia fecundum omnium principium, & vt ait Plato, & idem Plutarchus, πέλαγος τῆς καλῆς, pelagus bonitatis. De eodem sapienter omnia moderante, in pondere, & mensura disponente eodem loco: ταῦτις ὁ θεός ἐπάγει τίς ἀναλογίαν τοῖς πράγμασι δύναν καὶ νέμεισιν ἀποδομένην καὶ διδασκασάν ἡμᾶς τὸ δίκαιον ἴσον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἴσον δὲν ποιεῖσθαι δίκαιον: Hanc Deus inserit rebus analogiam, siue proportionem, quæ Iustitia, Nemesisque vocatur, docetq; nos, oportere facere iustitiam æqualitatem, non æqualitatem iustitiam. Hoc est, quòd æquitas subiacet iustitiæ. Idem eodem loco, quomodo creauerit Deus: ἔτε θεὸν ἐτέρω τινὶ τρεπώ νοσημοποιεῖν, ἢ ἀφ' αὐτῶν τίς πύλῳ ἀπειροδύσαν ἔμεγεθὲς καὶ πλῆθει, ἀπὸ δὲ ἀταξίας, καὶ πλημμελείαν αὐτῆς, τὸ ἀεὶσιν, καὶ ἀσφάτατοι ἀπειρο εἰσόδων καλῶν, τῶν παλαιῶν: Neque Deum alio modo mundum creasse, quàm finientem terminantemq; materiam infinitam, non magnitudine, & multitudine, sed propter inordinationem & errorem eius, quod erat ei optimum, sed interminatum, infinitum solitis priscis nuncupare. Hæc ille. Sed docuimus, quomodo (neque enim veritatem prorsus agnouerunt) de materia sentire deceat eis æterna, non creata. Fuit error, si fuit in prisca Philosophia, manans ex libris Trismegisti, dictisque Mosis haud sapienter intellectis, Terra erat inanis & vacua. Non erat in æternum. Quamquam duos habet sensus, vt liquet ex fonte. Inanis & vacua, aut penitus nihil, priuatio non formarum modò, sed ipsius etiam materiæ, vanitas omnimoda in æternum. Nihil enim erat ante terram, primordium, fundamentumque rerum. Quòd si nihil ante primordium, ne etiam ante ea, quæ ex primordio. Alter sensus, vt superius, fuit prius seminarium confusum, congeries ex terra & aqua: Verum non in æternum, fuit vt fundamentum naturaliter antegrediens omnem subsecutam creationem. Sed hæc toties exagitata mittamus. Singularem quoque Deum Plutarchus nominat, & ab eo precari mortales bona dicit: καὶ ὅσα μὴ παρ' ἡμῶν ἔστιν, ἐνχόμεθα τὸν θεόν δίδου, ἀρούς μαλακοῦς, καὶ εἰλήσεις ἐν πνεύματι μετρίως ὡς αἰετῶν ἀπολέποντος ἀναπλήρωσιν ἢ φύσιν ἔχει ἀπὸ τῆς πύλῳ καλῶν. Quæcunque, inquit, quæ non sunt apud nos precamur Deum, vt largiatur molles rores moderatosq; turbines, vt semper reparat Natura, quod deficit, seruans temperiem. His constat mortalium vota, precasq; olim, etsi colebant portenta, simulachra, in vnum singularem Deum spectasse semper, Natura, quo nihil est rapacius, sic ad id rapiente, quemadmodum nemine docente, ad cibos, Veneremque accurrunt animantes. A Deo reparare foetus Naturam, nouisq; semper feminibus fecundari. Idem in eo, quem De facie quæ visitur in Luna, inscripsit. τῷ θεῷ δὲ ἡ τὰ ἐξ ἡμῶν ὄντων περιεσκεῖται: Deo, inquit, rerum ordinatio, dispositio conuenit. Hic enim, quamquam non erat Christianus Plutarchus, & Deos Græcorum colebat,

Deus, opifex rerum.

Deum, cuncta ponderis, mensuris fecisse.

Iustitia est Nemesis.

Error ex libris Trismegisti de Materia.

Natura docuit vnum esse colendum Deum. Plutarch. vnum Deum fassus.

t

vnum tamen Deum appellat, & moderatorem rerum fatetur. Natura docente. De quo D vult etiam Homerum ubique scribere : μαρτυρεῖ δὲ μοι καὶ ὁ ἄμφορος, αἰτίας μὲν ἀεὶ θεῶν ἕδν ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑποτιθέμενος φραζόμενον, ἢ μὴν παρὰ πάντα, γράμμενον ποῖον θεῶν, ἀλλ' εἰς τὴν καὶ τὴν ἑχθρὴν ἢ δυνάμην : Attestatur, ait, mihi etiam Homerus, nihil sine causa Dei, ut sic loquar, perfici demonstrans. Sed non ad omnia faciens Deum uti, sed vnoquoque secundum quam habet artem, ac facultatem. Hæc ille. Vult etiam Homerum nomine Iouis designare verum, naturalémque Deum, quanquam etiam Fortunam, & Fatum: quæ tamen & ipsa sunt diuinitas. In eo, Quomodo debeat adolefcēs audire poëmata: πολλὰ δὲ ἐν ἑσπῶ λεγόμενα, εἰδέναι δεῖ, καὶ μνημονεύειν, ὅτι καὶ τῶ τῶ διός, καὶ ζηνός ὀνόμασι, ποτε ποῖον ποτε δὲ τῶ τῶ τῶ, πολλὰ μὲν δὲ τῶ εἰμαρμένην παρὰ σοφῶν ἄνθρωποι: Sed cum multa dicantur, inquit, scire operæpretium est, & admoneri, quod nomine Iouis, interdum Deum, nonnunquam Fortunam, sæpe Fatum vocant. His constat Iouem non hominis primam appellationem fuisse, sed cum priscis esset nomen æterni Dei, prauis moribus inualescentibus, ad mortalem corruptibilémque Deum fuisse tralatum. De quo sæpe dictum fuit. Fatum quoque & Fortuna, quæ nomine Iouis arbitratur appellata, sunt ipse Deus, quoties operatur occultè, Fortuna: quoties rerum consequentium necessitas aspicitur, Fatum nuncupatus. Naturam quoque diuinam Plutarchus, iudicio naturali cernens, quod oraculis patuit cælestibus definit in libro contra Stoicos: ἢ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακρόβιον, ἀλλὰ καὶ φιλοῦσθαι, καὶ κηδεμονίαν, καὶ ἀφελίμων παρὰ λαμβάνεσθαι, καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν. Quod etiam apud alios: Neque enim, inquit, duntaxat immortalis ac beatus Deus credendus sentiendúsque est, verum etiam E humanus, procurator, utilis. Hæc omnia, quæ Natura suis vocibus homines erudiuit, si aspexeris, sunt ea quæ toties resonarunt vocibus ætheriis. Senties in sacris litteris prædicari, Misericordia domini plena est terra. Nemo bonus, nisi solus Deus. Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Pupillum & viduam respicit, & alta à longe cognoscit. Nónne hoc est id, quod ex Platone & Aristotele, aliisque Philosophis producit idem Plutarchus contra Epicurum? ὅτι δικαιοσύνη, ἀφελίμω, ὅς τὸ πᾶν ὁρᾷ. Πέλας γὰρ ἑστᾷς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπων: Est, ait, acer oculus iustitiæ, qui cuncta contempletur. Haud procul Deus consistens, proximè respicit. Vides eandem Philosophiam, & quam Natura docuit, & quam noua lux irradians terris reuelauit. De summo quoque Deo, illóque superno Ioue, Plutarchus idem contra Stoicos: ὁ δὲ πατὴρ ὡς καὶ ὑψαίος, καὶ γεμίστος ζῆτος, καὶ εὐριστοτέλης καὶ πῦνδαρον, ἢ δρᾶμα δῆσας μέγα καὶ ποικίλον, καὶ παλυμαδῆς, δημικερῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἄστυ κοινὸν συνομισομένην μετὰ δικαιοσύνης, καὶ ἀρετῆς, ἰσομοσῆς μὲν ὡς, καὶ μακροχρόνιος: At patrius, inquit, & supremus, iustissimúsque Iupiter, & ut ait Pindarus, optimus artifex, non modò fecit hunc mundum, opus ingens, varium, artificiosum, sed etiam velut urbem communem hominum atque Deorum, qui iustè, beatè, cum virtute consensúque in eo habitarent. Quanta quæso, quàm multiplex his Plutarchi dictis Theologia subest? Deus supernus, patrius, quia nos ut pater tuetur, optimus opifex, conditor mundi, Deorum, hominúmque genitor, qui tanquam ex vna stirpe nati, in hac ingenti, decora, præclara socialiter vrbe, degerent. Factus igitur à Deo mundus, non sibi, sed Diis & hominibus: Cælum, cæli Domino, terram dedit filiis hominum. Diis, id est, Angelis, datum cælum, hominibus terra. Sed Dij diligunt homines, sæpè que ventitant ad eos: homines eos venerantur. Sic vna vrbs omnium, consensus vnus, & pater idem. De quo perhibet sentire Stoicos: αὐτοὶ δὲ τὴν καλὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα τὸν θεόν ποιεῖσι: Ipsi, inquit, Principium bonorum, Deum bonum faciunt. Et contra eosdem, qui censerent pleraque Deum volentem prudentémque mala fecisse: παρῶν μὲν ἑνὶ τῶν καλῶν γεγονέναι καὶ τῶν κακῶν θεῶν παρῶν ὡς παρὰ τὸ φαῦλον ὅτι γράμματα γέρονε καὶ τῶν τῶ ποιητῶ βέλγησιν, πᾶσιν ὅτι νοῖον ἀποπίας ὑπερβαλλῶν. Principio, inquit, extitisse ex diuina prouidentia, malum, malitiam, nequitiam: ceu si malum epigramma, poeta volente, extitisset: nihil absurdius potest cogitari. O Plutarche diuine, duæ monitiones, castigationésque, in te, Philosophósque, ex his dictis tuis colliguntur de Dæmonibus, de materia prima: cum in confesso sit, Dæmones esse malos, autorésque malorum, non fuisse, cum crearentur, naturæ huius, quia superat te teste cunctas absurditates, mali alicuius fateri Deum autorem. Secunda, non esse malam, siue malificam materiam primam. Siue enim Deus eam creasset, non malam creasset: siue non creasset, quod absurdum est, tanta tamen bonitas eius fuisset, ut euincere malitiam eius, & abolere potuerit.

Homerus, Iouis nomine Deum intellexit.

Nomine Iouis quid Pagani intellexerint.

Psal. 32. Luc. 18. Psal. 145. oculus iustitiæ omnia videt.

Mundus, cõmunis vrbs hominum & Deorum.

Deus quorũ gratiã factus. Psal. 113.

Error Plutarchi. Dæmones mali.

Deum

A Deum fecisse hominem animal placidum, sociabile. Amore patrio eum hominum res attendere. Omnia circum mare & terras prospicientem, omnibus consulentem. Voluntate eius, pulcherrima quæque fieri. Animam esse instrumentum eius. In eo sempiternam esse presentiam. Hominem ad cognoscendum fecisse.

CAPUT IX.



VNT alia multa, quæ neque religio, quippe qui coleret Deos Græcorum, nec reuelatio, sed Natura duntaxat suggessit, de singulari, naturalique Deo dicta Plutarcho, è quibus est in eo, quem De discernendo adulate in scriptis, de suauitate amicitia loquens, sicut fit iucunda lux, ἢ τῶ τῶ βίω μίξας τῶ φιλιαν ὁ θεός, ἀπαντα φουδρά, καὶ γλυκεία, καὶ παρὰ φιλή τῶ τῶ παρῶσις, καὶ συναπολαύσις ἐπίμωσι: Sic admista Deus humanæ vitæ charitate, & amicitia, cuncta læta, dulcia, chara, præsentia ea versantés nobiscum, reddidit. Hic Plutarchus cur homo sit animal placidum, amicabile, societatis amans: cur amicitia, charitasque vigeat, agnoscit Deum autorem. Taciteque illam Mosaicæ Theologiae partem confitetur, qua retulit hominem ad imaginè suam, Deum fecisse. Ea enim imago Dei cum primis fuit, quòd quemadmodum Deus est placidus, mitis, bonus, amoris, benevolentiaque cupidus, tenax, amator, amans, & amari cupiēs, sic animal creare sui simile decreuit. A ratione verò, sensu, cognitione nascitur amor. Feritas enim est non cognoscentium. Ergo fecit animal prouidum, sentiens, qui facere beneuolum, sociabile, mite decreuerat. Is autore non Mose solùm, sed his etiam, qui nec Mosen legerunt, nec vllam Numinis præsentiam cælitus habuerunt, sed vnam Naturæ ducentem sequebatur, Deus fuit: Qui charitate benevolentiaque, peccatoribus humanis inspirata, ingeniúsque placidis, similibusque sui nobis concessis, humanam vitam alacritate, iucunditateque repleuit. Eundem singularem Deum nominat, eiq; prouidentiam humanarũ rerum attribuit, qui patrio genus humanum gubernet amore, in eo, quo consolatus est Apollonium: τῆς γὰρ οἰδεν εἰ ὁ θεὸς πατρὸς ὡς παρῶν, καὶ κηδεμόνος τῶ ἀνθρώπων γένους, παρῶν μὲν τὰ μέλλοντα συμβεβησῶσι παρῶν ἀγνοῖ τῶ τῶ ἀρετῆς: Quis inquit, nouit, an Deus paternè prospiciens & cõsulens humano generi, & procul aspectans quæ possint accidere, subducit immaturos aliquos è vita? Hic & prouidentiam, paternamque charitatem erga genus humanum, & gubernaculum, rerum item futurarum prospectum Deo vendicat. Optimam quoque rationem consolandi proponit relatis omnibus ad prouidentiam diuinã, cuiusmodi celebris est in sacris litteris. Ibidem quoque Deum singularem nominat, de quo sæpe mortales iniuste querantur: Qui, inquit, fortunã lamentantur, posset in eos dici, θεὸς δὲ σοὶ τῆμ' ἕδν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σοὶ: Deum iacturam tibi nulla, sed ipsemet attulisti tibi, per socordiam & imprudentiã, quia ferre nescis aduersa. In Symposio quoque referens Orionem vectum super Delphinibus incolumem, quem iniuste nauarũ in mare demersissent, Cælum stellis ferentũ suspicientem eum, considerasse secum, ὡς ἔκ' ἔστιν εἰς ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀφελίμω, ἀλλὰ πᾶσι τῶ τῶ ὅτι σκοπεῖ κῦμα ὁ θεὸς τὰ παρατήμενα παρῶν ἰόντες καὶ θάλασσαν: Quòd non vnus duntaxat sit oculus iustitiæ, sed omnibus his præsidet Deus prospectans circum, quæ terra & mari gerantur. Aduertumque incolumem, ἀιδέσθαι θεῶν καὶ ἐπινοῖαι γεγονέναι τῶ κομίδην, Sensisse, Dei consilio, vectorem illam Delphinum fuisse. Is Deus Plutarchi, est Deus, cuius consilio Iona Propheeta præceps actus à nauis in mare, exceptúsque ventre Ceti, tertia die in littus eiectus est incolumis. Prædicatur Deus, omnium quæ toto in mundo, mari, terrisque gerantur, prospector, custos, cuius non vnus sit oculus. Sic nullis mortalibus fuit vnquam obscurum, quin vnus esset singularis Deus, humanorum operum contemplator, quem nihil, quocunque loco fiat in mundo, lateat, tam cernentem maria, quàm terras. Rex item Æthiopum eodem libro dicit, ἀφελίμω τῶν θεῶν, Vtilissimum omnium Deus. Cui respondit Thales, παρῶν τῶν θεῶν, ἀγνοῖ τῶ γὰρ, Antiquissimam rem esse Deum: Ingeneratum enim. In his apparet confessio singularis Diuinitatis. Sux Deo veræ dotes tribuuntur. Dotes maximæ bonitatis, & incommunicabilis æternitatis. Deus antiquissimus dicitur, quia solus æternus, præterea nihil. Solus ille ingeneratus: cætera genita, vel facta. Damnatur eorum imperitia, qui vel materiam sempiternam, antiquissimam,

Cur amicitia omnia læta faciat.

Unde amor nascatur.

Homo sibi, nõ Deus malum creat.

Deus scelerã videt.

Ioan. 2.

Deus, vtilissimum omnium, & res antiquissima.

Error philosophorum.

Pulcherrima quæque à Deo perfecta.

x. Paral. 28. Psal. 7. Jerem. 17. Rom. 8. Apoc. 2. Psal. 138. 2. Cor. 6.

Deus tandem abstrusa soluit mysteria. T V E S delphis inscriptu

Exod. 3.

Deus, semper habet, quod est habiturus.

vel mundum quoque antiquissimum, id est, æternum dixerunt, plusquam unum anti- quissimum inducentes. Speciosa deceptio patet eorum Philosophorum, qui unum qui- dem antiquissimum, sed mundum, cui dant æternitatem, idcirco non antiquissimum di- cunt, quia in æternum pendit à Deo. Formosus imposturæ color. Sensus clarus Anti- quissimi nunc est, non quod antecedit natura, graduque vniuersa, sed quod tempore, æternitate. Id enim sonat Antiquissimus, & eo sensu protulit Thales præficus Theologus. Eodem libro dicitur, Haud mirum esse, ei τοῦ καλλίστου φρονιμῶν θεῷ γινώμι : Si pulcherrima quæque ex Dei sententia percipiuntur. Esse enim instrumentum animæ, corpus: θεῷ δὲ ἢ ψυχῇ, Animam instrumentum Dei. Et quemadmodum corpus, multos à seipso motus habeat, plurimos ac pulcherrimos ab anima, sic rursum animam à seipsa motam, plurima operari: τοὶ δὲ τῶν θεῶν παρέχῃ λεωμένω κατεχθόνῃ καὶ πρέπει εἶναι πῦρ, ἢ βύλοιο : Multa Deo cedere vtenti, vt dirigat flectatq; quocunq; velit, quæ sit omnium instrumentorum sibi aptis- simum. Neque enim æquum esse, si ignis quidem & ventus, aqua & nubes, & hymbres instrumentum sint, δι' ὧν πολλά σὺ ζῆτε καὶ πέφει, πολλά δὲ σπόλλυσι, καὶ ἀνορέη ζῷοις δὲ κέρηται : Sed ἔδὲν ἀπλῶς, ἔδὲ πω τῆς ὑπὲρ αὐτῶν γυνομένων, ἀλλὰ μάλλον ἐξηρημισίον τῆς τῶν θεῶν κινήσει, ἢ σὺ- θῆαις πῶσα, λῦραι δὲ ἔλλησι, καὶ αἰῶλοι συμπύθεσι : Quibus multa conferuet, & alia multa quocun- que perdat, & interimat, animalibus ad nullam omnino rem vtatur, quasi quæ non fiant ab eo, sed ea magis ex potestate diuina pendentia, seruire & cōsentire motibus Dei, quem- admodum Scythiis arcus, lyrae tibiæq; Græcis obsecundent. Hæc è penentralibus Theo- logiæ veræ, intimisq; Philosophiæ thesauris, in potestate Dei motus animorum esse. In E

sacris litteris, Scrutatur renes & corda: Intellexisti cogitationes meas de longe. Quocir- ca Thales præficus Theologus rogatus, εἰ λήθοι θεῶς ἀνθρώπος ἀδικῶν, ἀλλ' ἔδὲ ἀθευόμενος ἔφη: An lateat Deos quis peccans: Sed ne cogitans quidem, inquit. Hæc etiam sunt quæ no- stri, Templum Dei estis vos. Habitat in vobis Deus. Quid illi minus, pendente Natura viam, senserunt? Idem in eo, quem inscripsit, Ignisne, an aqua sit vtilior: διότι τέτραται ἰδὸν σοι χεῖρα, θεῷ κείνῳ παραγίτη : τῶν ἑλῶν ἐργασίαν ὑποκαίμενα : Quocirca, inquit, quatuor elementa, Deo velut opifici subiacent ad operandum. Nullas igitur vel absente lege Mosaica, vel ante diuinum Euangelij iubar, natura voces non dabat, inuitans omnes ad cognitionem scientiamq; creatoris sui. Quas cū clarius nonnulli, cæteri obscurius au- dissent, demum venit creator Naturæ verus, omniumq; ambagum, apertis mysterio- rum abstrusissimis thesauris, resolutor. Quo veniente, vulgata sunt omnia bona, corro- borata verarum rerum scientia. Plutarchus item in eo, quem inscripsit de eo quod erat Delphis, Tu es, De Natura diuina altissimè philosophatur, Nefas esse, vt de eo qui est, dicatur fuit vel erat, quæ mutationes quædam, declinationesque eius sunt, qui in essendo nequeat consistere: ἀλλ' ἔδὲ θεός, καὶ φῶναι, καὶ ἐστὶ καὶ ἔδὲνα, λεόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν αἰῶνα τὸν ἀκί- νητον καὶ ἀχρονον, καὶ ἀμετάκλητον, καὶ ἕωθεν ἕωθεν, ἔδὲ ἕωθεν, ἔδὲ νεώτερον, ἀλλ' εἰς ὧν ἐπὶ τῶ γιν, τὸ αἰεὶ πεπλήρωκε. καὶ μόνον ἐστὶ τὸ τῆς οὐσίας ἐν, ἢ γρηγορός, ἔδὲ ἐσθόμενον, ἔδὲ ἀφῆσόμενον, ἔδὲ παυσόμενον : Sed est Deus, oportet dicere: & est, non secundum tempus, sed secundum immo- bilem intemporalem & indeclinabilem æternitatem: Cuius neque prius sit, neque po- f- terius quicquam, neque recentius: sed vnus existens, vna præsentia, sempiternita- tem repleuit, & solum est quod verè existit, non præteritum, aut futurum, neque quod cœpit, aut desinet. Hæc apud Plutarchum philosophia, mysterij totius Mosaici de- claratio, quo dixit Deus de se, Ego sum qui sum. Nec possit hoc mysterium aper- tius explicari. Declarat enim Plutarchus præfens illud in Mose designare totius æter- nitatis præsentiam, cui neque futurum, neque præteritum sit admistum. Est enim præteritum tempus earum rerum, quæ præterierunt: futurum earum, quæ non sunt, aut quæ non habent vel atatis, vel alterius rei, quod habitura sunt. At Deus habet, quod

semper est habiturus. Habuit etiam semper, idq; immobile, indeclinabile. Quocirca cū regnum eius, cū diuinitatem, & beatitudinem, cum aliquo atatis fluxu cogi- tamus, innotescat nobis, nos metiri diuina cogitationibus rerum fluentium, miscere non miscenda, falli quemadmodum febricitantes, quibus amaror linguæ cuncta reddit amara. Illud quoque præclarū de Natura diuina testimonium, velut è thesauris Philoso- phiæ cælestis depromptum: quo maximè probatur, nunquam non clarā lucem mortā- libus obrulisse Naturam ad cognitionē veri Dei. Idololatram autem fuisse vulgi super- stitionem. Contra Epicurum Plutarchus probans quam viam ad voluptates, iucun- damq; vitam putaret se aperuisse, auertisse potius à magnis gaudiis: Esse autem magnam

iucundi-

A iucunditatem in cognitione, certaque scientia veri Dei, qua piissimi quique fruuntur. Magna iucun- ditas in cogni- tione Dei. Quantis, inquit, quamq; synceris voluptatibus fruatur genus hominum meliorum ac piissimorum super consideratione Dei? vt sit omnium bonorum Princeps, Pater omnium honestorum, omnis pulchritudinis: Qui nihil improbum possit facere, aut pati. Bonus enim est. Bono autem nulla de re incidit inuidia, aut metus, aut ira, vel odium. Neque Non est boni nocere. enim calidi est frigidæ, sed calefacere. Sic neque boni nocere. Ira quoque à benigni- tate, iracundia à mansuetudine, ab humanitate & clementia perturbatio, & trucidatiss, longissimè naturæ lege distat. Hæc enim vt virtutis sunt ac roboris, sic ea imbecillitatis & impotentiae. Itaque Diuinitas neque iracundiæ, neque gratificationibus subiecta est. Sed quod benefacendi, auxiliandi que naturam habet, irasci, malòque afficere minimè potest. Magnus autem in cælo Iupiter, inambulât per terras componens, curansq; om- nia. Cæterorum autem Deorum alius est Largitor: alius Milichius, benignus: alius Alex- icacus, malorum depulsor: omniâque Deorum sunt, iuxta Diogenem, amicorumque omnia communia. Amici autem Diis sunt boni. Itaque amicum Dei, vel non esse fortu- natum vel modestum & iustum, impossibile est. Hæc Plutarchus. Quibus intelligimus, paucis demptis, eandem esse scientiam Dei, quam capacem veritatis hominem propter similitudinem Dei natura docuisset, atque eam quam suis Deus oraculis demonstrasset. Eundem singularè Deum autorem, vt homines nascerentur, & ad cognoscendum nasce- rentur, fatetur in eo, qui est, an rectè dictum sit Viuens latita. θεῶν δὲ ἐγὼ, καὶ τὸ ζῆν αὐτῶν, καὶ ἄλλας τὸ φῶναι, καὶ μὴ αὐτῶν ἄλλοισι γενέσεως εἰς γινώσκιν τὸ πῶ θεῶν δὸδλῆται: Videor, inquit, etiam ipsam vitam, omnino que ipsum nasci, & quod generationis homo particeps factus sit ad cognoscendum, à Deo fuisse datum. Fatetur à Deo lucem, vitam, naturales homini datos, datos autem ad nocendum: omnium autem notionum, Dei nobilissima. Hæc potior igitur, ad hanc conditus homo.

Ex alio Philosopho, qui dicitur Epicetetus, Stoicus autem fuit, non Christia- nus, de Natura diuina, de qua depradict quæ sacre littere concelebrant. Eandem esse naturam bonitatis ac Dei. Substantiam diuinam esse Sapientiam, perfectamq; rationem. Deum cunctis prospicere, mundum gubernare. Hominem esse opificium eius. Ad vnum Deum respiciendum esse. Ei pro beneficiis gratias haberi oportere.

C A P V T X.

C.

ED dimisso Plutarcho, diuinus eiusdem tempestatibus alius Philosophus audiendus Epictetus, non ille quidem Christianus, sed Philosophus, tamen & vir bonus, qualis Plutarchus. Bonus autem Philosophus, & qui oblatam veritatis à Natura lucem, intucatur, eamq; sequatur, ad eò congruet cum hodierna Theologia, quia non commentitia, sed plena rationis est, vt id putem, quemadmodum mihi fuit, plerisque mirum. Is igitur Arriano autore, velut Oraculum, velut Propheta sic diuino pe- store fatur: ὁ θεός ἀφῆλμος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀφῆλμον. εἰσὸς ἐν ὅπερ ἢ εἴσα τῶ θεῷ, καὶ εἶναι κατέπλω τῶ ἀγαθῶ. τίς ἐν εἴσα θεῷ: ἀρεῆ; μὴ γίνονται: ἀρεθός; μὴ γίνονται: ἰφῆμη; μὴ γίνονται: γῆς, ἕπισημη, λόγος ὁρθός. ἐν- ταῦτα ποῖον ἀπλῶς ζῆται πῶ εἴσα τῶ ἀγαθῶ. Deus est vtilis. Sed & bonū est vtile. Veri igitur simile, vbi sit substantia Dei, illic esse & substantiam bonitatis. Quæ igitur est substan- tia Dei? Caro? Absit. Ager? Absit. Fama? Absit. Mens, Scientia, Recta ratio. Hic igitur simpliciter quare substantiam Boni. Hæc quidem ille dixit, quem forte iam toto orbe coruscans Euangelium ad hanc tam sublimem, præstantemq; pietatem prædican- dam adiuuerat. Sed etiam potuit à Platone, multisque aliis Philosophis Naturam hanc diuinam didicisse. Vides igitur quid ei, qui non Christianus esset, veritas obtulerit. Pri- mum Naturam diuinam esse naturam, substantiamq; Bonitatis. Id enim etiam docuit Christus: Nemo bonus, nisi Deus. Eadem superius Philosophatus est Plutarchus. Sed ante omnes antiquissimus Trismegistus. Ad hæc, non carnem, non corpus, nihil eius- modi esse diuinitatem, sed mētem, sapientiam, scientiam, rectam rationem. Magnitudi- nem, maiestatem, regnum, opesq; eius esse sapiendo, noscendo, recta volendo. Has eius t iij

Epicetus, vir bonus, Natura ducere veritatem intuitus.

Deus quid, Epicteto.

Diuina natie- ra, substantia Bonitatis. Marc. 10.

Philip. 2.

Philosophi, hostes veritatis.

Quid pro summo bono habitum apud omnes.

Homo, simulachrum & imago Dei.

diuitias, nobilitatem, robur esse, quod tam incomprehensibiliter est sapiens, quam in-  
 estimabiliter bonus. Eoque est inuisibilis, perinde ut nostra ratio, magnæ illius veluti  
 scintilla. Tanta igitur Theologia dictis esse subest, ut stupor sit ab eo religionem veram  
 tantopere cognitam, qui forte eam vel nesciebat (Nisi quod Galilæorum semel memi-  
 nit) vel licem eius procul velut albescente Aurora aspexerat. Omnis ergo lingua con-  
 fitetur Dominum. Addit idem, Monstrant ait philosophi, *ὅτι μαθεὶν δεῖ τὸν θεόν, ὅτι θεὸς*  
*θεός, καὶ τὸ θεὸν οὐδεὶς ὄρων, καὶ οὐδεὶς λαλῶν αὐτῶν, ὅτι μόνον ποιῶνται, ἀλλὰ εἰδὲ διανοήσασθαι, ἢ ἐν θυμῷ ἰδεῖν.*  
 Hoc primum discere oportere, quod Deus sit, & prospiciat vniuersis, & non est qui late-  
 re possit eum, non modo operans, sed ne cogitans quidem ac mente reuoluens. Hæc ille  
 dixit, quem Philosophi veritatis hostes, dico Proclus, Simplicius, Læcianus veneraban-  
 tur, dicta eius vêtur oracula suspiciebant, cælestem Prophetam putabant locutum. Est  
 enim grata, dulcisq; veritas animis, nisi priuatus affectus, ut sæpe fit, gustum deprauet,  
 oculorumq; aciem hebetet. Si dicunt igitur, Epicteto teste, præcipiuntq; ea Philosophi;  
 quibus residuus est veritatis inimicus? Quia dicebantur à suo, gaudebant; mirabantur: si  
 dicerentur à nostris, fortasse non æquè. Probat igitur ratio, nisi quid priuatum prohi-  
 buisset, futuros omnes tales ea tempestate, quales nunc omnes ferme gentes. Sed pro-  
 sequar alia cateruatim ex Epicteto, quibus ad vnam pietatem semper animos sapientum  
 inclinasse, hoc vnum pro summa sapientia summoq; Bono habuisse, voces hinc eorum de-  
 mum conqueiuisse, noscas. Nec Græcis vbi que, ne sim inuisus, vtar: *τί ποτε εἶν' ὅστις ὁ κόσμος,*  
*ἢς αὐτῶν διοικεῖ; &c.* Quid, inquit, est mundus, quis eum gubernat? Nemo. At quomodo  
 vrbs, vel domus permanere ne ad exiguum quidem tempus possunt sine gubernatore &  
 præside. fabrica vtrò tam ingens, & tam pulchra, temere & vt casus tulerit, inordinatè  
 gubernari? Est moderator, aliquis, & certa ratione gubernat, nos autem quidam sumus  
 ὡς αὐτῶν γέγονα μὲν, ab ipso facti ad aliquod opus. Habemusq; coniunctionem & habitum  
 cum eo. Hæc ille, appellans vbi que singularem, & vt vera religio, creatorem mundi, mo-  
 deratoremq; creati. Habere nos cum illo societatem, affinitatem, velut origine nostra ex  
 eo pendentes. Eoque iubet nos in eum respicere, cum angimur, omniumq; bonorum  
 agnoscit autorem: *κύριε ὁ θεός, Domine Deus, quomodo vexor, Stulte nonne manus ha-*  
*bes? nonne tibi fecit eas Deus? Nonne dedit tibi fortitudinem, nonne magnanimita-*  
*tem, nonne virtutem? tot manus habens, quæris etiam qui te emungat? Aude respiciens*  
*τὸν θεόν, ad Deum, dicens: Vtere me ad quæcunque velis, tecum sentio, æquanimis*  
*sum. Nihil eorum detracto, quæ tibi videantur. Quocunque velis age. Si vis, adde vestè.*  
 Vis me imperare, in priuata vita degere, exulare, pauperem esse, diuitem? Ego tibi pro  
 omnibus his apud homines assentiar. Totidem verbis ab eo Græcè dicuntur. Quod  
 etiam sit homo simulachrum, Similitudo Dei, iuxta Theologiam Mosaicam, delibatio,  
 haustus, his confitetur: *ὁ θεὸς ὁμοιωμάτω ἐποίησέν με, ἔχει τι ἐν σκευῇ μου ὡς ἐκείνου. τί εἶν' ἀγνοεῖς ὅτι πῶς*  
*συνέγασται; Tu, inquit, es abscessio, delibatio Dei. Habes aliquam in te ipso partem eius.*  
 Cur igitur ignoras affinitatem tuam? Cur nescis vnde venisti? Non vis meminisse cum  
 comedis, quis sis qui comedis, & quem nutris: cum in congressu es, quis sis, qui vtaris. F  
 Cum in colloquio, in exercitatione, cum differis, nescis quod Deum nutris, Deum exer-  
 ces, Deum circumfers. Miser & ignoras. Videris me dicere argenteum quendam, vel  
 aureum extrinsecus. In te ipso fers ipsum, ipsum coinquinans non sentis, impuris quidem  
 cogitationibus, fœdis autem operationibus. Et imagine quidem Dei præsentè, non au-  
 deas horum quicquam facere: ipso autem præsentè Deo exterius, & aspiciente cuncta  
 exaudientè que, non erubescis hæc cogitare? Hæc ad verbum ille. Cum partem diui-  
 nam hominem appellat, designat afflatum, similitudinem, & ex æterna luce scintillam.  
 Est autem homo Deus factus à magno, vero Deo, paruus ipse, simulachrumque vtri.  
 Quemlibet pudere debeat fœdis aut factis, aut cogitationibus inquinare sacrum illud  
 exemplum, partemq; diuinam. Manifesta igitur in his Mosaicæ Theologiæ confirmatio,  
 tum de nata, diuinitusq; nobis donata mente, tum cum creatore similitudine. Repetit  
 eandem creati hominis à Deo prædicatione, reor ex sapientia Moysi, cuius vbertate Phi-  
 losophorum omnium aucta est doctrina: *τὸν θεόν τὸν δημιουργὸν καὶ ἀποκαταστήσαντα ἡμᾶς, καὶ ἀγαθὸν αὐτῶν.*  
 Huius opificis opus cum sis, dedecoras ipsum. Quid quod non modò te fecit, sed &  
 tibi solum te credidit, & commisit. Neque id modò non recordaris, verum etiam deho-  
 nestas mandatum. Si autem Deus orphanum quem tibi commisisset, sic sanè negligens  
 eius esses, tradidit te ipsum tibi, neque possim dicere fidelius te ipso. Hunc mihi asserua  
 οἶος

A οἶος πέρυκε, qualis natus est, modestum, fidelem, excelsum, sine stupore, sine morbis, sine  
 perturbationibus. Hæc de conditione sensit prædicauitque hominum, Philosophus bon-  
 nus, ut si quis æquus, iustusque arbiter esse velit, videat omnes sapientes veræ Theologiæ  
 reuerenter assurgentes: Hodiernam Sapientiam, non priuatam quandam, sed vniuersa-  
 lem, humanam ipsam, à Naturæque in pectoribus hominum insitam, atque iustam Sa-  
 pientiam. Audi de pietate, de virtutum origine, quàm sentiat nobiscum, & fugandorum  
 penitusque extirpandorum vitiorum quis sit modus: Pestes, inquit, has *ταῦτα δ' ἔτι βέλ-  
 ῖως ἐβαλεῖν, εἰ μὴ παρὸς μόνον τὸν θεόν ἀποβλέποντες.* Non est aliter eiicere, nisi ad vnū Deū  
 respiciendo, vni illi coherendo, rebus eius sanctificatum. Si, inquit, aliud volueris, lugens  
 & gemens, sequeris fortorem, extrà requirens semper felicitatem, *καὶ μηδέποτε; εὐρεῖν δυνά-  
 μιδος, εἰεὶ γὰρ ζητεῖς αὐτῶν, καὶ μηδέτιν, εἰεὶ ζητεῖς ὅσα βέλ-  
 ῖως.* Et nunquam inuenire potens. Illic  
 enim quæris eam, vbi non est, omisso inquirere, vbi esset. Quid hac voce præclarior, ma-  
 gnificentius, qua vel inuiti, quanquam non inuiti, confirmant, collaudant, in cælum fe-  
 runt Philosophi Sapientiam hodiernam, cuius est omnis cura, ad veros felicitatis fontes,  
 hos ipsos, quos Epictetus vidit, homines adducere? Hinc similis Theologi nostri exclamatio:  
 Irrequietum est cor meum Domine, donec requiescat in te. Prosequitur idem de  
 hoc ipso sine: Nulla, inquit, causa est cur fortunæ deploremus vnquam iniquitatem, sed  
 beati potius haberi debemus omnibus de causis: *μάλιτα δὲ ἀφ' τοῦ θεοῦ, τὸν ὅτι τὸτο ἡμᾶς*  
*κατασκευάσαντα:* Cum primis autem propter Deum, qui nos ad hoc creauit. O diuinam  
 B attestatorem, quam nunquam reor effudisset, (quanquam similia Plato sæpe locutus  
 est) nisi lux illa noua, tenebris superiorum sæculorum fugatis, in mentes omnium clara  
 illuxisset. Sed ingrati Philosophorum nonnulli, & Aristotelis decretis corrupti, quod nõ  
 ita contigit Epicteto, agnoscere noluerunt. Repetit idem aduentum nostrorum animo-  
 rum à Deo, cunctorumque cum ipsis bonorū comitatum: Quapropter, inquit, optimus  
 quisque memor, & quisnam sit, & vnde venit, & à quo factus est: in id vnum duntaxat in-  
 cumbet, vt locum suum modestè *καὶ εὐπεθεὶς τῷ θεῷ,* Deoque parendo tueatur. Vis me ef-  
 fe vt liberum, vt ingenuum, sicut tibi placitum est. Tu enim me sine impedimento crea-  
 sti. Sed amplius vsum mei non habes. Tibi obsequens mansi, eidem parens decedo. Hæc  
 & id genus ille referens, omnia iuxta Theologiam veram, in voluntatem diuinam. Ideo  
 profequitur, In carcerem trudit, non odio te habens. Absit. Quis enim optimum inui-  
 sum habet famulum? Neque negligens, ὅς ἐδὲ τῶν μικροτάτων πινὸς ἀμελεῖ, Qui ne minima  
 quidem negligit, sed exercens, & teste te apud alios vtens. Nonne ego totus ad Deum,  
 καὶ πᾶς ἐκείνος ἐν ταῖς, καὶ παρὸς εἴματα, *ταῦτα ἔχων ἐν χερσὶν αὐτοῦ, καὶ περιβῶν,* Et mandata eius  
 ac præcepta hæc habens in manibus, & terens semper intentus sum? Audis Philosopho-  
 rum voces, veritati quam colit omnis mundus acclamantes? omnes ei mortales deferre  
 cogentes. dum nullas omittunt, quas ei laudes non decantant, dum rerum finem eun-  
 dem, vitæq; ordinem eundem agnoscunt, suspiciunt, summis animis adorant, Natura  
 monstrante viam, scopumque hunc tantum non ostendente manu. propterea subdit  
 C Epictetus: ὁ θεός ἀμελεῖ τῶν ἐαυτοῦ ὀπιτηγμάτων, τῶν ἀφροδισίων, τῶν μαρτύρων, οἷς μόνους χρεῖ-  
 ται παρὸς εἴματα, παρὸς τὸς ἀπειθέτους, ὅτι καὶ βέλ-  
 ῖως: Deusne, inquit, negligit opera sua, mi-  
 nistros, testes, siue, vt Græcè dicuntur, diaconos, martyres, quibus solis vtitur exemplis  
 apud imperitos, quod sit, & quod bene cuncta moderetur, qui res humanas non sper-  
 nit? Ex his videre est, Epictetum lucem Euangelij iam toto orbe radiantem, non vt Chri-  
 stianus (Fuit enim Philosophus Stoicus) sed vt is, cui veritas non inuisa, sed grata esset,  
 & cui certum esset, nullius hominis auctoritatem tantopere venerari, vt iudicium veri ob-  
 tunderet: adorasse eos, quibus inaudita tormenta à crudelibus infligebantur, ceu diuini-  
 tatis testes credidisse. Commendans igitur & comprobans quod eos tempestate sua fa-  
 cere audiebat, sic clamat: *τὸτο τὸ ἔργον ἴδ', ἡμῶν τὸν θεόν:* Hoc erat operæpretium, inquit,  
 laudare Deum, & ipsum in me ipso, & apud vnum & plurimos. Non multa mihi largitur,  
 non copiosa, nõ vult me luxuriari. Atque ita *εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ἐφ' οἷς δεῖ εὐχαριστῆν:* Gra-  
 tias agimus Deo, ob quæ decet habere gratias. Liberatus sum à Deo, cognoui mandata  
 eius. Melius enim ceseo, quod Deus vult, quàm quod ego. Adhærebo ei minister & asse-  
 cla. *κρεῖττον γὰρ ἡρώμα ὁ θεός θείει, ἢ ἐγώ, παρὸς εἴματα, ἀφροδισίων, καὶ ἀκαθάρτων ἐκείνων.* Prose-  
 quitur ibidem diuiniora: Mihi, inquit, satis est, si possim ad Deum tendere manus, dicens  
 quod quas abs te occasiones accepi, vt moderamen tuum agnoscerem & sequerer, has  
 non contempsi. Egoque habeo, cui me placere oporteat, cui me subiicere, cui obtempe-  
 t iiii

Hodierna sapietia de Deo, qualis est mandata.

Ingrati philosophi, Deum non agnoscentes.

Pia Stoici verba.

rare. Nempe Deo, & his qui post eum. Ille me mihi ipsi commendavit, subiecit electio-  
nem mihi vni, traditis regulis ad vsum rectum. Addit etiam, Pugna tecum pro libertate:  
τῷ θεῷ μέμνησο, ἐμῆνον ἑπικραλὶς βόηθον: Memento Dei, illum implora adiutorem, & assiden-  
tem, quemadmodum Dioscuros, in tempestate. Beatos etiam appellat, εἰς τὸν θεὸν ἀφορῶντες  
ἐν παντί, καὶ μικρῶ, καὶ μεγάλῳ: Qui Deum attendunt in omni re, parua & magna. Quam  
præterea clara totius creationis, providentiæq; confessio, cum ait: Frustra igitur tibi  
Deus oculos dedit, in cassum spiritum eis tam acrem, artificiosum, vt procul expatians,  
rerum visarum formas apprehenderet adiecit: Quis nuntius adeò velox, & diligens? In-  
cassumne aërem in medio tam clarum, & pellucidum dedit, tanquam artificiosum, vt per  
ipsum traiceret visio: Frustra lucem creavit, qua non præsentem, nullus erat cæterarū rerū  
futurus vsus. O homo neque ingratus esto, neque immemor supremæ potestatis. Sed  
pro visu, & auditu, & quidem mediusfidius pro ipsa vita, & quibus ea ipsa sustinetur, pro  
fructibus maturis, pro vino, & oleo εὐχαρίσσει τῷ θεῷ, gratias agas Deo. Meminerisque  
quòd aliud excellentius quàm hæc omnia tradidit tibi, nimirum quòd his ipsis vteretur,  
probaret quantum quidque valeret. Hæc Epictetus. O sapientiam, cum vera germana q;  
est hominum sapiētia, vbiq; sui similem, radiis suis omnium passim mentes collustran-  
tem. Quid aliud sonat Theologia Mosaica, & hodierna, cultum, memoriãque Dei, sem-  
per inculcantes? Ecce vox Naturæ, vox cælestis. Quæ dixit oraculum ore Prophetarū,  
dixit etiam Natura ore Philosophorum. Denique subiicit: Coruus crocicans tibi quid  
portendit. Non coruus est, qui portendit, sed Deus. Quòd si quid signi datur humana vo-  
ce, nõnne fecit idem Deus loqui, quo scires potestatem diuinam aliis sic, aliis alio modo  
significare? τῷ δὲ τῷ μεγίστῳ καὶ κλειστότῳ ἀφ' ἡμετέρων ἀγγέλων σημήσει: De maximis  
autem ac potissimis per pulcherrimum Angelum significat. Hæc ad verbum ille. Ad pos-  
tremum ait, Digressus hinc tecum dicito, Hæc mihi non Epictetus dixit. Vnde enim ei?  
Sed Deus quis propitius, per illum. Neque enim succurrisset Epicteto, hæc effari non so-  
lito. Agè igitur τῷ θεῷ πᾶσα δόξα, ἵνα μὴ θεωρῶται ὁ μὲν, Deo pareamus, ne diuinæ iræ sub-  
iecti simus. His omnibus non modò singularis, vnusq; Dei confessio, hominis quem Na-  
tura duceret, ore prædicatur, sed cuncta ferme Theologia confirmatur.

Oraculum ore  
Prophetarū,  
vt natura ore  
Philosopho-  
rum.

Eadem de summo ac singulari Deo sensisse subsecutos Philosophos. Iamblichum  
affirmare, Deum principium, medium, finem, in eo respiciendo & sequendo fe-  
licitatem esse. Eum esse Dominum omnium bonorum, principium beatitudi-  
nis, finemq; omnis Philosophiæ. Felicitatem esse, sequi mandata eius.

C A P V T X I.

Philosophi fa-  
bulis, vel ho-  
minum auto-  
ritatibus ni-  
mium addi-  
di.



AD EUM fuit Philosophorum, qui successerunt, Theologia, idem ser-  
mo, nisi cum vel per allegorias fabularum, incerti vagarentur, & com-  
mentis aures adhibentes, à Naturæ documentis audiendis auerterentur,  
vel hominis vnus, ei quasi addicti & consecrati, decreta pertinaci-  
ter tuentes, tam non æquo iudicio mortalem illum, quàm fabulas  
poëtarum illi admirarentur. Sed si quando sese à coactis imposturis  
exemissent, & ad veram Philosophiæ viam reuersi Naturam, cælumq;  
omne conspexissent, tum verò senties mirabiles eis voces excidisse, tacitamq;  
veritatem in eis vires exercuisse suas. Videbis eos alios, quàm prius cum in cogitationibus suis eua-  
nuissent, & quales spiritus mendaces, qui falsis oraculis editis, sæpius etiam miranda ce-  
cinerunt, verãque Theologiam aperuerunt, animos, quos superstitiones raperent, ad fe-  
veritate reuocante. Ex his Iamblichus sæpe Platoniorum more multos Deos nomina-  
re solitus, poëticis item fabulis, Ægyptiorumque superstitionibus interdum implicitus,  
euigilans, oculòsq; ad sidera tollens, & quasi supra regione terrestri leuatus, ex anti-  
quioribus Philosophis ceu flores decerpens, velutque è Prophetis veris vnus, super vno  
singularique Deo, super omni cælesti Theologia voces admirandas edidit. De secta Py-  
thagoreorum hoc primum: θεῖα ἀρχὴ ἀρχή, τέλος, μέσον, ἧς δὲ ἀντέχεσθαι τὰς μέλλοντας ἐ-  
δαμνοῖσθαι: Diuina causa, est principium, finis, medium, cui adhæreant necesse est, qui vo-  
lunt esse beati. O vocem magnam, cælestem, Angelicam, non hominis, sed Naturæ vo-  
cem. Hæc

Iamblici er-  
ror, & con-  
fessio verita-  
tis.

Acem. Hoc prior Orpheus dixerat, confirmatum dein à Pythagoreis, maximè verò Ar-  
chyta, & Philolao, cum Platone & Aristotele. Prosequitur: ἐπειδὴ γὰρ ἴσθι θεός, καὶ ὁ τὸς πάν-  
των κύριος δὲν ὁμολογεῖται τῷ τῷ κρείσσονος τὸ ἀγαθὸν αἰτεῖν. πάντες γὰρ εἰς αὐτὸν φιλάδου, καὶ οἱ εἰς αὐ-  
τὸν χεῖρασαν τοῖσδε διδοῦσαι τὰ ἀγαθὰ, τῶς εἰς δὲ ἐναντίας ἔχουσι, τὰ ἐναντίας: Nam cum sit Deus,  
& is sit omnium Dominus, in confesso est, oportere à Domino bona petere. Nam quos  
quidem diligimus, quique iucundi nobis sunt, eis beneficio præstamus. contra solemus  
in eos affici, qui nõ diligunt. Hæc ille. Quid igitur superest, quo minus sit, fueritque sem-  
per vna pietas, religio, scientiãque Dei, vnãque ad eum semper animorū propensio? Cer-  
nis à vera via seductos exoptatam demum lucem respexisse: quibus autem veritatis op-  
pugnatio placuisset, tenebris obortis bellum suis dictis intulisse: Spes suas in vna demū,  
quæ lucet hodie, veritate quenque posuisse. Dum finis, qui nunc ostenditur, est is quem  
cuncti concorditer prædicauerunt, respexerunt. Infert enim Iamblichus eodem libro:  
πάσης ἀληθείας καὶ εὐδαιμονίας, οἷος τε καὶ τῷ ἀρχῶν, ὁ θεὸς ἐξηγεῖται: Omnīs veritatis & felici-  
tatis, substantiæ, & principiorum, Deus est princeps. Vnde splendor iste mentes eorum  
subiit, qui veræ religionis exortes fuerunt: A Natura certè, à qua, si desit oraculum, veri-  
tas hauriatur. Qua duce, hæc quoque mirabiliter fudit Iamblichus idem: τέλος πάσης θεο-  
είας, τῷ εἰὸς θεωρητικῶν, ἀναγὰν εἰς αὐτὸν τῷ πλεονεξίᾳ εἰς τὸ ἐν: Finis omnīs contemplationis,  
est contemplatio Vnitatis, attollere seipsum à multitudine ad Vnitatem. Sæpe declara-  
tum est, Vnitatem antiquissimis Philosophis fuisse nomen summi ac simplicissimi Dei.  
B. Multitudinem dixerunt res omnes propagatas ab ipsa. Ecce igitur beatitudo vera no-  
stræ religionis, aspirare contemplando ad rerum fontem, videre illum sicuti est. Hic ter-  
minus hæret omnis felicitatis, totius Philosophiæ, quemadmodum sacris oraculis reuē-  
latus, sic à Philosophis, natura testimonia petentibus agnitus, propterea propius hæc ex-  
plicans, & confitens Iamblichus: ἡ μὲν γὰρ ἀμείνων ψυχή, μετὰ θεῷ οἰκεῖ, καὶ αὐτὴ πορεύεται κατ' ἔργων, Anima, inquit, melior, habitat cum Deo, & per calum cum eo despatiat. Testa-  
tur idem, Pythagoreos omnem vitæ degendæ rationem direxisse ad confessionem, τῷ  
θεῷ, Diuinitatis: καὶ ἀρχὴ αὐτῆς ἐστὶ, καὶ βίος ἅπας, συγκριτικῶς τῶς ἀπολλυθῆναι τῷ θεῷ: Et  
hoc esse principium, omnemque vitam coordinatam esse ad sequendum Deum. Sentis  
philosophorum voces cum sacris litteris consonantes, eas reuerenter affirmantes? Quid  
est, quod separet eorum Philosophiam à Christiana sapientia, quam quidem coluerunt,  
sed aliis nominibus deprædicantes, animis eidem respexerunt, cum lumen pietatis no-  
stræ terras intravit. Tunc enim Philosophi os aperire cœperunt, audaciusq; asserere, que  
prius magnis ambagibus occultabantur. Quocirca subiicit Iamblichus: Cerrum est, in-  
quit, ea solum agenda esse, οἱς πύργωται ὁ θεὸς χεῖρασαν, ταῦτα δὲ εἰς πόδιον εἰδέναι, εἰ μή τις ἡ θεῷ  
ἀκινῶδες, ἡ θεῷ ἀκίση, ἡ ἀφ' ἑαυτῆς θεῖας ποιεῖται, Quibus delectatur Deus. Hæc autem non  
est facile nosse, nisi quis auz Deum audierit, aut arte diuina comparet ipse sibi. Hæc cum  
dixerit Iamblichus, nõnne pro philosophis omnibus testis erit, eam denique religionē,  
solam vitæ magistram, artẽque viuendi veram, mortalibus apparuisse, que Deum audi-  
cuit, cognouitque ex ore eius, quæ grata forent illi? Philosophi protestantur neminẽ quæ  
placita Deo sint, facillẽ cogniturum, in quo totius Philosophiæ vertitur cardo, nisi Deum  
audierit. Quis autem Philosophorum Deum audiuit, qui partim oracla, partim indicia  
Naturæ secuti, loquebantur? Quo fit, vt illic solum vigeat perfecta cognitio bonorum,  
vbi diuinæ voces auditæ sunt, cognitæque Deo placencia. Ea fuit Philosophia Christiana  
solum, etiam verò Hebraica, sed ea magis, quoniã quæ præsentia sua corporaliter Deus  
in ea gessit, in Hebraica per internuntios ac legatos suos. His & aliis constat Iamblichū  
cum cæteris Philosophis, singularem Diuinitatem, Principem mundi, Reginam rerum,  
Principium causarum cognouisse, suspexisseque, creationis autorem, & à quo totius fe-  
licitatis, beatitudinis ducatur exordium, prædicasse.

Vna religio,  
vnãque scie-  
tia de Deo.

Contemplatio  
Vnitatis: est  
finis contem-  
plationis.

Philosophia  
non est aliena  
à Christiano-  
rū doctrina.

Qua religio  
vera.

Porphyrum, singularem, unicumq; Deum commemorare, cui rationabili sacri-  
ficio, castisq; cogitationibus sit litandum. Eum esse omnipotentem, omnis  
virtutis autorem.

C A P V T X I I.

Ingrati Philo-  
sophi, qui e-  
tiam euange-  
lij luce illu-  
cescente, cali-  
garunt.



AVD fecus cæteri Philosophi, Porphyrius, Damascius, Proclus, Sim-  
plicius, Olympiodorus, de quibus minus fortasse mirum, quod Euan-  
gelio coruscante, cuius ad eos nitor veniebat, licet ingratos, floruerit.  
Omnium quidem horum Philosophia superstitionibus eius temporis  
est contaminata, sed veritas tamen fulgore suo superior emerit. Prin-  
cipio Porphyrius in vita Plotini testatur oraculum ab Apolline non  
de se, sed vero Deo, sic editum:

Oraculum  
Apollinis.

Οἶδα δ' ἐγὼ, ψάμενοντε ἀελθῶν, ἢ μέτρα θαλάσσης,  
Καὶ κίβρι Ζωήμω, καὶ ἔλαδοντος ἀέθω,  
Est mihi perceptus cicutulus numerosis harenæ.  
Audio quid mutus loquitur, & verba silentium.

Iacob. 2.

Hoc oraculum simile Prophetis oraculis, Dæmones enim credunt & contremiscunt.  
Si tanta est igitur diuina sapientia, vt possit harenæ numerum cogitatione complecti,  
quæ fuit dementia, ne dicam impietas, eorum, qui prouidentiam eius intra certos limi-  
tes in cluserunt? Et si longe & incommemorabiliter maior est harenarum numerus nu-  
mero hominum, habet autem capillos illos omnes, licet perexiguos, in numero, non  
longè facilius noscet singulum quenque hominum? Igitur vel tacentes, vel arcanum ani-  
mi exaudit silentium. Idem Porphyrius de summo ac singulari Deo, in secundo de Ab-  
stinentia, ostendens quo sacrificio sit colendus: Sacrificemus, inquit, etiam nos, sed sacri-  
ficemus vt decet, ἡεὺ μὲν τῶ ἅπῃ πᾶσι ὡς ἀνὴρ σφόδρ ἔφθ, μὴδὲν, μήτε θυμιῶντες, μήτε ἐπινομά-  
ζοντες ἔδδεν γὰρ ἔστιν ἐνὶ ἡμῖν, ὃ μήτε τῶ ἀνωτάτω εὐθείᾳ ἀκρίβειαν. διὸ ἔδδεν λόγος τῆτω, ὃ καὶ φωνῆν οἰ-  
κείως, ἔτε ὃ ἐνδόν, ὅταν πάθει ψυχῆς ἢ μεμιασμένος. Διὸ δὲ σιγῆς καθαρεύς, καὶ τῆς σιγῆς αὐτῆς καθα-  
ρεύς ἐργασίαν, ἡρησκουμένω αὐτῶν: Deo quidem, qui est super omnia, quem admodum inquit vir  
sapientis, nihil neque euaporantes, neque acclamantes. Nihil est enim materiale, quod nõ  
mox supremo Deo sit pollutum & immundum. Quocirca neque oratio exterior, neque  
interior cũ fuerit affectu animi polluta: Sed puro silentio, castisq; de eo cogitationibus  
colamus ipsum. Porphyrius virum sapientē reor appellat Paulū, cuius est celebre dictū,  
Deus qui est super omnia. Deum supremū, altissimū nominat, sentit solis puris cogitatio-  
nibus ei sacrificandū, quas habet, vt oraculum dixit, exploratas, cæteris sacrificiis super-  
sedendū, maiestati summæ eius non congruentibus. Diceremus quidem ipsi, primū, præ-  
stans, verumq; sacrificiū, quo Deus, qui Mens est, pura mente colitur, si quid exterius of-  
feratur, esse puræ mentis illius indicium. Quid igitur ὁ Platonicus supererat, qui Deum su-  
premum nominabatis, venerabamini, pie celebrabatis, quàm vt eam veram religionem  
declaretis, quæ superstitionibus, numinibusq; falsis damnatis, coleret tantum Deū su-  
premum, eique sola pietate, sapientia, castissima veritate litaret. Tum si supremus, emi-  
nentissimusq; à vobis inducebatur, cur non hunc vnum, inemptā poëtico firmo Deorū turba  
irrita, non approbata, toto Philosophiæ regno exturbata colebatis, non colentes ample-  
ctebamini, non hos vnos sapere censebatis? Solus ille supremus rationi notus erat, seque  
exorari volebat & sinebat, cæteri non poterant, quos ratio, & natura negabat. Sunt alia  
generis eiusdem apud Porphyrium: sed mihi satis est, ὁ Philosophis ceu flores decerpēs,  
quos mentes superstitionibus liberatæ, solamque ad veritatem intentæ non rapido er-  
rorum æstu longius abstractæ sparserunt, docere semper deus hodiernæ viguisse verita-  
tis, cunctis philosophorum suffragiis comprobatū. Simplicius igitur, qui se Philosopho-  
rum in numerum, professionem Christianæ pietatis refugiēs, ponebat, incredibili mira-  
culo ea de summo sentit & docet Deo, quæ sacræ litteræ, quarum ille maiestatem dissi-  
mulabat agnoscere, perpetes concelebrant. E quibus est, quod omnē refert hominum,  
rerumq; mundanarū constitutionem in illum vnum, quem singulariter appellat vbiq;  
Deū: vt quod si peccet animus, minimè sit accusandus Deus, qui liberum, suiq; iuris eum  
creauerit. Et quod libertas electionis & arbitrij ad vtilitatem Ἐπὸ θεῶ γίνεται, fit à Deo. Et  
mirabilem fuisse Dei molitionem, animam inter æterna caducaq; fecisse, quæ se quo-  
cunque vellet siue sursum, siue deorsum flecteret, & quodcūque vellet, eligeret. Et quod  
ipse fecerit eiusmodi virtutē, vt maneret immotus animus, quoad ipse vellet. Eamq; esse  
propriè cum Deo similitudinem, qua nihil hominibus beatisq; animis sit melius. Quip-  
pe Deus habet robustissimam potentia, omnis potestatis autor, itemq; optimā volunta-  
tē: ὃ γὰρ θεὸς δύναμιν ἔχει τὴν ἰσχυροτάτην πάντος δυνάμεως αἰπίος ὑπέσχεον, ἢ βέλησιν τὴν ἀγαθοτάτην.  
ἀγαθὰ μὲν πάντα, φαῖλον δὲ μὴδ' ἐν εἶναί βεληθείς: Qui bona cuncta voluerit, prauum autem nihil,  
quoad

Silentio, pu-  
risque cogita-  
tionib. colen-  
dus Deus.

Simplicius,  
de Deo.

A quoad fieri possit. Equata voluntate ac potentia, omnia bene efficiat, quatenus cuique  
fas sit, participem esse bonitatis eius. Et quod animus humanus, cui non fit superna po-  
testas, quia tamen, βέλησιν δὲ ἔχον Ἐπὸ θεῶ αὐτεξέσιον, voluntatem habuit à Deo liberam,  
qua possit cuncta bona velle, cum certum id ei fuerit, iure hac parte, Deo maximè assi-  
milatur, cum voluntatis vtitur omni iure suæ.

Item ex Simplicio profunda Theologia, de vno bonitatis fonte, unico rerum, sin-  
gulariq; principio, à quo causæ cunctæ, cunctaq; principia dependeant. Et  
quod sese ad ferendam miseris opem inclinet.

CAPVT XIII.



ILLA verò è profundis hausta Philosophiæ mysteriis, quæ contra  
vesaniam eorum, qui duo principia, Bonum & Malum, è Zoroastris  
impictibus constituebant, Simplicius disseruit: Vnitas, inquit, neces-  
sariò præcedit multitudinem, cunctaque ex participatione Vnitatis  
extiterunt: Ἐπὸ γὰρ τῶ θεῶ, καὶ ἀρχῆσιν καλῶ, πάντα τὰ κατὰ τὴν φύσιν. ἢ  
Ἐπὸ τῆς πρώτης τῆς θεῶς ἀληθείας, πάντα ἀληθῆα ἀνάγκη καὶ τὰς πολλὰς ἀ-  
ρχάς, εἰς μίαν ἀρχὴν ἀναλεῖναι. Ἔτινα μεμελῶ ἀρχῶν εἶσιν ἐκείνων, ἄσπερ τῶ  
ἄλλων εἰσὶν ἄλλ' ἀρχῶν ἑσθ' ἕσθαι πασῶν, καὶ ἐξηγηθῆναι, καὶ πάσαις εἰς ἑαυτὴν συνάγειν: A  
diuina enim & principali pulchritudine, cuncta pulchra proueniunt. Et à prima diuina  
veritate, veritas omnis. Necessariòque omnia principia, ad vnum principium redigun-  
tur, quod quidem non sit aliquod particulare principium, quemadmodū reliqua omnia,  
sed principium cuncta principia supergrediens, se seque superattollens, & omnia princi-  
pia, ad se colligens. Omnibusque principiis præbens à se ipso principalem dignitatem, vt  
cuiusque naturæ congruit. Hinc igitur absurdum est, duo vel plura omnino quàm Vnū,  
prima principia dicere. Cogunturque duo principia Vniuersitatis asserentes Bonum &  
Malum, & Bonum qui dicitur ab eis Deus, non amplius omnium autorem dicere, neque  
verò omnipotentem, iure laudare: neque supremam ei potestatem vindicare, sed totius  
autoritatis dimidium: Quod si verum sit, neque omnia beneficio afficere, illuminareque,  
πληρῶς πληροῦν ἀγαθότητος καὶ φωτός, Qui dicitur fons bonitatis & lucis. Hæc ille præcla-  
ra super Epicetum. In principio vero operis, longè quàm ferè cuncti Philosophi diui-  
nius, decerpens ex illis, & lumen Christianæ religionis quod iam toto terrarum orbe re-  
lucebat, ob oculos habens, sic scribit, Omnium rerum, fons & principium est τὸ ἀγαθόν,  
ipsum Bonum. Nam quod omnia concupiscunt, id omnium est principium & finis. A  
seipso quoque Bonum cuncta producit, prima, media, & extrema. Sed prima & sibi pro-  
xima, quæ sola seipso producit. Vna Bonitas multas bonitates, Vna simplicitas, & Vni-  
tas, quæ super omnes multas vnitates, & vnum principium, multa principia. Idem est  
C Vnitas & Principium, & Bonū, & Deus. καὶ γὰρ θεὸς μὲν τὸ πρῶτον, καὶ πᾶντων αἴτιον: Etenim  
Deus quidem est ipsa prima, & omnium causa. Necessè verò est primum, simplicissimum  
item esse, quoniam quod compositionem habet vllam, & multitudinem, iam non vnum,  
sed Vnitate posterius est. Omnis autem multitudo, & omne quod non est bonum, Bonū  
desiderat, vt quod ipsa superemineat. Et quod non est principium, à principio sit oportet.  
Necessè quoque supremam, omnemque habere potestatem quod omnia producit.  
Quocirca Vnum principium, multa principia, multasque bonitates, simplicitatēque pro-  
ximè ex se producit, inter se distantes, ad vnum cuique proprium principium reuocatas.  
Vtq; omnia pulchra in mentibus, animis, & corporibus, ad vnum fontem pulchritudinis  
rediguntur: sic recta, verèque omnia principia & fontes, ad vnum fontem & principium.  
πάσαι θν ἀμελεῖται ἀρχαὶ ἐνὶ ἑαυτῇ τῇ ἑλῃ: omnia igitur principia, in vno vniuersali sunt de-  
fixa. In Vnitate numerus, in vna Bonitate, multas bonitates. Illudque Principiū non par-  
ticulare est, sed principiorum Principium. Hæc Simplicius, non Christianus, sed merè  
Philosophus, quod ad alia vel inde constat, quod Philosophorum more, & quo discrimi-  
ne distat Philosophia cælestis à terrena, admisit quædam non vera, quædam per se bo-  
nitates ἀνταγαθότηταις, numero multo constituens, quæ per se beatæ semper, non indi-  
geant fontali Bono. Sentit autem Ideas æternas, ad quarum singulas vt fontales & su-  
premas, rerum series redigantur. Ad fontalem pulchritudinem, omnis pulchritudo. Ad

Zoroastris  
error, de duo-  
bus principis.

Bonum, prin-  
cipium, verū.

Vnitas, Prin-  
cipium, Bonū,  
idem.

Principium  
principiorū.

concinnitatem supremam, quæ dicitur ab eis συμμετρία, concinnitas omnis. Verum vna est Idea fonsq; supremus omnium, vna per se Bonitas, cui subiacent bonitates omnes. Bonitates autem dico, non Ideas illas fontales, sed omnia tam in animis, mundoque intelligibili, quam corporibus bona. Fuit autem ea Procli, quem secutus is est, de Ideis, ut rerum genitricibus, sententia. Nos autem meliora secuti, probamus eis veritatem, confessionemque singularis Dei, licet superstitiosis, commentitorumque Deorum cultoribus, placuisse, siquid essent aduersus sententiam caelestis sapientiae prolocuti, resipuisse, pectoribus eorum insinuantem sese mentem meliorem, veros sensus neciis, cum venit vsus, suggestisse. Quorum aliquando latratibus decus veritatis esset imminutum, retrorsum reflexis vocibus, demum ad sidera prouectum. Progressus autem Simplicius hæc quoque superaddit: Quos, ait, honores offeremus, Deus hominibus declarauit, quemadmodum historiae testantur, ut & nos per ipsos cum eo familiaritate assequamur. Suntq; nobis quæ sunt extrinsecus vberissima, vtiliaque, diuina irradiatione fluentia. Quemadmodum enim animam cuius autor ipse est, offerimus ei, & consecramus, expiantes eam diuinis de eo considerationibus, & cum naturaliter viuimus: sic opus est etiam corpus ab ipso datum, offerre purgantes. Hæc Simplicius, agens de sacrificio, quo primum animum & corpus expiatum, puraque in veste sacrificamus, & cum primitias eorum, quæ Deus elargitus est, damus, Sanctum esse, iustumque his qui dedissent offerre: Non quod his indigeat Deus, sed ob gratificationem, gratiarumque actionem. Quid quod ait essendi patrem fuisse causam μετα θεον, post Deum, & essendi, benèque essendi, quemadmodum Deum, parentes autores fuisse, referens scilicet in Deum diuinarum litterarum more cuncta? Et cum dicit eum præsidii humanis destitutos prospicientem misereri magis, ac defendere: ερημον γαρ ὄντα ὀπτικῆς ἀνθρωπίνης, ὁ τῶς ζῆντος ἐφορᾷ θεός, ἐλεεῖ μᾶλλον, ἢ μᾶλλον σκεδνέει. Et cum ait Deum vbiq; esse, cum diuinis suis omnibus virtutibus: ὁ γαρ θεός ἄμα πανταχοῦ παύεται μετα πάσων αὐτῶ δυνάμεων. Et quod cum multa sunt à Deo producta, etiãque humana species. Et omnia, lapides, arbores, secundum virtutem cuiusque, ἐπέτραπτο παρὰ τὸν θεόν, vertuntur ad Deum. Quin etiam separationem specierum futuram nunquam fuisse, nisi ὁ τῶ κόσμῳ διμερῆς ὁ θεός, opifex mundi Deus, secundum separatas in se causas, eas produxisset. Et quod cuiusque formæ est priuata causa, vsque ad extrema, αἱ δὲ πολλὰ ἀρχὴ πάντας ἀπὸ μίας ἀρχῆς ἔχουσι τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα. Ἔτω δὲ αἴτιον αὐτῶν, καὶ θεός θεῶν καὶ ἀγαθότης ἀγαθότητων: Multa porro principia, prorsus ab vno Principio, principij dignitatem habuerunt. Sicq; Causa causarū, Deus Deorum, & Bonitas bonitatum est ipse Deus. Quodque magnum miraculum est, quemadmodum Mosi dixit Deus, Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Et Trismegistus cum Sibyllis asseruit nullum posse summo Deo nomen coaptari. Sic Simplicius: ἐπι δὲ μᾶλλον ὀπισθῆσαι χρὴ, ὅτι τῶ πάντων αἴτιος καὶ πάντα ὄντος τὸ ὄντα, ἔστιν ὅτιν αἰετῶν ὄνομα. Adhuc, ait, considerare decet, quod causæ, quæ cuncta supereminet, nullum est proprium nomen. Nam Deus, autore Platone, prius fuit astrorum à cursu, rotationeque caelesti nomen, exin ad intelligibiles substantias, sed apprimè priorem tralatum. Cætera quoque nomina, quibus Diuinitatem designamus, sunt ex his, quas notas habemus, rebus assumpta. Hæc ait Simplicius.

Resurrunt philosophi et infes.

Animus, ut expiatur.

Nullum Deo nomen coaptari.

Ex eodem Simplicio, Deum esse absoluti boni nostrorum animorum principium finemq; in quem vnum sit respiciendum, cui quandiu cohaeserit animus, sua radice hæreat, diuulsus marcescat. Quod mundum Deus creauerit.

CAPVT XIII.



Christianorū nomen inuisum philosophis. Omnis à Deo profectio.

QVAM illa quoque admiranda, suspiciendaque, quibus apparet ex quo lux magna superis concessit ab oris, eam Philosophos aspicientes obstupuisse, lætisque in laudes eius os aperuisse, confirmasse, non ut Christianos, quod eis nomen propter inscitiam inuisum fuit, sed ut Philosophos. Dicit enim: Διότι πάσις εὐζωίας, καὶ τελειώσεως ψυχῆς ἀρχὴ καὶ τέλος ὅστις ἢ παρὰ τὸν θεόν ἀνάτασις. Διότι τε τῶ ὀρθῶν παρὰ αὐτῶς παραλήψεων, ὅτι τε ὅστις, καὶ παρνοεῖ καλῶς, καὶ δικήως τὸ πάσα κατευθύνει: Omnis beatæ & perfectæ vitæ, inquit, in animo principium & finis, est suspectus ad Deum, & amplexus, & inclinatio, tum rectis

Arctis de eo sensibus, quod sit, & prospiciat rectè, tum quod iustè cuncta gubernet: Tum obsequendo, obtemperandoque libenter his quæ fiunt ab eo, ut ab optima sententia proficiscentibus. Nam tamenti sui iuris sit, motusque anima suos in potestate, principiaque habeat bonorum & malorum, at à Deo talis creata fuit, quæ seipsam moueret: διὸ εὐς μὲν ἐπίσταται τῶ ἑαυτῆς ἀρχῆ, καὶ σώζεται, καὶ τῶ ἑαυτῆς ἐξῆς τελειότητι, μετ' ἧς αὐτῶ ὑπέστησεν ὁ θεός. ἀπατάσσεια δὲ ἑαυτῶν, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῆ ἀπορίσσεια σκῆθην, μαρῶνεται καὶ φθίνει, ἀρχῆς καὶ ἀθηνῆς γενόμενι. εὐς δὲ πάλιν ἐπιτραφῆ, καὶ ἐνοβῆ παρὰ τῶ ἀρχῆν, καὶ ἔτω ἀπολάσσει, τῶ ἑαυτῆς τελειότητι, Quocirca dum se radicibus altis cum autore suo tenuerit, conseruabitur, suamque perfectionem obtinebit, cum qua creauit eam Deus. Simul verò ut se diuulserit, totamque illinc sese absciderit, marcescet, & diffluet turpis, ac debilis effecta. Vsque dum rursus conuersa fuerit, seque cum causâ coniunxerit, sicq; perfectionem suam receperit. O verba caelestia, miraculum Philosophos in pectore sensus hos habuisse, tum piæ voces profudisse, cunctos in hodiernam sapientiam consensisse, quæ Philosophis, quantum velint dissimulent, aditum ad hanc veram sapientiam, ad hos profundos diuinisq; sermones apperuit. Addit idem Simplicius, ὅτι πάσα τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς τελειότης εἰς τῶ παρὰ τὸν θεόν ὀπισθῆσαι, καὶ τῶ παρὰ τὸν θεόν ἀνάτασσει ἀπορροφῶνται. Omnis animi humani perfectio, est ut sese ad Deum couertat, seque ad eum supremo coordinet. Refert item cuncta in hunc singularem ac supremum: Vt quod non diurnam voluptatem, quoniam exitialis sit, Deus fecerit. Et iudicium πάντα εἰδότες θεός, cuncta scientis Dei. Et quod hunc finem poenitentia respicit, ut animus omni profus cogitatione ab antea factis abhorreat: δῆλον καὶ οὐ τῶ, ἢ τὸν θεόν εἰς τῶ τέλος ὄρεν τῆς καθαρόσεως. Et quod à piis munera Deus accipiat: ἀπὸ μὲν γαρ τῶ εὐσεβέωντων δῶρον πολλάνκις ὁ θεός ὑποδέχεται. Et quod quales voluerimus esse, in nostra sit à Deo potestate, qui causas voluntatibus nostris reliquerit, facultates eligendi permiserit: ad minimas operationes vsque. Et quod mirabilius, καὶ ἐχ' ἀπαξ ταῦτα μηχανασάμενος ἐν ἀρχῆ τῆς χρόνῳ ἀπέστη τῶ παρνοεῖν, Nunquam destitit prospicere Deus his, quæ machinatus esset in aliquo temporis exordio, & in eo cunctarum rerum creationem. Clarissima enim nunc fatetur voce temporis exordium & in eo cunctarum rerum creationem, quam in commentionibus Philosophiæ filuisset. Neque enim, inquit, principium temporis habet Bonitas Diuina, à quo bene cuncta fiunt. Neque Deus aliquando adest, aliquando abest. Hæc enim corporea sunt. Sed ipse semper adest omnibus, ab omnibus segregatus. Et prouidentia eius, quia semper ipse & vbiq; est, & bonus est, omnibus rebus infunditur, ut quodque meritum est. Et quemadmodum à lumine Solis omnia irradiantur: aliæque vident, alia videntur, alia germinant, alia profeminantur: aliæque albescunt, alia nigrescunt: alia densantur, alia diffoluntur, vnumquodque ut aptum est, vnius ac magnæ bonitatis suæ, sine labore cunctis dante portionem, neque horum ad aliquod laborantē sole, & de sua beatitudine detrahente: Sic multo magis, bonitatis diuinæ, quæ & τῶ κόσμῳ τὸν ἥλιον δωρησαμένη, Solem mundo donauit, omnia participant sine labore, beneficiuntque secundum mensuram bonitatis eorum, nihil in eo laborante Deo, & sese distrahente. Neque enim, quemadmodum res naturales, recipit offensam. Neque aduentitiam, peregrinamque habet bonitatem; ne forte absumpta fatiscat. Neque aliud est è natura eius operari: ut à multa noster animus, sicis ad prouidentiam mundi fatigaretur, aut ad illam boni contentionem, quod excedit omnem mundū, debilitetur. Nam si perfectus animus humanus, & εἰς θεόν ἀναφθεῖσαι, ad Deum contentus, dicitur in sublime ferri ac vagari, omniq; mundo despiciari, quanto magis ὁ τῆς ψυχῆς ἀποστάτης θεός, animi conditor Deus, sine defatigatione rebus ab se creatis prospiciet? Hæc Simplicius de Natura diuina, de prouidentia, de animi creatione. Reptensque rationem prouidentia, Haud, inquit, peior hominibus sit Deus, qui vna eademque arte partes curant, & vniuersum, & partes quidem propter ipsum totum. Neque verò, inquit, vile peculium Dei est homo, ut eum Deus negligere debeat: ἐδ' εὐτελές ἐστὶ τῶ θεῶ κτήμα ὁ ἀνθρώπος. Naturam quoque diuinam non negligit. inquit, ea natura sit, habens absolutissimam scientiam, fortissimam potestatem, optimam voluntatem, omniaque à se ipso producens, profectò neque suarum rerum curam nescit, quod ne tardissimis planèque bardis & stupidis animantibus accidit, quæ prolem suam diligunt. Neque verò propter imbecillitatē tanquā vires suas rebus excedentibus absistit. Qui enim fieri potest, ut τὸ παρὰ τὸν θεόν τῶ παρνοεῖν, res creata, sit creatore:

Libertum agendi principiu.

Deus, semper adest omnibus, ab omnibus segregatus.

Deus, hominem non negligit.

Dei attributa.



Res nulla crea-  
ta, maior crea-  
tore.

Ingrati Philo-  
sophi, & pri-  
ma sapientia  
fures.

maior: Tum cōcludit, Quocirca omnibus modis est impossibile, quin à Deo cuncta pro-  
spiciantur. Hæc & id genus plurima Simplicius, quem quidem arbitror apertius & copiosius sermones religionis nostræ prolocutū, quod iam terrarum orbem rerum diuinarum lux, quam Dei Filius è cælo penetrasset: quo claret eos veritatem quidem suspexisse, eisque penitus assensisse, sed veros cultores eius, propter incitiā, ac superbiam, vt eam sibi duntaxat vindicarent, eisque inuentores se suosque primos gloriarentur, contempnissse. Quemadmodum videlicet maiores eorum qui furati à Barbaris sapientiam, cuius se repertores, primosque autores ostentare cupiebant, à quibus didicissent, filuerunt. Itaque sic à Barbaris, litteris nempe sacris, didicit Theologus esse, diuiniūque, quam par erat profanum loqui, Simplicius, quemadmodum Plato suscepit ab Ægyptiis mysteria de tribus Regibus, de creatione, de Dæmonibus, quæ viribus humanis comprehendere nō potuissent. Omnis item hæc Theologia Simplicij, si bene cuncta reuoluas, non stat cum æternitate mundi, pro qua contra Ioannem Grammaticum Christianum fortiter dimicauit. Hocque argumento est, quos Aristotelis dogmata corrupissent, veritatem, rerūque omnium profundiorē considerationem, lucēque sacrarum litterarum, meliora docuisse, eoque secutos esse libenter & assensisse.

Ex Proclo, de singulari Deo, quoddam sit Vnus, quoddam Bonum, quoddam prima causa, bonorum cunctorum Autor, Deorum etiam Creator. Quoddam ineffabilis, incogitabilis, Virtutis infinita, Naturæ indeficientis.

CAPVT XV.

Proclus ante Simplicium vixit.

Proclus restituit.

Deus, causa, finis, metametatum omnium.

De Deo quāquam aliquid dixeris, non tamen eum dixeris, quem perfectē cogitare non potes.

**N** Proclo verò (Neque enim moror ordinē, quod ante Simplicium flourerit) quantū veritas exercuit vires suas, eruens ex inuito pectore velut è silice lucē: Dico pectus inuitum, quoniā inter confertissimā superstitionū turbam, quæ comes ibat ei cæteris in libris, nō alio quā veritatis estu ad sermones demū rediit meliores. Vnus certē vis, & impetus eius fuit, hominē, cui domicilium, certaque sedes eius adē displicuisset, vt infectatus esset, postremò velut pœnitentē, velut alium, nouumque, pristina mēte penitus exuta, voces inclytas, voces Angelorū edidisse. In libro, quo format ex Platone Theologia, quanquā de summo Patre, quē vt sæpe claruit Platonicus vocant τὸ ἕν, τὸ ἀγαθόν, ipsam Vnitatē, ipsum Bonum, præclara, profundaque differuit: ego flores quosdam, paucis cōtentus legā. Quis igitur, inquit, sit Rex omnium, vel ὁ ἐπιταῖος θεός, Vnificus Deus, ab omnibus segregatus, & omnia producens à se ipso, & per vnā causam præcedēs vniuersos ordines. Quis itē, qui fines omnes conuertit ad seipsum, & circa se ipsum creauit. & circa se ipsum creauit. τὸ ἕν ἅπαντων τελὸν τέλος ἢ ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχήν: Nam cuius causa sunt cuncta, hunc omnium finium finē, metā metam, primā operandi causam vocans, nō errabis à vero. Quis item omnium pulchrorū, bonorumque; autor in omnia irradians τὸ θεῖον φῶς, lumine diuino, & turpe immensuratumque; ad extremum vsque, omniumque; obscurissimum includens? Si verba Platonis attendas, est id quod neque sermonem admittit, neque notionē: ἕτερον γὰρ νοῦσαυ τὸ ἕν, τὸ ἄγαθόν, ἢ τε ἀφαιρημένῳ δυνάτον, ὡς ἀπὸ ἀγαθῶν. Neque enim cogitare licet hūc, vt ignotum, neque effari, fandōque declarare, vt incircumscriptum: Sed quidquid dixeris, de illo quidem dixeris, ipsum autem non dixeris. Nam quorum sit causa, poterit quidem assignari: sed quidnā sit, dicere aut cogitare non poterimus. Detrahit enim semper cogitatio nos ad nostra, postremò concludit, Vna igitur de primo principio veritas esto, quæ cū primis eam laudat, appellans ἀρχήν, ἀπλὴν, τὴν πάντων ἐκ βέλους. Ineffabile, simplicē, egressientem extra omnia. Cū igitur adoraueris eum, vocans ineffabilem, secundus honos erit, omnium desiderium ipsum esse. Tertius, principium omnium, quo se facit omnium bonorum creatorē. Itaque prima simplicitas, Rex omnium, principatus, excessus, incomprehensibilis, cum nullis coordinabilis. Primus Deus, Vniformis, supereminēs omnes causas. Omnium Rex primus Deus à Platone declaratus, cuius causa cuncta, autor omnium bonorum, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ θεῖον ἕστιν ὑφίστησι. Creans boniformē Deorum substantiam, omnia post ipsum, adhærentia, producēs, perficiensque omnia intelligibilia, vt Sol sensibilia. Duos itē ait esse Platoni modos demonstrandæ Vnitatis. Duplex enim, inquit, tradit Plato nobis nomen τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αἰτίας, ineffabilis causa huius. In Republica, inquit, vocat,

A vocat, ipsum Bonum, fontēque veritatis, Mentem, & intellectualia vnientis. In Parmenidem nominat ἐν, θεῖον ἐνάδων ὑποστατικόν, Vnitatem, diuinarum vnitatum creatricem. Horūque nominum aliud est creationis, ac productionis, alterum conuersionis. Procedunt enim, inquit, subsistuntque omnia à Primo: Vnitatem ad ipsum tenentes, quæ causa est omnis multitudinis. Appellamus autem ipsum Bonum, quoniam ab omnibus desideratur: ὅτι πάντα ἐπὶ αὐτῷ προσελήλυθεν. ἀρχὴ γὰρ ἔστι τῶν πάντων, καὶ τῶν ὄντων, καὶ τῶν μὴ ὄντων: quoniam omnia ab ipso processerunt. Est enim principium eorum, quæ sunt, & quæ non sunt. Videlicet quod prior Empedocles,

Quæ sunt, quæ fuerunt, quæ post ventura sequentur.

Ea sunt enim τὰ μὴ ὄντα, quæ nondum conspicua sunt. Est principium eorum quæ sunt, & eorum quæ fieri ab eo possunt, non existentia. Denique in eisdem libris hæc in vniuersum differit Proclus (ne multus in eis referendis, quæ possunt apud autores legi, stomachum moucam) primum ostendit viam, qua peruenitur ad ὑπερῆσιν τῶν πάντων ἀρχήν, Superstansiale cunctorum principium, sub ratione, & allegoria Vnitatis & multitudinis, quorum primum est creator, secundum res creatæ. Tum probat essentiam Vnitatis ab omnibus corporeis substantiis esse separatam. Ad hæc ostendit nomina, quibus, vt docuimus, appellatur ineffabilis Vnitas illa à Platone. Explicat item collationem primi Principij cum Sole apud Platonem. Probat item Platonē in Epistola ad Dionysium de θεωρητικῆς γνῶσεως, maximo, supremo, principali Deo, quem primum Regem appellat, fuisse locutum, & quomodo circa eum omnia, & eius causa cuncta, & vt omnium causa sit bonorum. Et quod de supra hac & ineffabili Vnitate Plato differit in Parmenide. Audi etiam diuinas quasdam de Natura diuina eiusdem voces, agnosce mirabilem, calcēstēque apud homines Theologiam, partim à sacris oraculis, partim ab altioribus exordiis, postremo ab ipsa Natura venientem: διὸ σοὶ ἐν λέγοντι, ἀλλὰ πάντως λέγοντι ἕξο. τὸ μὲν γὰρ λέγοντι σκεδασμένον αἰεὶ παρῶν ἀφαιρησάντων τὸ ἀνάγνωστον ἐν τῷ αὐτῷ ἄδύνατον, καὶ κρατύνοντος, καὶ παλινοῦτος ὄντος δυνάμει αἰδίου, τὸ ὅτι πολλὰ δουλεύοντος ἰερχοῦ κρόνου. ἔστι δὲ σκηνὴ φύσις, ἢ μόνον τῷ αἰεὶ ἀπείροσ, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει. λέγει καὶ παρῶν ταύτων ἀπέλειαν τῆς δυνάμεως ἀντιπαρθεύουσαν ὑποδοχὴν φύσιν ἀτακτοῦ ἰδίου, καὶ ἐξηρητημένην σκηνῆς. παρέστι ὡς ζωὴ μία. ἢ γὰρ μετὰ ζῆντος ἐν ζωῇ, ἢ ζωὴ αἰεὶ ἐπὶ δυνάμει τῷ αὐτῷ βυσσοῦσθον. ἐὰν ἐν λάθῃ, ἀέριον ἐν αὐτῇ ἀπέλειαν φύσιν, καὶ ἀκρίματον, καὶ ἀπευταῖον, καὶ ἕδαμῃ ἐλλειπύσων ἐν αὐτῇ, οἷον ὑπερῆσιν ζῶντι. Post pauca, eis σκηνῶν δὲ αἰ πόλεις ὑπερῆσιν, καὶ πάντα γῆ, καὶ πᾶς ἕσπερος πανταχόθεν ἐπὶ αὐτῷ, καὶ ἐν αὐτῷ ἰδίου, καὶ ἐπὶ αὐτῷ ἐξ αὐτῷ τὸ ὄν, καὶ τὸ ἀληθὲς ὄντα μέγιστον ψυχῆς καὶ ζωῆς ἐξηρητημένα, ἢ εἰς ἐν ἀπείροσ ἰόντα ἀμεγάρη τῷ ἀπείροσ: Quocirca non in tempore est, sed extra omne tempus.

Vnitas diuinarum vnitatum creatrix.

Vnitas & multitudo.

Deus extra tempus.

Cum tempus semper discindatur, dissipeturque ad spatium, quod interiacet, æternitas in eodem statu permanet, & durat, plusque est æterna virtute, quā tempus, quod in multa videtur tendere. Est autem illa Natura non modo infinita, quia semper, sed & virtute. Oportetque ad hanc infinitatem virtutis, æqualem & correspondentem ex ea pendente statuere Naturam. Adest igitur vnā vita. Neque enim vsque ad præscriptum, & certū in vita. Hæc vita semper habet virtutē eandem, infinitam, intimē in penetralibus naturæ suæ, si acceperis perennem in ea infinitatem, naturam inconsumptibilem, & indefatigabilem, nusquam deficientem, ceu vitam superferuescentem. In illum autem vrbes respiciunt & omnia terra, & omne cælum vbique in ipso manentia, & habentia ex ipso essentiam, & ea, quæ verē subsistunt vsque ad animam & vitam inherēntia, & in Vnitatem infinitam euntia, infinitate sine magnitudine. Hæc grandia mysteria, quibus non potest mens humana cogitare maiora, Deoque digniora. Hic primum cernimus Philosophos virtutem Dei infinitam, indefatigabilem fateri, virtutem æternam, perennem, nusquam deficientem. Deus, inquit nostræ litteræ, cuius potestati nihil resistit: cuius inuentio infinita, inexhausta creatio, manatio virtutis æterna: Non solum æterna vita, sed immēsa potestas æternitati respondens. Quæ si nullo vnquā tempore defecit, nec defuit ipsa sibi, semper habuit quo viuere & posset æternam. Ab hac omnia nata pendent, quibus esse fuit ab illa. Immenfitas eius non corporea, sed simplex, Vnitas infinita, Immenfitas incorporea, Potestas incognita, sed immensa, sine magnitudine. Omnis terra, cælum, mare flectitur in illum, pendet ab illa. Idem hæc quoque scribit: ἢ τῶν ἀγαθῶν ἀραπίστη καὶ ἀρχιγαυωπάτη, καὶ ἐνοειδῆς ὑπερῆσι. Et quæ sequuntur, Bonorū prima, & principalissima & Vniformis existentia, omnium simul bonorum causas, & continentias in seipfas, & circa

Deus 7. Rom. 9. & 13. Deus omnipotens.


Dei descriptio.

A Deo bona omnia.

scipias firmavit. Nec vsquam est boni quicquam, quod non ipsa possideat eiusmodi virtutem. Neque beneficium, quod non ad ipsam conuertat participationem eiusce causæ. Omnia enim illinc & producuntur, & perficiuntur & seruantur bona, & vna omnium bonorum concatenatio, & ordo in illum vt fontem. Hic appellat, vt cernis, Naturam diuinam, supremam, eminentissimam, fontalem omnium bonorum existentiam, fontem omnium quot in omni natura sunt bonorum, principium primum, originem. Quod habet beneficium, quod naturam virtutemque Bonitatis, ab illa habet. Illic omnium aggregatio bonorum: Si quid in orbe boni, dimittitur inde: palatium, aula, vbi nascuntur: thesaurus, vbi celantur cuncta bona: inde ad nos vsque promuntur Vitæ, animæ, corpora, mentes. Ex his, & id genus omnibus, quæ de summo Deo, Philosophorum celebrantur ore, quorum verus, & limpidissimus, vberriusque fons manat in sacris litteris, docemur omnes, vnum, eundemque Deum cunctarum gentium toto terrarum orbe diffusarum esse, hunc omnibus sæculis, hominibus apprimè sapientibus innotuisse: cumque sit omnium ore celebratus, meritis, singulariterque suis laudibus ab omnibus prædicatus, probatur certè reuera sapientiam cælestem diuinitus allatam, & veram generis humani doctrinam apparuisse, quæ clarum, perspicuumque cum ostendit, celebrauitque semper, quem Philosophi adorauerunt, laudésque eius partim à maioribus acceptas, partim ab hac ipsa Sapientia, pleno ore decantarunt, ob quas à suis diuini dicebantur. Sicque vna veritas est, sicut Creator vnus, & hominum Natura vna.

*Vna Veritas, et creator vnus.*

F I N I S.



# Augustini Steuchi Eugubini

DE PERENNI PHILOSOPHIA  
LIBER SEPTIMVS.

IN QVO AGITVR DE CREATIONE MVNDI.

*Omnem nationem à vetustissimis sæculis traditione per omnes ætates descendente, fateri mundum creatum. Vidisse quædam Creati mundi prisca signa. Fuisse famam apud prisca Creati mundi creberrimam. Rationes, quibus nonnulli noluerunt creatum mundum.*

CAPVT I.



**D**OST RES æternas explicatas, de Creatione mundi differendum, locus huic operi longè aptissimus, cuius institutum est, docere, quod quidem non magni laboris fuit, cum ea ratione, quæ viget in omnibus, quæque sapimus, loquimurque omnes, rerum naturas ponderamus, tum cõmuni quodam omnium gentium consensu, quem inuicem sibi per omnia sæcula nationes tradiderunt, quemque ab exordio generis humani manasse constat, cunctis ritè rectèque libratis, solam eam superesse, veritatem, in quam omnium cogitationes, sermonesque tandem resoluuntur, quàmque audiuius cælitus postea reuelatam. Ac de Creatione mundi, quemadmodum de Deo, mirabilis fuit omnium mortali-  
lium, signorum quoque coniecturarumque consensus, vt quo antè procedas, eo reperias constantius exordium cæli ac terræ prædicari, vt de mundi creatione videatur euenisse, quod de clarissimis, vetustissimisque quibusque monumentis, de bello Troiano, post multa sæcula Romanorum triumphis, ac potentia, quorum illud quo fuerunt homines ei propiores, eo magis prædicabatur, distinctiusque apud omnes resonabat. Circunvolutis autem sæculis, famæque paulatim obsolescente, obscurari cœpit, vt vix tenuis quædam notio superauerit. Sic plurima nouerunt iactaruntque superiora sæcula de Romanis, quorum nunc maxima pars obscurata, ex humanæque opinione oblitterata, pars in libris, rarisque quibusdã vestigiis vix credibilis remansit. Humana autem imbecillitas est, vt tum facile obliuione capiamur, tum vix etiam præsentia clarè intrepidèque fide credamus. Sic euenit de Creatione, quam cum vetustiora sæcula constantissimè prædicarent, signis etiam quibusdã claris adhuc superstitionibus, posterioribus, quos diuersæ, incertæque opiniones conflicarent, & in varias sententias circumflecterent, probabilius, verique similis visum est, nullum habuisse mundum principium, sed his omnino perpaucis. Attuleruntque illi rationes, quibus maximè & credebant ipsi, nullum vnquam rerum fuisse primordium, & cæteris persuadere conabantur. Itaque fit, vt de conditione mundi sermo quibus necessariò partibus integretur: vna quæ respondeat ad eorum oppositiones, easque dissoluat, demonstretque, si fieri possit, probabilius esse, Naturæque conformius & aptius, res habuisse principium, quàm fuisse sempiternas: Altera qua vetustatis, gentiumque omnium, ac religionum proponatur consensus. Qui per omnes

*Sola Veritas, et sapientiam superstitem.*

*De creatione mundi, omnium consensus.*

*Petustiores, veriores posteriorum, verò ratio suis obscurata.*

*Humana imbecillitas facile obliuione capitur.*

*Consentaneum magis natura est, aliquid fuisse rerum principium.*

Quib. ratio-  
nib. vsq. qui  
mundum  
fuisse ab eter-  
no statuant.

etates superiores sensum resolutus, ad aliquod rerum initium denique reducat. Habet igitur mundus aliquod primordium, idque Græci, Egyptij, Phœnices, Chaldæi, totus Oriens, omnes litterarum religionisque omnes asseruerunt. Cui consensui, quoniam naturalis est, veritas ipsa, rectisque providentiæ, pietatis, & veritatis ordo mirabiliter assentitur, nunquam utique futurus, nisi in conditione, & initio certo mundi. Ac quoniã quibus visus est æternus mundus, tribus cum primis rationibus sunt permoti: è quibus est, quòd scelus sit in ferre potius sempiternam priuationem, rerumque carentiam, quàm sempiternum esse: Altera quòd non sit rationi consentaneum, nec videat prudentia, cur tot sæculorum millibus cessator ille Deus, quasi de somno euigilans, repente ad creandum, quod prius non faceret, se dederit: Tertia, quòd non sit verisimile, nec appareat, cur non creauerit ante hæc tempora, sempiternis retro sæculis ociosus. Quoniamque his rationibus omnis ferme de conditione mundi sermo continetur, ingrediemur super his differendo, paulatim, quas primus Aristoteles, deinde ex aliorum persona Plutarchus, tum Proclus, cæteri que de Æternitate mundi attulerunt: quibus in dubitationem plures venire posse non reor, rationibus explicatis. Ac Plutarchus, grauis sanè autor, testis est, multos sua tēpestate Philosophos nihil nõ conatos, susque deque detorquere, violentare omnia aggressos, ut absconderetur, negaretur Creatio mundi, ceu graue flagitium, nefandumque piaculum adirent, qui tollerent eius æternitatem. Quibus ille ex dogmatis Platonis, que conabantur peruertere, & in suas sententias trahere, respondit, de quo postea differetur. Nunc ea quæ ex fontibus suis suggeret Natura, persequamur.

E

*Resoluuntur rationes de Æternitate mundi. Nulli Æternitatem prodesse, sed vehementer obesse. Hunc esse mortalibus omnis impietatis, omnis infelicitatis fontem rerum humanarum confusionem. Nullam reddi posse providentiæ rationem, rebus æternis. Non posse animos immortales esse rebus æternis: aut eos non ascendere in celum: nullaque esse post vitam premia virtutum. Stultos esse, qui deteriora velint æterna, quæ sint melioribus impedimento. Non esse malum destruere mundum causa maiorum bonorum.*

CAPVT II.

Æternitas  
mundi, scelus  
inexpiable.



NON enim inexpiable scelus est, Creatio mundi, sed Æternitas potius, non modò scelus, si quis altius spectabit, sed omnium scelerum, omnium religionum, virtutum, iustitiarum, probitatis omnis est interitus, ut ex omnibus flagitiis, quæ detestatur Natura, quoniã veritatem, lucem, substantiamque labefactant, hoc sit principium, hoc caput, hoc profunda, vasta, lachrymabilisque confusio, in qua nullus ordo, nulla veritas, sed sempiternus horrore inhabitet. Sublata enim Creatione mundi, nemo est, quin noscat ac fateatur, nec mortalitatem animorum, nec providentiæ ratione defendi posse, nec res humanas ceu mare fluctuantes, ullam habere sedem, solumque, quo stabiliatur: Ut eueniat ex hac horribili confusione, ceu cum sublimis arbor radicitus conuulsa, aut excelsæ moli fundamentis ablatis, omnium virtutum, & cum virtutibus labentibus hominum, rerumque humanarum confragosa ruina, & hoc ipso necesse sit eas in nihilum redigi ex quo illi plurimum eas stabilire, decorareque se putabant. Quis est enim, qui si sibi proponens (quemadmodum sæpe exemplorum causa proponimus ante animum quæ neque sint, neque possint esse) nullum mundi fuisse principium, extendat animum per omnia, quæ cogitanda in Æternitate essent, qui nõ videat cuncta ex contrario inuehi, quæ Creatio cunctis hominibus attulisset? Ex Creatione rerum nata est pietas, natum est, ut eum admiremur, & colamus, potentiam, clementiam, bonitatemque eius suspiciamus qui dedit nobis quod ipse effecit. Tunc primum potestatem eius admirantes, quòd potuerit è nihilo tam pulchras, tamque varias, tam multas species producere, veneramur, incendimur amore in illum, collaudamus benignitatem, ac bonitatem, gratias referre gestimus, talem ac tantum nobis parentem gratulamur. Quis enim est, qui cum se circumspexerit, omnemque corporis sui fabricam contemplatus fuerit, in interiores animi sedes penetraverit, eaque sibi quondam à supremo Deo cognouerit donata, quod sine temporis exordio fieri nõ potuit, quin rapiatur in

ut sunt sup-  
positiones phi-  
losophorum.

Quæ nata bo-  
na sint ex  
creatione.

E considera-  
tione homi-  
nis, admiratio  
cultusque crea-  
toris.

Atur in cognitione & admiratione, cultumque creatoris sui? Hincque coniectet, se charum, acceptumque illi esse, utpote qui providentiam, curam, charitatem, sapientissimæ mentis in eo artificio adhibuerit: Qui cum posset bonis suis sempiternis frui, quorum ante mundum copia circumflueret, pliusque vnus sibi sufficeret, quàm si totius mundi ad eum fieret accessio, maluerit tamen largiri & effundere Bonitatem. Id verò intuens animus, penitus amore incenditur & flagrat, amplectitur Parentem optimum, veneratur, adorat. Neque enim si dependentiam attuleris, per quam à Deo conserueris, ac sustinearis, tantopere ad pietatem accesseris, tam te Deo debere credideris, quàm si te conditum cum nihil esses, regi in omne tempus ab eo, & sustineri persuaseris. A quo cum creatus es, perinde quasi genitus, & conceptus, editusque in lucem fuisti, ut cum genitricem, filios, quibus antea carerent, enituntur, efficiturque incredibilis genitricis, & prolis amor. Mirabilisque est alacritas nostra, cum nos scimus à Deo creatos, Parentem nostrum illum audimus: sicut incredibilis meror, & quasi luctus, cum tantus honos eripitur, & per infinitatem temporum, ceu per profundissimas tenebras, inexplicabilisque ambages, quibus ne caput sit, nec locus ubi consistas, cogitando vagamur. Nullumque apparet in omni rerum desperatione, & quibus refertam constat humanam vitam difficultatibus, cladibusque, per fugium nisi ad eum, qui tui, totiusque mundi autor fuerit, qui te tanquam amantissimus procreauerit, creatum amet, foueat, amplectatur. Quod totum profus conuellit, cum primæua origo denegatur. Nec aliud succurrit cogitandum, rebus æternis constitutis, quàm quòd condere Deus eas non potuerit: Tum quòd exiguum maiestas eius præcellat, nihilque habeat ferme singulare, si totus mundus æternus cum eo fuit, si Sol, & Luna tam in defatigabili, diuinæque vi extiterunt, ut lucere in sempiternum, moueri in sempiternum potuerint. Ex omnibus enim dotibus, ac quasi priuilegiis, quibus Diuinitas supra omnia sublimatur, vel maximè est æternitas, quæ si singularis in Deo non est, efficitur, ingeneraturque suspicio, ut supra mundum præcipue celo, luminibusque caelestibus non multum maiestas eius emineat. Nec valet hic illa responsio, Regitur, conseruatur, generatur semper. Verba profus inania, cassaque oratio. Aut enim si dari potest sempiterna generatio, potuit aliquando generare ac creare Deus: Et quod perenniter facit, potuit semel fecisse: at si ita regit, ut tamen creare efficeretque non possit, ne potest quidem regere, & generare. Ut quod non possit creare, non possit regere. Si potest semper, potuit etiam aliquando. Neque enim perfecte regeret, nisi in potestate totam Naturam, conditionemque haberet. Aut etiam constituantur, res æternæ, quia Deus eas creare non potuit: aut quia potuit quidem, sed Æternitas melior fuit. Si creare non potuit, non poterit etiam in præsentia: priuaturque maxima parte Diuinitatis Deus, quia nec creat in præsens: nec si deest facultas creandi, aderit perfecta regendi. Æternitatem autem non esse meliorem, superiores, aliaque multæ rationes coarguerent. Nam neque hominibus, neque animalibus brutis, nullis denique sub celo rebus prodest Æternitas magis quàm creatio. Similiter enim in Æternitate cuncta, atque in Creatione corrumpuntur. Nec profuit cuiquam mundum fuisse sempiternum, qui tamen si species habuisset sempiternas, dulcedo vitæ tamen, & vtilitas, sensusque est particularium: particulares autem homines, tantundem in omni æternitate cecidissent, ac si mundus non fuisset æternus. Cuius enim æterna fuit ista dulcedo, cum res particulares corrumpantur, sentire autem bonitatem, sit particularis vnus? Hoc vel maximè de hominibus verum, quorum nihil interfuit an æternus, an creatus mundus: quia vel in Æternitate nemo fuit æternus. Quid Platoni profuit mundus æternus, quid Aristoteli, si similiter ceciderunt, ac si creatus esset? Recense cæteros, mentemque euolue per omnes. Ne ipsi quidem mundo profuit æternitas ista, cum omnia indiuidua sint corrupta. Itaque in particulari nullæ res capere ex Æternitate mundi fructum potuerunt: vniuersale autem non sentit, nec vtile est particularibus, dum ea ipsa intereunt, eorum species esse sempiternas. Quinetiam dum profuit speciebus, obfuit particularibus, quia non habuerunt, quò referrentur capite carentia: Hominisque in miseriam impietatem delabebantur. Quod autem vni, & alteri nocet, nocet etiam vniuerso. Ecce quod ad vtilitatem æternarum specierum asciscitur, ad ruinam, calamitatemque indiuiduorum ascitum, non cognoscitur. Sic ad interitum quoque, & dedecus specierum assumptum non cernitur, dum vniuersale, quod est aggregatio particularium, tantundem affirmatur, quantum particularia deprimuntur. Itaque quot damna dat Æternitas mundi particularibus,

Creationis co-  
gnitio quid  
preestet.

Diuinitas so-  
la, æterna.

Æternitas  
verum, nõ est  
melior crea-  
tione rerum.

Quæ ad vti-  
litatem veniunt  
specierum, ea  
cadunt ad in-  
teritum indi-  
uiduorum, si  
omnia sint ab  
æterno.

rotidem vniuersalibus det necesse est. Virtutes autem & pietatem, prouidentia, & quod euidentem est, immortalitatem aufert Aeternitas mundi, confusionem animis, perturbationemque offundit, id est, vniuersis agmen auferet malorum, vt non sit aliud Aeternitas mundi, quam impietas aeterna, aeternaque animorum confusio, mœror sempiternus, & sempiternus interitus animorum. Sic vastitas ingens particularium & vniuersalium. Itaque & hanc rationem discutiamus, quos Aeternitas mundi deleat, si bene desiderium istud suum euoluât, nihil agnituros eos aliud se cupere, quam mortalitatis, corruptionis, flagitiorum, miseriarum, luctuum, calamitatum, homicidiorum aeternitatem. Quid enim aliud est humana vita, quam nefariorum scelerum spectaculum, fortunæ saeuæ, nisi sit alia ratio, ludibrium, viutorum acerba colluctatio, vexatioque perennis, iustitiæ & pietatis violatio? Quid aliud sit viuendo, quam quod regnant, vigentque rapinæ, odia, veneficia, homicidia, adulteria, prodiones, violentiæ, direptiones, luctus ubique, dolorque, & plurima mortis imago, lasciuia præterea, & corporis ad senectæ usque ludibria, sexus, ususque naturæ veræ deprauatio, pessimarum artium exercitatio, errores omnigeni, prauis semper rationis usus? Denique nusquam certa quies, dulcis animorum tranquillitas, optata mentis ac placida securitas. Hæc tu vis fuisse sempiterna. Ex hac miseria effectum est, vt plerique pronuntiarint, meliorem esse fortem, conditionemque mortuorum, quam viuentium, & bene agi cum eo, qui simul natus occumberet, aut certè quam ocyssimè. Socrates, & eum grauis orator secutus, vitam hanc, quam volunt hi sempiternam, mortem dicere non dubitarunt, quam lamētatus est idem, defleuitque multis lacrymis, vt qui legeret e qua super eo scripsit, nihil mallet, quam res has relinquere. Hegesias sic copiose de fuga vitæ huius disputauit, vt à Rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur, quod multis his auditis mortem sibi ipsis consciscerent. Docuit Silenus Midam Regem, non nasci, homini longè optimum esse: proximum autem, quam primum mori. Euripides, lugendum esse qui nascitur, lætandum super eo qui moritur. Solomon sapiens ille, cunctis miseris, spiritusque afflictionibus & erroribus humanis cōsideratis, intrepidè laudauit magis mortuos quam viuos, præ his eos, qui nonquam ad hæc mala venissent. Non modò igitur sempiterna mundi, hominumque progressio ei non est visa utilis, sed eò usque prouectus est, vt hoc quaecumque viuatur, censuerit abolendum, exortesque lucis, prætulerit viuus, priuationeque omnis vitæ, visa sit ei, tota vita melior. Sic profecto priuationem mundi, non solum sempiterno mundi statui, sed etiã temporario, reor, antepone potuisset, nisi maior ratio fortasse, quæ pendet omnis ex creatione mundi, obstetisset, forteque iudicasset, aut non interesse, fieret mundus necne, aut melius futurum, si nunquam apparuisset. Nam tranquilla quies meliorque sese ostentaret, nisi spes maior affulgeret, nisi portum, quo tranquille, quassata mundi fluctibus nauicula, conuiesceret, animus cerneret, & lacrymis redundare, luctibus resonare necesse esset, & diem illam omnibus diris insectari, quæ nos in hanc vitam extulisset. Longè autem paucis exceptis, quod miserrimo illi contingeret, qui diem natalem, noctemque conceptus execratus, nullum inter annos, omnemque temporis tractum, locum eis fuisse desiderasset, maledictis profecutus, quæcunque in vitæ suæ primordio accidissent. Iam verò quoniam quæ carent ex decretis Philosophorum initio, sine quoque nullo terminantur, si mundo nullum fuit exordium, minus item exitus erit. Efficit autem hæc ratio, vt nunquam sit futurum, quod futurum maximeque rebus humanis necessarium, sapietia cælestis docuisset. Nam cum innumerabilia scelera in hac vita impune perpetrentur, cum multos videas innocentes miserabiliter patrimonio, aut imperio, vitæque priuari: cum ratio vitæ, qua degunt homines, non multum ab ea, quam pisces in mari, procul sit, quod illi dentibus agunt, hi & armis, & omni fraudum genere, quas ratio mala ministrat, perpetrantibus, cum sæpe iudicium, vindictamque Dei, vexari violenter, imploremus: denique cum maxima perturbatio in sensibus humanis insidat, quod tam malè, tam sceleratè, tam iniquè viuentes, nemo sit, qui iudicet, & vlciscatur, qui bonos à malis defendat, aut distinguat, dum non modò bonorum & malorum æqualis, vt etiam longè deterior bonorum sit conditio, & sicut non prodest bonis bonitas, sic malis malitia non noceat. Hæc inquam cum per omnem humanam vitam obambulent, quæ & Philosophi viderunt, & super his obstupuerunt, ignorantisque verum portum turbati sunt, vt mouit multos Dionysius, qui templis Deorum expoliatis, feliciter nauigauit, vltus eos, quos amor patriæ ad eam liberandam instigasset. Et Pœnorum crudelitati Reguli corpus est permissum. Aphricanum domestici

parietes non texerunt, infinitaque nostrorum exemplorum est copia. Hæc cum ita sint, cum tam multa nunc impune perpetrentur, quæ nisi animaduertantur, nisi persuasum sit, meliorem aliquando fortem futuram bonorum, maior esset rerum humanarum confusio, quam cum susque deque commisit elementis, Chaos inhorruit, statuit Deus diem rerum supremam, cum miserabili hac, & cæca vita conclusa, vis ab unoquoque in theatro totius mundi reposceret, Satisficeretque omnibus super ratione prouidentia, & malis male, bonis bone, cunctis spectantibus dabitur. Quod cum in omnium oculis totòque humano genere præfente fieri debeat, expectatur dies suprema, qua, factò omnium mortalium concursu, à iudice Deo, cuncta iudicentur. Tollitur igitur hæc rebus humanis necessaria præscriptio, dum philosophis habet Aeternitatem in posterum, cuius ante nullum apparuit principium. Et hæc si rectè cernas, est rerum humanarum terribilis illa, vastaque confusio, cæcæque inuolutio, in qua iustitia cum iniquitate, vitium cum virtute, prudentia cum stultitia, probitas cum improbitate miscetur. Nihil est in quo à malis boni separantur: dedecus ascendit, decor descendit: scelus sublimatur, probitas deprimatur. Aut in eadem strage iacent bona cum malis. Est tamen omnium Philosophorum, quos aliqua ratio tenuisset, quorum ingenium à veritate non prorsus abhorruisset, firma, congruensque sententia immortalis Deo curæ esse res humanas. De immortalitate quoque animorum, & præmiis, ob vitam honestè aut turpiter actam, plures locuti sunt, etiam illi ipsi, quibus Aeternitas placuisset. Quorum oratio nec caput habebit, nec exitum, intricata pugnansque secum consequetur, nisi rerum origine constituta. Vt cum te ratio, pudorque deducant ad confessionem prouidentia, alios autem veritatis impetus admo- neat, fore malis & bonis perinde ac meriti sunt, digna præmia, reuolui necesse sit eos, si tueri hoc voluerint, ad creationem mundi, cuius Aeternitas facit, vt nec tota prouidentia consistat, nec ea maximè pars prouidentia, quæ in remuneratione bonorum ac malorum est posita. Ac quoniam non superiores modo, melioresque Philosophi, sed vel ipse quoque Aristoteles asseruit, Deum remunerari bonos, fortunam autem quæ dicuntur bona, censuit idem, quippe quæ bonis & malis ex æquo dentur, indigna quæ recta diuinitus donari prædicentur. Hæc duplex attestatio efficit, vt hæc, quam dixit, bonorum remuneratio, in hac vita fieri non possit. Remuneratur enim Deus pius, bona autem fortunæ sunt temeraria. Nam si, inquit, diuinitus darentur, solis bonis darentur. Nefas enim est Deum erga malos, & immeritos esse beneficium. Igitur si non sunt bona fortunæ diuinitus, nec peculiaris esset hæc remuneratio, qua promiscuè fruuntur boni vt mali: Donari autem peculiare, priuatimque aliquid amicis suis à Deo necesse est, idque in hac vita, in qua mali sunt ferè beatiore, non inuenitur, reuoluitur necessariò ratio ad alia præmia futura post hanc vitam. Quorum perfecta distinctio, rectumque examen, omniumque oculis satisfactio, atque adeò mentis perturbatæ sedatio, alia nulla ratione, cunctis ritè consideratis, erit, nisi vt conueniat totus ad iudicium mundus. Quoniam igitur Philosophi confessi sunt prouidentiam, remunerationemque bonorum: hæc autem in hac mortali vita, in qua fluctuant omnia, nec solum eisdem subiacent casibus boni ac mali, sed sæpe deterior est conditio bonorum, non cernitur, certè nemo erit quin fateatur, ad aliam vitam ea oportere referri. Nullus autem sermo de præmiis illis, vitæque futura fieri potest, si mundus sit æternus, omniumque eorum necessariò sequitur euersio, quæ de virtutibus Philosophi disputauerunt. Effectumque primò hac necessitate est, vt quibus Aeternitas placuisset, alij certum incorruptorum sine, principioque carètiū animorū, numerum fuisse semper dicerent, alij vnicam cunctis animam attribuerent, alij corrupti, euanesceretque eos assererent. Et hæc omnia dedit Aeternitas mundi. Iidem tamen, quibus horum alterum visum esset, multa rursus de probitate, & improbitate dissererunt, de prouidentia rerum humanarum, quibus à Deo proficiatur, non pauca. Nam Alexander qui tertiam sententiam putatur secutus, de prouidentia diuina multa locutus, vidimusque superius eum rationem conficientem, aut non posse Deum, aut nolle res humanas attendere, cumque alterutrum, & absurdum, & indignum Deo palam sit, confiteri vt attendat. Nulla verò, si ceteros Philosophos audias, res humanas respicias, cernitur nunc eiusmodi prouidentia, quæ maximè in eo laborare deberet, vt boni beatè viuerent, mali à iocundissima lucis aspectu submouerentur. Quod contraria ratione transigitur. Sic Simplicius, qui modò primam, modò secundam sententiam videtur approbasse, non de prouidentia solum differuit, sed eò usque progressus est, vt quos oratio

Quid est vita, si sit æternus mundus.

Optimum non nasci proterb.

Hegesias sermo, de vitæ miseria, quid auulerit.

Spes necessaria virtutibus.

Sequitur rerum omnium inaudita perturbatio, si mundus æternus statuatur.

Deus, scelerum iudex.

Dies suprema spes, quid conferat.

Inducitur vitiorum agmen, tollitur virtus, si mundus æternus.

Ratio, pudor, veritatis impetus, homines adigunt ad confessionem prouidentia Dei.

Bonorum remuneratio hac in vita non fit omnibus.

Nulla præmia asseruntur bonis si mundus æternus est.

Alexandri Aphrodisiæ error.

Epicteti, in quo libro grauissimè & pulcherrimè dixit, non permoueret, solum superesse diceret, vt à iudicibus subterraneis expectare supplicia possent. Denique ipse Aristoteles qui vnam ex his sententiis est secutus, remunerationem non tacuit. Omnem demum Philosophum necesse est, vbi multa de natura, de celo, terra disputasset, venire ad mores, quæ prima, præcipuaque est pars Philosophiæ. De moribus autem loquentem, nisi subdolos simulator, saeuus impostor sit, aliquod caput, aliquem finem, ad quem, & à quo tota disputatio fluat, & desinat, statuat oportet, idq; serio, non populariter, ex Philosophia. Hinc effectum est, vt qui prius in contemplatione rerum occupati, plurima, quæ non caperent, explicarique non possent, aut tacere, aut contra quàm Natura decernat, statuere coacti essent, cum ad mores ventum est, mutare sermonem, os aperire, loqui quod Natura volebat, compulsi sunt. Id apud Aristotelem, Alexandrum, Simplicium, multosq; alios reperias. Caput igitur illud, & finis quis sit, alij tacitè innuerunt, alij aperte prædicauerunt. Aperte Plato, superiorisque omnes, tacitè Aristoteles, aperte alij post eum in Philosophia eius clari multi. Est autem finis, vt res humanæ ad aliam quàm præsentem conditionem referantur, sine qua tota claudicat disputatio de prouidentia. Caput, vt à Deo habuerint initium. Si statuis mundum æternum, statuis aut vnam in omnibus animam, aut certum numerum sempiternorum animorum, aut eos euanescere ac resolui. Quodcumque statueris, tota collabitur ratio prouidentia. De moribus item, & sine rerum humanarum, ratione remunerationum sermo vanissimus est, & commentitius, præstigiosus, ac simulatus. Simulata, ficta sunt ea quæ dicis, Deum remunerari pios, ò Aristoteles, decimo de moribus. Non minus subdola, & vana quæ de iudicibus subterraneis loqueris ò Simplicii. Nam vnica anima nullas pœnas admittet: si resoluuntur, minus. Si certus æternorum numerus animorum, æternus etiam ad corpora & à corporibus reditus & discessus. Quod si de moribus, & prouidentia, remuneratione, & præmiis simulatè locuti estis, & quasi populo satis facientes, valere Philosophi, cum vestra Philosophia simulata, impostrice. Sublatis igitur & conuulsis radicibus, quibus virtus efflorescit, vani sunt omnes de virtutibus Philosophorum libri, vana tota ipsa Philosophia: cuius finis est docere, non obtundere: augere, non minuere: condere, non destrucere: vtilitatem, non detrimentum asferre. Prima præstantissimaque virtus est Pietas. Hanc velut reginam cunctæ virtutes facta corona circumstant, ducemque sequuntur. Sublato duce, dispergitur agmen, palantes, incertique vagantur. Pietas non potest, si recte consideres, consistere, nisi stantibus his, quæ Mosaica, & Christiana Philosophia, Philosophi quoque meliores tradiderunt, quod creauerit hominem Deus, propter hominem mundum, quod gubernet, quod magna præmia virtuti dabit in theatro totius mundi. Sic stat dux Pietas. Ablato duce dissipatur agmen: agmine virtutum dissipato, hominum vita, non magis hominum, quàm bestiarum vita, deterior etiam, quod hæ ratione carentes, ea neque ad bona, neque mala abutuntur. Exuta ratio virtute, pessima est, noxia est. Exuitur, si pietas detrahitur, cum qua fugiente, terga vertit omnis virtus. Æternitas mundi dat tres de Anima opiniones, à quibus sic manat pietatis & virtutis omnis interitus, sicut aduersa, quod à Deo habuerint initium. Virtus omnis cum principe pietate. Vides quanta strages, quis sonitus, quis fragor omnium bonorum, quibus præclarum est humanum genus, Diisq; immortalibus æquatur, reuentium? Deducimur hac opinione, ad naturam bestiarum: humanitate, iustitia, pietate exuti in naturâ beluarum transformamur. Illa igitur de fontibus Naturæ vberissima ratio, sceleratam, exitialem, magnorum bonorum interemptricem esse istam Æternitatem. Tollit enim renouationem ad meliorem conditionem, quasiq; deificationem omnium rerum, quam præsentem modo & omni eius miserissima Æternitate, longe esse meliorem nemo est qui nesciat. Si sit mundus æternus, sit vt nunquam desinat, qualis ad omne tempus fuit. Nec recipiet, quam & sancta oracula promittunt, & summis votis efflagitat Natura, vt penè Deum accuset, quod tam corruptibilem se esse voluerit, renouationem. Promittitur, decantatur, celebratur, clamitat, efflagitat, Natura, ac Ratio, humani primum generis reparationem. Sed dicatur renouatio deinceps omnium corruptibilium, mortaliumque rerum. Hæc omni mundi æternitate melior, desiderabilior, optatior, qua sine nihil hominibus miserabilius esse potuisset. Volunt autem Æternitatis amatores, nos in æternum miserimos fuisse, æternæ corruptioni, morti sempiternæ subiactos. Misera, lacrymabilis est, nisi sit melior, humani generis conditio. Hanc omnes deplorarunt, ingemuerunt, huic

*Præcipua philosophiæ pars de moribus.*

*Finis disputationum omnium.*

*Absurditas quæ consequitur æternitatem mundi.*

*Sublatis virtutis radicibus, tota philosophia perit. Præstantissima omnium virtus, Pietas.*

*Sublata Pietate, pereunt ceteræ virtutes.*

*Deducimur ad naturam bestiarum, si mundi statuitur æternitas.*

*Quid velint assertores æternitatis.*

A huic multi æternam priuationem anteposuerunt. Deus, quæ sua est clementia, omnium statuit renouationem & in meliorem statum, commutationem, qua discedent lacrymæ, luctus, abradetur corruptio, deformitas. Quidquid nunc turpitudinis infedit, expurgabitur. Multaque bona consequentur, quæ fando nemo audiuit, aut possit exprimere. Hæc aded naturalis est, vt nisi futura esset, humana natura penè monstrum extiterit, cuius omnis culpa in commutatione relinquitur corrigenda. Denique ruina euerfioque est beatæ vitæ, mundique futuri (si mentem latius extendas) Æternitas præsentis. Nec stat quicquam eorum, quæ de futura beatitudine, quasi Philosophi somniauerunt. Quæ quidem omnis est in abolitione, & commutatione præsentis mundi. Quo sunt autem res meliores, sunt Naturæ propiores, optabiliores, magis eas à Natura desiderari par est. Naturalior beatiudo, quàm mortalitas, & corruptio. Sic naturalior mundus ille beatus, quàm corruptibilis lacrymosus iste. Solus debet esse sempiternus in posterum, non mundus is, per quem regnat latè corruptio, mors, cui si propter hominum flagitia, quibus fuerat creatus, paratus est interitus, necessariò debuit inchoari. Tam autem propter corruptionem, turpitudinemque, non dico rerum, sed hominum, non debuit olim esse sempiternus, quàm propter eadem rescindetur in posterum. Tam debet corruptibilis, flagitiorumque, dedecoris, lacrymarumque plenus mundus cadere, aut mutari, quàm beatus ille sempiternus esse. Tamque naturale est, vt iste non diu sit, eò nec semper fuerit, quàm vt beatus ille sit perennis. Sola igitur à Natura & à Deo Naturæ principe, merentur æternitatem, in quo mirabiliter ratio conquiescit: in quibus est perfecta beatiudo: imperfecta verò, & tristia insuauia, & in quibus dedecus est, & turpitudinem, non modò non debent esse sempiterna, sed aboleri cito debent à Natura, & à Deo. Et si ex duobus bonis, alterum altero sit melius, impediatur status deterioris, statum melioris, profectò natura Deus & homo destruent deterius, vt melius existat. Illud ergo considerabitur, cognoscetur à prudentissimis, multique cognouere & confessi sunt, nihil prodesse ipsum esse absque bene esse. Nec tam dulce esse istud esse, vt ipsum mox admireris, & collaudes. Ecce tot testimonia, tot exempla. Pluris, ait sapiens ille, sit vnus homo iustus à Deo, quàm mille impij. Si decem iustos in flagitiosa vrbe reperisset, pluris eos, quàm omnem ciuitatem fecisset. Deleuit igitur omnes, quod turpissimos melius erat non esse, quàm esse. Nec curauit extingui, aboleri, vanescere tantam hominum multitudinem, præferens non esse, ipsi esse, quia non aderat bene esse. Sic cum tota mundi ciuitas plena flagitiorum sit, futuraque sit magis, non est cur raptus in admirationem ipsius esse, mundi Æternitatem probabilem, & piam iudices. Tam non debes dare Æternitatem mundo, quàm Deus urbem flagitiosam maluit non esse. Si diuinus, si immortalis, si sanctus fuisse mundus, fortasse præbendæ aures essent de Æternitate eius differenti: nunc autem Natura potius suadet, vt cupiatur, credatur, neque fuisse, neque esse debuisset sempiternus. An scilicet vt æterna bella, sempiternas miserorum mortaliū strages, tot nefanda flagitia, Sol desuper aspiceret, & sempiternum esset, quod est Capud Homerum?

*Non homine est animal ceruè infelicium vllum, quod tellure superspiret, & inambulet ipsa. Subeunt morbi, tristisq; senectus, Et labor & dira rapit inclementia mortis.*

Nostrum quoque:

Illud igitur examinatur, si duo sint bona, alterum longè & incomparabiliter melius altero, sed status deterioris impediatur statum melioris, nonne stultissimi fuerit, potius deteriori, quàm incomparabiliter meliori velle locum esse? Vt si manu capiendum sit, quantum capere manus possit, aut ferrum aut aurum, acceptoque ferro, non sit locus auro, non dementis erit ferrum potius sumpsisse, quàm aurum? Sic cum sint, vt dem istud, duo bona, quorum alterum sit altero incomparabiliter melius, beatiudo, glorificatio, deificatio animorum, & corporum, Æternitasq; beatæ vitæ, alterum Æternitas præsentis mundi, prior consistere non possit, nisi renouato vel abolito præsentem mundo (abolitio autem vel renouatio infert vt non fuerit semper, quia quæ sine terminantur, etiam principio clauduntur) certè dementissimi, naturæq; parum gnari erit, potius istius mundi vanam, & inutilem Æternitatem, quàm Beatitudinem animorum, ac Deificationem voluisse, cum ex Æternitate istius mundi nihil boni, nec ad eum qui faueat ei, nec ad alios redundet: Longè autem sit optatior, ac melior vna illius beatæ vitæ hora, quàm

*Æternitas mundi, ruina vita beata.*

*Non merentur æternitatem imperfecta, tristia, et in quibus dedecus est.*

*Renouatio quid supponat. Ex æternitate mundi, nihil boni.*

Rebus corruptibilibus aeternitatem dare, quid conferat.

Causa meliorum, destrui-mus deteriora.

Natura non affectat infinitatem.

Opinio de mundi aeternitate, elementa mundi partes Deos fecit.

Aeternitas est deificatio quadam.

Fons erroris omnis.

Caelum, propter homines factum.

Repetitio brevis superiorum.

omnis vita in hoc mundo. Hac stultitia, & ignorantia veri implicati sunt omnes Philosophi, quibus sapientiae summam visum est, dare rebus corruptibilibus Aeternitatem, non videntes hanc cum omni agmine scelerum, insuper beatam vitam, de qua vel profana multa disseruerunt, ferre secum perniciem. Nos igitur potius Naturam quam eos audientes, delectumque in bonis, & malis, aut bonis, & optimis habentes, dicemus incomparabiliter meliorem beatitudinem illam, ac renouationem, qua cunctas miseras animorum, & corporum exuti, deformes erimus, quae & commutationem rerum, commutatio ut non sit aeterna, inducit, quam aeternitatem corruptibilis, tumultuosusque istius mundi: eosque in suis deliriiis caecaque vanitatis volutabro versari sinemus. Quod autem causa meliorum destruamus saepe deteriora: & quod non omne esse, sit eligendum, claris apparet exemplis. Saepem domum praesentem, meliorem, elegantiorumque refecturi destruimus. Agricola, vinitor, ramos, & pampinos etiam late florentes, quamquam pulchrum voluptuosumque erat frondes videre virentes, amputat. Si decem catulos canis, aut feles sustulisset, saepe maiorem numerum suffocamus. Ciuitas apud Aristotelem, exigua, certoque hominum numero conficitur, reicitur ut inutilis immanis multitudo. Nusquam Natura visa est infinitatem affectasse, moderatis, & paucis ubique contenta. Nec placet ei qualiscunque multitudo. Magis autem optimis & paucis delectatur, quam infinitis quidem, sed inutilibus, impeditis, incompositis, sese inuicem euertentibus. Sic rerum corruptibilium Aeternitatem displicere ei par est, quippe quae omnia bona, egregias primum virtutes, rerum ad vnum caput coniunctionem, beatitudinem sempiternam destruat, & tollat. Nam eos quos tantopere mundi delectauit Aeternitas, dicendum est animi imbecillitate, vilium, imperfectorum sempiternam durationem affectasse, maiorem beatitudinem non vidisse (ut qui Deos bibere vinum, inter femineos amplexus resolui, maiores melioresque voluptates nescientes arbitrantur). Quam si vidissent, nunquam rerum imperfectarum Aeternitas eis Probari potuisset. Itaque constat eadem vanitate, miserabilique hallucinatione istius mundi Aeternitatem eos affectasse, qua deficiarunt flumina, fontes, astra, terram, oceanum, & adorarunt elementa istius mundi, ipsumque omnem mundum, quem sicut Deum nuncupassent, ut est apud Platonem, Aristotelem quoque, Marco Tullio teste, sic aeternum voluerunt. Est enim Aeternitas, quaedam quasi Deificatio. Diuinitatem veram beatiorumque vitam, statumque rerum humanarum meliorem nescientes, in gremio istius mundi nati, curas omnes & studia, in speculatione rerum visibilium posuerunt, quarum ut studium esset venerabilius, & praestantius, eas aeternas, non corruptibiles voluerunt. Ne de rebus Aeternitate carentibus, sed sempiternis libros scripserint viderentur. Visum quoque est eis quasi Heroicum, discedere a vulgari persuasione, nouamque Philosophiam; quam ceteri non adeo perspexissent, condere. Sed fons totius mali verus, ut dixi, fuit Glorificatio, Deificatioque luminum caelestium, quae quidem incorruptibilia diuinamque declarata, nefas sit non fuisse sempiterna. Nescientes, nec animum ad cogitandum instituere valentes, caelestia lumina Deum incorrupta fecisse, ut inferiora alerent, illuminarent. Id autem fieret non semper, quoniam non semper optimum est, sed quoad utile esset. Nec illud quoque viderunt, quod euentissimum & in Philosophia Mosis est, & in Natura clarum, non homines propter caelum, sed caelum propter homines effectum. Nec adeo caelum mereri Diuinitatem, & Aeternitatem, quod ordinatè moueatur, quod & res corporea sit, & similis in motu constantia etiam in cordibus, & humoribus animalium inueniatur, caeli verò splendor, & claritas, permanensque Natura ab optimo artifice compacta sit, quem Natura interdum imitata, similia quaedam, terra, & aere pariat. Sed his satis sit ostendisse, Aeternitatem mundi primum nemini profuisse, tum exitialem, perniciosamque esse, quae nec Deo decus, nec homini utilitatem conciliet, tollat autem ea quibus homo nobilis sit, a naturaque bestiarum remotus. Immortalitatem animorum, virtutes, beatitudinem. Quod si nec Deo decus, homini autem dedecus, & detrimentum afferat, quid superest in natura; cui prodesse potuerit Aeternitas? Neque enim debes, dum quæris gloriam, Deificationemque luminum caelestium, res humanas luminibus illis longè meliores euertere: Dum Solis & Lunæ captus amore, effundis in eos omnem Diuinitatem, homines bonis suis exuere. Cumque luminum caelestium, & mundi, Aeternitas, ac Deificatio, cum Beatitudine, Deificationeque humana pugnet, malim ego, Solem & Lunam conflagrare, totum mundum ruere

Aruere, nullam eius ante paucos annos vel scintillam extitisse, quam me beatitudine, munere liberalitateque diuina digna, spoliari. Quae si vel paucorum sit, melior est quam omnis, tristis, infelixque Aeternitas mundi, hominumque retro mortuorum sempiternus interitus.

*Dissoluitur secunda ratio, In creando mundo non esse prius & posterius tempore. Quandocumque creatus fuisset mundus, quæri potuisse, cur non prius creatus. In aeternitate non esse prius & posterius. In multis hallucinari mentes humanas perinde atque sensus. Omnem infinitatem absurdam esse, & indecoram, præter diuinam. Vnius tantum esse naturaliter Aeternitatem. Quod super sedens Deus Creatione mundi, neque tardauit, neque cessator fuit. Neque dici potest super sedisse, ac distulisse.*

CAPVT III.

**S**ECUNDAM rationem discutiamus, cum qua sequitur etiam tertia, ut utraque sit clara, alterutra examinata. Non esse verisimile, nec cadere in animum posse, ut tanta quæ mundum antecessit, aeternitate, creationem Deus distulerit. Et quomodo tandem in eum cogitatio faciendi inciderit, quod in omni aeternitate non fecisset. Et si creare visum est ei, cur tot annorum millibus antè non condiderit. Primum igitur considerare, & animaduertere, rationeque perpendere operæpretium est, nostrorum animorum imbecillitatem, ac ludificationem, quibus euenit saepe, quod oculis corporeis, cum baculum in aquam intuentes, fractum referunt animo: maiorem matutino, & vespertino tempore Solem dicunt, quam meridie. Eundem nuntiant maiorem non esse mensura bipedali. Nec solum in sensibus qui tamen iudices habentur incorrupti, est deceptio, sed in animo multiplex, ac varia, ut mirabilis sit rerum, quæ placent & displicent, bona vel mala putantur, varietas iudiciorum. Ac sunt multa, quæ cum nobis videantur, accurrens ratio, ac mens, & in seipsam conuersa, castiget errorem, sicut cum veniam nostrorum scelerum imploramus, aut errores nostros, quod fecit Hippocrates & Augustinus, confitemur, resellentes scilicet priorem sententiam, in qua nos hallucinatos esse deprehendimus. Sic saepe fit, ut incidat in animum absurda cogitatio, subitoque accurrens ratio corrigat errorem, dicat rem sic habere non posse, secus sentiendum esse, propter maiorem validioremque rationem. Ecce occurrit animo, difficileque est non assentire, extra caelum semper aliquid esse, succedereque res sibi inuicem, in infinitum, quia non capit animus illud nihilum, cui extremitatem oportet esse adiunctam. Is error ea ratione corrigitur, quod impossibilis sit, & absurda infinitas rerum. Similis error accidit infinitate durationis mundi. Percipienda igitur primum, diligenterque attendenda, rerum vniuersalis infinitas, & omnis qui in ea versatur error aperiendus. Nam cum speciosa prima fronte videatur, quod quo maior sit numerus bonorum, hoc probabilior, & optatior, naturæque adherentior iudicetur, sit hac speciosa persuasionem, ut infinitas temporum ac seculorum, rerumque sub seculis infinitis natarum, bona & naturalis videatur. Ut autem errore occultum, errore manifesto sepe detegimus, ostendentes absurdum, ac impossibile quod fieri posse ac naturale videretur, ex eo quod non tam occultum, & ab oculis remotum est, cuiusve absurditas est clarior, sic qui vellet istam irrationabilem, absurdam, & aduersam naturæ rerum sempiternarum aeternitatem cernere, animoque suo declarare rerum sempiternarum cupiditatem & apparentiam esse præter naturam, clarioribus exemplis vsus, eam fortasse coarguat. Opinantur probabiliorum, magisque naturalem esse infinitatem seculorum, quam principium ac terminum, aut numerum certum, eoque putant naturalis semper mundum fuisse, quam aliquando coepisse. Oportet igitur animum, ac temporum infinitatem absurdam agnoscere, ex omni alia absurda infinitate ut mundorum, ut infinitate extra mundum. Si placet enim infinitas, eamque arguis meliorem, quia infinita est, arguas etiam licet melius non modo plures mundos, sed innumerabiles esse, quam vnum, quia quo plures res sunt, hoc melius est. Aut si vnum mundum concedam, melius mundum mille plures homines quam praesentem eorum paucitatem habuisse.

Refellitur alterum de mundi aeternitate argumentum.

Et sensus fallaces sunt, sic animus saepe.

Ratio ac mens castigat errorem.

Absurda est rerum infinitas.

Error occultus errore manifesto destigitur.

Melius, si cælum non potuit in immensum extendi, saltem effici centies latius aut ducenties. Melius infinitam vim hominum sapientum, innumerabiles item stellas existere. Sic melius vnumquemque hominem, si placet multitudo, centum manus habuisse, cælum vertice tetigisse, proceriorisq; staturæ esse. Montes item aureos, aurea flumina extitisse. Vagarique potest animus per omnes absurdas infinitates & rapi cogitandi ludibrio, velut à ventis, ad omnia, nusquam sistens. Simile profus ludibrium, errantis, & captantis sæculorum ceu meliorem Aeternitatem. Agnoscas igitur absurdam ex reliquis infinitatibus. Non inuenit vllum extra cælum finem cogitatio, nec adduci potest, quin opinetur vbi desinit supremus orbis, subsequatur hæreatq; aut corpus aut quiduis aliud. Putes plures esse mundos, nunquam tam exiguum hunc fieri debuisse, decuisse maiorem numerum hominum existere, stellarum copiam numerosiorem, latius mare, latiore terram. Perspicuum igitur sit inimicas esse naturæ, & ad conditionem eius minimè aptas, omnes infinitates, vt quæ nec fieri possunt, & impossibilitas existendi profecta sit ex absurditate, quòd omnis infinitas, sine capite, sine ordine sit, confusionis plena. Nec aliud est infinitas, quàm inane animi commentum, vanumq; cogitationis ludibrium, quæ possit non modò per omnes Naturæ conditiones tendere, sed extra naturam lapsa per ea quæ neque sint, neque fieri possint quasi naturæ, fingens sibi omnia, temere in ea incurrentia, ipsorum quoque Philosophorum suffragiis condemnata. Vera enim sunt, quæ Proclus refert: *ἡ μὲν δὲ ἀπειρία, παντάπασιν ἀγνώμων, καὶ ἄλογος. καὶ μηδεμίαν προσομιεῖται θεόν, ἀλλὰ θεωρεῖται περὶ πάντα τὰ ἄρρητα, καὶ ἀνομήατα. ἡ δὲ ἐν ἀπειρίᾳ πλῆθει, καὶ ἀεὶ ἰσχυρὸν κόσμον, ἔπι μέλεια, καὶ ἀσθένεια*: Est, inquit, infinitas irrationabilis, incognoscibilis, nusquam recipiens Deum, sed vbiq; temeraria, & fortuita, procuratio autem & prouidentia in multitudine certa & numero mundorum. O Procle, cur non vides etiam in infinitate temporum quod opinaris in infinitate mundorum? Et quod item ait Plinius de infinitate mundi, transferatur ad infinitatem temporis: Quasi, inquit, non eadem quæstione, semper in termino cogitationis occurrat, desiderio finis alicuius. Ac quanquam Philosophi distinguant infinitum in actu, & in potentia, primum negantes, secundum concedentes, dicendum est, quod prohibet ne sit secundum, idem prohibere ne fuerit primum. Nam cum tempus respiciat non futurum modò, sed etiam præteritum, vt illud sit verum tempus quod præterit, totq; millibus annorum confectum sit, extiterit iam hoc infinitum, suamque substantiam, qualisqualis est, habuerit, & nunc esse ac dici posset infinitum. Et potuerit fieri in præteritum, quod nunquam in posterum fieri posse dicas. Nunquam enim fore infinitum tempus in actu dices. Sed friuolas has vanasque subtilitates relinquamus illis: quæ suis Natura docet vocibus, execrabilem esse Aeternitatem, innotescant. Perinde enim suam fert secum confusionem, sicut illa mundorum, ac rerum infinitas suam. Meritoque quibus infinitas ista placuisset, absurdiora confiteri compulsi, & ab illo cogitationum ludibrio, tanquam phrenesi ad vsitata, inaudita sunt raptati. Nusquam igitur Natura patitur infinita, quæ cernitur vbiq; moderatis delectata. Non est pulchritudo aut vtilitas in infinitate sed temperamento, moderatione, numero certo. Iam aufertur & interpellatur decor, non modò si infinita, sed si plura addideris, quàm si pauciora. Vbiq; sunt certæ leges, limites præscripti, & intra suas metas habitat venustas, quam si vel ad plura vel pauciora redegeris, labefactaris, sustuleris, venustatis re & nomine priuaueris. Certis regionibus circumscriptum est cælum, definita terra, cælestes orbis, & lumina, generis humani multitudo, numerus stellarum. Nec plura facta sunt vbiq; aut pauciora, quàm quæ venustas, & vtilitas postulasset. Nusquam temeraria rerum immensitas & infinitas aspicitur. Vbi plura sunt, quàm deceat, confusio, est, turpitudine est. In illa sæculorum ac rerum infinitate, aut aeternitate, turpissima quæque fordescit confusio. Quàm pulcherrimum fuit, vt aliquo principio, & capite res includerentur, ab aliquo initio manarent, tam fuit turpissimum esse eas ἀπεράλας, sine capite, sine initio, eoque sine ordine. Quod cogitans sapiens animus, tristatur, mœret, nec habet vbi sistat. Sicut autem modicis delectatur Natura, sic ars imitata Naturam, conclusit cuncta artificiosis præscriptis. Ipsi quoque non delectamur vel audiendo, vel videndo, nisi modicis, vt quod ait ille, sicut sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Sic perpetuare mundum non patitur ratio, ea perpetuatione, quæ nunc vsque ducta in æternum fuerit. Nam quod futurum est in posterum, habuerit initium, cui nitatur, nec vnquam erit infinitum, quod aliquando habuit principium.

*Frægetur animus per absurdas infinitates, vt finitum verum finitum tandem agnoscat.*

*Impossibilitas existendi profecta ex absurditate. Quid sit infinitas.*

*Infinitas quid ex Proclo.*

*Infinitum duplex philosophis.*

*Aeternitas mundi perinde execrabilis, vt mundorum infinitas. Modicis natura delectata.*

*Non est infinitum, quod aliquando habuit principium.*

*ἡ δὲ ἐν ἀπειρίᾳ πλῆθει, καὶ ἀεὶ ἰσχυρὸν κόσμον, ἔπι μέλεια, καὶ ἀσθένεια*: Est, inquit, infinitas irrationabilis, incognoscibilis, nusquam recipiens Deum, sed vbiq; temeraria, & fortuita, procuratio autem & prouidentia in multitudine certa & numero mundorum.

Acipium. Clarum igitur est, nisi Deum, cuius nullum debet esse principium, ipse omnium principium, æternum nihil esse debuisse. Necessè enim est, Deum fuisse sempiternum, quòd ante eum nulla sit maiestas, nec aliud initium. Qui nisi fuisset æternus, nec ipse nasci ex nihilo, nec res ex illo potuissent. Solus igitur ipse debet esse sempiternus, res autem & mundus non debent, tum quia habuerunt vnde nascerentur, tum quòd nefas sit æquari Diuinitati ac maiestati eius quicquam. Aequaretur autem, si pariter sempiternum esset. Peculiaris enim est naturæ diuinæ dos, Aeternitas, qua demonstratur ipsum sibi principium, ortusque sempiternus esse, nec à quo procederet, indignis. Quem gradum si res attingerent, non singulare decus id ac necessitas Diuinitatis esset. Nec valet, si detur æterna manatio, aut dependentia. Ad Aeternitatem quouis modo res attingentes, vel in æternum à Deo nascentes, per Aeternitatem coæquarentur. Melius igitur mundo & ad conditionem naturæ eius aptius est, habuisse principium, quàm semper fuisse, vt seruetur maneatque Deo soli dignitas Aeternitatis. Qui nisi sempiternus esset, non solum illi, sed etiam nobis origine & causa carentibus nocuisset. Prodest autem nobis, vt ille solus sit sempiternus, quoniam Aeternitas eius fuit causa natalis nostri. Et prodest illud caput esse præstantissimum, omnique dignitate, & æternitate præcellens. Iamque pulchrum est & vtile nobis, habuisse principium, quàm decorum & vtile vniuerso, vnum illum esse sempiternum. Cuius decus, & excellentia redundat in honorem nostrum, dum habemus caput nobilissimum, originem infinitam, principem æternum. Nec nocuit, nec dedecus fuit nobis, semper non fuisse, qui nec sentiremus ipsum esse, & natis postea melius fuerit habuisse caput sempiternum, qui illa Aeternitate excepta, quod nefas, & impossibile esset, omnibus præterea bonis, vel ipsa Diuinitate nos donaturus esset: Quæ donari non potuisset, mundo isto corruptibili sempiterno, in quo eodem semper manente nulla beneuolentiæ diuinæ erga genus humanum probatio fieri potuisset. Sempérque quæsitum fuisset, cur id prius non fecisset. Cur quandocunque beneficium contulisset, in æternum retro non contulisset. Nec verò solum non malum est, aliud æternum esse, aliud creatum, aliud supremum, aliud infimum, sed etiam optimum, ac necessarium. Sic in homine est nobilissima pars ratio, est venter & pedes indigniores. Sunt item genitores antecedentes prolem. Idem in omni Natura, quæ mirabili varietate decora est, vbiq; viuit. Ita fuit & in omni mundo venustissimum, vt ipsum principium esset sempiternum, res autem haberent initium, creatore cum omni alia dignitate res creatas præcellente, tum verò Aeternitatis honore. Cognita igitur & animaduersa absurda infinitate temporum, informique æternitate rerum, ex aliis absurdis infinitatibus, & viso pietatis veræ, ac naturalis esse, vnus tantum fateri, & agnoscere Aeternitatem, iustitia postulante, vt cuius supra omnes præstat ineffabiliter maiestas, solus esse sempiternus, solus his debitis honoribus à nobis adorari debeat, facilis erit responsio ad ea quæ obiiciebântur. Nunquam enim cessator fuit Deus, nec vita sempiterna eius, vocari debet cessatio, sed necessaria, naturalisque Aeternitas, quam nullæ res neque potuerint, neque debuerint attingere: quæ quandocunque creatæ fuissent, semper æternus ille, ipsæ creatæ, & inchoatæ dicendæ fuissent. Vt eadem conditio futura fuerit, si vel sexcentis millibus annorum antea mundus creatus fuisset. Tantundem enim Deus æternus, tantundem mundus non æternus erat futurus, eadem in omni Aeternitate mensura manente. Quare mentis error corrigendus, per absurdas has infinitates vagantis. Nunquam enim locum, finemque inueniet, qui quæret, cur non antè creatus mundus: cur tandiu Deus cessauerit. Quidquid tibi finxeris, semper idem erit, remanente semper eadem Aeternitate. Animi ludibrium est, cæcæque hallucinatio, vt qui non possunt adduci credere Antipodas, cogitatione fingente sibi, si qui eiufmodi essent, ruere eos in inferius cælum. Sic & ipsum cælum sub pedibus necessariò fore, mare quoque, & omnis aqua superna videtur eis fluere in cælum. Qui quidem error ratione castigatur & exemplo. Adhibe similem castigationem in hac vana cogitatione, stultaque animi vanitate. Neque enim erat adhuc ante vel post, prius & posterius, nec tandiu. Indiuisibili quadam & incomprehensibili ratione coniuncta fuit creatio cum Aeternitate. Ipsaque Aeternitas non habet prius & posterius, neque in illa Aeternitate fuit quod antegrederetur, quod subsequeretur, quod sit in tempore. Difficileque nobis, qui solum tempus habemus exploratum, nunquam in Aeternitate fuimus, erit percipere, inq; animum inducere, vnicum

*Solus deus sempiternus, & cur.*

*Peculiaris deo aeternitas.*

*Melius est aptius, vt mundus principium habuerit, & cur.*

*Beneuolentia diuinæ creatione mundi agnita.*

*Quibus modis principium sempiternum & præcellens intelligitur.*

*Dei naturalis aeternitas.*

*Antipodas esse certissimum est, quàm id negarint. Iactant. lib. 3. cap. 24. et D. Augustin. de ciuitate Dei 16. cap. 9.*

*Aeternitatem asserere iis qui discernunt de iis tantum qua fiunt in tempore, absurdiss. & plane difficile.*

Sempiternitatis ac simplicem actum. At agnouere & confessi sunt Philosophi, præcipue D  
Plato. Quare quærens cur ante tot annorum millibus Deus cessauerit, falleris, pueriliter  
laberis, non vides te tempora fingere, vbi nulla essent tempora. Fingis in illa Aeternitate  
fuisse quod ante, quod in medio, quod post sequebatur, fuisse diurnitatem, breuitatem,  
temporis condiciones, & fluentium, instarq; aquæ prætereuntium rerum, quæ nunc na-  
tæ, post crescunt, ac dilabuntur: succedunt alia, fitq; idem circuitus, totaque ratio vnum  
quondam temporis exordium respicit. Illic nil tale. Vbi nullum fuit exordium, ne fuit  
etiam prius & posterius, quæ maximè principium quoddam respiciunt. Sic bellum Troia-  
num antecessit Perficum: & Moles omnium scriptorum est antiquissimus, quoniam &  
principium fuit, cui tota temporis niteretur ratio, & antecessio. Et res, collapsis priori-  
bus, successerunt, quæ prius non essent. Illic quoniam eadem res semper est, nec aliud  
antè corrumpitur, aliud surgit, ac succedit, sed idem semper status permanet, non potest  
nisi per errorem & insolentiam asceri prius & posterius, quibus tempus integratur. Flu-  
uius est tempus, res quoque fluunt, Diuinitas eadem est. Quare qui fingat ibi prius &  
posterius, accidit ei, quod his, qui putant Antipodes labi in inferius cælum: Ac si posset  
intelligi, quanquam periculum est ne non intelligatur: adè varia est à tempore, & eo  
quod nunc viuimus, Aeternitatis ratio, vt dicendum sit, coniunctam fuisse indiuisibili-  
ter, nullo spatio intercedente, Creationem cum Aeternitate. Nulla fuit igitur vacatio,  
nec ociabatur Deus, quem etiam (tanta animi nostri obtusio est) vt non capiamus vbi  
potuerit esse antequam mundus fieret, existimantes eum perinde ac nos & nostra, ali-  
quo mundi loco necessario contineri, & intercipi. Atqui nemo fuit, quin fateretur, omni E  
mundo Deum esse maiorem. Quid igitur aliud, nisi stupor, obtusaque acies, te cogit  
addubitare, ac quærere, Deus vbi esset ante conditum mundum, si mundo maior est, res  
autem continens est maior contenta, Deus toto mundo maior, vt mundo nequeat in-  
tercipi: Sic non egebat hoc mundo, quo contineretur, qui nec capere quidem eum pos-  
sit. Sunt alia, vt principio dixi, absurda nostrorum imbecillium animorum simulachra,  
figmentaque, quibus rationis, prudentiæq; auxilio dissipatis, docemus nos ipsos, aliunde  
petitis exemplis sæpèque ab errore reuocamus.

Deum nõ de-  
bere ea esse  
condicione  
sorte, vt nos.

*Examinantur Philosophorum, primum Aristotelis de Aeternitate rationes.  
Aristotelem non impugnare simpliciter Creationem, sed qualem nonnulli  
ante eum deprædicaissent, qui Chaos æternum, Creationem in tempore fuis-  
se asserbant. Priscos non quemadmodum calumniatur Aristoteles, tem-  
pus æternum credidisse. Priscos asseruisse tempus & cælum creatum, crea-  
tum cælum ex liquida aqua substantia.*

CAPVT IIIII.

**Æ**C fuit prima sermonis ratio, de mundi vel Aeternitate, vel creatio-  
ne. Secundo est, vt pressius, ac nominatim eorum rationes apponatur,  
quibus visa est Aeternitas probabilior. Ex his fuere præcipue tres, Ari-  
stoteles quidem primus, post quidam Platonici, exinde Proclus & Sim-  
plicius, qui creationem euertere non solum à natura, sed etiam autori-  
tate Platonis conati. Quorum priori respondit quidem solerter Ioan-  
nes Grammaticus, non autem quoad huic operi congruit, partim ead-  
em, partim diuersa ratione respondebimus. Paucas igitur quasdam rationes attulit su-  
per Aeternitate Aristoteles, è quibus est in octauo de Auditione naturali, & in libris de  
Cælo, ea, quod mutuo se consequantur tempus & motus, & res quæ mouetur. Omnes  
autem præter vnum Platonem, confessos tempus æternum. Quos necessariò sequatur æter-  
nus motus. Nam sine motu cæli, non esse tempus: Sic non esse motum sine re mota. Ita-  
que tria hæc ab inuicem esse inseparabilia, Tempus, Motus, Cælum. Vt qui dixerunt  
tempus æternum, necessariò motum & cælum rem motam, æternam dixerint. Sic totum  
mundum æternum. Argumentum q; est à consensu maiorum validum certè, si sit quod  
ait: sed prorsus in contrarium ostendam. Neminem priscorum, tempus aut cælum æter-  
num dixisse. Altera ratio à Natura ducitur: Nullum tempus sine præsentem, & nunc esse  
aut co-

Qui statu-  
erint æterni-  
tatem mundi.

Iob 8. de na-  
tura.

Triuinsepara-  
bilia, tempus,  
motus, cæli.

A aut cogitari posse. Ipsum autem nunc, seu præsens, medium esse quoddam inter princi-  
pium & finem, principium futuri, finem præteriti: Sic necesse esse semper esse tempus.  
Extremum enim postremi accepti temporis, in aliquo nunc præsentem esse. Nihil enim in  
tempore accipi posse, præter præsens. Quocirca, quoniam semper est principium & fi-  
nis, ipsum nunc seu præsens, necessariò semper ad vtramque partem eius esse tempus.  
Tempus autem sempiternum, motum inducit sempiternum. Hæc ratio (pace tanti viri  
dixerim) non modò naturalis non est, sed penè sophistica. Alias rationes proposuit aliis  
in libris. De Cælo, quod corpus illud sit diuinum, incorruptibile, cuius nunquam fuerit,  
nec maiorum memoria dicatur fuisse, labefactio: Quod sit Deorum domicilium ex ma-  
iorum autoritate, vt æternorum æternum. Quod sit præter quatuor elementa quintum  
diuinum corpus: Quod dictum sit æther, ab æterno motu: quod si sit incorruptibile, non  
sit creatum: Incorruptibile à Platone dictum: Ex ordine item rerum constanti: Ex ipso  
corpore. In libris autem post res naturales, quod à diuinis Intelligentiis regatur, quod  
æterno motu moueatur à Deo primus orbis, sic omnes deinceps: A substantiis æternis  
animatum. Hæc ferè sunt Aristotelis rationes. Illud autem primum in his sciendum, at-  
tentèque animaduertendum, non vsquequaque rationes eius contra dogma nostrum, &  
creationem mundi, qualem tradimus ipsi, tendere, sed potius aduersus ante eum de  
Creatione locutos. Tres enim absurdas de Creatione mundi producit idem maiorum  
opiniones: Alios tempus æternum, sine cælo, & mundo statuisse: alios creatum mundum,  
B sed in posterum incorruptibilem: Partim modò nasci, modò corrumpi, idq; in omni  
Aeternitate: omnèque rationes eius id laborant, vt hæc doceant absurda, præterque  
mundum semper fuisse, quàm quoduis horum trium ostendentes. Nos autem qui è tri-  
bus illis nihil asserimus, qui & tempus cum cælo, & mundo simul natum dicimus, mun-  
dum autem aliquando creatum, non incorruptibilem, sed corruptibilem, quanquã alia  
sublimiore ratione quàm Philosophorum illa, quod omnia orta occidant, nec tertium,  
quod mundus modò cadat, ac senescat, modò reficiatur, statuiamus, certè liquet, rationes  
omnes eas contra Mosem non dirigi. Optimum verò est, absurda, & à Natura dissidentia  
destruere, veritate tamen integra, quæ sæpè dum defendimus, labefactamus. Prima igitur  
ratio & attestatio non modò non aduersatur nobis, sed ipsius etiam Aristotelis testimo-  
nio prorsus est falsa, vt non mea, sed eius autoritate arguatur, priscos æternum tempus,  
postea cælum natum non credidisse. Conferamus igitur inter se loca. Octauo de Auditu  
Naturæ libro, præter vnum Platonem, tempus æternum cunctos statuisse refert. At verò  
in libris de Cælo, omnes Græcos, & Barbaros attribuerè Diis cælum vti immortalibus,  
& ingenitis, immortale & ingenitum. In libris post res naturales, præclarè maiores statui-  
se Deos cælestes, primas, æternasque esse substantias. Possè item multis rationibus pro-  
bare, fermè neminem è priscis, nisi fortè vnum Democritum, tempus æternum, cælum  
creatum dixisse. Nam Timæus Locrensis imaginem Aeternitatis dicens Tempus, id tunc  
extitisse dixit, cum cælum factum est. In qua sententia verisimile est etiam Pythagoram  
C Pythagoreosque omnes fuisse, fuit apertè Trismegistus, & Orpheus. Sed relinquamus  
hanc nihil contra nos, vt dixi, pugnantem rationem, & destrui patiamur ab illis, quæ fuis-  
sent à nobis euertenda. Secunda ratio, quod tempus semper habuerit præteritum quo-  
modo vera erit ei, qui cælum nullo adhuc tempore sentit creatum? & cum cælo, tempus  
creatum contendit? Vbi fuit præteritum illud, cum cælum creatum est, si non Sol, non mo-  
tus vllus adhuc cælestis esset? Quid cogitauit Plato, qui Aristotele autore creat tempus,  
cum tempus post natum cælum, aut cum cælo dicit extitisse? Non vidit opificè mundi,  
sine tempore operatū, massamq; cælestem volubilem, rapidam, subito à se creatam mqueri  
iussisse? Quid Mercurius, & Phœnices, qui censent ex liquabili aquæ substantia, cælestes  
substantias coalitas. Puerilis propè argumētatio, Tempus semper iunctum est præterito:  
nullū igitur habet initium. Verum est de omni subsecuto & iam nato tēpore quod ex illo  
depēdet exordio. De nascente tēpore non est verū: quod nascens post cælum, aut pariter  
cum cælo, vt ait Philo, necessariò cum cælo non erat, sicut non erat cælum pater eius.  
Quod si fuit spatium vllum ante cælū, iam illud vestra autoritate non est tēpus, qui tempus  
non quodcūque spatium, sed motus cælestis dūtaxat asseritis. Sic illud spatium, in quo crea-  
tum est cælum, & cui subito tēpus, cælestisq; motus coniunctus est, non fuit tēpus, sed vel  
Aeternitas, vel quiduis aliud. Quod ad me igitur attinet, nihil non modò video in hac ra-  
tiocinatione necessariū, sed penè vitiosam video, peccantemq; à tēpore nascēte, ad tēpus

De tempore,  
tantum habe-  
mus rō vbi,  
Aristoteli.

Sophistica ra-  
tio Aristote-  
lis.

Alia opinio-  
nes absurde  
de mundi crea-  
tione.

Tempus cum  
cælo & mū-  
do natum.

Aristoteles  
ex Aristote-  
le refutatur.

Imago æterni-  
tatis, tempus,  
Timæo Locre-  
si.

Non fuit tē-  
pus ante cæ-  
lum.



natum. Vt si quis nullum habere Tybrim ortum, principiumque contenderet, quia semper D  
 aqua, quae sit ante oculos, cum praeterlapsa, & superius aduentante sit iuncta, quo fiat ut  
 semper sit eadem superioris, inferiorisque fluentis aquae ratio, perpetuaque manatio. Quod  
 quidem argueret, qui fontem ortumque fluminis scrutari nollent. Sic cui non placeret ex-  
 plorare tempus ubi ortum habuisset, omne tempus cum praeterito, & futuro coniunctum  
 contederet. Vt igitur omnes operationes aliquo initio particulari inchoatur, aliqua sine  
 claudatur, sic necessario tempus earum inchoatur, & desinit, & à particularibus, priuatisque  
 operationibus, est ad magnam illam caeli, terraeque operationem peruenire, cuius inchoa-  
 tio, temporis ortum inchoauit, cum neque tempus, neque res ipsa prius existeret. Quod  
 autem de corporis caelestis Diuinitate disputat, cui memoria maiorum nulla facta sit vn-  
 quam diminutio, & quod sit eorum assensu, Deorum domicilium, ut aeternorum aeternum,  
 & quod inditum sit nomē ab aeterno cursu. Haecque omnia ferme ex maiorum autoritate  
 trahuntur, cuncta potius in eum reuoluntur. Si placet enim aliquo in loco maiorum au-  
 toritatem esse, clarum est maiores, nemine discrepante, praecipue si vetustissimas gentes  
 animo adieris, mirabili consensu, Tempus, & Caelum creatum tradidisse. Hebraei, Aegyptij,  
 à quibus didicere omnia Graeci, Phoenices, Chaldaei, Poetae, Theologice & superiores  
 Graeciae sapientes, omnes vnanimiter mundum condiderunt. Famaque per omnes aetates  
 manabat, quam magis initiis mundi hominibus propioribus, tam clara magis, & constant.  
 Quod paucis testimoniis postea demonstrabo. Maiores igitur non quidem imminutum  
 Solis vnquam, aut Lunae iubar, obtusamque astrorum aciem, aut de caeli substantia defe-  
 cisse quid, tradiderunt, sed illud verè ac constanter tradiderunt, caelum cum antea non esset,  
 fuisse creatum. Hoc Moses, totaque Hebraeorum classis. Hoc Trismegistus, quem & Aegy-  
 ptij, & Phoenices ac Graeci, vti Philosophiae Deum adorauerunt. Hoc Orpheus, Hesio-  
 dus, Homerus, aliique subsecuti. Maiores ite indiderunt caelo nomen aether, non ab aeterno  
 cursu, licet & id Plato asserat in Cratylō, sed à nitore, ardore, lumine. Cuius substan-  
 tia luminosa, puraque est, & nitens inardescit, vitalēque terris infundit calorem, omne  
 nomine aetheris designatum. Hinc vnus è septem erronibus, Mars ardens, dicitur ab eis  
 Aethon, & Solis equi cum sint quatuor, inditum est, vno excepto, ceteris nomen ab ar-  
 dore, Pyrois, Phlegon, id est, igneus, & ardens: ratioque nominis quod ardeat, designat  
 eum esse caelestem ignem, ex elementorum puritate generatum. Tradit enim vetustissi-  
 mus Trismegistus, quod apud alios quoque maiores videas, & in quo Plutarchus multos  
 Graeciae Philosophos consentire scribit, ex liquidissima purissimaque aquae substantia fa-  
 ctum aethera, & Solis orbem, sicut fiunt purissimae nubes, facesque & flammæ sublimes, &  
 nubes aquosae, collisae, flammataeque longum aeris illuminant tractum. Haec illi dixere, ut  
 ostendam, estque vehementer rationi consentaneum, cum videamus eiusdem vis & sub-  
 stantiae multa luminosa ex aqua, quae variatur incredibiliter in pulcherrimas quasque  
 admirandasque species, fieri, ut aurum, crystallus, aer, nubes, ignes, colorum varietates, nu-  
 bes luminosae, vel in media nocte. Sic potuit à sapientissimo Opifice liquidissima caeli  
 substantia ex aquis secerni, ac seligi. Plutarchus igitur autor est, Empedoclem ex aere, F  
 ab igne instar crystalli densato, in quo igneum, & aërium insit, caelum credidisse. Ari-  
 stotelem, ex quinto corpore, igne, vel ex calida & frigida contemperazione: Anaximan-  
 drum, plenum ignis esse Solem: Xenophanem, ex igniculis collectis: Stoicos, accensio-  
 nem intelligentem ex mari: Platonem, ex igne plurimo: Anaxagoram, petram igneam:  
 Philolaum, vitreum ex igne mundano fumentem. Quibus apparet, veteres aethera non  
 à cursu perennē, sed ab ardore & igne nuncupasse. Apparet etiam eis non fuisse caelum  
 adeò diuinum, quantum Aristoteles postea deificauit, quippe quod ex elementis na-  
 tum, purēque selectum cuncti asseruerunt: natura quidem elementare, sed purissimè se-  
 gregatum, & compactum. Triaque clarent ex autoritate maiorum, contra, quam Ari-  
 stoteles postea innouasset, caelum ex igne, & aqua esse, aut purissimam ex aqua substantiam,  
 quemadmodum ex aqua fit aer, & ex aere, aether, aetheria verò sunt substantiae caelestes.  
 Sicque claret eos ex eadem elementorum massa, caelum adificasse. Ex eo claret secun-  
 dum, eos corpora caelestia non deificasse, nec diuinum corpus, nisi quo purissimum est  
 & incorruptibile, appellasse. Tertium, non quintam quandam substantiam orbibus &  
 stellis adiudicasse, sed ex eadem atque nostra haec terrestria, quibus dominatur corru-  
 ptio, fecisse, puriorem tamen earum compagem, sicut ex cibo fit sanguis: demumque ex  
 crassis, & feculentis nascitur purissimus spiritus, quo non modò viuunt, sed etiam sentiunt  
 animantes.

Calum, aether  
 ab aeterno  
 cursu nomen  
 habet, & potest  
 à aeterno deiri.

Vetusti qui-  
 que caelum  
 creatum sta-  
 tuerunt.

Aether, vn-  
 de nomen ha-  
 bet.  
 Solis equi.

Vnde factus  
 aether Sol,  
 Trismegisto.

De caeli mate-  
 ria, opinio  
 Empedoclis.  
 Aliorum de  
 caelo sententia.

A animantes. Qui si in loco esset, ubi nihil labefactaret, & nisi animal deficeret, nunquam  
 & ipse deficeret, ut caelum, quod in altissimis regionibus nulla aduersa re labefactatur.  
 Mirabilis igitur est maiorum consensus, caelum fuisse creatum, & ex igne, aut aqua pu-  
 rissimè selectum. In qua sententia cum primus fuisset Mercurius Trismegistus, cuius su-  
 per hac re diuinum est testimonium, fuit deinceps omnis qui ante Aristotelem, & Pla-  
 tonem floruerunt, Philosophorum caterua. In eandem grauis autor Plutarchus asserit  
 ipsum Aristotelem iuisse, his verbis, ne pures meum esse commentum: de placitis Phi-  
 losophorum scribens, Anaximenes, inquit, vltimam circumferentiam terrestrem esse.  
 Empedocles, solidum esse caelum, ex aere compacto ab igne, instar crystalli, igneam, aë-  
 riāque naturam in vtroque hemisphario complectens. *Δεδοκίμης, ἐν πέντε στοιχείοις,  
 πῦρ, ἢ ἐν θερμῷ καὶ ψυχρῷ μέγματος:* Aristoteles, ex quinto corpore, igne, vel frigida, &  
 calida contemperazione. Haec tamen Aristoteles non dixit in his, qui nunc passim ha-  
 bentur libris, credendum est tamen in aliis, qui ad nos non peruenerunt (Siquidem &  
 Tullius profert, & alij, quae his in libris nunc non extant) Plutarchum legisse. Trismegi-  
 stus autem vetustissimus, è cuius fontibus bibit vniuersa Graecia, apud quem omnē pro-  
 pè Mosaicam reperies Creationem, haec aurea verba, ut semper mihi visum est, scripsit  
 de Creatione Solis, primo libro *Δεδοκίμων*, ad Tat filium: *ὁ δὲ πᾶντων κόσμος εὐθείας ἐφάνησε.  
 τῷ αὐτῷ ἀίρω, καὶ νεπτῶ, καὶ διμυδερνικῆ λόγῳ. ἔσω ἡλίου. καὶ ἀμα τῷ φέται, τὸ πῦρ τὸ φύσεως ἀνα-  
 φερῆς ἐξ ἄλλων, λέγω δὴ τὸ ἀκρατον, καὶ φωτεινότερον, καὶ ἀρσιώτερον, καὶ ἰονιμώτερον ἐπεσάσατο  
 τὸ ἡ φύσις, τῷ αὐτῆς πνεύματι, καὶ ἤγειρεν εἰς ὕψος.* Hoc est, Dominus autem Verbo suo san-  
 cto, intellectuāli, & opificio, inclamauit, Esto Sol, simulque dicto, ignis, qui naturae sublimi  
 cohaerebat, dico scilicet purum, sincerumque illud, & luminosum, efficacius & foecun-  
 dius, natura suo ipsius spiritu, attraxit, & in altum, ex aqua sublimauit. Hec Trismegistus.  
 rogatus autem superius fuerat, *ἡλίου γένον βύλαι ἡμῶς καταλέξαι, πῶθεν ἐφάνη:* Visne gene-  
 rationem solis aperire nobis, vnde extiterit? Quid hoc testimonio diuini, naturalius,  
 de ortu Solis, diuinis imperiis, ex aqua, quicquid esset purius, luculentius, foecundius, syn-  
 cerius extractum, subductumque in altum, idque Solem fuisse, accedente opere diuino.  
 Fiunt enim etiam nunc candidissima, quae surgunt altissima, nubes, ex aqua. Haec saepe in-  
 flammata, etiam non à Sole, sed suapte vi (Est enim etiam in aqua naturalis calor) illu-  
 minant subiectas terras. Hanc etiam famam, cum apud Graecos legisset, ad Graecos ma-  
 nauit à Phoenicibus, & Aegyptiis: Poeta Latinus, versibus eam Latinis decantauit, sepa-  
 ratum dicens ex infima congerie, liquidum caelum.

Maiorum fuit  
 maximus de  
 creatione caeli  
 consensus.

De ortu So-  
 lis, Trismegi-  
 sti sententia.

Ouid. i. Me-  
 tamorph.

*Ignem conuexi vis, & sine pondere caeli,  
 Emicuit, summamque locum sibi legit in arce.*  
 Quod ne fortuito & temere, ut Lucretius diceret, factum fuisse, sed diuino consilio, &  
 voluntate, quemadmodum docuit Moses, & Trismegistus, suspiceris, audi:

*Haec super impoſitū liquidum, & grauitate carentem  
 Aethera, nec quicquam terrene fecu habentem.*

C Deus igitur impoſuit, qui diremit litem, defecataque Solis, atque aetheris ex aqua sub-  
 stantiam, sustulit in altum, & descriptione caelesti cuncta conclusit. Quibus si fidem ad-  
 hibere velis, claret caelum non esse quintam à quatuor elementis naturam, nisi putes hoc  
 nomine nuncupari, quod sit purissimum, liquidissimum, incorruptibile. Quintum autem  
 non erit, quasi non quod caetera quatuor; aut non ex his, ut omnia terrestria. Hisque osten-  
 ditur nullam Philosophiam, nec Graecam, nec vetustiores, caelo vel Diuinitatem, vel se-  
 paratam quandam naturam dedisse, quod confessae sunt à Deo creatum. Sequitur etiam,  
 non veterum illorum modò, sed ipsiusmet Aristotelis testimonio, istud caelum velut aeter-  
 num aeternis Diis habitandum à maioribus non datum. Nam neque illi, neque ipse Ari-  
 stoteles Deos habitare censent in orbe Solis, aut Lunae, aut stellarum, & omnino in dif-  
 soluendo isto, & quod nobis suspicitur, creato ex aqua, caelo, sed vltra flammantia mœ-  
 nia mundi, ubi neque locus, neque tempus sit: Extra, anni, Solisque vias, Lunaeque labores.  
 Quod caelum, si quidem sit diuina, luminosissima claritas, sempiternum & increatum est.

Caelum, non  
 est quinta illa  
 natura, de  
 qua Aristot.

Dare perpe-  
 tuitate caelo,  
 quod habuit  
 principium,  
 Aristot. co-  
 natur, Plato  
 minimè.

Essentia diuina fulgor sempiternus. Non est caelum illud, quo subiectae terrae irradiantur,  
 & cuius aeternitas reddat mundum corruptibilem, aeternum. Quod an corruptibile  
 sit, vel incorruptibile, quod perhibet ipse Aristoteles sensisse Platonem, & arguit con-  
 tra leges Naturae, Platonem rei, quae principium habuisset, dare perpetuitatem, argumē-  
 taturque multis, quod principium habuisset, habiturum quoque finem, dicendum, Pla-  
 x iij

tonem (eaque responsio vera est quod non syncerè, & candidè ipse reticuit, & suppressit) prudenter locutum, hoc cælum suapte quidem natura, quoniam inchoatum aliquando, incorruptibile non esse. Maiorem autem necessitatem, quam naturæ accessit, quæ cælum efficiat incorruptibile, suæ naturæ relicto necessario corruptibile. Porro autem posse diuinam potestatem, quod corruptibile natura est, reddere incorruptibile, perneget Aristoteles quantum velit, sufficit mihi ratio, & vnus Plato. Aristoteles igitur seipsum redarguat, Cælum quod Diis tribuitur à maioribus habitandum, non esse visibile istud, quippe qui vt superius vidimus, ait habitare Deos remotissimè à vertigine cælesti: & hoc dicit, vbi de cælo diserebat. Hæc ratio & attestatio destruit item ab Intelligentiis cælestibus cælum moueri. Locat enim cælestes Intelligentias, aut Deos *πῶρὸν θεῶν*, totam Diuinitatem Aristoteles, extra cælum. Et vidimus Barbaricam fuisse superstitionem, deificare cælum: Cui ne illi ipsi quidem, qui ipsum adorabant, Intelligentias diuinas præferunt, sed ipsum merum corpus adorarunt Chaldæi, sicut item ignem adorabant, rem inanimem. An autem tantus ordo cæli duci possit sine assistente, & mouente Intelligentia: sit sanè non posse sine ratione, & Intelligentia duci: illud certè ex omni veritate constat, eam Intelligentiam mouere, non quod sit anima in corpore, sed velut vniuersalis potentia Dei, ad cuius imperium, & nutum, per cælum, & terras commeantis, cuncta moueantur, prima machina cælestis, deinceps omnia terrestria. Hoc etiam dixit Aristoteles, vt videre est in libro de Mundo: Hoc Pythagoras, hoc omnis priscorum Theologia. Mouetur igitur omne cælum à Deo, cuius voluntas non solum mouet, sed creauit etiam omnia. Mouetur autem non tanquam anima, & ratione eius, sed extra, & intra mundum existente: superuacaneæque sunt cæteræ Intelligentiæ. Mouetur autem ceu res corruptibilis, & sicut nasci facit indiuidua & particularia, sicut item mortalia regna commutat, non mouetur autem, tanquam ea sit naturalis actio eius: sic indignissimum est, Deum cuius est æterna, & infinita sapientia, hanc cæli corpoream actionem habere naturalem, & inseparabilem, vt quæ efficiat solo nutu, non quadam animatione. Quod apparet maiores sensisse, omnes vnanimiter cælum, ex aqua corruptibili, creantes. Atque vt Marcus noster, non modò mentis suæ bonitate, naturalique instinctu, sed etiam quia similia vidit apud superiores: Quod, inquit, dico legem, à me dici nihil aliud intelligi volo, quàm imperium, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum Natura omnis, nec ipse mundus, potest. Nam & hic Deo pareat, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. Ea dicens Marcus profectò sentit vim, potestatemque diuinam cælo ac terræ, marique præsentem, mouere, gubernare cunctas non naturæ solum, sed etiam humani generis res, & actiones, idque non tanquàm animum mundano corpori infusum, à quo discedere, absoluique non possit, sed tanquam imperatorem, stantem celsa in puppi, velut nauclerum, dictatoremque supernum. Quod Deo longè dignius est, quàm vt animet orbem cælestem. Duòque sunt ab Aristotele, vt male posita, corrigenda, quod fecit in Compendio, vt Deus non sit anima cæli, ita mouens ipsum, vt ab anima mouentur animalia: sed nutu imperiisque, quibus obediunt inuisibiliter omnia, exclusa prorsus illa indecora mundani corporis animatione. Secundum quod cum sit eius vnus tanta potestas, imperiumque, per omne cælum & terras, & maria pertinens, superuacaneum est, plures adhibere Intelligentias. Quod ex maioribus neminem inuenies fecisse. Sed res luce clariores inculcare, vitium fortasse sit. Satis igitur constat, nec corpus illud tantopere diuinum esse, vt Diuinitatem mereatur, cum sit eo melior sensus brutorum animalium. Et vilis musca, vermisque, vt ait Augustinus, Sole sit melior, quod hic vita, illic nulla vita, nec autoritate maiorum, orbis hosce cælestes, qui portant lumina, diuorum esse domicilia. Nam Deum præter corpora, genisque hominum, Deos quoque creasse, fuit perspicuum. Nec æthera ab æterno cursu appellatum, nec à diuinis Intelligentiis, sed vniuersali Dei potestate cieri: quæ quidem non sit eius naturalis actio, sed nutus, voluntasque omnia concitandi potens. Et hæc omnia non ratione solum constant, sed maiorum cum primis autoritate, perenni que sæculorum successione, cui videbatur Aristoteles deferre.

*Dissoluntur*

*Deificatio cæli, barbarasuperstitio.*

*Mouetur cælum à Deo, cuius nutu creata omnia.*

*1. de Legib.*

*Duplex Aristotelis error.*

*Sensus brutorum melior est diuinior, quam corpus sit sensus ex-pers.*

A *Dissoluntur rationes Procli partim è natura, partim opinione Platonis ductas. Tempus in quo conditus est mundus, non esse cæleste tempus. Plura esse posse tempora, quàm cæleste. Redundare, superuacaneamque esse animam cæli, aut eam esse Deum summum. Maioris honoris esse Deo, æternitatem suam, quàm perennem rerum factionem. Æternitatem mundi, impiarum opinionum esse fontem. Non sequi potestatem æternam Dei, æternam mundi conditionem. Deum non esse mutatum cum creauit. Naturalem fuisse Dei æternitatem, mundi principium. Platonem non æternum, sed in tempore factum mundum scripsisse.*

CAPVT V.

**R**ELICTO igitur Aristotele, ad rationes Procli veniendum est, quas & ipsas non absurdas modò, & ineptas, sed deprauatrices etiam veritatis & dogmatum eorum, quos sibi proposuit imitandos, reperies. Fuit autem Proclus eruditus quidem, & vbi maiores sequeretur, autor valde bonus, vbi autem seipso contentus natate cœpit sine cortice (cunctis enim ferme posterior floruit) mirificis commentitiarum allego-  
**B**ELICTO igitur Aristotele, ad rationes Procli veniendum est, quas & ipsas non absurdas modò, & ineptas, sed deprauatrices etiam veritatis & dogmatum eorum, quos sibi proposuit imitandos, reperies. Fuit autem Proclus eruditus quidem, & vbi maiores sequeretur, autor valde bonus, vbi autem seipso contentus natate cœpit sine cortice (cunctis enim ferme posterior floruit) mirificis commentitiarum allego-  
 riarum figmentis libros occupauit. Quem Ioannes Grammaticus, autore Suida, etiam in quibus sibi plurimum arrogaret, Platoniorum profanorumque dogmatum arguit imperium. Cùmque superstitiones mallet incolumes esse, quàm religionem Christianam, quam putaret cum cæteris ineptam superstitionem, reuolutus est ad poeticos superstitionisque Deos, elementa istius mundi, cælum, aërem, terram, Venerem, amorem vniuersalem, Vulcanum, ignem ætherium, & cælestem deificans. Quorum vt esset Diuinitas venerabilior, eos cum omni mudo declarauit sempiternos. Deorumque arbitrariis genealogiis incredibiliter est delectatus, sed vbi superstitionibus, fabulisque relictis, se Philosophiæ commisit, melior est. Huius igitur præter eas quas attulit Ioannes Grammaticus, partim eò spectant rationes, vt Plato, non quemadmodum multorum sit sententia, creauerit mundum, sed asseruerit sempiternum. Partim, vt hoc ipsum è Natura comprobet. E quibus è Natura sunt, Quia si tempus non habuisset temporale principium, quod omnium sit impossibilissimum, vt eius vtar verbo, etiam cælum fuisset sempiternum. Semper item animam cæli fuisse, igitur & corpus. Opificem item mundi oportere non temporarium, sed sempiternorum esse opificem. Ad hæc eum non esse mutabilem. Si semper est opifex, semper rem fuisse quæ sit. Ad hæc cur infinito tempore fuisset otiosus, num ignarus creationem esse meliorem: quod absurdum. Si nõ ignarus, cur non prius sit operatus: Si item mundus genitus, quod minus pulchrum sit, Deum sequi: Peccare quoque in opificem qui aliquando mundum non fuisse contendat, quia si quando mundus non fuisset, ille non creasset. Si non creabat, erat potestate operans, quod arguit imperfectionem. Si autem in Deo prius & posterius statuas, eum non fore ex his, quæ in æternum agant: Tum si secundum tempus operaretur, ad faciendum eum mutari. Deinde creationis assertores peccare in potestatem prolificam, & voluntatem æquabilem, quæ concurrens generet mundum, in sempiternum. Denique nititur in hanc quoque sententiam vocare Platonem. Priórque ratio, quod in Timæo, de mundo locuturus quærit, an ad imaginem alicuius æterni vel creati sit creatus, quod nõ quæsisset, si genitum mundum statuisset, quod ante genituram mundi nihil esset. Tum non substulisse Æternitatem Platonem, vt quidam in Aristotelis testimonium consentientes, opinentur. Nam quoniam tempus sit à cælo: tempus autem sempiternum (neque enim, vt exposui, dari posse tempus, in quo tempus sit natum, ne tempus in tempore sit factum) confieri, vt cælum sit æternum. Iam in Republica pronunciaffe, omne ortum occidere, in Timæo mundum fore incorruptibilem, ergo etiam sine principio. Ad hæc in Legibus, docere Platonem, infinitum esse tempus præteritum, quia dicat infinitas artes, & scientias, ac res publicas natas & extinctas. Præterea, quod in Timæo affirmaret, semper hominum genus fuisse, vbi vel exustiones, aut cataclysmi immanes non accidissent. Postremo Proclus refert Porphyrium, Iamblichum, Plotinum, Crantorem, qui pri-

*Proclus, veritatis deprauator, quamquã doctus.*

*Ioan. Grammaticus arguit imperitia Proclum.*

*Quid sequatur, si nõ sit principium mundi.*

*Platonis autoritas de creato mudo.*

*Non potest dari tempus in quo tempus inceperit. Omnia orta, peritura.*

*Repetitio triū  
superiorum,  
de mundi æ-  
ternitate ar-  
gumentorū.  
Tempus esse  
potuisse, non  
dum creato  
cælo, falsum.*

*Deus vivit,  
non in tempo-  
re.*

*Unde colligi-  
tur tempus.*

*Speciali ad  
vniuersale  
non valet ita  
consecutio.*

*Nullum esse  
tempus potest  
Sole quiescere.*

*In rebus so-  
lū creatis  
est prius &  
posterius.*

mus in Platonem commentarios ediderit, asseruisse esse mundum sempiternum Plato-  
ni: genitum autem non velut in aliquo temporis exordio, sed vti semper nascens à causa  
superiore. Hæc & id genus quædam opposuit gignentibus mundum Proclus. Primum  
igitur rationes è Natura perpendantur, si quæ supersunt è tribus illis non examinata:  
aut strictim superiores responsiones retexantur. Ac primum docuimus argumentum esse  
præstigiolum, puerilémque technam & argutiam: Tempus non potuit in tēpore crea-  
ri, ergo sempiternum. Si tempus sempiternum, etiam cælum, à quo nascitur tempus. In-  
credibilis profectò hallucinatio. Non vides multos credidisse tempus esse potuisse non-  
dum cælo creato? Nōne fuere multi, vt Aristoteles perhibet, etiam illi ipsi qui creant  
cælum, æternum quoddam tempus ante cælum suspicantes? Ipse quoque Aristoteles su-  
pra Solem & Lunam, temporis veros parentes, locat gentem diuinam, viuentem omne  
æuum beatè. Deus etiam supremus, quem locant supra motus cælestes, vivit, & vivit  
non in tempore. Rogo te quoque Procle, An Deus, qui potest torquere lumina cæle-  
stia, possit sistere vnam diem, aut horam (quod nostræ litteræ prædicant, à mēque cre-  
ditur constantissimè) Solem, & à te credo non negabitur, si non his litteris credente,  
saltem fieri posse, vt qui moueat, potestate quoque sistendi, si voluerit, sit præditus. Sole  
igitur desidente, quod tempus erat vel esset? Tempus enim colligitur ex motu Solis, cuius  
diurnus ac nocturnus accessus & discessus diem efficit: è diebus fiunt menses: è men-  
sibus annus: Anni conficiunt vniuersale tempus: Vt tempus, quod apud Philosophos est  
celebre, solo ex motu Solis colligatur. Nam Lunæ varietas à Sole quoque est. Sole igitur  
rapidus cursus sistente, quod fuit, vel esse possit tempus? Quod tempus item his, qui sub  
altissimis cauernis degentes, vel ipsi, quos in Republica teterrimo in carcere, à die natali  
locat Plato, qui nunquam cælum vidissent, sed illic habitantes, & aliquid necessariò agē-  
tes, suâque actiones, sine motu Solis, quem nunquam suspexissent, fortè ad clepsydram,  
ad motum aquæ, ad motum pulueris, non Solis, metientes, quod inquam his tempus ef-  
fet, Solem Solisque vicissitudines, hominūque negotia ignorantibus, quique Natura  
postulante, modò dormirent, modò vigilarent? Horrida quidem & crudelis vita, à luce  
iucundissima segregata, sed quæ possit esse & cogitari. Vt igitur, qui à particulari vniuer-  
sale, aut à paucis multa colligeret, Vidi Germanum ferū, omnes ergo sunt feri: Vidi Gal-  
lum tumultuantem, omnes ergo tumultuant: Græcum leuem, omnes ergo leues: vitiosè  
colligeret: sic qui argumentaretur, Tempus cæleste, aut Sol non potuit sine tempore fie-  
ri, ergo sine cælesti tempore non potuit fieri. Non cernis vitium? Do tibi tempus cæle-  
ste, aut Solem temporis cælestis patrem, sine tempore, aut aliquo spatio, vel actione, fie-  
ri non potuisse: sed non protinus do, spatium illud, aut actionem fuisse cælestem, tem-  
pus. Atque apud me sunt plures species eius quod dicitur tempus. Est ipsa primum Æter-  
nitas, quam Philosophi insigniter omnes à tempore distinguunt. Est actio illius beatæ vi-  
tæ, quæ vivitur vltra tempus cæleste. Est item tempus, quod ex aquæ aut pulueris de-  
scensu colligitur. Nam si fuero in thalamo vndique clauso, ad quem nulla lucis aspi-  
ret scintilla, sed partiendum mihi sit negotium, vt modò hoc, modò illud agam, metiar mi-  
hi, & colligam tempus ex descensu pulueris, vel aquæ, in quo cum motu solis, nulla sit af-  
finitas. Sic, quemadmodum dixi, ad cogitandum facilimum est, quibus persuasum sit  
potentiam diuinam, vniuersalem esse, posse Solem, qui Deo volente, tribus, aut qua-  
tuor horis requieuit, mensem, vel annum, in medio cælo consistere. Quæso hic, quod  
tempus esset, Sole quiescente? Decurrisset tempus, non decurrisset Sol: stante cælo non  
stetisset tempus. Nam & interior digestio, suis spatiis conficeretur, & homines agere  
non desisterent, quamdiu viverent. Qui autem lapsura cuncta, si vel horam Sol consiste-  
ret, contendunt, pueriliter ipsi labuntur, obstinatæque est ad deificationem cæli volun-  
tas. Tempus igitur, aut non est solum cæleste, aut si solum cæleste meretur dici tempus,  
dico ipsum creatum non in tempore, sed actione diuina, aut subita, aut quoad rerū crea-  
tarum postulare naturam, in quibus necessariò sit aliud prius, aliud posterius. Hæc autem  
actio non solum nō cogitur fuisse, & potest facillè cogitari non fuisse in tempore, vt apud  
homines etiam actiones inueniantur, quæ sine isto cælesti tempore possint transigi. Fuit  
igitur ante cæleste tempus Æternitas, aut spatium aliud, etiam ipsorum Philosophorū testi-  
moniis. In hac Æternitate, vel dimensione, vel quiduis appelles, creatus est mundus. Ac  
quonia vetustissimi Theologi Moses, & Mercurius, quæ Platonici reuerenter adorant, &  
colunt, librosque suos Philosophia eius decorauerunt, docet Solem temporis genitorem,  
è purif-

A è purissima, liquidissimaque aquæ defecatione creatū, necessariò ante Solem fuit aqua,  
aqua sine terra esse non potuit. Igitur ante Solem, & tempus, fuit aqua cum terra. Certè  
igitur non in tempore. Nec erant igitur in tempore, nec creatæ sunt in tempore. Et hoc  
dicit Mercurius Trismegistus, pater & autor Platonice Theologiæ: Cuius si testimoniū  
non recipiunt, infirmatur eorum Philosophia. Egòque facilius assentiar & adhærebo  
principi, & fonti, quàm famulis, & riuiulis. Et hæc de prima ratione satis. Non minus  
ineptit, plenæque vitiorum est secunda, de Anima cæli. Duòque hic sunt responsa, vnum  
ex Natura, alterum ex Philosophia Platonis. Primum est, quòd aut anima illa cæli est Deus  
ille summus, aut alia quædam anima. Si Deus summus, quæ tandem dementia, eum dice-  
re animam cæli, cum Deus, omnium Philosophorū, vetustatis omnis autoritate, sit à cæ-  
lesti, & mundana compage absolutus, & maior omni mundo? Si non est Deus summus,  
redundat hæc anima in corpore cælesti: Satis est, & esse docuit in libro de Mundo Ari-  
stoteles, diuina quæ per omnem mundum diffusa sit potentia, mouens, & viuificans in-  
defatigabiliter omnia. Sed hæc ratio quoniam magis est ex Philosophia Platonis, audiât  
impudentes, & quæ luce clariora sunt, perfricta fronte negantes, Platonem apertè faren-  
tem creatam à summo Deo hanc animam. Quod Marcus Tullius interpretans, Deus, in-  
quit, ortu, & virtute, antiquiorem genuit animam, eumque vt dominum, atque imperan-  
tem obedienti præfecit corpori. Paulòque inferius, Animum igitur cum ille procreator  
mundi Deus, ex sua mente, & Diuinitate genuisset. Hæc Plato, à solis impudentibus, à  
B prudentibus nunquam neganda. Retorquebòque in eos: Plato claris, minimèque dubiis  
verbis creat mundanum corpus, ergo & animam. Sed vera responsio est, nullam cælo in-  
esse animam, & Platonem non clarè percepisse, quæ Trismegistus de hac anima docuif-  
set: quam dixit non cæli esse, sed vniuersalem animationem:

*Vnde, Hominum, pecudūque genus, vitæque volantum,  
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore portus.*

*Absurditas  
ex opinione  
de mundi æ-  
ternitate.*

*Deus, non est  
anima cæli.*

*Virgil. 6.  
Æneid.*

Quæ superius melius claruerunt. Sed veniamus ad tertiam rationem, Deum oportere  
sempiternorum esse, non temporarium opificem. Hæc quoque ex parum perspecta,  
animaduersaque rerum Natura. Fit autem sæpe quadam humanæ mentis imbecillitate,  
vt quos cupimus, & credimus honorare, his ipsis, quibus decus afferre putassemus, deho-  
nestemus, & contaminemus. Quotidianaque sunt exempla. Sic Proclus dum vult, & pu-  
tat pietatem, Deum sempiternum rerum corporearum opificem, detrahit totum decus  
ei Diuinitatis suæ. Decus est vt solus ipse sit æternus, sola ac peculiaris dos præcellen-  
tiæque Diuinitatis, vt sicut singularis est, solusque Deus, sic singulariter sit æternus, nul-  
læque res æquare possit eius Æternitatem, & Maiestatem. Nec indigeat ad maiestatem  
suam, eximium, & inæstimabile decus suæ Diuinitatis, creatione istarum rerum. Quanto  
igitur est Deo dignius, & dignius esse sapiens animaduertet, vt Deus creatione & peren-  
ni factione ad honorem suum non indigeat? Quasi non idem Deus futurus, non eadem  
Diuinitas, si creando superfederet. Quasi cogatur creare, ne maiestas eius sit diminuta.  
C Si crescit decus eius ex creatione corporearum rerum, cur non plures fecit mundos? aut  
si cuncta potuit vno complecti, cur non fecit, vt is esset latior, capaciòrque, & hominum  
numerus esset maior? Cur non plagam Solis iniquam fecit temperatiorem, homines vbi  
degerent? aut frigidam vtranque, aliquo calore temperauit, ne tanta terrarum vastitas  
cultore careret? Iam si sempiternus istius mundi Deus operator fuisset, quarum quæso  
rerum operator sempiternus? Videlicet blasphemorum, impiorum, qui & illum, & opera  
eius nunquam non execrarentur, maledictis incesserent. Cuius cum nos habeamus opti-  
mam solutionem ex abolitione istius mundi, quibus placet Æternitas, ea carètes, neces-  
sariò turbabuntur, ambagibus inextricabilibus irretiti. Ecce Proclo euenit, quod in pro-  
uerbio est, Deuitans ignem, incidit in fenum. Dum pietatem putat, Deum æternum re-  
rum corporearum declarare opificem, delapsus est in eam execrabilem impiamque sen-  
tentiam, quòd Maiestas diuina indigeat creatione rerum. Quasi si mundum aboleret, nō  
possit Diuinitas eius consistere. Quasi cogendus sit, etiam si plenus sit habitatorum im-  
piorum mundus, eos non delere, ne careat maiestate sua. Cur enim non vidit, nec con-  
siderauit, maiorem hominum partem impiam esse, ex quorum vita nec decus nec volu-  
ptas Deo possit accedere? Quòd si dicas propter bonos eum mundum fecisse, & his solis  
eum à quibus honoretur delectari, vtinam verò dicas: necessariò enim te deducam, vt nō  
sit æternus is mundus in posterum. ideo neque in præteritum, vt dentur bonis opulen-

*Cæritas ea est  
humana, vt  
quod putat  
honore affice-  
re, contaminet.*

*Deus, singu-  
lariter æter-  
nus, non indi-  
guit creatio-  
ne rerum.  
Deus nō creat  
perenniter.*

*Proclus in  
deō creationē  
æternam &  
perpetuam  
dum statuit,  
deum neces-  
sariò & im-  
potentia alligauit.*

tiora bona. Quibus in hoc mundo nihil quàm malis sit melius, saepe etiam deterius. Sicq; D propter eos is mundus in sempiternum durasse non debuit, cuius bonis neque fruantur, nec si fruerentur syncera, ac sine temperatione multorum dolorum content, nec syncera, nec diuturna, sed omnium eversio breuissimè futura. Quare cum nihil ad dignitatem, decusque diuinæ substantiæ faciat iste mundus, cuius inuentio, cunctorum consensu non propter Deum, sed homines, & Deos fuisse dicitur, utique nec minuitur bonitas non fecisse, nec decus crevit fecisse. Quis est enim, qui non videat singularem Dei bonitatem, à rebus in infinitum disiunctam? Illud item non vidit Proclus, quod vidisset, nisi pertinax Aeternitatis obstinatàque persuasio, à vero perspicendo eum retorsisset, longè decus Dei in eo præcellere, si solus sit æternus, quàm si corruptibilium rerum Aeternitate sociatus? Adde quòd ideo non modò decus maiestatisque ei ex eo non accrescit, sed vehementer decrevit, quòd cum Aeternitate mundi sequitur cultus sui, pietatisque eversio, interitus omnium virtutum. Ecce autem tota ratio in eum relabitur, quòd non solum ex Aeternitate decus augetur Deo, sed ex hoc ipso penitus minuitur, cum ex Aeternitate, Philone Iudæo cum ratione teste, nascatur persuasio contra providentiam, contra immortalitatem animorum, contra futuræ beatitudinis suppliciorumque expectationem, contra religionem, cuius fundamentum est Creatio mundi. Quibus eversis, quòd fit ab Aeternitate mundi, sit pietatis eversio, tollitur, eiicitur, fugatur ex hominum genere Deus, non est eius iste mundus. Quocirca cum sit gloria Dei maior, si pios remuneretur præmiis æternis, impios æternis deputet suppliciis, si princeps humani generis, & autor, & E fons credatur, credendo colatur, quàm ut fecerit res corruptibiles mortalesque, sempiternas, sempiternaque ista, ac perpetua labentium rerum nece sit delectatus, certè nihil conficit, sed inficit, sicut superiores. hæc ratio Procli: & ex qua putabat gloriam opifex Dei prouehere, ea demum quicquid dedecoris esset, ei conciliauit. Ex his claret quartæ rationis præstigiū, Si semper opifex, semper opificium. Ratio prorū à dialecticis arte aliena. Arguat igitur Proclus, si tam pulchra ratiocinatione delectatur. Semper est ædificator, semper ergo ædificat. Semper belligerator, semper ergo belligeratur. Quamdiu quis est medicus, aut Philosophus, semper aut medetur, aut philosophatur. Sic Deus opifex semper fuit, semper igitur operatus est. Si stat hæc argumentandi ratio, dicam de te, & quid in te sequatur, vide. Quamdiu Proclus potuit scribere, ac dictare, semper scripsit ac dictauit. Itaque nunquam hoc officium intermisit, nec dormiuit, nec comedit, nec aliis actionibus functus est. Quòd si absurdum est, & aliud agendum est melius, magisq; naturæ suæ necessarium, quàm dictare ac scribere cum opus fuit, & tamen cum voluit & debuit, scripsit, & dictauit, cur item Deum, cuius natura longè quàm corporearum rerum perenni factione, melioribus bonis, sua Diuinitate contenta, ipsa suis pollens opibus, semperque beata, & opis nil indiga nostri, fruiatur, non putet ut est, sic fuisse semper hac ratione beatam, habentem alia meliora bona (quod omnes Philosophi confessi sunt) quæ debuit in omni Aeternitate retinuisse, hincque instituisse? Ut quemadmodum nunc isto mundo nihil indiget, sic in omni Aeternitate nihil indiguerit. Ut ergo superius vitiosè colligebat, argumentabaturque à particulari ad vniuersale, eodem hic vitio, arguit ab eo quòd est in potentia, ad id quòd in actu: ab eo quòd cum fieri posset, omnino factum sit. Ut quamdiu potuit Deus operari, tamdiu operatus sit. Et absurditatem domesticam, non transfert ad diuinam illam. Nec cognouit, præter hanc mundi molitionem, longè inæstimabiliora bona possidere Deum, quibus potuerit in omni æternitate frui. Quo quidem fit, ut prorū aduersa colligantur his, quæ colligere decreuisset, dum commentitia tantopere eum iuuat Aeternitas, eamque Deo magis congruere, hancque fuisse perennem dignitatem eius putat, detraxit ei maximam Diuinitatis partem, eripiens tum maiora bona, quàm corruptibilium molitionem, tum omnipotentiam creandi è nihilo, tam separatam, incommunicabilemque Aeternitatem Diuinitatis suæ. Quòd quoniam fieri non potest, merito falsas, non veras argumentationes accersit. Nam & prorū contra est quàm veritas postulet, quòd mox subdit, ex hac creatione, sequi in Deo mutationem. Eadem atque superius argumenti ineptia. Scilicet & hic præstigiòsè, & per æquiuoca, & à particulari, vniuersale colligitur. Ut si quis ratiocinetur, Mutatio à sanitate ad ægritudinem, est mala, omnis ergo mutatio est mala, etiam si nunc sedens, paulò post proficiscar: Si sedatus, merito irascar. Ut liceat arguere, Nunc cum placidus esses, post flagitium conspiciatus, iratus es: omnis autem mutatio est mala: mutatus igitur

*Singularis dei bonitas à rebus in infinitum disiuncta.*

*Aeternitate mundi sequitur omnium virtutum eversio.*

*Si semper opifex, semper fuit artificium, capiosum & falsum argumentum.*

*Deus, se contentus, nihil indiget mundo.*

*Ex creatione, minime sequitur in Deo mutatio.*

Atus igitur es, mutatus peccasti, aut imbecillitatem indicasti. Ne igitur hæc imbecillitas, & mutatio sequatur, his autoribus oportet aut semper sedere, aut semper proficisci: semper aut comedere, aut non comedere: semper aut irasci, aut non irasci: manendumque semper in eadem conditione, ne si qua fiat mutatio, nostra declaretur debilitatio. Nec vident, nec norunt, alias malas, & accuandas mutationes, alias bonas, & necessarias, quæ non aliud quàm ipsa vita sunt. Nec aliud est viuere, quàm modò sedere, modò stare, modò inambulare, modò dormire, modò vigilare. Non aliud iustitia, quàm modò irasci, modò nihil irasci. Hic mitem esse, illic seuerum: alios præmiis afficere, alios supplicio: erga hos clementi animo esse, aduersus illos aspero. Hæc ratio providentiæ postulat, ea vis & natura eius, ut modò flagelles, modò placatus, sedatusq; ferens frontem, modò laxes vbertatem, modò cohibeas. Omnis hæc, optima, iustissimaque, & naturalis mutatio, si nobis est necessaria, eaque est natura, ea vita nostra, cur detestemur in Deo, præcipue quòd ad res humanas attinet? Nam sicut Deus his mutationibus non indiget, sic indigent res humanæ. Tantumque abest, ut sint mala, & vituperabiles, ut sint necessaria, ea sit vita nostra, Id demum viuere. Quoniamque in Deo providentiæ est, & esse probatissimi quique Philosophorum asseruere, providentiæ mutationibus, & varietatibus constat, certè in Deo sunt varietates, & mutationes. Ut autem Stoicos irrisere omnes, quos vnum exemplum deprauauit, quòd irasci aliquando malum sit, concluderuntque semper malum esse irasci, absurdiusque prouecti, omnem in animo commotionem etiam misericordem, & bonam, decreuere malam: sic irridere Philosophos hos necesse est, quibus vna mala, imbecillisque mutatio persuasit omnem mutationem malam. Dederuntque nobis quasi quendam Stoicum Deum, immutabilem, inexorabilem, qui nec possit irasci, nec ad misericordiam commoueri. Cui si fuit turpe à necessaria Aeternitate Diuinitatis suæ, ad creationem mutatio: eadem esset etiam turpitudine, cum quotidie, ut sacræ docent litteræ, mutat regna, & peccora Regum, modò viuificat, attollit, modò deprimit: Et ad vindictam sui tarde procedens, demum supplicium, quòd distulisset, magnitudine compensat. Id, si Stoicos audieris, in Deo nequaquam est, sicut nec in homine sapiente. Sapientem enim non irasci, nunquam gratia moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum, & leuem: viri non esse neque exorari, neque placari. Sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, sententiam mutare nunquam. Perunt aliquid homines, caue quicquam momenti habeat gratia. Supplices aliqui veniunt miseri & calamitosi, sceleratus & nepharius, si quicquam misericordia adductus feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit, nefarium est facinus ignoscere. Hæc & id genus, quæ grauis orator, Stoicorum verius deliria, quàm decreta recenset, à Stoicis nostris, ut Proclo, quæ propter vicinitatem, & experientiam in hominibus indecora, stultaq; habentur, in Deo nostris ab oculis remoto impune statuuntur, arguètes maiestati eius nos detrahere, si faciamus eum irascentem, poenitentem, ignoscentem: dicens has esse mutationes, omnem autem mutationem malam. Nec videt eadem ineptia ac leuitate, hanc mutationum varietatem nos à Deo summuere, qua submouetur à sapiente, quæ solum Dei similem in terris censuit Plato. Ut igitur contemnimus, irridemus, humanæ vitæ noxios & inutiles iudicamus Stoicos, quorum est error exhibitatus, explosusq; vndique, sic contemnendus Proclus qui omnem hanc iniuriam Deo faciat, ut nec eum poenitere, nec ignoscere, nec exorabile esse, nec gratia duci contendat. Hoc autè facit, dum putat eum, cum mudū bonitate, ut ait Plato, gratia, benignitate ductus, creare decreuisset, quasi imbecilliter mutatus. qui cum esset in Aeternitate necessaria, solaq; possibili Diuinitati suæ, sic dedit se ad creandum, sicut contulit alicui gratiā, beneficium, quibus ille quondā care ret: aut quemadmodū ignouit, exoratusq; est delinquenti. Valeat igitur speciosa diuinæ stabilitatis prædicatio: si in homine sapiente turpis, noxia, indecoraq; multo magis indigna Deo. Latetq; sub specioso nomine immutabilitatis, ut saepe fit, impostura mirifica. Meritoq; ea & dedecus diuinæ maiestatis, & humanarū rerū continetur eversio. Quas si Deus inexorabilis, & immutabilis, si nūquā gratia aut misericordia ductus negligeret, in pessum ire, ceuq; nauē sine nauclero iactari cerneret. Hæc omnia darētur nobis ex illa mirabili, diuināq; Aeternitate mudī, Aeternitate Solis, Lunæ, nō mea, aut tua, quorū etiā in Aeternitate est miseranda corruptio. Quòd igitur arguis, Deū mutari ab Aeternitate ad Creationē, idq; indecorū esse, duplex resposio, Nec omnem mutationē esse malam, imò

*Multiplex mutatio est.*

*Res humanæ mutabiles, Deus minime.*

*Non omnis mutatio mala.*

*Pal. Max. lib. 1.*

*Sapientis Stoicorum.*

*Cicero pro Muræna.*

*Procli absurditates.*

necessariam, ac naturalem, Nec hanc propriè dicendam mutationem. Non enim si optimum est, maximèque naturale, Deum duntaxat æternum esse, creavit autem postea, protinus mala & vituperosa hæc mutatio fuit. Fuit necessaria, & naturalis. Vt fieri non potest, quin Deus sit æternus solus: sic fieri non potest, vt mundus sit æternus. Nec debes, dum tollis quod tibi videtur absurdum, aliud absurdius inducere. Videtur absurdum, Deum ab Aeternitate ad Creationem quasi mutatum transisse, at absurdius est, vnum eum æternum non esse, creatorem & creata paræ Aeternitatis esse. Iam, vt dixi, hæc idcirco nec est, nec appellari debet mutatio, quoniam omnis mutatio fit in tempore: ante mundum creatum non fuit tempus: non potuit ergo fieri, nondum creato tempore, mutatio. Dico scilicet, nullum, quale nostris debilibus animis cogitamus, spatium ante mundum fuisse, in quo cum diuinum consilium antea fuisset immutabile, postea in Creatione mutatum fuerit. Somnia sunt nostra: sicut putamus extra cælum necessariò aliquid esse, extremamque spheram in loco non esse non possumus cogitare. Sic spatium in Aeternitate opinamur ex errore, & vitio, quo solas res humanas opinamur. Quin nec ipsam probè nouimus Aeternitatem. Cum ergo omne spatium cum corporibus, & mundo, temporèque intelligatur: mutatio autem exigat aliquod temporis spatium, vt locus sit inter duo consilia, certè non fuit ante mundum, aut esse potuit mutatio, à cuius creatione ad antecedentem, qualis qualis fuerit, conditionem, nihil interfuit, quia nihil fuit, quod spatium, quod relatio est duorum terminorum, posset recipere. Indiuisibilem enim, sempèrque præsentem Aeternitatem cuncti fatentur. Spatium autem, si temporis est, necessariò est inter præteritum, ac præsens, siue futurum: si loci, inter duos terminos. Submoto loco & tempore, designa tu quid sit, digitòque ostende. Vt autem spiritus per corpora penetrant, vt intellectio non indiget luce, vt non potest à corporibus mens capi, nec indiget lumine ad intelligendum corporeo: sic diuersum quiddam est illud, quod mundum antecessit, ab omni spatio, quod animis nostris confingitur. Sic quidam Platonici diuinæ maiestatis ab omni re, quæ cogitari possit, discrimen ostendentes, appellant eam Non ens. & apud Dionysium est negatoria Theologia, quòd Deus sit non Deus, non substantia, Theologia in hoc spatio declarando necessaria: Vt appelletur non spatium, non mutatio. Ex hisque apparet ineptia eius quod infertur, Deum fuisse otiosum. Quasi Deo non sit beatorum longè, meliòrque actio, suæ Diuinitatis contemplatio, gaudiùmque ex se ipso, quàm creatio istius mundi. Qui potuit igitur otiosus esse, qui beatitudine sua, nihil isto mundo indigens, fruebatur? Itaque miserabilis eorum error inclarescit, ad eò mundum hunc deificantium, vt sine eo Deum nec esse, nec viuere potuisse, sibi persuasisse videantur. Sic & mundum, Deum appellarunt, ac declararunt æternum, nihil melius habente Deo, quàm eius perpetuam conseruationem, qui perpetuò in voluendis orbibus cælestibus, in creandis bobus, asinis, equis, vermibus, sit defixus, qua nullam habeat maiorem voluptatem, eaq; nunquam carere potuerit. Quid quòd omnes litteræ, omnis Philosophia nouit, prædicauit, hac corporea vita, aliam meliorem, ostendentes vitam istius mundi, non eam esse? qua nihil melius dari possit? Immensa igitur est beatitudo diuina, immensa gloria, à factioe istius mundi longè disiunctissima. Ea Deus fruebatur, id agebat ante mundum. Est enim, vt ait Aristoteles, felicitas, actio, non ocium. Hæc actio, hæc vita Dei perennis: ipsa suis pollens opibus, sempèrque beata, & opis nihil indiga nostræ: vt me pudeat, Epicureum, melius quàm Platonium hæc vidisse. Etenim, Sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus. Peccat igitur argumentatio Procli, eodem quo superiores vitio, ab æquiocis, vel à particulari ad vniuersale: Qui vacat à creatione mundi, ociatur vsque quaque. Et quasi in hunc modum: Omnis actio diuina, est mundi factio. Hac ergo intermissa, Deus ociatur. Et quasi sic: Qui non scribit, nihil superest, quod agat: ociatur igitur. Sic absurdum est, quod infert: Aut nesciebat creare mundum, melius fore: aut sciebat. Dico eum sciuisse. Sed videris tibi fingere tempus, & spatium à creatione ad infinitatem. Sciebat, nonne tempus præteritum est imperfectum? Fingis igitur tempus interiectum à factioe mundi, ad nescio quem alium terminum: Et quasi sic cogitas, vt si homo qui sub tempore, ac motu cælesti est, cuiusue actiones, vitæ humanæ spatio decurrunt, prius aliquid non agens, agere inde coeperit: Id verò si in Deo cogitas, scito te falli, miscere sacra profanis, humana transferre ad diuina, rerum corporearum similitudine te ludificari. Scis tamen Platonem dixisse, in Deo non esse, erat, vel fuit, erit: sed has esse nostras-

Ex absurdo absurdum.

Spatium omne quomodo intelligamus.

Deus, minime otiosus.

Alia vita melior est quàm hæc corporea sit.

Felicitas in actio.

Rerum corporearum similitudine ludificatus Proclus.

Anostrarum rerum mensuras: semper autem in Deo præsentem esse Aeternitatem. Est & ea vera responsio, Si naturalis fuit, vt exposuimus, necessariàque Dei solius Aeternitas, qui solus mereatur, debeatque esse sempiternus, necessariòque mundus non fuit æternus, necessariò quoque Deus in æternum antecessit, mundus in aliquo Aeternitatis puncto creatus est. Vanàque profus, & inepta quæstio, aut illatio, An creare mundum nesciebat melius, aut sciebat. Et infers ex postremo absurdo alteram partem, velut necessariam. Dico neutrum in Deo fuisse, nec sciebat, nec nesciebat. Quod hoc sensu volo intelligi, non habere, vel habuisse locum illic, Sciuit, vel Nesciuit: Aeternitatem naturæ diuinæ, necessariam durationem, & antecedentiam habuisse ad creationem mundi: Et necessariò mundum tanquam vmbra aut ludum, præ maiestate diuina, subsecutum esse. Quod erat maximum, ac infinitum, diuina claritas, naturaliter ac necessariò in æternum durauit, & res infinita, & immensa, immensam vixit ætatem, quod infinitum, & minimum præ ea, necessariò & naturaliter non fuit æternum. Si quis enim cogitet quid interfuit inter hunc mundum, atque creatorem eius, profectò videbit infinitam distantiam, vt non sit mirum, mundum coepisse, illum vnum sempiternum esse, & esse potuisse. Quare nec sciebat, nec nesciebat: sed gloria, & claritate Diuinitatis suæ, omni mundo inæstimabiliter maiore, naturaliter ac necessariò mundum æternaliter antecedens, fruebatur. Nec si Deus sciuisset, melius esse creare mundum, mundus æternus esse potuisset: sed quidquid Deus super eo cogitasset, ipse Deus semper æternus, mundus semper aliquando genitus fuisset. Quemcunque capias Aeternitatis locum, in quo mundi ponas creationem, semper eadem ratio, eadem cogitatio. Est tanquam orbis, cui non est principium, Aeternitas: vbicunque punctum defixeris, eadem ratio: quia neque principium, neque finis, neque prius, neque posterius in eo. Vbicunque punctum in orbe defixeris, prius, aut posterius dicere non poteris: Tantumdemque erit, si alibi defixeris. Est quoque in promptu, & ex superioribus facilis, naturalisque responsio, cum ait Deum, si mundus sit cum principio, non fecisse melius, sed secutum esse deterius. Non cernis errorem. Mundus non ex deteriore conditione, sed naturali, necessariàque, creatus est. Omne autem naturale bonum est: optimumque est cuique, vt ait Aristoteles, quod ei è natura est. Sicut naturalis est Aeternitas Deo, sic non Aeternitas mundo. Transferre mutarèque Naturæ limites, sceleratum est, quantumuis speciosum. Qui regiam ad se, qua iure careat, rapit auctoritatem, capitali sententia damnatur. Qui vult aduersantia Naturæ, ineptus est: Sic cum naturaliter solus Deus sit æternus, mundus naturaliter non æternus, qui putat generationem eius, Natura deteriore, quia non vult Naturam suis in sedibus esse, ineptus est. Eamus igitur, & homines deificemus, ignem, terram, aquam vti Deos veneremur, cupiamus aureos montes, flumina decurrere Nectare, & Ambrosia, quòd his carere miserum sit. Et quia Deus hæc ad hunc modum fecerit accusetur, quasi inferiora secutus. Speciosa igitur, sed non naturalis Aeternitas mundi. Et quia non naturalis, deterior, specie modò formosior, C in recessu turpior. Dictum quoque, responsumque est, molitionem mundi non esse præcipuam, hærentemque inseparabiliter diuinitati operationem, vt ea carens Deus, caruerit maiestate sua, qui longè maioribus bonis perfruatur. Nec peccatum est, negare eum semper mundum fecisse, scelus potius & maiestatis eius dehonestatio, non vnū eum declarare sempiternum, non existimare Diuinitatem eius à mundo disiunctam, sine mundo eum beatum esse non posse, magnitudine sua contentum, semper perennitèrque lætum, id demum scelus turpissimum. Sic non est imperfectio, quod non actu, sed potentia esset in omni Aeternitate. Dico in Aeternitate nullum spatium, in quo potentia ociaretur, fuisse: metienda diuina cogitationibus rerum humanarum dico non esse. Nego potentiam illam, quia necessariò Deus æternus, mundus non æternus fuit. Ad hæc, alia posedit meliora in actu, gloriam, decus, voluptatèrque æternam suam, quàm generationem istius mundi in potentia. Deciperis item humana cogitatione. In Aeternitate non est prius, & posterius. Orbis si quis stet ante oculos (vt ab exemplo pulchro ne discedam) & in eo quid designas, hic nec spatium distantiamq; complecti possis, quia nō est principium, nec dicere appropinquare, vel abesse quod designasti, propius esse, vel remotius: Sic quocunque in Aeternitatis loco, quæ vclut orbis est sine principio & fine, creatione statueris, non potes prius aut posterius, propinquius aut remotius dicere, nec potètiā, quæ spatio actione antecedente nititur, fingere. Sic in Deo non est prius & posterius. De

Dei æternitatis, mundi creatio.

Aeternitas, comparata orbi cui nō est principium.

Naturaliter, Deus æternus, mundus verò creatus.

Speciosa quidem, sed non naturalis mundi æternitas.

Diuina non sunt metienda humanis cogitationibus.

Creatio mundi à Deo quæ quomodo.

Cur non plures mundi, sed vnus vnus.

mutacione quoque dictum est. Non enim Deus in sua Diuinitate, Aeternitateque est mutatus, sed creare voluit mundum aeternus ipse naturaliter, non aeternum ipsum naturaliter. Si fuit mutatio, fuit in mundo, non in Deo, quem necesse fuit esse sempiternum. Eadem est solutio, quod non peccatur in potestatem prolificam, ac bonam voluntatem. Nam potius voluntas tunc verè cognita est, cum creauit, potens desistere, haud equè cognoscenda, mundo sempiterno. Putatumque fuisset naturale mundo Aeternitatem esse, non à Deo. Prolificam verò virtutem in infinitum non ire, sed iustis finibus includi debere: meliusque esse, rem etiam bonam habere principium, & iustum terminum, satis superque superius claruit. Hac ratione Deus non fecit plures mundos, non plures Soles, non lunas, non terras decies maiores, maiorisque multitudinis capaciores. Sic non infinitate Deus aut natura delectatur, sed modicis, moderatis, paucis & bonis. Claruit etiam quàm maiora, pluraque bona ex creatione mundi prouenerint, quàm aeternitate: ut merito mundum potius creare Deus debuerit quàm (si detur id eum potuisse) dimittere sempiternum. Mihi tamen inuictus Natura ordo videtur, ut Deus aeternus, mundus non aeternus sit. His resolutis, superest ut pro Platone, quem eadem vanitate nititur in suos errores protrahere, praestigijs certè rationibus, ut non minus hic quoque mira sit hominis leuitas, quàm his rationibus, quæ de Natura ducuntur, depugnemus. Ac cum Aristoteles, quem ferunt viginti duos annos Platonem præceptorem audisse, ut eum sensa præceptoris calluisse, sit verisimile, apertè fateatur, Platonem mundum & tempus creasse, idque affirmet etiam Plutarchus, & Philo, ostendentes insuper opinionis Platonice principium, quod securus sit Hesiodum, cui Chaos primum, exinde tellus existit: non defuere tamen, qui veteris Theologiae ordinem peruertentes, delectati elementorum huius mundi Diuinitate, Solis, & Lunæ, stellarum, icepta, celebrataque Deificatione, nullum aliud hominibus bonum quam quæ videntur in hoc mundo, relinquerent, aut esse vellent, idque ob gloriam luminum caelestium, quorum semper admirantur oculis obtusis claritatem. Quæ dum fuisse semper qualia sunt, contenti, hominis interea beatitudinem, & longè quàm eorum luminum, maiorem claritatem labefactare se non viderunt. Nec viderunt nihil homine melius in hoc mundo, vel illis ipsis sideribus esse, quæ facta in ministerium, adiuumentumque cunctis gentibus, non testimonium modò diuinæ sapientiae, sed etiam quotidianus vsus ostendit. Hunc vitæ corruptibilis ordinem, qui pendet omnino à cælo, nõ debere sempiternum esse, quod imperfectus sit, in quo plus malorum insit quàm bonorum, Deo autem, ac Naturæ placere meliora, etiam ipsi sunt confessi. Quo fiat, ut quæ nostra religio prodidit, Philosophiæ sint magis consentanea, quæ, commutata præsentis vanitate in statum longè diuiniorem, promittat inæstimabilem cunctis, qui rectè vixerint, felicitatem. Quo quidem ordine respondeant ipsi, an quicquam melius, rationabiliusque esse possit. Plato igitur, cuius ferme fluxit omnis ex fontibus Mercurij Theologia, qui prisca Philosophiæ studiosissimus fuit, Pythagoræ, Philolai dogmatum apprime gnarus, Socratis auditor assiduus, non ut inepti ipsi, sempiternam mundi factionem, sed iuxta priscos omnes, temporariam, paucis abhinc annis coeptam est confessus. Cuius rei prudentibus erit perspicua ratio, si sæculorum quasi vestigia sequentes, ad primos vsque fontes, vnde Platonis fluxit sententia, peruenierint. Neque enim Plato ex sua quasi diuinitate, mundum creatum sensit & scripsit, sed tum publica fuit celeberrimæque omnium gentium confessio: tum præcipuè sapientes earum nationum, ad quas discendi causa, adiere Græci, ea prodiderant. Adeoque clarè Trismegistus de creatione scripsit, ut quod à nonnullis Græcis est obseruatum, etiam simplices Mosis dictiones Hebraicas Græcè scriptas, cuius linguæ, quippe quæ materna esset, non fuit ignarus, vsurpauit. Hunc præcipuè Platò secutus est, ut paulò post ostendam: interim singulam quamque rationem seorsum perpendamus. Quæsiuit inquit Plato ad cuius imaginem factus esset mundus, an ad id quod nullum vnquam habuerit principium, aut quod sit genitum. Quæ questione vult Platonem innuisse, siue ad aeternam rem, siue creatam factus sit mundus, necessariò ante mundum aliquid fuisse, ad cuius similitudinem mundus fieret. Hanc rationem praestigiosam, cauillosamque planè esse, declarabunt similia exempla. Neque enim cum primum quærentes qua de re, duas partes proponimus, protinus harum, aut vtranque, aut alterutram veram esse volumus, sed sæpe ex duabus propositis rebus, quas per disinctionem quærimus, altera possibilis, & vera est, altera nec vera, nec possibilis. Quæro an Deu,

Aan Deus sit, an non sit. Alterum verum, & necessarium: alterum falsum, & impossibile. An plures mundi, an vnus. An Deus naturam sibi associare possit humanam, necne. In hunc modum quærentes, non protinus quærimus, quasi fieri possit vtrunque seorsum: sed alterum possibile sæpe est, alterum falsum, & impossibile. Sic quærens Platò an mundus ad imaginem rei aeternæ an creatæ esset factus, proposuit alterum quod esset, alterum quod nec esset, nec fieri posset. Quomodo enim potuit esse quid genitum ante mundum, ad cuius similitudinem fieret mundus, si res omnis genita est ipse mundus? Perinde igitur quæsiuit an ad rei factæ similitudinem mundus conditus esset, ac si quæras, an Deus esse non possit. Quæris scilicet impossibile, ut inducas possibile, & verum. Plato quæsiuit, vllane res ante mundum esset genita corporea, ad quam factus sit mundus. Proposuit quod nulla ratione fieri possit, tanquam partem inanem, & impossibilem, ut induceret veram & possibilem. Sic quærens possum, an cæcus videat, necne: furdus audiat, necne: mundus aboleri possit in nihilum, necne. Possunt igitur in quaestionibus partes impossibiles versari. Hoc Proclus non vidit, nec puduit eum ex tam friuolis argumentis, extorquere Platoni exordium mundi. Quin ipsa hæc argumentatio profus in eum reflectitur, quod Platò quærens ad cuius similitudinem factus sit mundus, inducensque ad similitudinem sempiternam factum, profus quid senserit, expressit. Proteruis tantum, & quos nulla ratio ab irroboratione opinione flecteret, hæc non videntur. Secunda ratio diluta est, ostensaque, & patefacta subiecta fraus, aut in tempore tempus non esse creatum, aut creatum quidem, sed non eo tempore, quod generatur è cælo, diuerso spatio, vel aeternitate, vel quod vis appelles. Quod autem ait Platonem in Republica pronuntiasse, Omne ortum occidere. In Timæo verò mundum incorruptibilem, ut duabus rationibus inter se sociatis, Quod ortum est occidit, Quod occidit ortum est. Ergo ex aduerso, quod non occidit, deleturque, non habuit ortum. Plato autem in Timæo censet mundum non occidere, ergo nec habuisse principium. Facilis, & expedita responsio. Non enim vsqueque Plato mundum incorruptibilem pronunciat, imò verò suapte natura corruptibilem: sed cum videret quàm longè, lateque pateat diuina potestas, hanc censuit efficere posse, ut qui suapte natura mundus sit occiduius, ac corruptibilis, fiat incorruptibilis, diuina maiestate eum ab interitu seruante. Hoc Platò claris & apertis verbis expressit. Marcusque Tullius interpretans Latinè, sic pro Platone loquitur, Opificem mundi, Deos creatos, Dæmones, & sidera inducens asstantem: Quando igitur omnes, & qui mouentur, palamque ostenduntur, & qui eatenus nobis declarantur, quo ipsi volunt, creati sunt, tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatetur, Hæc vos, qui Deorum fatu orti estis, attendite: Quorum operum ego parens, effectorque sum, quæ per me facta, non sunt dissoluta omnino, quanquam omne ligatum solui potest. Sed haudquaquam boni, ratione vincitum velle dissoluere. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse, & indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissoluemini, nec vos vlla mortis facta periment, nec fraus valentior quàm consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, illa, quibus estis tum, cum gignebamini, colligati. Hæc Platò diuinitus, non procul à sancta, caelitumque reuelata Theologia, quæ tradit multa hominum corpora suapte natura, longo temporis spatio alimentis carentia, morti debita, fuisse diuino consilio, ab interitu defensa. Sic in deserto, quadraginta annis non sunt attritæ vestes & calcei. Hoc consilium, hanc potestatem dicit Platò vigere in cælo, cum debeat ortum, occidere, labefactari, obsolescere paulatim, seruari tamen ab omni fraude. Hæcque perspicua sunt, & manifesta. Hanc suam sententiam iterat in Politico, in Republica. In Politico vsus verbo euidentissimo, de cælo loquens: λαμβάνοντα ἀθανάσιαν ἑπιποιναστέω, καὶ τὰ τῶν δημιουργῶν: Accipere cælum immortalitatem fabricatam, extractam ab Opifice. In Republica verò, vocat cælum θεῶν γεννητόν, rem diuinam factam, genitam. Claræque sunt omnia, à Proclo in argumentando dissimulante præterita. Immortalitas cæli, si qua est, inquit Platò, non naturalis est. omnia enim quæ principium habuerunt, denique dissoluuntur. Hoc fatur Platò clara voce. Est vis, inquit, cunctis naturis imperitans, cui sunt omnia facilia, cælum reddens in senescibile. Quin ipse Aristoteles ea potissimè ratione pugnat contra Platonem, quod dixerit incorruptibilem rem, cui principium dedisset. Epicureus itè apud Ciceronem hæc de Platone loquitur, est irridentis. Sed illa palmaris quidè, quod qui nõ modò natum mundum introduxerit, sed etià manu penè factum, is eum dixerit fore sempiternum. Hunc cæses primis, ut dicitur,

Creatio mundi à Deo, quæ & quomodo.

Cur non plures mundi, sed vnus mundus.

Philosophi nullos alios præter astra, Deos putarunt.

Plato, confessus mundi creationem.

Trismegistum Mosem sequentem.

Disiunctarum propositionum partes omnes, nõ semper veræ.

E suppositione rei falsæ verum colligit Platò.

Plato facit corruptioni obnoxium mundum.

105.

Cælum fabricatum.

In quo pugnet aduersus Platonem Aristoteles.

labris gustasse Pluriflogiam, id est, Naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, puer æternum esse posse. Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis: aut quid est, cuius principium aliquod sit, nihil sit extremum? Hæc Epicureus, aut Marcus pro eo. Philo autem Iudæus inter Platonicos eximius, eadem in libro de Mundo perhibet. Eadem & Plutarchus, digni omnes, quibus maiorem quam iuuenibus recentioribusque hæc, fidem habeas. Conuenit igitur inter omnes, mundum à Platone creati, sed non dissolui. Potestne igitur tam perfrictam habuisse frontem Proclus, ut quæ tot testimoniis confirmarentur, denegaret? Quod autem ex Legibus arguit, Platonem dixisse infinitas artes natas, & abolitas, hoc item consideratione dignissimum, pugnandumque pro veritate, & Platone. Ostendam igitur ex aliis locis, lucèque clarius probabo, sermonem quo Platone fert artes infinitas temporibus extinctas ac renatas, non designare Aeternitatem, sed plurimum quendam temporum tractum. Accipiam igitur alia loca ex Timæo, ex Politico, quibus expressè fatetur mundum creatum, rursus hunc longum annorum cursum commemorat. In Timæo igitur, ut cognoscas quod in Legibus scripsit, artes infinitas aboleri, ac renasci, non tollere creationem mundi, cum scribat clarè, ut Aristoteles quoque, & Marcus, & Philo, alique plures fatentur de creatione mundi: principio autem tradit similia, atque in Legibus, vel eluionibus, aut conflagrationibus immanibus, hominum interitum euenire, profectò constat eum, qui diluuiis asserat homines sæpe aut conflagrationibus extinctos, non protinus putare mundum sempiternum. Nam Timæus pariter & creationem memorat, & huiusmodi diluuii, & exustiones. Eundem igitur arbitrandum esse sensum in Legibus. Conferamus verò loca. In tertio de Legibus hæc habentur: Arbitror, inquit Atheniensis, à temporum longitudine, & infinitate mutationibusque crebris natas & creuisse res publicas. An verò, inquit, ex quo ciuitates sunt, & homines Rempublicam tenuerunt, arbitraris te posse comprehendere quantum temporis abierit? Nequaquam inquit. Id ergo, Atheniensis ait, infinitum quoddam, & incomprehensibile sit. Omnino sic est, inquit ille. An igitur non innumerabiles inuicem sibi succedentes fuere Respublicæ hoc tanto temporis spatio, eademque ratione non pauciores extinctæ? Post pauca, An videntur vobis vera, quæ priscorum nobis sermo prodidit, diluuiis, & pestilentis, multisque aliis casibus sæpe homines interuisse, exiguamque partem remansisse? Hæc ibi, addens eos, qui ad mare habitassent, eluionibus facilius periisse, his qui montana tenerent, superstibus, velut quadam humani generis scintilla, referens scilicet quod ab Aegyptiis audierat, sed obscurè, seruaram in montibus Ararat arcam, qua vehebatur Noë. Hunc igitur Platonis sermonem, tametsi tempus infinitum, variisque generis humani clades referat, non designare tamen Aeternitatem, licet agnoscere ratione ex Timæo, & Politico. Refert autem in Timæo eadem prorsus, vbi Sacerdos Aegyptius sic cum Solone loquitur: Iuuenes estis animo vos Græci, in quo nihil habetis vetustum, nihil tempore diuturnum. Cuius causa est, quod sæpe genus humanum variis casibus perit & peribit, aut exustione, aut eluione, aliisque seorsum innumerabilibus malis. Tunc igitur qui montes, excellaque loca, & arida tenuissent, facilius sunt, quam qui ad mare, & flumina habitassent, concremati. Quo casu nobis Nilus adiumento fuit, eius beneficio hac calamitate liberatis. Rursus cum terram aquis Deus alluerit, montes incolentes, ut pastores, bubulci, seruati, vestrae autem vrbes, quæ mari adiacerent, fluminum impetu in mare portatae sunt. Hæc in Timæo Plato. Cum ergo in Timæo, & vicissitudinem diluuiorum incendiorumque memoret, rursus clarissimis verbis scribat de creatione mundi, Aristotele cum multis id contentente, profectò liquet ex eo in Legibus sermone, Platonem de Aeternitate mundi non cogitasse, sed potius de numero quodam diuturno sæculorum, quia diluuii, incendiaque audisset, & tempus à condito mundo ignoraret. Sciebat tamè, audieratque ex libris Mercurij, maiorumque suorum, mundum fuisse creatum. Hoc constat item ex his, quæ scribit eiusdem generis in Politico. Ibi primum testatur Deum creasse caelum, ac terram, Deosque minores gubernaculis præfecisse, per omnes mundi partes distributos. eodem tamen libro hæc scribit: Interitus igitur, & clades maximæ animalibus acciderunt, exiguaque hominum pars est seruata. Quibus & aliæ calamitates admirandæ, & inaudita extiterunt. Hæc ibi, & alia plura Plato, quæ mihi non est cura referre. Tantum constet, sermonem de cataclysmis, & incendiis, & cladibus hominumque & artium, non designare Platoni mundi Aeternitatem, sed potius diuturnitatem quandam, hominibus incognitam, quibus

*Infinities artes natas & abolitas, Platoni, quomodo intelligatur.*

*Incomprehensibile tempus antea, Platoni.*

*Multis variisque casibus res sæpe mutatae. Gen. 9.*

*Plato Alcibiade 1.*

*Plato statuit sæculorum diuturnitatem, non aeternitatem.*

A quibus ortus mundi non esset notus. Neque verò semper infinitum, teste Aristotele, designat, cui nullum sit principium, sed numerosum sæpe, & copiosum, humanaque mente, non natura, incomprehensibile. Nesciebat Plato, quod nobis Iesu Christi in terris aduentus attulit, per quem factum est, ut creatio mundi & tempus à creatione sit per totum orbem terrarum inuulgatum: nesciebat inquam quantum ad sua usque tempora, ab hominum fatu processisset. Idcirco multa sæcula suspicabatur, sed longè pauciora erant, quam suspicaretur, quamque eum Aegyptij docuissent, apud quos nouem annorum millia (sed annorum lunarium Plutarchus & alij tradunt) deprehendisset. Est igitur clara, & perspicua argumenti dilutio, ipso sibi Platone suppetias afferente. Quæ porro vis argumentationis, ingenique elegantia, si locus vnus duntaxat porrigat aliquam de Aeternitate mundi suspensionem, longè plures de creatione testantes, coniuenter prætermittere? Plenus est Plato sermonis de mundo condito. Quid poterit igitur vnus ille in Legibus locus? Sic claret quo sensu sit accipiendum, quod de cataclysmis, ac diluuiis, quibus semper hominum pars perierit, scripsit. Quod tam clarum est, ut nugax sit qui prolixius refellat. Dissoluet autem Proclus postea, si ex diluuiis, aut exustionibus Aeternitatem aucupatur, quæ mihi quoque ex his ipsis fortasse veriora occurrunt: Aut hæc incendia & diluuii fuisse vniuersalia, aut particularia, si primum, deletis omnibus, nemo nunc esset superstes. Si particularia, cur nullis litteris comprehensa sunt, plura annorum millia, sed totus orbis conuenit, paucis abhinc annis mundum cœpisse, ut si perierint scriptorum maxima pars, omnia perire, quæ sunt in omni Aeternitate scripta, non debuerint? Ad hæc, ratio Naturæ est, diluuii, totam aliquam obruentia prouinciam, existere non posse, vt possunt his aliquæ maritimæ vrbes, & castella, aut pars insulæ mergi. Non potest, verbi causa, tanta inundare vis aquarum, ut omnem obruat vel Italiam, vel Galliam, aut Germaniam, vel Hispaniam. Quicumque Naturæ vires, certasque rerum & incommutabiles vicissitudines elementorum & reciprocaiones ponderauerit, videbit id fieri natura non posse. Tantundem est in elementis, & rerum compage, calor, quantum humoris: huiusce quoque tantum, quantum illius. Eadem est calor, & aquæ proportio, altero ex altero nascente, ut inuicem sese delere, quoniam pernicies vnus interitus esset alterius, non possint. Ut sæpe squalores, ut aquæ rapidæ inundationes extiterint, tanta tamen fuerunt, quo ad Natura progredi potuissent. Nunquam tandiu pluit, ut sapientibus, causarumque peritis admirationem afferret. Nunquam eo usque squalluit, ut dici potuerit Naturæ limites squallorem transcendisse. Neque verò fuit vnquam talis, tantaque conflagratio (quoniam esse non potest) qualem apud Solonem iactabant Aegyptij, ut vrbes, & gentes fuerint concrematae. Quamquam de Palestinæ conflagratione, diuinitus facta, quod illi fortè nescierunt, famam audierant, non erat in vniuersum transferenda. Nec legitur vsquam tantam cælitus conflagrationem extitisse, ut integram prouinciam incenderit. Diluuii verò prouinciarum nulla legimus, quibus vna prouincia, genusque sit submersum. Nam diluuium Deucalionis, teste Plutarcho, fuit diluuium Noë, referente scilicet Deucalionem ex arca columbam, & coruum emississe. Diluuium autem Ogygis, vix particulam Græciæ alluit. Nostra quoque tempestate Hollandia in medio Rheno, quia mare Oceanum inuehitur, immanibus nimbis, quibus fluuuius excreuerat, penè obruta est: sed tametsi parte aliqua demersa, non oppressa tota. Quid quod ipsemet stat pro veritate Plato, dicens eisdem in locis, quos alluuiio pressisset, seruari homines in locis editioribus? Semper ergo, vbi fuit diluuium, aliqua pars hominum fuit superstes, penes quam artes, & litteræ, & monumenta remanere potuerunt. Quid quod hæc diluuii maritimis tantum vrbebus accidere Plato testatur? ut si detur vrbes Italiæ mari supero vel infero adiacentes mergi potuisse, montana tamen omnis mediterraneæque regiones calamitatem euaserint. His igitur claret, siue Platonis autoritatem, siue rationem sequaris, nec fuisse, neque vnquam esse potuisse diluuium, quod totam aliquam prouinciam oppresserit, ut totum genus, verbi causa, aut Italicum, aut Gallicum, aut Hispanum, aquis perierit, quod vbi que montes sunt, plusque est ferme quauis orbis terrarum regione montium, quam terræ campestris. Hoc autem omne efficit ut si non fuit vnquam, nec potuit esse diluuium, quo genus vllum, aut prouincia funditus rapta, mergeretur, homines maiore ex parte superstites, artes & disciplinas, litteras & libros, memoriisque retinere debuissent. Quid igitur est, quod hæc monumenta nusquam sunt? Nusquam inuenies memorias decem aut viginti annorum

*Infiniti, sæpe numerosum & incomprehensibile hominum significat.*

*Annorum infinita millia philosophi temere posuerunt.*

*Necessè est incendia & diluuii fuisse aut vniuersalia aut particularia.*

*Non fuerunt tanta conflagrationes ut iactabunt Aegyptij. Diluuium Deucalionis fuit diluuium Noë.*

*Omnes homines vel maximo diluuii fuerunt immersi vniuersi.*

*Si mundus  
fuisse ab æ-  
reuo, longè  
plura veterù  
scripta habere-  
remus.*

millium: Nam vt ait Lucretius (sæpe enim homines mali loquuntur bene)

*Præterea si nulla fuit mundi genitalis origo, 7.  
Terrarum & cæli, semperq; æterna fuere,  
Cur supra bellum Thebanum, & funera Troie,  
Non alius alij quoque res cecinerit Poëtæ?  
Quo rot facta virum toties cecidere, nec vsquam  
Æternus famæ monumentis inelyta florent?*

Nihil enim verisimile est in omni Æternitate, quod ipsi fatentur, nouum esse, impressu-  
ram, vel Grammaticam aut vllam denique disciplinam in omni Æternitate defuisse. Pu-  
tandum est, si mundus est æternus, litteras quoque, & scriptores, historicos, & Poëtâs  
innumerabiles semper extitisse: vt si scriptorum pars perierit, plura tamen cum homini-  
bus remanserint. Quoniam igitur diluuiâ aut conflagrationes, nec vniuersum genus ho-  
minum, nec aliquam prouinciâ extinguere potuerunt, sed si quid id genus calamita-  
tum accidit, vix exiguum prouinciâ particulam rapuit, & in omni Æternitate, si mun-  
dus est æternus, innumerabiles scriptores florere debuerunt, quorù aliqua monumenta,  
de sæculis æternis, rebus in æternum gestis memorarent, id autem nusquâ apparuit, certè  
ratio de cataclysmis, & exustionibus, non modò nulla est, sed potius confirmat mundum  
paucis abhinc annis exortù, perindeq; homines & disciplinas natas, paulatim adoleuisse,  
ad summumq; peruenisse, sicut homines sensim omnes terras repleuerunt. Quod autem  
de Insula Atlantide ab Ægyptiis Plato auditum scripsit, ingëtibus nimbis fuisse demer-  
sam, scitu dignissimù est, famè causa. Audierat illud Noë diluuium, vt ob humana flagitia  
non Natura, nec ad Naturæ leges, sed summi Dei cõsilio, non modò pluuiis, sed subterra-  
neis portentosis scatebris, omnes terras inundasset. Cumq; de loco ei non aded liqueret,  
gratificariq; Reipublicæ suæ vellet, cui genus ab ea gente deduceret, cætera quidem mi-  
rificè cum sacris litteris consensit, locum duntaxat mutauit, quemadmodum solitus est  
Homerus, ex Mesopotamia, aut Armenia, in insulam Atlantidem. Quod autem terribile  
illud diluuium, non naturaliter, sed Dei voluntate, delere sceleratos decernentis, Plato  
accidisse voluerit, & quod adamussim repræsentet tempestatem Noë, apparet ex his,  
quæ scribit in eo, qui inscribitur Critias. Vt enim ante diluuium, sanctum genus creatù  
à Deo in terra, moribus paulatim iniquis deprauari cœpit, donec summus Deus de abo-  
litione decerneret: & vidisse dicitur, omnem terram scelere repletam: sic refert id genus  
quædam Plato in Critia, Donec progenies illa diuina Atlantica, his in locis à Deo collo-  
cata, legibus instituta suis, sanctam affinitatem retinuisset, iuri, & Deo, cui similis esset,  
beneuolè, & piè paruisset, in multa sæcula durasse, fuisseque prudentia, & mansuetudine  
insignem, contemnentes aurum, omniâque inferiora virtute ducentes, nullis immode-  
ratis voluptatibus à vero vnquam aberrasse. At vbi satus ille diuinus, similitudòque eos  
sensim defecisset, humanique mores præualuissent, tum verò nihil non turpitudinis  
apud eos viguisse, in iustitiâ, violentiam. Itaque Deum Deorum Iouem genus diuini-  
tus natum, tam misere affectum conspicatum, pœnas eis importare, vt meliores redde-  
rentur, statuisse, deisque omnibus in pulcherrimo cæli loco, qua media cæli regio est,  
vnde despicit omnia, congregatis, in hunc modum verba fecisse. Omnis igitur hæc hi-  
storia, quam obscure audierat Plato, & quasi poëtico more locum transtulerat, videtur  
referre genus, moresq; eorum, qui ante diluuium floruerunt. Sed sit quidquid liber, mihi  
fatis est ostendere, nihil ibi naturaliter, sed diuina potentia factum docuisse Platonem.

*Platonicos priscos, non quemadmodum affirmat Proclus, mundum æternum di-  
xisse, sed factum. Diluuntur rationes Plutarchi sub aliorum persona. Deum  
creantem mundum, humanisq; rebus consulentem non laborasse, Deum  
creasse hunc mundum non causa voluptatis suæ, sed propter homines, quod  
Stoici etiam fatentur. Vexationes bonorum, improborum secundas res non  
prohibere, quo minus mundus sit creatus.*

CAPVT VI.

SUPEREST

*Atlantis in-  
sula demersa  
nimbis inge-  
ribus, Plato-  
ni, quod in-  
telligendù de  
diluuiio quod  
fuit Noëi tẽ-  
pore.*

*Ante dilu-  
uium sancti  
homines.*

D

A



**SUPEREST** magnorum Platoniorum autoritas, quam opposuit ve-  
lut aliquid ponderis habentem in asserenda Æternitate mundi Pro-  
clus. In quo sic mendacem eum ostendam, sicut in his rationibus, quæ  
vel ex Platone, vel Natura deducebantur. Ostendam, inquam, Ploti-  
num apertè creationem temporis & mundi prædicantem, Porphy-  
rium autem, & Iamblichum, Simplicitatem item oblitos erroris sui, si  
vera dicit Proclus, non semper in ea sententia permanisse. Quæ quo-  
niam in vltimum locum differuntur, nunc rationes allatas à Plutarcho super Æternita-  
te mundi, non suam, sed aliorum sententiam recensente, in medium afferam: tum ea  
quæ idem obiecit his, qui trahunt Platonem in Æternitatem mundi, proponam: quæ &  
ipsæ, sicut Aristotelis illæ, cum maximè pugnent aduersus eos, qui mundum antecessisse  
Chaos, & confusionem contendunt, non omnino nobis aduersantur. Communiter,  
inquit, vterque peccat, Anaxagoras scilicet & Plato, quod Deum faciunt rerum huma-  
narum curantem, huiusque rei gratia mundum molientem. At, inquit, animal beatum,  
& incorruptibile, omnibusque bonis opulentum, experisq; omnis mali, in amplexu fe-  
licitatis, & immortalitatis totum, curam humanarum rerum suscipere non debet. Miser  
porò esset, si velut quidam faber statuarius, aut lignarius, sollicitudine, curaque torque-  
retur ad molitionem mundi. Iam Deus, quem dicunt creasse, aut in anteriore æternita-  
te non fuit, cum corpora vel immota erant, vel incompositè iactabantur, aut dormie-  
bat, aut vigilabat, vel horum neutrum. Primumque est absurdum. Est enim Deus sem-  
piternus. Secundum quoque nulla ratione stat, quod æternus somnus, æterna mors, nec  
somnia cadit in Deum, plurimumque distita sunt immortalitas Dei, & in mortem in-  
clinatio. Quod si Deus vigilabat, aut beatitudo deficiebat eum, aut omni beatitudine  
fruebatur. Primum efficit, Deus vt beatus non esset: cui enim perfecta beatitudo non  
suppetit, beatus dici non potest. Quod si beatus erat, & pulchrè degeret æuum, rerum  
nouarum molitione delectari non debuit. Quomodò verò, si Deus est, & eius cura, res  
hominum gubernantur, vitia, scelerâque locum nobiliorem ferè obtinent, indigniorem  
virtutes? Agamemnonque & bonus Rex, & fortis Imperator, ab adultero, & adultera  
dolo cæsus occubuit. Hercules ei consanguineus, qui monstris hominum vitam expia-  
set, à Deianira dolosè venenata veste sublatu est. Hæc Plutarchus, siue sua, siue alio-  
rum sententia. Si sua, possem suis eum testimoniis vbique refellere, cum de virtute, &  
pietate sit ei multus vbique sermo. Tanquam transfugam, & impostorem coarguam,  
omnis enim hæc oratio, prouidentia est destructio. Et tamen ipse de his, qui sero à Deo  
puniantur, optimis allatis, & quales à vera Theologia afferuntur, super eo, rationibus  
scripsit. Vidit & asseruit à Deo castigari delinquentes, rationemque cur sero castigen-  
tur, vidit & exposuit. Satis igitur mihi est Plutarcho contra Plutarchum. Sed pauca quæ-  
dam è Naturæ, Philosophiaq; gremio, vera ad ea quæ posuit, petamus. Dico Deum cu-  
rare res humanas, idq; Philosophos omnes, vno aut altero delirio exceptis, prædicasse.  
C Vt mittam Platonem, Aristotelem, Alexandrum Aphrodisæum, quorum toto hoc ope-  
ræ visa sunt testimonia. Ac ratio, quæ mouit eos, perspicua est. Quid est enim melius,  
ac dignius, quàm Deum gubernare mundum? Eadem autem ratio, quæ persuasit omni-  
bus hominibus Deum curare res humanas, eadem ante creationem eum Diis & homi-  
nibus prospexisse, bonitatem, felicitatemque communicare suam voluisse, persuadebit.  
Quod verò dicis, Deum animal beatum, laborare in attendendis rebus humanis non  
debere: aut videlicet quia non potest, curaque velut mortalis, qui vndique beatus est,  
angi nec debet, nec potest, eamque ob causam quasi ferens ei suppetias, ab hac sollicitu-  
dine eum eripis: aut quia vel res mortales non indigent, vel indignum Deo est hoc offi-  
cium. Primum certum est, animali beato nihil quod agat, laboriosum esse. Neque enim  
beatum esset, nisi perfectum esset. Perfectum autem quidquid agat, in eo sustinere la-  
borem, sollicitudinèque torqueri non potest. Quiduis agat Deus, quantum velit cogitet,  
nihil potest ei laboriosum esse. Id enim est animal beatum. Quare neque mundo crean-  
do, neque prouidendo Deus laborare potest. Indigentibus autem rebus humanis aliquo  
præsidente, nonne Deus solus, omni mundo maior, potest & debet curam suscipere, qui &  
cæteris prodesset, & id ei laudi esset? Optimi enim est prospicere, si potest, regere, mo-  
derari (Nihil est enim melius, aut præstantius bonitate, & beneficentia) Deus autem  
potest, & est optimus. Ecce igitur acruus, Deus potest prouidere prouidendo, neque

*Philosophi ve-  
ritati aduer-  
santes, res  
sibi.*

*Nunquam  
non philosophi,  
sed argutan-  
tis ea de re  
quam ignora-  
bat.*

*Plut. arc. sibi  
ipse cõtrarius.*

*Prouidentia,  
mundique gub-  
ernatio re-  
ctissime Deo  
tribuitur.*

*Labor in Deo  
non cadit.*



laborat, neque interpellatur beatitudo eius : contra autem, nobile est & gloriosum suá-  
que maiestate dignissimum prospicere, regioque hoc munere fungi : postulant autem,  
efflagitantque humanae res hanc providentiam: prouidet ergo & attendit. Ad hæc Pla-  
ro, & Mercurius Trismegistus docuerunt, Deum quòd bonus esset, molitum hoc omne:  
fuitque bonitas maxima & incommemorabilis, cui ex creatione rerum fieri nulla posset  
ad felicitatem accessio, quæsiße eadem in homines effundere, quæ possideret ipse, bona.  
Cuncta enim in hoc mundo tandem ad homines reuocantur. Hominum autem felicitas  
vera atque perfecta, ob quam fuerint à Deo creati (Neque enim eis mortalibus hunc  
mundum condere, admodum profuisset, bonaque sua verè communicasset) est, regio-  
nes felicissimas subire, fortunatis ciuibus, & his qui pulcherrimum vultum eius intuen-  
tur, adscribi. Hoc Deus sciens, & videns, perspectumque habens, quanta in domo sua  
sint gaudia, esse humanissimi, & qualis ipse natura est, iudicauit, condere quos in hoc iu-  
cundissimo prospectu collocaret. Duosque gradus bonitatis, quasi fontes duos, produxit:  
alterum istius mundi, lucem corpoream, qua viderentur, sentirentur res corporeæ, hacque  
vita, res minores fruerentur, infimos rerum gradus hoc orbe comprehendens : alterum,  
quo diuina tantum, beata, læta, sincera, sempiterna, incorrupta, perfecta, cupiditatem,  
animumque expleantia contingerentur. Vides quanta bonitas, quanta gloria, quantum  
decus eius (Et nihil laboris admittebat, nihil interpellabat sua gaudia) ex providentia in-  
claruerint. Vtile fuit nobis declarari eius bonitatem, quanquam hoc ei non fuit nouum  
gaudium, cumulisque felicitatis suæ. Tantum fuit, quoad ipse vellet. Lataturque quo-  
tidie, aut quod in sacris litteris dicitur, tristatur, vsque quo placitum est ei. Æternus tam-  
en ipse, res autem creatæ, ne minor gradus, vitæque infima, maioris ac perfectæ sit  
euerio. Nec potest vterque mundus sempiternum esse. Debet autem melior tantum per-  
manere in sempiternum. Si das meliorem æternum, das inferiorem desitutum habuisse  
principium. Constat igitur magis decere Deum res hominum attendere, quam sperne-  
re: fallaque est argumentatio, Deum si res humanas curet, suam beatitudinem labefa-  
ctare, quasi que lætitiæ suæ incrorem offundere. Cogitatio, ex humana imbecillitate di-  
uinam naturam iudicans. Quis tibi concesserit? Homo prouidendo vexatur, angitur,  
vritur curis, similiter Deus. Neque verò Theologia vera, inducit Deum, tanquam Ideam  
mentis suæ intuentem, consultantemque de creatione mundi, magnisque quasi curis  
æstuantem : sed vnico verbo, solaque cogitatione, quod & à Platonicis traditur, fecisse:  
Dixit, & facta sunt: Mandauit, & creata sunt. Ideam illam Platonis archetypam, dice-  
mus ipsam Dei sapientiam, non exemplar, in quod velut lignarius, aut statuarius inspi-  
ceret. Plato quidquid dixerit, non attendat: si voluero, tuebor dictis Platoniorum, Ideam  
mundi, diuinam esse Sapientiam, Verbumque fœcundum, Mercurio, Philone autore.  
Vt autem aliam rationem dissoluam, non consequitur, fuit Deus ante mundum, non  
dormiebat, vigilabat in actione felicitatis suæ, beatissimus: Ergo ad rerum nouarum mo-  
litionem non potuit aggredi. Falleris, putas creasse, vt astris tanquam signis, aut æde  
picta delectaretur, vt adderet quod ad perfectam beatitudinem deesset. Quasi domo, F  
aut familia ante molitionem mundi carentem, domos, homines ædificasset. Hæc suspic-  
cio, nobis, qui nihil causa sua, sed nostra, quod placuit etiam Stoicis, Deum fecisse cen-  
semus, non obstrepit, iudicamusque eam puerilem & ineptam. Soluta est igitur ratio,  
nihil diuinam bonitatem, opulentissimam, felicissimam, sui causa, sed nostra fecisse: quæ  
si sua fecisse dicitur, eodem pertinet, vt ad se scilicet cuncta reuocaret, quoniam ipse fi-  
nis omnium. Hoc autem aded naturale, & clarum est, vt etiam Stoici quemadmodum  
dixi, id agnouerint. Epicureusque contra Stoicum apud Marcum Tull. An hæc, inquit,  
vt ferè dicitis, hominum causa à Deo constituta sunt? Sapientumne? propter paucos er-  
go tanta est facta rerum molitio. Hoc igitur omittamus. Superest, vt postremum dilua-  
mus, quod omnes ferme mortales, pietatem veram, & non veram profitentes, torfit:  
mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia Zelauit super ini-  
quos, pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum  
in plaga eorum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabantur. Sic  
queritur propheta, Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te  
vim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, videre  
prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces conculcante  
impio iustiorum se? Similiter Claudianus:

Creationis  
mundi causa,  
Dei bonitas.

Duo gradus  
bonitatis diui-  
nae.

Magis est co-  
ferre Deum  
rebus adesse mo-  
deratorem, quàm  
eas non cura-  
re.

Psalm. 148.

De Natu-  
Deor.

Psalm. 72.

Sæpe

A Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,  
Curarent superi terras, an nullus inesset  
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.  
Nam cum res hominum tanta caligine volui  
Aspicerem, lætosque diu florere nocentes,  
Vexarique pios. Communis igitur omnium mortalium dubitatio, nec aliud est  
totus liber Iob, cuius ex parte solutionem illi agnouerunt, perfectè autem agnoscere  
non potuerunt. Quippe nisi ad aliam vitam, cuius etsi scientiam Philosophi tenuerunt,  
perfectam tamen eius rationem non viderunt, hæc referantur, nulla solutio est. Vide-  
runt autem nonnulli Philosophi, Pythagorei, Plato, perinde vt iustis, ac piis præmia cæ-  
lestia tribuenda essent, sic danda pro meritis æterna supplicia sceleratis. Non igitur hu-  
ius sæculi breuitatem vel in beatitudine vel supplicii oportet attendere, quia sicut non  
sunt digna Deo præmia temporaria, sic supplicia debent esse sempiterna. Cùmque opi-  
natus sit cum multis Plato, pios in concilio Deorum collocandos, impios in profundum  
tartarum deturbandos, aut certè hoc denegas, aut concedis. Si denegas, primum quæ-  
ram cur neques, & cur te tantorum virorum autoritas non flectat. Si concedis, iam intel-  
ligis, nihil in hac vita decerni posse, satisque suppliciorum homicidis, rapacibus, violentis-  
que futurum, cùm ad ignes æternos, quod & Poëta noster cecinit, adigentur. Sic satis  
præmiorum futurum iustis, cùm regnis cælestibus, vbi gaudiorum, beatitudinisque  
B omne genus, ascribentur. Bona verò temporaria non solum ceu probitatis eorum præ-  
mium, iustis non sunt augenda, vt etiam non concedenda videantur, quòd tum diuina  
liberalitate, ac beneficentia indigna noscantur, tum sæpe deprauant, & à virtute dedu-  
cunt ad vitia. Paupertas autem, aut calamitas sæpe desides animos excitatos reddidit  
meliores, & contenta terrestri, fluxaque felicitate, fecit maioris illius cupidores. Cla-  
riorque virtus ac perfectior elucet in aduersis huius mundi, quàm rerum secundarum  
perenni successu. Illeque ipse Hercules, tunc toto terrarum orbe, clarissimus effectus est,  
cùm tyranni crudelitas eum egit exulem. Ac vt rationem reddam, cur sit Agamemnon  
interfectus, plures possunt esse. Primum vt fatali decreto ab adulteris per dolum sit in-  
teremptus, qui filiam Sacerdotis, Numen non veritus, captiuam constuprandamque  
abduxisset, gementique patri reddere noluisse. Sic iniuste sæpe turbamur, & qui cæcos  
consiliorum recessus, obscuraque pectora non perspicimus, sola superna specie capti, æquæ  
bona non meritis effundi, sicut immeritis supplicia, calamitatemque infligi, temerè iudi-  
camus. Vniuersale humani iudicij malum. Altera ratio, quam dixi, quòd (vt Philosophi  
ingenuè confessi sunt, creditumque est ab omni vetustate, ac prædicatum) præmiis iusto-  
rum, vel iniustorum æternis constitutis, oportet ad meliorem, & sempiternum statum  
hæc referri, vbi sicut verus carcer erit scelerorum, sic vera præmia bonorum. Tertia ra-  
tio est, quam vel ipse Plutarchus attulit, dignius esse, atque honorificentius Deo, gra-  
uiter, moderatèque procedere, expectare pœnitentes, quàm simul, perpetrato crimine,  
C fulmen corripere. Quippe cùm nemo sit qui non peccet, plenaque vita sit omnis delin-  
quentium, si quoties peccatur, sæuiret, breui totum humanum genus perderet Deus.  
Clementiaque suæ est expectare pœnitentes, ad illatas iniurias conuiuere. Nec sunt ta-  
men diu felices, quos luce, tot sceleribus perpetratis, putas indignos. Idemque illi sibi sa-  
tisfecerunt. Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant: paucisque videas euasisse limi-  
na ad vsque senectæ beatos, quorum in vita, vagata læte crudelitas, impietasque fuisset.  
Esse autem vexationes, aduersamque fortunam quasi sopitæ stimulum, occasio-  
nemque ad meliora, non nostri solum, sed sui quoque Plato, Epictetus, Simplicius afferue-  
runt. Nec malum est Platoni, in Gorgia, malos puniri, quibus cum omni mundo profit  
scelus expiari. Simplicio autem Epictetum interpretanti, ea de exercitatione in hac hu-  
mana vita differuntur, vt qui se putat immeritum, & quæ non demerisset, percessum,  
facili possit eius oratione mitigari. Sacras enim litteras prætereo, nihil in aures nostras  
aliud tam magis intonantes. Quarum autoritas ed grauior, potentioreque est, quòd non  
modò sunt à Deo reuelata, sed etiam validissimas secum apportant rationes breuissimæ  
vitæ, bene aut male facta, ad futurum iudicium referentes. Aut igitur is, qui Agamem-  
nonem interfecit; debuit subito rapi ad supplicium, aut prohibenda scelerata voluntas  
fuit. Primum credo non desideres, ne tibi, innumerabilibusque aliis idem contingat, vt  
vel homicidio, vel adulterio, vel alio admissio facinore, subito traharis ad pœnas, breuique

De laudib.  
Stiliconis in  
Rufinum, in ip-  
so principio.

Bonitas hu-  
ius vitæ bea-  
titudine vel  
supplicii mi-  
nimè pensan-  
da.

Bona, quæ pu-  
tantur, sæpe  
deprauant: eo-  
rum contra, mala,  
vt calamita-  
tes, reddunt  
hominem me-  
liorem.

Premia bonis  
proposita, pœ-  
nae improbis

De sera vindi-  
ctâ numi-  
nis.

Claudiam.

Non est malū  
puniri malos.

omnis terra deserta cultoribus squalescat. Minus etiam qui sapiens est, postulet secundum, quia quæ ratio prohibendi alterum, vel alterum consilium fuisset, eadem in vniuersum toto humano arbitrio sublato valuisset. Fortasse si Deus meliorem sententiã obtulisset, ille scelere victus, non se cohibuisset. Plerosque enim nec leges, nec pœnarum metus, nec amicorum consilia frænare potuerunt, plus cupiditati, ac libidini, quàm rationi obsequentes. Si cogites cohiberi, occultoque quasi motu retrahi debuisse, vide quid cogites. Omnes enim actiones malas, & omnes consiliorum malorum exitus, quorum infinita mentes humanas infidet multitudo, prohibere oportebit, vt longè paucis exceptis, cætera non nostro, sed alterius arbitrio transigantur, sublata laudis, aut vitij materia vera. Melius igitur est, sinere quenque voluntate sua duci, legibus interea, monitis, exemplis, & probitatis, atque improbitatis præmiis propositis, vt qui bene, rectèque viuere, cum viuere peruersè potuisset, maluerit, perinde ac meritis est, coronetur: sic à beatorum choro excludatur, qui se factis impiis coinquinauit. Hoc iustissimū, hoc optimum, quo non liceat cogitare melius: perindeque decorum, atque pulchrum est dare pœnas delinquentes, sicut coronare merentes. Hæ sunt veræ rationes, quas nec Philosophi ignorauerunt. Satisque mihi videtur Plutarcho respondisse.

*Diluuntur rationes Epicurei & Cottæ apud Tullium. Earum solutionem esse, quod ubi Marcus ipse loquitur, secus sentit. Et ea est Academicorum libertas. Platonem non suis primùm oculis creationem vidisse, sed apud priscos legisse. Platonem dicere mundum corruptibilem in posterum, sed potestate opificis non interiturum. Non ociatum esse Deum, fruuentem ante mundum Diuinitate sua. Non supersedisse creatione mundi. Sapientibus & Stultis creando mundo prodesse voluisse. Asscurumque esse, quod bonitatem suam fecit clariorem. Omnes particulares motus in primùm motorem referri.*

CAPVT VII.

*Fide qua disputat Augustinus de ciuit. Dei 11. cap. 4. 5. 6. 7. et Eusebio Pamphyl. præpar. euang. 8. cap. 5. 1. De Natura Deor. Argumenta Epicureorum ad tollendam dei prouidentiam.*



**A**D EPICUREVM, & Cottam, qui contra creationem mundi, non quod mundus non sit creatus, sed non à Deo creatus, apud Ciceronem pugnant, veniamus. Quærit Velleius primùm quibus oculis intueri potuerit Plato fabricam illam tanti operis, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris. Quemadmodum obedire voluntati architecti elementa potuerint. Vnde natæ quinque formæ, quas in Timæo nominat. Quod mundum factum, afferit non interiturum. Prouidentia cur mortalem fecerit mundum, iuxta Stoicos, non quemadmodum Platonicus Deus, sempiternum. Cur mundi fabricator repente extiterit, innumerabilibus antè sæculis & in omni Æternitate cessator. Laborem non fugisse, qui Deum non attingat. Cur Deus delectari quasi signis, sideribus, & cælo voluerit. Si vt melius habitaret, peius ergo habitasse in Æternitate, opusque ei fuisse isto mundo. sed nequaquam carere voluptate hac eum tamdiu potuisse. Si propter homines, an sapientes, vel stultos: sapientes esse paucos, propter paucos ergo tantam rerum factam molitionem. Stultos autem hoc beneficio affici non debuisse. Deinde nihil eum esse affecutum, quod stulti sunt semper miseri, vt nasci nihil eis profuerit. Cottæ verò rationes sunt, Si Deus creasset, ac prouideret, bene bonis, malis male esset. Cum ratione peruersè & ad malum semper homines abutantur, vel à Deo dari non debuisse, vel non datam profusus. Quod ea quæ diuina prouidentia facta videantur, per errorem rationi & menti ascribantur, cum Naturæ quædam sit vniuersalis necessitas, omnes res motibus suis cientis. Sicut reditus tertianæ, aut quartanæ febris, marinorumque æstuum, quorum motus etiam certi & constantes, nulla ratione gubernentur: eadem necessitate, & ordine, caro diuisa renascitur, arbor cæsa reuirescit, multa nascuntur in terra prodigiosa. Quod contemptoribus, cauillatoribusque Diuinitatis prosperiores res successerint, quàm melioribus. Hæc & id genus multa opposuit ille. Quorum præcipua, veraque solutio est, quod more

**A**MORE disputantium, ingeniumque ostentantium, & quamcunque contradictionem arripientium, egit, & quorum sit certa professio, omnia infirmare, ac refellere, vt si vel Solem dicas lucere, professionis suæ iura tuentes, parati sint contradicere. Quod autem potius ea sit arrogans libertas, quæ cuncta subuertere sibi licere putet, apparet vel inde, quod contradicendi libidine relicta, eadem illa sapissimè confirmauit, quæ fecit Cottam subuertere. Satisque vno erit testimonio, quo veritatis omnis hæc oppugnatio redarguitur. In Legibus hæc dixit: Nihil porrò tam aptum est ad ius, conditionemque Naturæ, quod cum dico Legem, à me dici nihil aliud intelligi volo, quàm imperium, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum Natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic Deo parat, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperant. Hæc ille. Idemque, Orta autem simul est cum mente diuina. Quamobrem lex vera, atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta, summi Iouis. Et, Ergo est lex iustorum, iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressam Naturam, ad quam leges hominum diriguntur. Hæc dixit qui Cottam induxit, quasi libidine, vel quæ pulchrè, & verè Balbus disputasset, euertendi prouectum, dum & Carneadis petulantiam imitatur, bellum inferre veritati. Igitur ingenij fuit ostentatio, ne videretur asserere & assentiri his, quæ Balbus disputasset. Nam hæc ipsa cum ab illomet dicuntur, tum verò pleno ore laudantur. Et in secundo de Diuinatione, vbi simili modo quæ frater asseruisset, destruxerat. Nec verò, inquit (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda, religio tollitur. Nam & maiorum instituta tueri, sacris, ceremoniisque retinendis, sapientis est. Et esse præstantem aliquam, æternamque Naturam, & eam suspiciendam, admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum celestium cogit confiteri. Quibus apertè mentem suam declarauit, tollendam quidem vbiq; superstitionem, veritatem retinendam, veritatem autem esse, quàm pulchritudo mundi ordoque rerum celestium cogat confiteri, esse præstantem aliquam, æternamque Naturam, quam homines adorare, venerarique deceat, cuius imperio maria, & terræ, omnis denique mundus obtemperet. Cottæ igitur rationes ipse resoluit. Nam in Legibus quoque, contra petulantiam Academicorum, & quod ei non semper placuisset hæc in cunctis, veritatis opugnatio, sic docuit: Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam hanc ab Arcefila & Carneade recentem exoremus vt fileat. Nam si inuaserit in hæc, quæ satis scitè nobis instructa, & composita videntur, nimias edet ruinas. Epicurei rationes, vel id abudè perimit, & euertit, quod Epicureus erat, contra quam gentem, eiuque deliramenta, totis ipse suis libris bellum implacabile gessit, profcidit, vexauit, etiam inscitæ, & ignorationis omnium rerum, arrogantia præterea, semper eos arguens. Sed pauca quædam cum eo, & quasi præteruolentes, loquamur. Quibus oculis Plato machinam mundi intueri potuerit. Duo responsa: non suis primùm oculis Platonem machinam mundi, sed apud vetustissimos, cum primis Ægyptios, aliosque Græciæ veteres Theologos, vidisse Pythagoreos, Empedoclem, Philolaum, Pherecydem, Poetas antiquissimos, Orpheum, Hesiodum, sed præcipuè Trismegistum, cuius non dogmata modò, sed meras etiam dictiones vsurpauit, omnium gentium literis & testimoniis, claris præterea coniecturis in vnum congruentibus mundum habuisse principium. His tot testibus, tanto hominum consensui putauit assentiendum modestissimus Plato, non vt temerarius Epicureus, quæ natio in omnem Philosophiam, veritatemque fecit impetum, ac ceu cæteris Philosophis vrbis, & ciuilibus, ipsi agrestes, rustici, impoliti, rudes confurrexerunt. Quare non multum est ponderis in eorum auctoritate. Ad hæc, duplices sunt oculi, animi & corporis: corporeis solis velut homines, Epicurei, sapientiores autem magis animi, quàm corporis utebantur. His oculis Plato vidit fabricam mundi: videre Epicureus non potuit, quia non habuit. Itaque miratus est alium vidisse, quod cæcitas eum sua videre non sinit. Eiusdem stuporis cætera, qui vectes, quæ ferramenta, qui ministri. Si scisset, aut tenere voluisset quæ maiores de maiestate diuina tradidissent, nec solita temeritate prouectus, vltro desipere voluisset, vidisset sanè, nullis hic ferramentis opus fuisse, sed quod Marcus ipse paulò antè, mundum, maria, & terras, ei obtemperantia, sine instrumentis fieri potuisset. Quo modo autem Plato dicat mundum non interiturum, superius expositum est. Congruit autem Stoicorum, & Platonis de mundo corruptibili sententia, quorum auctoritati multo ma-

*Philosophi ingeniorum ostentatores.*

*1. De Legib.*

*Lex quid.*

*Epicurei, bellum veritati intulerunt.*

*Quidam cogit paganos confiteri, Deū esse.*

*Balbus nempe Stoicus 2. de natura Deor. 1. De Legib.*

*Sed maximè 2. de finib. 1. & 3. de Natura Deor. 2. de diuinat. & Trismeg. sapi.*

*Qui astruxerunt mundi creationem.*

*Epicureorum imperitia.*

*Duplices oculi.*

*1. De Natu. Deor.*

gis, quàm Epicureo subiiciendum est iudicium. Formas autem illas in Timæo, et si rectè  
possint intelligi, ac declarari, nos quidem non laborabimus quales sint, ostendere, non  
Platonem, sed ipsam veritatem defendentes. Ostensum quoque, fabricatorem mundi  
non repentè, & quasi ex infinito summo surgentem, aut qui laborem in æternum refu-  
gisset, extitisse, arreptumque fabricandi cupiditate, quod antea non faceret, operi ma-  
nus admouisse. Delirantis animi, & humana tantum capientis, nihil se supra corpus  
attollentis figmenta, ad puriores cogitationes non aspirantis. Aliter Deum in æternum  
ante, & supra mundum extitisse, & existere, aliter homines vivere. Non otiosi potuisse,  
cuius esset actio beatissima, perennibus gaudiis exuberans, vacantemq; à creatione mun-  
di, non ab eo vacasse, quod esset beatitudo eius, sed eo quo carere sine detrimento posset,  
& quod ubi effectum esset, ad beatitudinem eius nihil addiderit. Vt si rex duabus actio-  
nibus, altera naturali, dignissima, grauiissima, altera nihil ad se pertinente, proposita,  
hacque omissa, grauiorem, propriamque sibi exerceret, eum quasi otiosum damnes. Non  
potuit igitur otiosus esse, cuius fuit æterna ex maiestatis suæ contemplatione, beatitudo.  
Est enim cognitio, & contemplatio, actio perfectissima. Hoc autem cum sit felicitas  
diuina, facile potuit, ac debuit æterna mundi molitione superferre. Tunc otiosus  
fuiisset, si nihil aliud, quod ageret, habuisset, & si mundana factio, sola fuiisset eius, ac na-  
turalis, inseparabilisque substantiæ suæ operatio, qualis igni calor, aut ascensus ad altum,  
sine quibus ignis esse non potest. Aristoteles autem fatetur Deum ex contemplatione  
sui, non mundi molitione esse beatum. Quoniam igitur vna ea potuit beatitudine felici-  
cissimus, & contentus esse, ut quidquid additum sit, nullam ad suam felicitatem accef-  
sionem fecerit, liquet eum, qui sine mundi operatione putet Deum otiosum fuisse, ipsum  
potius à sapiendo, & intelligendo, semper otiosi. Creatione autem mundi naturaliter  
Deus in omni æternitate non superferit, aut distulit ad illud vsque tempus condere,  
quod tum omnis Æternitas est æqualis, nec potest in ea fieri dilatio, aut acceleratio,  
prius aut posterius, tum naturale fuit ei sic vivere, sic esse, quemadmodum mundo, ha-  
bere principium. Quare nec vnica fuit eius voluptas, iste mundus, qui meliore & præ-  
stantiore fruere, & ea potuit facile carere, nec quasi ad habitandum factus est ei mun-  
dus. Aristoteles enim affirmat, Deum sic extra mundum esse, sicut intra mundum. Su-  
perest quod maioris est ponderis argumentum, Quibus ab eo sit creatus, sapientibusne,  
an stultis. Respondeo, sapientibus & insipientibus. Tum si solis sapientibus, nihil mali,  
nihil absurdi. Vtrunque probabiliter, optimèque defendi posse: principaliter autem,  
solis sapientibus. Creatus est igitur mundus à Deo solis sapientibus. Sapientes autem  
intelligo, non quales fortasse sentit ipse Philosophos, Epicureos, Stoicos, Peripateti-  
cos, Platonicos, quorum sub titulo sapientiæ, plures stultissimi sunt, & fuerunt semper:  
sed bonos, innocentes, integros, quorum fuit semper magna in omni ætate multitudo.  
Si nemo sit qui non peccet, omnis autem qui peccat, stultus est, maximam tamen pec-  
cantium multitudinem poenitet peccati, hoc ipso sapientem, quod errores suos agno-  
scit. Numerus autem exiguus ille Philosophorum, tantum abest, ut abducat in hanc  
de mundo suspicionem, ut hos ipsos, si pauciores fuissent, melius propemodum futu-  
rum fuisse, contendam. Nam contra hos, omne pro veritate certamen, plebe, quam na-  
turalis duceret instinctus, sæpe meliora sentiente. Soli igitur boni sunt sapientes: Hi plu-  
res sunt: pauci autem prodigiosè mali. Longè paucissimi, qui si vel deprauatissime viuunt,  
sæpèque cupiditatibus victi, scelerata perpetrent, non denique summum Deum quo-  
que tempore agnoscant, & fateantur. Sed demus solis bonis factum hunc mundum.  
pluris sit, ait Sapiens, vnus bonus à Deo, quàm mille impij. Vt ille, vno Platone satis esse  
sibi dixit, plebe ab auditorio eius defluente: sic satis erit opifici, si vel pauci bonitatem  
eius agnoscant & fruuntur. Vt agricola plures conferit arbores, nec sperat omnes  
felicitè pullulaturas: ut qui seminat, scit quòd infelix lolium, & steriles dominabuntur  
auenæ: dulcius tamen ei est, triticum quantum quantum est, legere, quàm triste, aue-  
nas comburere: sic tamen Deus cunctos beatos esse, & sapientes voluisset, omnibus-  
que his mundum condidisset, solos tamen ante oculos habuit, quibus cælum, & terras  
conderet sapientes. Quæ est etiam ars, quod elementum, quæ disciplina, quæ instru-  
menta ad vsum & commodum reperta, sed abutentium prauitate, nonnunquam perni-  
ciosa, quæ soleant magis accusari, quàm ipsi abutentes, & in ea ipsa potius, quàm pec-  
cantes, crimen omne conferri? Quis eloquentiam incessit, in ignem & ferrum, a quamq;  
quis

Deus nunquã  
otiosus, in æ-  
terna nempe  
contemplatio-  
ne fuit, quæ est  
actio perfectis-  
sima.

Non mundi  
molitione, sed  
contemplatione  
sui Deum bea-  
tum.

Deo naturale  
est, æternum  
esse, ut mun-  
do principium  
habuisse.

Quorum gra-  
tia creatus  
mundus.

Ex 1. Georg.  
Virgil.

Crimen sæpe  
conferitur in  
instrumenta,  
non in eos qui  
ipsis abuti-  
tur.

Aquis criminibus inuectus est, & inuolauit, quod afferant nonnunquam perniciem? Sic  
planè, et si non omnes nati sunt in mundo sapientes, nec mundus accusandus, nec auto-  
ris bonitas non admiranda, suspiciendaque nobis, cuius & si fuit consilium solertissimum  
& res sapientiæ suæ magnitudine repertas voluit optimas esse, desiderauitq; omnes nasci  
sapientes, nec futuros tamen sapientes omnes animaduertit, omittere, quin crearet, nec  
voluit, nec debuit, sed eo vel maximè bonitas eius incredibilis apparuit quòd immeritis  
etiam, & quos prospiceret ingratos sibi, beneficiique immemores futuros, creauit, prom-  
iscuèque cum bonis, & sapiētibus, luce & aspectu istius mundi eos frui permisit. Quod  
quicumque apud nos faceret, humanissimus haberetur, similimus Deo prædicaretur. Si,  
ut inquit orator grauis, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium ampli-  
ficare, hæc qui faciat, vsque ad eò laudatur, ut Deo similimus iudicetur, cur non ea ipsa  
efficiens Deus maximè sui similis habeatur, quod factum ab homine, facit eum simile  
eius? Imitamini, inquit ipse, Patrem vestrum, qui Solem suum oriri facit super bonos &  
malos, & pluit super iustos & iniustos. Ecce igitur incóm memorabilis bonitas, non modo  
profuisse, ac prodesse gratis, & sapientibus, sed ingratis etiam, insipientibusq;. Sapien-  
tibus enim, & insipientibus, dixit alius eius affecta, debitor sum. Cum itaque diuina virtus  
habeatur, vel malis prodesse, ignoscere peccantibus, ingratisq; beneficia præstare, cum  
Natura instinctu id collaudet suo, extollatq; in hominibus, certè & in Deo erit supremè,  
à quo supremè virtus omnis possidetur. laudatur autè, admirationeq; habetur ea virtus,  
non sine ratione. Fructuosior enim est humanitas, & bonitas, clemètia, benignitas, quàm  
seueritas, durities. Nec fas est propter malos nocere bonis: cum beneficio bonorum mali  
nasci potius, ac vita frui debeant, quàm propter malos vita carere boni. Nec si Deus pro-  
spexit fore maiorem numerum stultorum, quàm sapientum, hanc sapientibus & bonis  
iniuriam facere eum decuit, ut propter multos illos stultos abstineret à creatione bono-  
rum: sed quæ sua semper fuit probitas, hunc honorem bonis deferre debuit, ut tum hi,  
quantumuis malorum agmen consequeretur, conderentur, nec quicquid eorum creatio-  
nem impediret, tum hoc adderet, ut in eorum gratiam, etiam malis prodesset: quemad-  
modum sæpe, charissimis deprecantibus, ignoscimus his, qui in nos peccassent: sic cum  
sciret Iudæorum peccata dura, pronosq; animos in nequitiam magis quàm æquitatem,  
non omisit, quin legem per Mosen præfens promulgaret, paucos illos bonos, multaq; alia  
dignissima, spretis & contèptis tot stultis, magis attendens. Responso igitur est, (ut sum-  
ma quæque complectar) tanquam de bobus, & asinis, muscis, cæterisq; bestiis, Deum de  
malis, & stultis illis innumerabilibus nihil curasse, attendisse, cogitasse, tum magis eum  
deciuisse vsquequaque beneficū esse etiam erga malos & ingratos, cuius vberima, latissi-  
mæque bonitas non modò non soleat propter stultos, & malos impediri, sed etiã propter  
bonos prodesse malis. Bonus agricola, non propter lolium in segetibus coariturum, se-  
getum satum, frugibus velut ob stirpem malam iratus, dimittit, sed propter segetes bo-  
nas sinit cooriri lolium. Hoc apud mortales sapientissimus quisque facit. Quod au-  
tem rogas, quid tandem sit affectus stultis & sapientibus promiscuè, mundo ædificato,  
quòd omnes stulti sine dubio sint miserissimi, vel hoc ipso, quòd stulti sunt: dico quòd  
quanquam hi, qui sine dubio miserissimi sunt, & stulti, non principaliter consilio eius, cum  
conderet mundum, propositi erant, intuebaturq; magis alia innumerabilia bona, tamen  
etiam stultis vita & omnis mundi habitatione concessa, affectus est hoc, quo nihil est  
cogitare melius, quòd bonitatem suam fecit clariorem, quæ latuisset, si sapientibus dun-  
taxat, gratis, & beneuolis profuisset. Ad hæc quaererem, si possem, qui sint miserissimi.  
Nam fieri potest, ut miseros, & stultos habeas, quos cæteri non habeat. Egoque ò Epicu-  
ree, qui te fortasse vnum è paucis illis sapientibus existimabas, miserimum vel hoc  
ipso arbitror, quòd hæc flagitia animo concepisti. Ita fore factum est, ut eodem iudi-  
cio de stultis, & miserissimis, atque tua sapientia, & Philosophia, senseris. Non protin-  
us igitur omnes stulti sunt miserissimi: neque si sunt, forte eo genere sunt, ut nec vn-  
quam nasci debuerint, eisque vitam datam esse, fuerit reprehensibile. Vidi enim ple-  
rosque stultos, postea sapientes. Itaque non erant illi miserissimi propter stultitiam, ut  
nunquam nasci debuerint, futuri aliquando sapientes. Plenæque sic est vita poeniten-  
tium, ac resipiscentium, sicut delinquentium. Quòd si sapientiam, vel stultitiam ad  
hanc vitam referas, ut stulti sint, quos cruciant cupiditates & egritudines, sapientes quos  
non crucient, singis quæ natura fieri nequeunt, esse sapientes qui careant egritudine, &

Consilium Dei  
in rerum mo-  
litione.

Oratione pro  
Marcello,  
Matth. 5.

Deus non mo-  
do bonorum  
sed & malo-  
rum hominū  
causa mundū  
creauit, &  
cur.

Bonitas suã  
clariorẽ Deum  
fecit in malo-  
rum & im-  
proborum pro-  
miscua cum  
bonis creatio-  
ne.

*Sapientia cōiunctam esse stultitiam esse necesse.*

*Improbis ad miseriam satis est.*

*Non in quem cadit iniuria, sed qui facit, miser est.*

*Beatiores non sunt improbi, quamquam diuites.*

*Mala sunt cōiuncta bonis.*

*Nō sequitur, rem que non appareat, non esse.*

*Natura, quid philosophis.*

*Natura vna vniuersa, variæ quidē infinitæ functiones.*

cupiditate. Deinde in hoc ipso probatur sapientia, cui necesse est coniunctam esse stultitiam, vt appareat sapientia, vbi stultitia esse potuisset. Falleris item mortalia tantum attendens, de quibus nemo perfecte iudicabit vnquam, nisi post vitam consecutura respiciens: quæ vos Epicurei nescientes, aut à vestris maioribus tradita, temere reiicientes, non mirum, si ferè semper hallucinamini, vt planè stultus sit, cui curæ sit vestram stultitiam coarguere. Sed liberaliter agamus. Quæ verò Cotta opposuit de rebus aduersis bonorum, secundis malorum, quoniam à Plutarcho obiecta, resoluta sunt: & Marcus ipse, suo sensu loquens, malorum grauiora supplicia demonstrauit, vt si malus, & sceleratus sis, id vnum sufficiat ad miseriam, & docuit, illustribus animis pro patria vulnera passis, in cælo patere locum, satis ipse sibi respondet. Nam in Pisonem dixit, non in eo cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, scelere ac conscientia pœnam remanere. Et in Phillipicis: Alia ô perditissimi homines, & amentissimi, sunt multo miseriora. Nam quo maior vis est animi, quàm corporis, hoc sunt grauiora ea, quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is qui alterius facinus subire cogitur. Hæc igitur cum sentiat Marcus ipse, ostendens miseriores semper esse malos, quàm bonos etiam in hac vita, non opus est nostro hic alio responso. Non enim sunt beatiores scelerati etiam ditiores, & opulentiores. Ad hæc si cælum recipit inclytos, & qui pro charitate patriæ nullum laborem recusarunt, certè ex aduerso exclusi delinquentes, necessariò locum sceleribus tenent congruentem. Sicq; refert Marcus ad aliud, bene & male facta humanæ quàm vitæ huius iudicium, vt nemo debeat in hoc mundo turbari super felicitate malorum, vexatione bonorum. Quod autem arguit, de rationis abusu, qua pauci rectè sapienterque vtantur, responsum, nullam hanc culpam auctoris fuisse, cuius salutare fuerit vbique; benignumque consilium. Claruit etiam exemplis, nec mortales ipsos, nec Naturam, nec artem propter intermixta vitia, ommittere virtutes, suppressere bona propter mala, sed contentari vel paucis bonis, quæ cum malorum multitudine compenset. Exempla quoque ex Tragedia, rara sunt, vt plures sint qui ea non perpetrent, quàm qui dicantur fecisse. Quod autem refertur in Naturam, quod mente, & intelligentia prædicetur factum, ipse citra contradictionem, suam proponans sententiam, dissoluit, sapèque vt vidimus, dixit cælum, & terras, & maria, iussis supremæ legis obtemperare, & esse præstantem quandam, admirandamque humano generi, suspiciendamque Naturam, pulchritudinem mundi, rerumq; cælestium ordinem declarare. Pro Milone verò id ex intimis Philosophiæ templis deprompsit argumentum: Si in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra insit quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inerit in hoc tanto Naturæ tam præclaro motu. Nisi forte idcirco non putemus, quia non appareat, nec cernatur, perinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut plane qualis, aut vbi sit, sentire possimus. Hæc cum Marcus ipse profè dicat, & sentiat, non est quod nos in argumentatione Cottæ diluenda laboremus, Philosophorum omnium accedente consensu, vigere in hoc mundo vim quandam, vt animum nostrum, inuisibilem, cuius motus sit is omnis, quem primum videmus in cælo, ortu, obituque signorum, tum omnium vicissitudinibus, & ordinibus rerum. Quæ vis etsi non videatur à nobis, ex ipso toto Naturæ motu, ordinibusq; stas, & certis coniectanda est, nec idcirco non putanda, quòd oculis corporeis non subiaceat, cum sese rationi affatim offerat. Cæteri Philosophi docuerunt, aut hanc, quæ dicitur Natura, esse vim illam diuinam inuisibilem: aut probauerunt, nunquam motus hos tam constantes, & certos, totamque rerum pulchritudinem constare potuisse, nisi ingenti aliqua Mente præside: vt qui dicat Naturam, exclusa Mente, & Intelligentia, nomen inane dicat. Ac quamquam sint nonnulli motus, quos citra opem & consilium Mentis videamus perfici, vt ætus maritimos, vt tertianas, quartanasque febres, & discedentium cicatricum coitus, repullulationemque arborum, scire opus est, omnes metus particularium rerum à primo, ac maximo motu gubernari, perinde vt qui machina impulsæ, varios motus subito præstat. Quam rem Aristoteles in libro de Mundo multis declarauit exemplis, Vt qui diuersi generis aues sinu contineat, dato volatu, cunctæ varias regiones petant: Aut ab eo, qui dicitur in choro, cantantium coryphæus, signo dato, subito varias voces harmoniamque exaudias: Aut classico canente, milites arma capiant, alius loricam induat, alius galeam aptet, alius fræna equo immittat, alius ad signum concurrat: Simile quid

Aquid fieri à magna, ac præpotenti Mente, ad cuius nutum, ac signum cuncta suis motibus, ordinibusque cieantur. Accidit autem vt res à primo spiritu naçtæ vitam, & motum, quòsdam & ipsæ priuatos motus edant, omnis enim vita motus est. In eumq; motus omnes referre necesse est, qui primos, maioresque motus dedit. Qui igitur corpus humanum formauit, humoribus, & sanguine contemperauit, in eum proculdubio motus omnes, aut principales, aut accidentes, referre necesse est. Siue oculi exterius, siue mens interius agitetur, siue manus, siue pedes moueantur, pullentur venæ, cordis item agitatio, furor, cupiditates, cuncta in primum illum formatorem tandem rediguntur. omnem aquæ, omnem ignis motum, quis neget in Creatorem aquæ, & ignis, esse referendos, qui res suis rationibus mobiles creauit? Sunt autem, vt dictum est, quidam principales motus: sunt ex ipsis alij præter intentionem, at ex Natura rerum, accidentes. Formatum est humanum corpus ab Opifice Deo, sanguis additus, & venæ, & humores, hæc principalia. Natura humorum, & rebus exterius aduentantibus, motus existit tertianæ, & quartanæ febris, in quibus etsi ordo est, est ex ipsa re principali, cui motus, & ordo datus fuit ab opifice. Sic calore, & frigore euntibus, & redeuntibus, seque inuicem insequentibus sunt febres. Aetus autem maritimi à littoribus, ad littora cientur, aqua Natura non conquiescente, sed instabiliter semper decurrente, quod certo temporis spatio fieri necesse est. Hoc siue natura aquæ fiat, siue Luna coadiuuat, totum demum referendum in eum, qui naturas has reperit, nulla ratione dubium est. Itaque cunctis motibus particularibus ad suas causas relatis, & resolutis, venire tandem necesse erit ad vnum principium, omnium fontem, inuentoremq; motionum, ad quem, per concatenatione cuncti motus proximi ac distantes, naturales siue ad tempus accidentes, & extraordinarij, coaptantur. Quare qui quemadmodum maritimos ætus, febresq; sic item omnes mundi motus putet sponte sua fieri, non putabit bene, planèque tota re discussa, cernensque motus illos ratione carentes, ex aliis motibus habere principium, qui sine intelligentia fieri nulla ratione potuissent. Nec si tertiana febris sine mente constanter reuertitur, protinus ad humanum, aut cæleste opificium ascendendum, in quibus ordo melior, mirabilis, structura diuina cernitur, stata, certa, sempiterna. Cui nisi Mens præfuisse, nunquam tantam pulchritudinem, tantam venustatem, ordinemque habuisset. Quod vt clarum, & omnibus confessum prætereo. Alia complura obiecit Cotta, quæ cum superius sint resoluta, eum contineantur aliis superius responsis, & potius in disputationem de diuina Prouidentia, conueniant, vt quod non auertat, nec prohibeat mala, cum possit, de quo dictum est, mittam plura profèqui cum eo.

*Motus omnes ad vnam mentem referè di.*

*Vnum principium motuum omnium.*

*Diluuntur rationes Simplicij de Aeternitate mundi. Simplicium egre tulisse Ioannem Philoponum rationes Aristotelis de Aeternitate motus refutasse. Eundem Theologiam Mosaicam contemnentem, non intellexisse quæ de luce & Sole creato idem scripsit. Non accepisse Moson ab Aegyptiis Theologiam, sed contra, Aegyptios ab eo. Græcos ab Aegyptiis didicisse, vt si sit Aegyptiorum fabulosa Theologia, sit etiam Græcorum. Quomodo oporteat intelligi, lucem primum creatam, quarta autem die creatam Solem. Resoluuntur rationes, quibus Simplicius ex Platone probat æternum mundum.*

CAPVT VIII.



DEST Simplicius Aeternitatis acerrimus defensor, contra Ioannem Grammaticum, pro Proclo credo, in factione mundi, sustinens dogma Aristotelis. Cum quo breuibus agam, simili atque alij Philosophi, demencia laborante, & quæ nesciebat, incessente: nec cum maioribus solium, sed etiam mirabiliter secum pugnante. Stupenda vesania, cuius fuit studium, humanam vitam, confusione, impietateque replere, veram religionem aut funditus tollere, aut superstitiosam, poëticamq; allegoriis quasi conditam, & fucatam, mundo colendam exhibere. Quid autem de moribus, de religione

*Simplicij errores de aeternitate.*

De religione  
minime ali-  
quid statueri  
poterant, qui  
religionis fun-  
damentum  
euercebant.

Moses doctri-  
nā vixit im-  
pius Simpli-  
cius.

Simplicius  
nā cum Pro-  
clo & Por-  
phyrio paga-  
nismum tue-  
ri statuebat.  
Vetustiores  
philosophi,  
meliores, po-  
steriores autē  
deteriores.

Gen. 1.

Philoponus  
recte censuit  
Aristotelis  
exploranda  
esse verba.

prodest differere, quod diligenter accuratēque fecit Simplicius super Epicetum, si vel  
nesciebant religionem, in qua ea præcepta perfectè continentur, aut à qua didicerent,  
cam insectabantur, aut quæ de virtute locuti essent, euercebant omnia, ex Æternitate  
mundi, aliisque suis dogmatis impiis? Ex quo apparet eos partim impostores, simulato-  
resque probitatis, partim inconstantes, & leues fuisse, modoque hoc, modò aliud statuen-  
tes, aut non videtes summam in dictis suis confusionem, & pugnam. Gratias agamus di-  
uinæ clementiæ, quæ mundo ab imposturis eorum liberato, fecit id toto terrarum orbe,  
etiam recentioribus his Philosophis sese opponentibus, vigere, quod esset melius ac ve-  
rius, vicitq; potentissima veritas. Simplicius igitur super libris naturalis Philosophiæ Ari-  
stotelis, Ioannem Grammaticum Procli leuitatem, & ineptiam, inscitiamq; super Æter-  
nitate mundi, optimis rationibus refutasse, indignè ferens, tumido Philoponorum sublato  
supercilio, solitaque inflatus arrogantia, qua se veritatis Deos, vni que sibi datum sapere  
putant, criminatus est primum doctorem, ac meliorem se virum, tum rationes contra  
molitionem mundi, præcipuè quam tradidit Moses, vibrauit, cuius librum cum non in-  
telligeret, quod aliis plerisque Philosophis enit, irrisit quæcunque de rerum creatione  
ille prodidisset. Ac cum maxima pars suarum rationum in id sit intenta, vt Aristotelem  
contra Ioannem Grammaticum, qui rationes eius super Æternitate motus coarguerat,  
defendat (octauus autem liber commentationum Philoponi super naturali Philosophia  
Aristotelis, ad meas manus nondum peruenit: audire autem aduersarium, rationes & ar-  
gumenta inimici referentē, non adeò fidele est, nec certum habet locum, vbi sistat dispu-  
tatio) non sum cum Simplicio pedem collaturus, quoad ipsum Philoponum loquentem  
audiam. Tantum pauca quædam afferam. Apparet enim Simplicium ineptè superstitio-  
sum, similique morbo atque Proclum, & Porphyrium laborantem, quo Philosophiam,  
profanamq; religionem, iam Christiana tota terrarum orbe coruscate, defendere, proq;  
ea stare inuictis animis conabantur, cōtra Philoponum, verbis contumeliosis inuectum.  
Apertè quidem fatebor quod vidi, & probaui, hoc deteriores Philosophos fuisse, quò  
posteriores, ac recentiores. Id quod in Peripateticis, ac Platonicis facile noscās, quorum  
qui vetustiores sunt, meliores, religiosiusq; de Deo, de Providentia, inuenies loquentes,  
Iuniores autem cum Æternitatem defenderent, vetustissimam Theologiam, maiorū-  
que pietatem peruerterunt, aut fabulosam iudicauerunt. Cuius nunc exemplum ex ipso  
Simplicio proponam. Is cum tueretur Æternitatem motus, apud Aristotelem, sine de-  
lectu & ratione sequens eum, cuius, quia non Deus, sed homo esset, non debebat auto-  
ritas iudicium & examen veritatis tollere, contra Philoponum, qui creationem tem-  
poris, & motus apud Mosem repertam, ratione roborabat: præcipuè quòd rationes Ari-  
stotelis debiles, & præstigiöse nihil conficerent, irrisit Theologiam Mosaicam, eamque  
commentitiam appellauit, & cum non intelligeret, quòd quarta die Sol dicitur crea-  
tus, prima autem die lux creatrix diei, censuit eam Theologiam fabulosam? Eius hæc  
verba sunt. Si autem Iudæorum legislatorem ostendit dicentem, In principio creauit  
Deus cælum, & terram: Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebra super fa-  
ciem abyssi, & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Deinde cum idem ereasset lucem, di-  
remissetq; lucem à tenebris, intulit: & vocauit Deus lucem diem, tenebras noctem. Et  
facta est vespera, & mane dies vna. *ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἕρποντα ὕδατος, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἕρποντα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἕρποντα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἕρποντα.* Quæ sunt; Si igitur hanc  
creationem temporis ab exordio temporis existimat, norit quòd fabulosa quædam sit  
ea traditio, ex fabulis Aegyptiorum tracta. Qua enim ratione stat, Solem diei autorem,  
sicut & ipse Moses perhibet, quarta die extitisse? Hæc ille ex irroborata, contentaque  
animi obstinatione vnus alicuius scriptoris decreta tūendi: scilicet quidquid aduersa-  
tur, siue verum est, siue falsum, siue cælitus reuelatum, siue vetustissima successione pro-  
ditum, cæca temeritate tollitur, negatur, commentitium iudicatur. Et hic ille Simpli-  
cius est, cui Ioannes Philoponus vnus est audacissimus, quòd inelyti Aristotelis verba  
non oscitanter, quale sit ab ipsis, admisit, sed censuit examinanda, diligentèrque per-  
pendenda, nec se passus est autoritate ludificari, impediri que ad notionem veritatis.  
Cuius igitur fuit maior audaciā eiusne, qui Aristotelem allatis quæ sibi viderentur ra-  
tionibus, non fuerit secutus, aut eius qui nulla ratione, vetustissimam Theologiam,  
quam Plato veneratus est (nam extat dictum Numenij, nihil aliud esse Platonem, quàm  
Mosem

Mosem Attica lingua loquentem) insolenter fabulosam vocarit? Sed his omissis, ratio-  
nibus agamus. Dicis fabulosam traditionem, nec tamen cur fabulosa sit, demonstraui.  
Sed persuadeamus nobis duas eum rationes posuisse. Vnam, quòd hæc de creatione mū-  
di traditio, ducta sit ex fabulis Aegyptiorum: altera quòd in ea sit contradictio, autorem  
diei lumen primum esse creatum: quarta autē die referre Mosem creatum Solem. Opor-  
tebat igitur hominem acutum, prius probare, & hanc traditionem Aegyptiam esse. De-  
inde si vel Aegyptia esset, cur fabulosa esset. Furor igitur & libidine contradicendi cæ-  
cus, duo posuit falsissima, aut certè parum considerata. Falsum enim est, hanc traditio-  
nem ab Aegyptiis narrationibus desumptā. Omnium enim scriptorū iudicio, & omni-  
bus rationibus, Moses est omnium, qui scripserunt, antiquissimus. Neque Chaldæorum,  
aut Aegyptiorum, vel Græcorum, & Phœnicum, quæ sunt vetustiores nationes, habetur  
scriptor vllus, aut traditur fuisse Mose vetustior. Quin ille Mercurius ter Maximus, Aeg-  
yptiæ Theologiæ pater, post Mosem temporibus enumeratis inuenitur floruisse. Ob-  
seruatūmque à Græcis Theologis, eum etiam meras dictiones Mosaicæ, vbi & ipse de  
creatione scripsit, vsurpasse. Duo sunt qui vetustissimi omnium, quos veteres Græciæ Phi-  
losophi secuti sunt, narrantur, ceu Theologiæ principes, Zoroaster apud Persas, Trismegis-  
tus apud Aegyptios. Nam Linus & Orpheus, cæterique horum æquales in Græcia,  
longè post eos floruerūt. His autem duobus, si quis ætates enumeret, multos annos Mo-  
sem inueniet antiquiorem. Ac qui putet quæ scripsit Moses, ex Aegyptiis monumentis  
desumpta, non potest ex alio Aegyptio scriptore desumpta putare, quàm Trismegisto.  
Neque enim extat antiquior quisquam, qui de creatione mundi scripserit, & qui perue-  
nerit ad manus Simplicij, non peruenit ad Platonis, Platoniorū, superiorūque ma-  
nus. Sed cum probet vera sæculorum supputatio, Trismegistum multo post Mosem flo-  
ruisse, nonne fuit is impudentissimus, inconsideratq; vanitatis, qui contendat, quæ scri-  
psit Moses, sumpta ex Aegyptiis, cum Aegyptij sumperint ex Mose? Hæc igitur erit pri-  
ma ratio falsitatis, quòd in contrarium, Genesin Mosi dicat ab Aegyptiis acceptam, cū  
contra sumperint ex Mose potius Aegyptij. Quod clarum fit, tum temporibus confide-  
ratis, tum scriptis vsisque Theologis diligenter perspectis. Secunda ratio coarguit ho-  
minem, qui de Mose, quem non nostri modò, sed profani semper admirati sunt, sum-  
misque laudibus extulerunt, quem facit venerabilem, veridicumque ipsa vetustas, tam  
impudenter contumeliosèque sit locutus, insolentem & temerarium, nec aliud præter  
Philosophorum arrogans supercilium, tenentem: qui falsa & fabulosa ferat cum scripsit-  
se, quem non modò scripta eius, sed omnes etiam imortales agnoscunt & fatētur sapien-  
tissimum, & optimum, qui primus Hebræos ex impiis erroribus Aegyptiorum auxilio  
cælesti liberatos, summi ac singularis Dei scientia initiauit. Ac vt taceam alios, fidelem  
vnum testem proferam Strabonem, qui curiosissimè gentes, locaque omnia lustrauit, ri-  
tus morèque omnium diligenter exquisiuit. Is cum non esset Christianus, sed tamen cui  
certum esset vera scribere, non Philosophorum more, qui dum stare Aristotelis dogma-  
ta volunt, omnem veritatem nituntur euertere, de Mose scripsit, primum referens famā  
esse, quod multos forte fecellit, genitores gentis Iudaicæ Aegyptios esse. Moses enim,  
inquit, quidam sacerdos Aegyptius, cum partē Aegypti obtineret, de stomachatus Aegy-  
ptiorum mores, inde in Iudæam demigravit. Secutiq; eum sunt plures *πυρρῶς τὸ θεῖον*,  
quibus Dei cultus charus esset. Dicebat enim ille, & docebat quòd non rectè sentirent  
Aegyptij, iumentis & reptilibus diuinitatem assimilantes. Minus Libes, & Græci, qui  
Deum humana forma fingerent. Esse enim Deum id solum, quod nos omnes, & maria  
& terras (quod omne cælum & mundum, rerūque naturam vocamus) sustinet, & cō-  
tinet. Huic igitur vllam ex his, quæ sunt apud nos, figuram quis sanæ mentis audeat apta-  
re? Sed oportere omnia simulachra relinquere dicebat, positòque satis pro dignitate tē-  
plo, sine figura hic Deum colere: indormirèque, & incubare, pro se & aliis, bona somnia,  
ac munus semper aliquod ac signum à Deo expectantes, qui sobriè & iustè viuant: cæte-  
ros autem minimè expectare oportere. Ille, inquit, talia dicens, persuasit bonis & sanis,  
deduxitque in hunc locum, qui se non armis, sed sacris, & ipso Deo tuerentur. Aliaque  
multa Strabo, addens nouissimè Mosem vnum fuisse, qui diuinis alloquiis, & oraculis af-  
fueti, referrent ad homines à Deo præcepta, propemodum ostendens, quod clarum est  
etiam, & confessum apud nos, quæ scripserit, ex ore diuino, cælestique oraculo Mosem  
excepisse. Cum igitur Moses fuerit optimus, ac pius, doctòrque pietatis, qui que Aegy-  
z iij

Plato, fuit  
Moses Atti-  
ca lingua lo-  
quens.

Libidine con-  
tradicendi cæ-  
cusit Simpli-  
cius.

Moses, omnium  
scriptorū an-  
tiquissimus.

Zoroaster &  
Mercurius ve-  
tustiss.

Genesis Mo-  
sis nō fuit ab  
Aegyptiis ac-  
cepta.  
Moses admira-  
bilis apud om-  
nes lege Au-  
gustin. ciuit.  
Dei 16. cap.  
43. sed maxi-  
mè lib. 18. cap.  
37. & Ensel.  
præp. Euang.  
2. cap. 1. Idem  
10. cap. 3.  
Locus Strabo-  
nis de Mose,  
lib. 16. Geo-  
graphiæ.

Moses excra-  
tus impietates  
Aegyptiorū.

ptiorum impietates execratus, cuius gentis inquilinus, non oriundus fuit, docuerit Hebraeos aliam vitæ rationem: & cum hi, qui Deum colunt, aliisque ad id cohortantur, veritatis, non mendacij sint studiosi, & cum alios ab errore, & impietate declinare Moses docuisset, nonne par est, eum maximè veridicum fuisse, præcipuè scribentem, quo nihil esse, ac melius potest, Deum autorem esse cæli & terræ, eumque vnum inuisibilem, infiguratum oportere colere? Quis arguet mendacij, nisi mendacissimus, eum, cuius optimus animus vbique cernitur, scriptaque eius testantur, eum nec gloriæ, nec imperij, aut pecuniarum, sed solius virtutis, ac pietatis cupidum, meliorem vitam homines docuisse, quæ in eo potissimum versatur, vt veram Dei teneas scientiam, pro comperto habens, eum cunctarum rerum autorem esse? Cum igitur testimonia (alios enim prætereo patriæ atque Strabonem referentes) doceant Mosè iustissimum, ac veridicum, scriptaque eius testentur, singularis eum probitatis, sapientiæque fuisse, hæcque ratio abunde refellat, qui dicat eum fabulosa, commentitiâque de rerum conditione scripsisse, est alia quoque ratio, quod in ea historia nihil est implicatum, nihil excogitatum, optatum, sed ad eodè primum simplex est, vt appareat scriptorem eo modo res retulisse, quo factæ fuissent, nihil addentem, nihil polientem, nusquam elegantiam captantem. Ad hæc temporum, personarum continuatio, ac quasi concatenatio, sæculorum ad amussim relatus ordo, nomina gentium, ac prouinciarum, quæ nunc vsque perseverant, regnorum exordia, descriptionesque rerum gestarum, quarum nunc etiam extant indicia, vt deflagrationis in Palæstinâ, hæc omnia docent abunde eius historiam autorem fuisse veracem, non fabulas, sed verissimam scripsisse. Huc adde, quod facile possis, si velis, vnicuique narratæ rei à Mosè, petere ex scriptoribus profanis duo & tria, pluraque testimonia: vt si velis de creato homine à Deo vera eum scripsisse docere, possis ex testimoniis profanorum scriptorum etiam roborare. Sic de creationis ordine, postea de diluuiio, de Gigantibus, quod factum est hoc opere, & aliis scriptis, fecerunt crudelitissimi apud Græcos. Et Iosephus contra Appionem Grammaticum, multorum scriptorum testimoniis antiquitatem, primatumque suæ gentis satis ostendit. Philo quoque Iudæus Philosophis admirandus, docuit Chaldæos fuisse genitores Hebraicæ gentis, vt tametsi natus in Aegypto Moses est, pietas tamen & doctrina, ac sapientia, cognitioque creationis mundi venerit à maioribus suis, qui norant perpetuis maiorum suorum relationibus, non infinitis quidem illis, sed infra breue tēpus constrictis, mundum fuisse creatum. Nam Abraham, ad cuius tēpora peruenit anni Noë, potuit ab eo non solum de diluuiio, sed etiam de creatione mundi audisse. Quippe Noë vidit & cognouit Matuselem: is vidit, & cognouit primum hominem, à Deo creatum. Potuitque Abraham audisse eum, qui referret vidisse se eum, qui creatum à Deo vidisset. Hæc igitur temporum propinquitas, relationem creati mundi facilem, memorabilemque continet. Non erat cur Moses hanc scientiam ab Aegyptiis \* mutaret, cum maiores sui, Aegyptiis vetustiores, eam optimè tenerent, in primis Abraham, Isaac, & Iacob, qui cum scirent perspectissimèque nosset, Deum paucis antè annis, hominè mundumque creasse, venerabantur eum, & colebant, Creatorémque mundi & humani generis appellabāt. Abrahamque dixit, Leuo manum meam, ad Dominum meum, possessorem cæli, & terræ. Melkizedek verò ibidem dicens, Benedictus, inquit, Abraham, Deo excelso, qui creauit cælum, & terram. Ecce vterque non Aegyptius, norant, & fatebantur Deum creasse cælum, & terram. Quare non fuit opus Mosi ab Aegyptiis hanc scientiam petere, quam longè melius, & in corruptius maiores sui tenuissent. Apparuit enim sapissimè Deus patribus, ac maioribus ipsius Mosi, quibus ostendebat se Creatorem cæli, & prædicabat omnipotentem, id quod semper ab antecessoribus suis audierant. His ergo rationibus non coactus vt præceptoribus Aegyptiis, didicit creationem mundi Moses, tribus scilicet: Vna, quod maiores sui, quibus apparuit Deus, docens se Creatorem, reliquerunt posteris eam scientiam: Secunda quod iidem maiores, ac progenitores, ab antecessoribus suis perpetua successione in domo Hebræorū remanente, audierant, feruebatque de Creatione mundi apud omnes sermo: Tertia, quod Deus etiam ipsi Mosi apparuit, seque omnipotentem ei, creatorémque monstrauit, & prædicauit, sapius id Moses audiuit. Sed reuertor ad tertiam rationem, qua temeritas, summâque cæcitas Simplicij comprobetur. Nam si vel concedam doctrinam Mosaicam ab Aegyptiis mansisse, non modò non habendam ob hanc causam fabulosam, sed venerabilem, amplexandamque probabo. Luce clarius ostendam omnem Græcorum Theologiam, quicunque eam tractauerint, siue

Moses veracissimus quibus signis colligitur.

Etiam profanorum autorum testimoniis vera Mosi doctrina colligitur.

\* Mutuaretur. Moses non fuit edoctus ab Aegyptiis. Gen. 14.

Creatio mundi triplici firmata ratione.

Quamquam Mosi doctrina ab Aegyptiis mansisset

Arint, siue recentiores, siue vetustiores, (vetustiores dico vt Orpheus, Musæus, Linus: recentiores, Pythagoras, Anaxagoras, Empedocles, & Plato) non modò qui cõferat, agnitionem eam Aegyptiam, sed ipsorum etiam hanc esse confessionem, quicquid Græci de Deo, diuinisque rebus essent locuti, à Barbaris, cum primis Aegyptiis, qui sunt Græcis viciniore, allatum. Hoc Plato confessus est apertè in Cratylò, & in Timæo. In Symposio, & Phædro est honorifica mentio de Mercurio Trismegisto. Hoc Plutarchus, & Strabo, Iamblichus, & Proclus, qui paribus testimoniis perhibent, Philosophos Græcorum, ad Aegyptios vt præceptores adiiisse. Tota ferme Platonis de generatione mundi Theologia, nominibus sermonisque tenore considerato, quam prior Timæus didicerat, Trismegisti est. Quod autem sapientissimi Græcorum, Aegyptiorum sibi mysteria indaganda, noscendaque censuerint, sit nunc, multis aliis posthabitis, Plutarchus testis. In eo qui inscribitur de Iside, & Osiride, Testantur, inquit, quàm veneranda sit Aegyptia Theologia, Græcorum sapientissimi, Solon, Thales, Plato, Eudoxus, Pythagoras, & vt alij ferunt, etiam Lycurgus, qui in Aegyptum venerit, vique sunt commercio Sacerdotum. Ferturque Eudoxus audisse Chumepheum, Solon Sonèchitum Saitam, Pythagoras Aenopheum Heliopolitam. Præcipuèque Pythagoras admiratus eos, imitatus est rationem symbolorū ac mysteriorum, enigmatis ea inuoluens. Nam ab his, quæ dicuntur litteræ Hieroglyphicæ, nihil propè discrepant præcepta Pythagorica. Vt est, Super fede ne comedas: Super chœnicè ne fedes: Ne plantas palmam: Ignem gladio ne diuerberes. Huc vsque Plutarchus. Ex his igitur constat, Simplicium dum mordicus Philoponum insectatur, dum magis quàm deceat, Aristotelem admiratur, putat irrefragabiliter locutum, homini non humanam, sed diuinam tribuens autoritatem, non modò vetustissimam Hebræorum Theologiam, omnibus hominibus, & sæculis venerabilem, contempnisse, sed maiores suos, superiorisque Philosophos Aegyptiam Theologiam admiratos, & amplexos, præcipuè Platonem, insigni cõtumelia affectisse. Si enim fabulosa est Hebraica, & Aegyptia Theologia, secuti sunt fabulas, qui ad Hebræos, & Aegyptios causâ discendi se contulerunt. Hisque vidit vnus Simplicius, quàm omnis Græcia. Sed ad id veniamus quod eum maximè fefellit, ac ludificauit, videtem in libro Mosi, lucem causam Diei, quarta die creati. Quo loco, primum dicendum est, non hoc solum, quo fabulosam eam narrationem ostenderet, sed totam historiam fuisse considerandam. Neque si quo in loco obscuritas esset, aut implicatio, debuit omnem historiam fidem subuertere. Erant alia perspicenda, quæ si vera, si cohærentia, si sapienter dicta viderentur, horum bonitas, debuit obscuritatem vnus loci defendere, non ex obscuro loco cæterorum claritas denigrari. Cum ergo reliqua historia sit mirabilis, sit diuina, credendum erat locum illum obscurum quidem, & ignotum sibi, non falsum esse. Sed quid his faciat, quibus certum est, vno mortali nec satis probo homine, suis rationibus motum æternum colligente, cæteris quidquid dixerint, nihil credere, nihil attendere? Qui morbus non modò in hoc, sed aliis longè clarifimis rebus toto humano generi grassatur, dum sæpe male affecti, plus credimus falsa loquenti, quàm vera. Quod ergo reddidit eum dubium, fabulosumque ea de causa putauit: mihi etsi dubium est, & obscurum, non est protinus fabulosum. Quis est enim alicuius ingenij, qui ad istum modum, in scriptis omnium Philosophorum, ab vna re obscura, colligeret vniuersum autorem mendacem? Declaro igitur locum, ac declarauit in mea Cosmopœia, quod tametsi multi sint mysticè interpretati primam lucem fuisse naturam Angelicam, quorum mihi expositio, quoniam hanc lucem narrat Moses diem fecisse, nulla ratione probatur: verius esse, ac melius lucem illam, vt docuit Moses, fuisse Solem, quod tum in sacris litteris nomen lucis creberrimè sit nomè Solis, tum nihil fuerit naturalius, qui sit omnium corporearum formarum, omnis mundanæ vitæ autor, præses, ac principium cunctarum apparentium rerum, primum post informia primordia esse creatum. Ac Moses naturalissimè, & vt venire in mentem melius non possit, primū recensuit creata duo rerum inter se commista principia, tanquam mundi fundamentum, tanquam Embryonem, terram, & aquam: Mox autem ceu tertium atque agens principium, quod adiunctum terræ & aquæ, omne genus formas produceret, effectam lucem. Omnium enim rerum terrestrium, causa sunt terra, & aqua, & Sol. Prima duo velut accipientia, rationemque feminæ habentia, tertium velut masculum, imprimens in ea calorem & lucem genitalem. Decuit autem terram & aquam priores fieri, ob multas causas: præcipuâ verò, quod ex aqua omnium veterum Philosophorum consensu selecta, purissimèque ab-

fabulosa tamè dicenda proinde non fuit.

Ab Aegyptiis præceptoribus Græca philosophia profecta est.

Veneranda Theologia Aegyptiorum.

Pythagoræ symbola.

Quarta die, lucem creatam, quomodo intelligitur.

Locus Genesis obscurus quidem, sed non falsus tamen.

Terra & aqua primò creata, et cur.

tracta fuit aetheria substantia, ex eaque Sol factus, & omnia lumina caelestia. Non enim moror hic Aristotelis autoritatem, sed sequor non modo vetustissimam Theologiae sententiam, verum etiam rationem, & exempla, cum videas nubes aquosas collisas, horrenda in nocte largam exhibere lucem: sic Lumina per aërem volantia, stellisque cadentes videmus & scimus ex humoribus & vaporibus generari, cuiusmodi quandam natura cogitantes esse lucem caelestem, artificiosius ab autore sapientissimo compactam, ac densatam. Sed quoniam potest facile persuaderi, lucem illam primogenitam fuisse Solem: obscuritas autem omnis inde est, quod quarta die dicitur effectus: quod nulla ratione coherere possit, cum lux causa diei sit effecta prior: ut non solum non potuerit creari quarta Die Sol, sed ne prima quidem: quoniam nulla fuit Dies ante Solem creatum: Dicendum igitur, duoque ab his qui hac legent, observari postulanda: Vnum vt attentè considerent, agnoscantque falso dici, vulgòque iactari, & scribi, hanc vel illam rem factam prima, vel secunda, vel tertia die. Vt prima die sit facta lux, secunda caelum, tertia patefacta terra, quarta creatus Sol. Dico hoc & falsum esse, & impossibile, nec à Mose scriptum, sed historiam eius hoc habere. Primò res ipsas fuisse creatas, post dies fuisse secutas, & circumuolutas. Nec deputasse Mosen Opifici summo dies, quibus, vt solent homines, operaretur, nocte ab opere quieturus, ac quasi dormiturus discederet. Dico, & observandum ab omnibus prædico, non esse facta opera illa, in hoc, & illo die, vt manè exorto Sole, ad opus quasi surgens è stratis Opifex accederet: sed eum dico sine diebus operatum: operante autem eo, exactos fuisse sex dies. Nam quando Deus est opus mundanum aggressus, nulla dies fuit: primùmque opus ab eo non fuit factum in die, sed factò opere, Dies secuta est. Aspice & consule Mosen, videbis eum apertè fatentem, cum crearetur lux, nullam diem fuisse, sed luce creata, diem apparuisse: creata autem luce, ordine naturali secuta sunt cætera opera: effectus est aër, quo effecto, secunda dies expleta est. Vt primum aër est à luce flagranti selectus ex aquis, eodem tempore terra nuda remansit, quæ humida ob recentes aquas, inflammataque à Sole, non stirpes modò, sed etiam terrestria, aquaticaque animalia produxit, vt Nilo in alucum redeunte, totamque Aegyptum humidam relincente, nascuntur monstra, versisque animalia glebis aratores inveniunt. Hæc igitur omnia, non fiebant in die, sed his rebus effectis, trium dierum interuallum absolutum fuit. Vt crismile enim est, cum primum lux est creata, subito vagari cœpisse, aquasque inflammantem eas in aërem extenuasse, illo videlicet primo die. Attamen aër fertur secunda die creatus. Hoc interuallo scias, benèque perpendas, non modò terrestria, sed etiam caelestia fuisse absoluta. Perfectum est enim caeleste, & terrestre opus hoc spatio, narrante diuina historia, primum terrestria facta, quæ ab illa primogenita luce dependebant, intermissisque rebus terrestribus, quibus naturale trium dierum spatium attribuerat, subito reuertitur ad opus caeleste, quia narrata prima re, & ab ea paulum digressa, venerat ad terrestria. Vides igitur, quod non dicit creata quarto die sidera, Solem, Lunam, stellas: sed ideo videntur dici ab ea quarta die, creata, quia omnia fuerat narratio rerum caelestium, vt breui facta digressione, mox repeteretur. Ea repetita, non fuit quarta dies ipsarum rerum creandarum: sed ideo fuit, quia tres dies opere terrestri fuerant exacti, & narrati: reuocato opere caelesti, oportuit addere, & dicere diem quartum: non quod præcisè factum in ea die fuerit opus, sed factò, & absoluto, ac narrato terrestri, ac caelesti opere, circumuolutum est spatium quatuor dierum. Audi, & attende, quod non est deputata unicuique rei dies vna. Qui enim fieri potest, cum prima lux, dum crearetur, nullam habuerit diem? Si non prima res, ne secunda quidem, nec tertia, nec quarta eodem ordine. Idcirco autem non est certa dies primis illis rebus deputata, quod die, & noctu fierent: & tum lux facta est non in die, tum nonnullæ res, quæ videntur dici certa die creatæ, tribus, aut quatuor diebus sunt factæ. Credendum est enim, vt dixi, vbi lux apparuisset, aërem ex aqua flammis suis fecisse, prima scilicet die & secunda: credendum quoque eadem die, terras nudari cœpisse, nudatas eodem tempore & herbas, plantisque produxisse, & animalium corpora informasse: sic dum hæc in terris fierent, sidera cœperunt toto efferuescere cælo. Datur igitur dies non quidem vniuerso operi, sed perfectioni, absoluteioni. Sic vbi absolutum fuit omne opus caeleste, dicitur vespere quartæ diei affuisse, cum creato Sole non in die, consecuta est creatio omnium stellarum: sed ipsis expletis, absolute sunt quatuor dies. Hoc igitur observato, quod quidem omnibus scriptoribus est vñtatissimum, qui prius principium alicuius rei attingentes, eamque intermittentes narrando,

Quomodo sane intelligendum, prima, secunda, &c. die creatas esse à Deo res omnes.

1. Metamorp. Ouid.

Scriptorum mos in narrando.

Anarrando, quæ non intermitteretur operando, mox redeunt ad primam rem, quam breuiter attigissent, narrantque tempus exactum his rebus fiendis, quod ad prima, & secunda spectat. Constat etiam Mosen non retulisse quarta die creatum Solem, neque hunc diem operi caelesti deputasse, sed cum principium operis caelestis breuiter narrasset, solum scilicet lucem, aut Solem, moxque ad terrestria descendisset, iterum rediisse ad id quod narrasse cœpisset. Ac dico eodem tempore, eodemque spatio, creatum fuisse Solem, Lunam, Sidera, omnemque substantiam caelestem: sed cum narratio venisset ad terrestria, pauloque post reuerfa esset ad caelestia, repetitum esse totum caeleste opus, cum ea re, quæ prius fuisset exposita. Propositum fuit exemplum in Cosmopœia, quia naturale est, ex scriptoribus profanis. Ouidius, qui Genesim mundi, pariter atque Moses decantabat, cum prius dixisset magnum illum Opificem, certos rebus, & ventis situs dedisset, retulit interim sidera nata. At quomodo id factum est, si venti, omniaque terrestria, quæ fiunt à sideribus, sequi post sidera debuerant?

Vix ita limitibus discreuerat omnia certis, Cum quæ pressa diu, massa latuere sub ipsa, Sidera cœperunt toto efferuescere cælo.

Ecce scribit eodem ferme modo atque Moses. Vt Moses narrata luce, & die, persequitur res terrestres, mox reuertitur ad sidera: cum sideribus autem Solem sidus maximum necesse fuit comprehendere: sic ille cum ventos, cum tractus aërios, cum situs elementorum descripsisset, ante quæ necesse fuit esse sidera, tamè quoniam cuncta narrare statuerat, ait, sidera, quæ sub massa, substantiaque aetheria latuissent, efferuescere interim cœpisse. Tale quiddam memorat Moses, dum fieret aër, dum plantæ, & animalia in terris coirentur. Ecce, inquit, ab eodem Deo sidera quoque sub illa aetheria massa delitescerant, creabantur, rutilabant per omne caelum. Ac quasi præteritum perfectum Mosis, Dixit quoque Deus, stant luminaria in firmamento caeli: intelligi debet ceu præteritum plusquamperfectum, vt loquatur ad hunc modum, Dixerat quoque Deus, vt fierent luminaria in firmamento caeli. Hæc autem luminaria erant non modo Sol, de quo principio dixi, sed etiam Luna & stellæ, quæ prius omiseram. Maiora autem sidera, quod antea tibi non indicaueram, iussit esse in signa, dies, & annos, vt lucerent, vt designarēt omnia. Hoc autem omni opere absoluto, fuit vespere quartæ diei, & mane sequentis. Sic Moses. Vides igitur quàm ea narratio sit naturalis, necessaria: Quàmque vitare non possumus, quin aliquid prius exorsi, paulum digredientes alia complectamur, rursum quod fuerat inchoatum, & omissum, repetamus. Dico igitur sapientissimè, naturaliterque scripsisse Mosen, factum esse Solem primum. Semel quidem factus est Sol à Deo, bis à Mose descriptus, propter narrationis ordinem, vt aduocaret sidera efferuescencia, superius ommissa. Quartus autem dies non est huic operi, sicut nec primus primo deputatus, sed opere toto absoluto à Deo, narrato à Mose, exactum est spatium quatuor dierum. Adi ipsum Poëtam, vbi cuncta caelestia, ac terrestria posuisset, vt ordo clarior esset, & aptior, iterum dixit:

Hæc super imposuit liquidum, & leuitate carentem, Aethera, nec quicquam terræ fecus habentem.

At hoc antecedere debuerat ea, quæ prius descripsisti, motum oceani, ventos, ortus, obitusque signorum. Repetisti igitur, sicut Moses reducit Solem, cum omni aetheria classe. Reuocasti superimpositum rebus terrestribus, velut claustrum, & septum (vnde Græcè dictus Vranos, suprema descriptio) ambitum caelestem, sublatamque ab Opifice Deo in altissimas mundi regiones, leuissimam aetheriam substantiam. Atqui id non est eo loco, quem hic ostendis, id est, nouissimè, post res alias, quas memorasti: sed primo, cum sapiens Opifex ille, Chaos aggressus, omnipotentique manu, separata liquidissima, leuissimaque aetheria substantia, ex ea lucēs caelestes, ante omnes, Solem creauit, circumque terras latos duxit orbēs: Quod quidem fuit primum infinitæ, inexhaustæque sapientiae suæ opus: cætera subsecuta sunt, quæ tamen prius memorasti. Cum hoc igitur exemplo, cuiusmodi apud omnes scriptores magna copia est, Mosaicæ narrationis ordo verus ac naturalis appareat, resoluta, deiectaque est Philosophorum importuna calumnia, qui spernentes quæ non intelligunt, in apertissimos errores dilabuntur. Responso igitur est (vt per epilogum fiat clarior) ante formas omnes visibiles, Sapientiam diuinam creasse Solem, Lunam, omniaque sidera, totumque hoc opus ad quartum diem peruenisse. Secundo, quartam diem operi caelesti vti certam non deputari, sicut nec reliquis operibus, sed supremam

Metamorp. 1.

Præteritum pro plusquamperfecto vsurpatum.

Semel à Deo sol factus, bis à Mose descriptus.

Ouid. ibidem.

Idcirco vnde dicitur.

Philosophorum deliria in his statuedis quæ non intelliguntur.

manum designari, & quasi perfectum re & historia opus. Vt quod dicatur, quarta die facta lumina caelestia, intelligendum sit, spatium vsque ad quartam diem exactum, caelesti & terrestri operi explendo: & quod dicitur ea die factum, intelligatur non tunc inchoatum, sed à principio inchoatū, ibi completū, & absolutum. Vt cum de syderibus & astris creatis loquitur quarta die Moyses, Vt fierent luminaria in firmamento caeli, & diuideret diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, vt luceant in firmamento caeli, & illuminent terram. & cum subiicit, Et factum est ita, &. Vidit Deus quod esset bonum, & factum est vespere & mane dies quartus, is sit sensus, non quod à mane vsque ad vesperam illius diei ea facta sint: dico Moysen nil tale dixisse, sed omni opere caelesti cum terrā nudatione & plantis, & herbis expleto, quartam diem circumuolutam. Terrio sciendum, operationes & narrationes hoc differre, quod ea narratio, cui sint plura complectēda, non potest nisi vnam rem seorsum eodem loco referre: operationes autem variæ fieri eodem tempore, diuersis locis possunt. Sic dico quod cum Moisaicæ historiae esset describenda creatio caelestium, & terrestrium, necesse fuit, vt vnum, deinceps alterum referret. Operationes autem hoc impedimentum non habuerunt, nec erat quod prohiberet, dum fierent terrestria, quo minus etiam caelestia completerentur, aut dum fieret vnum opus terrestre, non fieret alterum, vt dum extenuaretur aqua in aërem, nō detegeretur terra. Igitur tamen si Moyses post lucem narrat in terris factum aërem, factam nudationem terræ, natas arbores, & herbas, non propterea caeleste fuit opus intermissum, etsi fuit intermissa narratio. Dum fierent terrestria, etiam caelestibus suprema manus imponebatur. Circumacta autem quarta die, ecce tibi absoluta erant lumina caelestia, & tria opera terrena, aër, nudatio terræ, satus plantarum, cum quibus etiam animalia nasci cœperunt. Neque hæc ego dicens, non sentio potestatem diuinam subitò cuncta facere potuisse, sed ordinem naturæ quendam declaro, quem posuisse Deus, descripsisse Moyses videtur. Quarto dicitur vnitissimum scriptoribus esse, ob iustam aliquam causam reuocare, reducere, quod prius retulissent, & addere quod omisissent, vt sit concinnus ordo: Sic Moysen, etsi Solem prius in cælo posuisset, reuocasse postea, vt adderet quod omisisset, Lunam, stellas, signa, tempora. Nec tamen est adeo quisquam hebes, vt putet scriptorem bis eam ipsam rem creasse, etsi bis descripserit. Hanc repetendi consuetudinem ipsi Mosi frequentem esse, exempla in rebus clarioribus, in Cosmopœcia docuerunt. His ita resolutis, quibus apparet Simplicium tam sapuisse in historia Moisaica, quam in propria suæ Philosophiæ professione, & in refellendis argumentis Philoponi, reliquas eius, vt dixi, rationes, quibus impugnat iudicium Philoponi super decretis Aristotelis, de Aeternitate motus, non perpendam, donec audiam diligentius ipsum sua verba loquentem Philoponum. Tantum nunc admirabor, quod regnat in eadem atque Proclus infania, vt expressè & apertè Aristotele asserente, Platonem tempus, & cælum creasse, probare conetur (vide quæ sæpe detinet homines infania) vim verbis allatis, non dissonare mentes dumquæ Philosophorum, ac non ad Platonem Aristotelem, sed ad Aristotelem trahit Platonem. Quid igitur ad hunc philosophari modum, aliud est, quam dare operâ, vt cum ratione insanias, sciens, & prudens desipias, professionem facias, vt te, & omnes homines semper decipias? Historia Moysi de Generatione mundi dicitur fabulosa: Plato quæ de creato cælo, & tempore disputat, alium habere sensum prædicantur: si quis aliud, quam quod attulit Aristoteles, opposuerit, εὐκοπὴ μὲν, obtenebratus appellatur. Quo planè constat, eorum eiusmodi Philosophiam, non aliud esse quam lucis omnis, & veritatis obtenebrationem. Satis igitur esset magnorum, ac priscorum hominum testimonio, Aristotelis, Tullij nostri, qui toties prædicat Platonem mundum creasse, Philonis Iudæi, Plutarchi, Alexandri Aphrodisiæ, quorum auctoritatem Proclus, Simplicio, aut si quis ex iunioribus pariter desipiat, præponderare, vti maiorum meliorumque Philosophorum, clarum est. Sed ipsa ratio, qua Platonem æternum declarare mundum asseuerant, satis ostendit, nihil ibi nisi violentum esse: Ac similia his quæ Proclus refert, quosdam Platonicos sensisse, tota ratione desumpta ex eo, quod Græcè dicitur γινόμενον, genitum, quod fit, alterum τὸ ὄν, vere existens. Quorum cum primum Plato pro rebus creatis, & corporeis vsurparit, secundum pro nunquam factis, sed semper eodem in statu permanentibus, designans Ideas, à quibus ceu fontibus æternis, natæ sint res sensibiles in tempore: hæc duo ex aduerso velut irruentes, sic isti corripuere, & in suas sententias violenter abstraxere, vt primum non sonet id quod in tempore habuerit principium, vnâque cum tempore partum, sed quod nascatur,

Operationes & narrationes vs differant.

Repetuntur quædam à scriptoribus ad concinnum ordinem.

Error intolerabilis Simplicij.

Philosophia Simplicij, veritatis est obtenebratio.

Quo sensu accipiendum sit Platonis illud, mundi creationē æternam.

Anascatur, pendeat, oriaturque ab alio, etiam in aternitatem: Secundum, quod in contrarium, à nullo dependeat, seipso stans, sibi principium. Has Ideas esse, illa quæ ex Ideis oriatur semper, infinito tempore nascentia, eoque hoc secundum vocari γενετὸν, generabile, factibile, quod semper fiat. sic Aristotelem, cum Platonem asserit generalisse tempus, sensisse generationem continuam, perennemque transitum: vt non sit duorum Philosophorum discrepans super tempore sententia: altero dicente motum, & tempus ἀίδιον, sempiternum: altero generabile, qui senserit, perpetuam ex altero generationem. Hanc igitur violentam, coactamque interpretationem, ratio, magnorumque Philosophorum, quibus hæc ante Proclum, & Simplicium non fuerunt obscura, autoritas coarguet. Respondeant igitur autoritate sua, & ratione, ipsi vetustiores, ac venerabiliores recentibus hisce, nouitissimisque Philosophis. Plutarchus in eo qui inscribitur de Placitis Philosophorum: Pythagoras, inquit, & Plato, γενετὸν ἄπο θεῶν τὸν κόσμον, ἢ φθαρτὸν μὲν, ὅσον ἔστι τῆ φύσεως, ἀίδιον γὰρ εἶναι, ἀλλὰ τὸ σαματικόν, ἔμμεν φθαρτοῦ μὲν γὰρ ἀεὶ γίνεσθαι, ἢ ἀποθεῶν καὶ πνευματικόν: Vnicum mundum & quia sensibile sit, genitum, & factum à Deo, sensisse Platonem. Sic Laërtius quoque constat quo sensu interpretetur genitum: factum scilicet in tempore, asserens & ipse rationem Platonis. Idem Plutarchus differens de saty animæ, quæ est in Timæo, de hoc hominum genere, qui Platoni detrahunt creationem mundi: Sunt, ait, plurimi operam dantes Platoni, qui timentes, & anxij, omnem mouent lapidem, omnia conantur, torquent, vim adhibent, ceu nefariam, ac nefandam, occultare, negare, mundi & animæ molitionem, & constitutionem, velut quæ fuerit ab æterno, tempusque permanserit infinitum. Quibus responsum est, & nunc id sufficit, quod certamen, & orationem de Diis, quo Plato fateretur summam contentione, & præter ætatem se aduersus impios decertasse, confundunt, imò verò tollunt in totum. Si enim ingenitus, aut non factus est mundus, elabatur Platoni, animam, quæ corpore prior, & antiquior sit, mutationis, ac motus omnis principem, & causam esse, sicut ipse dixit. Quæ autem sit anima, & quo corpore, prior, & vetustior progrediens oratio demonstrabit. Quod ignoratum videtur magnam dubitationem veræ sententiæ iniectisse. Exponam igitur primum, quæ mihi videantur probabilia secutus, eoque me ipsum consolans, quod sit veritas aliqua, etiam ab aliorum opinione seclusa, tum interpretationem, demonstrationemque inducam. Sic enim res, vt ipse quidem arbitror, habent. Hunc mundum, inquit Heraclitus, neque Deorum quisquam, neque hominum fecit. Quasi vereretur, ne Deo excluso, hominum alicui creationem mundi traderemus. Melius igitur est Platoni credentes, Mundum quidem à Deo factum dicere, & decantare, cum & mundus rerum factarum pulcherrimus, Deus optima causarum sit. Post multa Plutarchus: Quid opus est afferre, quæ dicuntur in Timæo? inquit. Totus enim liber est de creatione mundi. Et in Critia, siue Atlantico Timæus eum dicit τὸν πάλαι γεγονότα, qui olim factus à Deo esset, nunc eorum orationem fieret. In politico hospes Parmenidis, Mundum à Deo constitutum, multa bona habuisse: si quid difficile cernas, ex pristino confusions, & inordinationis habitu remansisse. In Republica θεῶν γενετὸν, Diuinitatem factam, aut rem diuinam effectam, mundum appellat Socrates. Hæc & alia pleraque Plutarchus, quæ cum sententiam Platonis claram exponant, nostra declaratione non sunt adiuuanda. Philo autem Iudæus insignis Platonicus, cum de mundo loqueretur, Philosophorumque super eo sententias assereret, neque sua tempestate deessent, qui quemadmodum Simplicius, & Proclus, Platonem ad Aeternitatem mundi nolentem traherent, perennem ei generationem asserentes dedisse, loquitur ad hunc modum: Genitum autem, & incorruptibile aiunt mundum à Platone in Timæo declarari. Nonnulli verò, qui sapientiam iactant, eamque sibi arrogat, aut sophisticè agunt, arbitrantur à Platone mundum generabilem dici, non quod generationis acceperit principium, sed quia si factus fuisset, non alia ratione, quam quæ ab eo

Opinio Pythagore & Platonis de mundo.

Plutarchi locus, de creatione & principio mundi.

Philo Iudæus de mundi creatione.



posita est, constare potuisset: aut quia semper partes eius in generatione, & mutatione D cernantur: βέλτων δὲ καὶ ἀλλήλων ἄπονοεῖν τὸ πρῶτον. Sed melius est, & verius opinari primum, non solum quia in omni opere Patrem, & Genitorem, & Opificem Deum illum, Architectum appellat, opificium autem venustum, ac quasi partū, ac prolem hunc mundum, ab exemplari intelligibili, simulachrū sensibile, omnia quae ille intelligibiliter, sensibilibiter in se continentem, perfectissimum ad Mentis perfectionem, exemplum sensibile: verum etiam quia testatur id Aristoteles de Platone, quem ob Philosophiam mentiri sanē puduisset. Huius autem Platonici dogmatis autorem nōnulli Poētam Hesiodum arbitrantur, qui genitum, & incorruptibilem cecinerit mundum? Genitum, cum ait:

In Theogonia.

Exitit ante chaos, exin latissima tellus.

Cui super inmixtum pondus rerum incubat omne.

Tusc. i.

Incorruptibilem verò, quia nullo in loco de eius interitu meminere. Clarissimè igitur extat apud Hesiodum, mundum genitum. Hæc Philo. Quoties item Marcus noster, de Platone sensit idem, & prædicavit? Qui in Tusculanis, Possumusne, inquit, dubitare, quin his præsit aliquis conditor, vel effector, si hæc nata sunt, ut Platoni videtur, vel si semper fuerunt, ut Aristoteli placet? Simplicius item ipse in octavo, δ μὲν τοι ἀλέξανδρος καὶ τὸν Πλάτωνα φησὶν ἀπ' ἀρχῆς χρόνου, τὸν κόσμον ὑφίστασθαι: Alexander tamen, inquit, fatetur, & ipse Platonem ab exordio temporis creasse mundum. Assertq; idem in libris de Cælo verba Alexandri, quibus ostendit, Platoni mundum creatum in tempore. Tantorum igitur adeoque antiquorum Philosophorum, non refutabit iuniorum leuitatem, & ineptiam, E

Autoritas tot veterum philosophorum frangere debet ineptiam iuniorum & recentium.

Quod tangitur & cernitur principium habet, Platoni.

Tempus & ævū, non idē.

Intelligibilis mundus causa exemplaris creati mundi.

Cur inducta exemplaris causa à Platone.

Qui non solum æternum à Platone mundum dici, sed etiam ubi super hoc carpitur ab Aristotele, defendere, conciliare duos quasi Philosophiæ antesignanos sagunt. Egregia verò pax, ad quam vocant, omnibus modis repugnantes. Ea demum est eorum Philosophia, certum, constitutumque est eis, modo regnet quod ipsi opinentur, miscere omnia, nihil non pervertere, pudore quo carent funditus, à nullo flagitio eos retrahente, temeritate, & insolentia duce, quæ pars est mysteriorum Aristotelicæ hodiernæ Philosophiæ, nihil non audentes. Multæ sunt item aliæ rationes, quibus à Simplicio defenditur Æternitas apud Platonem. Veluti quòd rogans an factus sit mundus necne, respondet, factus, quia visibilis & tangibilis: non respondet, quia cum prius non esset, exitit deinceps. Quasi non sit eadem ratio, factum cum prius non esset, aut tangibilem, & visibilem factum dixisse. Cum Plato velit omne quod tangitur, & cernitur, habere principium: Eoque etiam dissolubile, nisi diuina potestas obstiterit, esse. Peruertitur quoque ac deprauatur, quòd Æternitatis imaginem dicente tempus Platone, quo declarat iuxta Timæi Locrensis sententiam, ævum semper fuisse, tempus non semper, velut rem factam ad illud exemplar æternum, peruertit inquam Simplicius, in eo temporis exemplum Æternitatem asserens, quòd ea maneat in æternum, tempus in æternum fluat. Sed quomodo foret Æternitatis imago tempus, si par vtrique duratio, perennitasque esset? Quæ causa ascita fuit à Timæo, & Platone hæc collatio perennitatis & temporis, ut primum foret exemplar, secundum simulachrum, nisi quia ad similitudinem eius quod fuit semper extra mundum sine mundo, factum tempus cum mundo dixerunt? Alioqui non opus erat hoc exemplo, si in vtroque perennitas esset. Nā exemplariorum ac simulachrorum ratio assumpta est à Platone, ut redderet causam, & inueniret principium & fontem creati mundi, & temporis, quasi simulachrorum mundi intelligibilis, & Æternitatis. Dixitque causam exemplarem facti mundi, intelligibilem mundum, qui fuisset æternus, causam temporis exemplarē ipsum ævum. Hoc omne indicat factionem & exordium, ponuntque distinctè ea quæ semper fuerunt, & quæ non semper. Semper exemplaria, nō semper simulachra. Nec verum est quod Simplicius ait, si simile sit tempus Æternitatis, necessariò infinitum, immensumque & ipsum esse. Dico similitudinem temporis, & Æternitatis esse, quam asperxit Plato, quòd Æternitas semper fuit, tempus autē quasi factum est eius particeps, sicut cum simulachra sunt ad eorū, quæ prius extabant, exēplaria. Dicoq; Platonem idcirco exemplarem causam, & res ad hanc factas induxisse, ut ostenderet, quid inter æternum, atque creatū interesset, & vnde venire res creatæ potuerint: arbitratus sic rationem mundi facti habuisse, sicut cum ædificatores, longe prius quàm ædificent, existentes, continent animo speciem futuri ædificij: Sic Deum semper habuisse formam mundi, animo inhærentē, mundum autem in lucem exisse ad eam speciē, quæ semper in animo diuino extitisset. Itaque non erat cur has similitudi-

Asimilitudines assumeret Plato, si fuissent semper causæ & causata. Nec est in eo simile tempus Æternitati, quòd sit semper sicut Æternitas: sed in eo, quòd habuit quandam similem naturam, ipsi Æternitati sua perennitate remanente, tempore, cum prius non esset, creato, in quo fuit ei similitudo cum Æternitate: Quia cum factum est, ad similitudinem eius quod prius foret, factum est, sicut ad similitudinem Patris dicitur Filius procreatus, qui prius non esset, existente Patre. Sic existente semper Æternitate, quasi filius eius natum est tempus, & quasi filius mundi intelligibilis, qui semper fuisset, conceptus, editusque in lucem est mundus sensibilis. Res igitur clara. Quod autem, dicente Ioanne Philopono, Deum operari sine tempore: opponit sese Simplicius, & arte sophistica armatus occurrit, Si sine tempore, ergo in Æternitate, nunquam igitur operari destitisse, Aperta cauillatio. Non protinus si sine tempore operatur, semper operatur. falsa inductio. Sine tempore operari tria designat, aut semper operari, aut momento inuisibili, aut actione, non sub sole. Deus Sol extra mundum, & tempus, omnia operatur, & operari potest, sine isto mundano tempore. Nec Deus tantum, sed omnes qui sunt extra Solem, quidquid agunt, sine tempore mundano agunt. Hoc modo Deus existens extra mundum, maior omni mundo, quicquid fecit, sine tempore fecit. Non opus ei fuit Sole, & die, qui Solis & diei fuit autor. Sex autem illi dies apud Mosen, sunt rerum ipsarum absolutiones, non spatia, quibus operatus sit Deus, qui prius sine die creauit terram & aquam, & ipsum cælum, orbemque Solis. Philoponus B autem sentit verissimè Deum immediatè operari, hoc est, quòd si velit facere, nullum est impedimentum: subito fit quod vult, actione inuisibili, in iectu oculi, immensurabili momento, cui nihil resistat. Hoc ille dixit: Simplicius peruersè & inscitè intellexit, peruersius interpretatur. Qui quod dicitur ἀμέσως, ἀχρόνως, cum putet sonare Æternitatem, cum sonet actionem momentaneam, profectò suam inscitiam declarat, qui nec vocum pondera sentiat. Quod autem inducit Simplicius tanquam absurdum, si Deus non semper operetur, inesse in actionibus eius prius, & posterius, & quasi gradationem, nec fieri posse ut cuncta simul fecerit sex diebus, quatuor anni tempora, ver, ætatem: primum nego absurdum in actionibus eius esse prius & posterius, secundum dico non inesse. Neque enim fas est, si quis mortalium plectendus esset à Deo, qui non plecteretur antea, postea plecti: Esti Iupiter decreuisset aliquam perdere gentem, quod quondam non faceret, aut turpe fuit ei fecisse, aut coactus est semper perdere, ne in actionibus eius sit prius, & posterius. Inest igitur gradatio in operationibus Dei, non quòd ei sit impossibile, cuncta momentis inuisibilibus operari, qui posset omnia actione immensurabili, & intemporea, quæcunque sex millibus annis fecit, fecisse: sed ordo rerum, ac Natura postulat inesse prius & posterius eis, temporūque gradationem, ad confusionem euitandam. Nec oportet ad naturam Dei transferre quod rebus corporeis, & creatis est necessarium, quas necesse est sæculis, atatibusque suis paulatim explicari. Eaque bonitas eius, & prouidentia inuariabilis ordo. Quod autem negas C eum, si creasset, sex diebus omnia tempora simul potuisse complecti, hallucinatis. Quis est enim vel mediocriter eruditus, qui non sentiat, eum simul omnia tempora fecisse, ver, autumnum, ætatem, hyememque, eodem tempore, qui Solem harum vicissitudinum causam creauit? Qui dixit, Fiat lux: id est, Sol, qui dicitur lux, lucique dedit mirabiles ordines, & motus, simul cum luce quatuor anni tempora, quorum est causa lux, propterea certos eundi, redeundique, accedendi, & abscedendi nacta ordines, ut fieret, quod factum vidimus, creauit. Nam idem adiecit, Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Ergo cum luce totum fecit annum. Ipseque consilium ab se creatæ lucis declarauit. Influxit, aptauit causam omnium temporum: & cum mirabiles Soli dedisset ordines, quibus sese inter vtrunque Tropicum flecteret, profectò repertor ipse veris, ætatis, autumnū, & hyemis fuit. Res igitur clara. Cui enim non constat, inuentores primarum causarum, omnium consequentium effectuum haberi, & dici merito autores? Sunt aliæ rationes apud Simplicium, quas, ut dixi, si dabitur vnquam, ut quid Philoponus sit locutus, possim diligenter explorare, dissoluam.

Deus operatur sine tempore.

Deus, omnimūdo maior.

Deus immediatè operatur.

Natura postulat ut sit prius & posterius.

Deus, simul omnia fecit.

Gen. i.

Ostenditur Creationem mundi ab antiquissimis omnium nationum fuisse confessam. Cunctos ferme Philosophos vetustæ famæ, patrumq; traditioni subscripsisse. Explicatur in primis Theologia Trismegisti de creatione mundi. Trismegistum cum Mose congruere in describenda Creatione. De creatione lucis, siue Solis, siderumque aliorum, & aëris ex aqua purissima defecatione. Ante omnia de creatione terræ & aqua, quæ cæteris fuere principia, dictum chaos ab illis, aut hyle. De nudatione terræ, creatione animalium, & hominis ad imaginem Dei creati. Hanc Theologiam vidisse Ovidium apud Græcos, Latineq; expressisse. Deos eorum esse sidera, factos ex aqua. Secutos esse præscos Græcos hanc Theologiam. exempla ex Platone.

CAPVT VIII.



**S**UPEREST vt ipsam mundi Creationem omnes gentes, & Philosophos, vno aut altero excepto, omnē vetustatem, fuisse confessam, exemplis comprobemus. Non fuit certè nisi mirabile veritatis argumentū, tot fuisse voces in hac re scriptorum gentiumq; cunctarum, omnibus in libris pariter consonantes. Quin etiam eos ipsos, qui defendendam sibi Æternitatem suscepissent, sæpe dixisse reperies, quæ recurrente ad veritatem animo, violentamq; persuasionem deferente, super rerū molitione, & temporis exordio eis exciderunt. Pleraque etiam statuerunt, quæ cum necessario rerū principio (si quis resoluendo per omnia pergat, perueniatq; ad aliquod supremum) nitantur, cernentur sine dubio secum creationem mundi trahere. Itaque mirabilem in eorum scriptis pugnam, summamq; dogmatum confusionem cernunt legentes, occultoq; mœrore circum præcordia, ea legendo occupatur, nihil certum, nihil nisi acéphalon, male positum, male constans, & prodigiosum, quasi plenum lacrymis & horrore humanarum rerum chaos, offendentes: dum misera, mœstaq; hac vita, quam luctus, & labor, omnesq; calamitates comitantur, nihil fore nobis melius pollicentur, & cælum, elementaq; istius mundi venerati, eripuerunt hominibus, dederunt illis Æternitatem. Cum hæc igitur sit in dogmatis eorum confusio, qui persuasionem hæc obtinentes, ne mutire quidem de moribus, de prouidentia, de nostris animis, de virtute possint, de quibus quantumuis loquantur, quia subneruarunt, fundamentaq; subdixerunt, vanus sermo est, iure qui legit eorum dogmata, nullum fructum, sed mœrorem, tristitiam, cōfusionemq; animo reportat. Parte alia, quia non omnes cæcitas oppressit, & quia violenta, tempore, aut ratione tandem dissoluuntur: sic rationis auxilio violenta illa dogmata, ipsa semet paulatim dissoluunt, destruunt. Omnes igitur gentes à maioribus auditam, frequentemq; præscis sæculis, conditionem mundi decantauerunt, & qualis apud Mosē est, celebrauerunt. Ac vt ostensum est, & confessus est Plato, cum Barbari sint Græcis longè vetustiores, & traditum monumentis sit, ob hanc causam, Græcos ad Barbaros disciplinarū causa adiisse, certum est, vti præceptorum, quæ Barbari sensissent, à Græcis quoque sentiri, & agnoscere, & recipi fas esse. Quod etiam fecerunt. A Barbaris autem post aliquod tempus venit ad Græcos, vt alia dogmata, sic de Creatione mundi sermo, quem tamen etiam Græci ab antiquissimis progenitoribus acceptum, paulatim posteris reliquerunt, & per successionem tradiderunt. Eoq; apud vetustissimos quosque Poëtas Græcorū, inuenitur de Creatione & principio rerum celeberrima fama. Quo magis in antiquitate te insinuaris, tam magis deprehendas famigeratam, celebrem. Mercurius igitur Ægyptius, quem constat vnū propè fuisse, quem Plato cum primis & Pythagorei fuerint secuti, de Creatione locupleter scripsit. Item Chaldæi, Phœnices, Hebræi, quibus nulla natio vetustior, ac memorabilior. Nam ab his natæ sunt aliæ, & sparset circum orbem terrarum gentes. Ipse igitur Mercurius omnibus Ægyptiis, ac Græcis præceptor, totam adamussim creationem, in vniuersum, & per partes descripsit, cum cælum ac terras ostendens à Deo sumpsisse primordium, tum verò claras & apertas rationes expediens, quibus ea, quæ fuerunt minorum postea rerum generalia principia, & ex quibus omnia nata feruntur, à Deo fuerint composita, & excogitata. Quomodo Sol conditus: tellus quod principium proferendarum

Mercurium Trismegistū Plato & Pythagorei primis sequuti.

Arendarum plantarum, frugum, florum, quibus quasi circumuestita sit, habuerit. Quid rerum postea natarum varietatem, vt necessarium fundamentum antecesserit. Hæc ille docuit, & docuisse, verbaque eius esse quæ de Creatione vir antiquissimus scripsit, non ea solum, quæ passim de hoc homine summo consensu à profanis, & sacris scriptoribus feruntur, testantur, sed etiam quæ cernimus apud Platonem, Platonicosq; omnes, & Pythagoreos vetustiores, vt Numenium, Philonem, Archytam, Anaxagoram, ac plerosque alios: de quibus dicere pergemus, vbi res, lociq; postulabunt. Nunc autem Mercurij Genesim explicans, dico eum confessum, & Creationem mundi aliquando extitisse, & inueniendarum rerum modum, quo ad humano ingenio fas est, aperuisse. In libro, qui dicitur Pœmander, id est, Pastor hominum, nomen prouidentis Dei, quale etiam Prometheus, quem librum hoc titulo præscripsit, quod in eo loquatur is ille, qui item apud Mosē, appellans seipsum Iehouah, ingressus de Creatione scribere, cum ipsum Pœmandrū qui apparuisset, inducit docentem, & explicantem. Omnium enim maximarum abstrusarumq; rerum præsci, Deum, aut Angelos eius habere præceptores. Quo fit, vt quæ dixerunt, longè maiorem fidem, quàm quæ posterius Philosophi, qui ipsi sibi fuere magistri, promereantur. Vbi igitur ei Pœmander apparuisset, vt soliti erant præsci patres, cum Angelum, aut Deum vidissent, rogauit quis esset. Ego, inquit, sum Pœmander, Mens autoritatis. Et scio quid velis. Hæc vbi dicta dedit, mirabile spectaculum se vidisse testatur, in quo Creatio mundi, & qualia fuerint noua illa partaque è nihilo primordia continetur. Primum vidit diuinam claritatem, quæ fuit ante mundum, regnum Dei gloriosissimum, totius mundi principium. Parte alia vidit tenebras quasdam horribiles, longè infra diuinam illam gloriam subiacentes. His subiaceret Naturam quandam humentem, inexplicabiliter turbatam, fumumq; velut ex igne exhalantem, tum sonitum fragoremque inenarrabilem ex ea procedentem. Tum verò etiam vocem velut ex igne emissam. *οὐδὲ τῶν πύρρων, &c.* Ex igne autem, Verbum sanctum, Naturæ infedisse, ignemque purissimum emicuisse ex humida Natura in altum, leuēque fuisse, & acutū, simulque efficax. Aërēque leuissimum fuisse consecutum spiritum, ascendentem vsque ad ignem è terra, & aqua, vt videbatur: eumque ex ipso pepedisse. Terram autem, & aquam fuisse inter se commista, vt præ aquis terra videri nō posset, sed commota fuisse propter spirituale Verbum, quod super ferebatur. Deinde explicat is qui apparuisset spectaculum, docens se lumen illud esse, quod fuisse ante humidā Naturam, quæ è tenebris apparuisset. Verbum autem radiosum, luminosum qui ex Mente sit, Filiū Dei esse. Mentem autem Deum Patrē. Neque enim separati, inquit, sunt ab inuicem, quorū sit vnio, ipsa vita. Hæc vbi dixisset, in ipsum defixisse oculos, vt contremisceret ad eius Ideam, Trismegistus ait: cumq; nutu eum subleuasset, Ecce, inquit, video animo, lucem illam innumerabilibus virtutibus radiantem, video mundum in circumscriptibilem, & continere ignem, & stationem habuisse, contentum maxima virtute. Ac cum in stupore essem, cogitans quæ mihi à Pœmandro aperirentur, rursum mihi dixit, vt intuerer animo speciem Archetypam, quæ principium infinitū antecedit. Hæc Pœmandrum dixisse. Elementa verò, inquit, Naturæ, vnde nā extiterunt? Iterū ille, Ex voluntate Dei, inquit, quæ verbum nata, intuitaq; pulchrū mundū imitata est, creans mundū per sua ipsius elementa, & genituras animarū. At Mens Deus, cum sit mas & foemina, peperit Verbum, alterā Mentem. Huc vsque progressi, Mercurij verba explicemus: deinceps alia proferentur, in quibus reliqua de mundi Creatione historia continetur. Est autem diuina historia. Duoq; de ea noscēda sunt: primū, eam similem esse Mosaicā: deinde, hanc esse Platonem secutum, multosq; ante eum Græcorum, Orpheum, Anaxagoram, Hesiodum, vt appareat verè vetustissimi illius Trismegisti librum esse, non modò quia multi eius meminerunt, verum etiam quia claret, Pythagoreos, superioresq; hæc imitatos, de Creatione mundi scripsisse. Nā quæ Timæus Locrensis, & Plato, vocant mundum, *κοσμὸν, ἰνδραυντόν*, exemplarem, mentalem, ad cuius imitationē Deus fecerit mundum sensibilem, hancq; potissimum causam celebrauerūt, & de ea copiosè scripserunt, ecce Mercurius prior prodiderat, qui & Ideam archetypā memoraauerat, & ad hanc, quā Principium infinitum ante oculos haberet, ait factum sensibile mundum. Hocq; fuisse principium elementorum, hinc origines illas, quatuorque membra, quibus constat mundus, apparuisse. Ac primò sciendum, duas hic esse & nominari lucēs: Alteram, incorpoream, infinitam, incircumscriptam, creatricem, immensum quendam mundum: Alteram, corpoream, creatam. Igitur Mosēs scripsit, In principio creauit Deus

Pœmander apud Trismegistum quis: & Theologia eiusdē quam cōsenties cum Mosaicā.

Mundus exemplaris, mentalis.

Lux duplex. Gen 1.

cælum & terram. Tum creationem aggressus, Terra, inquit, erat inanis & vacua, & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Trismegistus autem non ex animo suo, sed ex revelatione, Antequam crearetur mundus, fuisse lucem, ut ipse inquit, hilarem, flagrantem, gloriosam claritatem, qua fuit gloriosus antequam mundus fieret, creator ipse. Et quem Moses vocat Deum, & Spiritum, dicens eum primò creasse cælum, & terram, deinde creatam iam terram, & aquam superincubuisse, cum Mercurius Lucem appellat, immensamque claritatem & maiestatem, ad quam ipse contremisceret, ei per speciem oblatam. Hæc claritas inenarrabilisque lux videbatur supernè, & quasi extra mundum, sine mundo rutilare. Huic longè subiaciebant tenebræ illæ immensæ, quæ dicuntur apud Mosén, super abyssum incubuisse. Iam Deus creauerat terram & aquam. Sed humidam Naturam, id est, terram & aquam, superextabant tenebræ, nondum ab illa æterna, supernaque claritate, luce corporea producta. Vides igitur omnia similia inter Mosén, & Trismegistum. Apud Mosén est Deus Principium, Creator, apud Mercurium Lux immensa, & Mens, ut ipsa docuit paulo post. Apud Mosén verus, ac naturalis Creationis ordo, quo non possit naturalior cogitari, est, quòd principio Deus creauit terram, & aquam, deinde lucem cælestem. Quomodo eam creauerit, non adeo declarauit, sed obtulit tantum cognitionis scintillam, ut intelligeremus. Nam cur Spiritus Domini ferretur super aquas, curue mox Dominus dixerit, Fiat lux, Mercurius ipse declarauit. Sæpe enim cum fuissent duo, aut tres idem scribentes, quod ab vno prætermisum esset, aut breuiter positum, refertur copiosius ab altero. Sic Ioannes multa retulit à cæteris Euangelistis prætermisum. Designauit igitur tantum, quasi quæ innuit Mosés, quomodo cælestis orbis, aut lux corporea post terram, & aquam creata sit, aut cur super aquis Spiritus ille ierit, quidue illic fecerit. Causa igitur fuit, veraque ratio, quam Trismegistus expressit. Qui ubi Deum opificem claritatemque eius induxisset: Exinde tenebras horribiles, quibus subiaciebat humida Natura, id est, quod dicitur Chaos, aut Hyle, terra videlicet & aqua obuoluta: deinde, Verbo sancto, Spiritu scilicet illo Mosaico, incumbente, & turbante, ac commouente aquas, quod Mosés dicit merachephet, quasi quæ sonitu ingenti, ex aquarum collisione, edito, refert exhalasse velut fumum, ætheriam substantiam, ignemque, ut ipse vocat, ἀκρατον, purum, impermixtum. Is igitur erat fragor aquarum, hæc abyssus tumultuans, ut Hebræicè sonat Theom, scindebatur ab Opifice Deo, quatiebatur, turbabatur, ætheria substantia, purissimisque ignis ex ea eliciebatur. quemadmodum collis nubes aquosis, nascitur purus ignis, terras horrenda in nocte latè collustrans. Tale faciebat Verbum sanctum, gloriæque diuina apud Mercurium, apud Mosén Spiritus Domini. Et quod Mosés dixit, merachephet, agitabat, quatiebat, mouebatur, operabatur ut opifex, hoc Trismegistus Ægyptiè, eodè fortasse verbo, aut Græcè, cuius linguæ non fuit ignarus, dixit ἐπέειν, superibat, superambulabat. Cur superambulabat? quia videlicet ignem purum, qui de humida natura se sustulit in altum, eliciebat, fabricabatur Spiritus ille, eliciens ex aqua puram substantiam, Solem, lucemque corpoream. Ideo subito adiecit Mosés, factam lucem: Mercurius autem, ignem ἀκρατον, purissimum, in altum se sustulisse. Habes igitur apud vtrumque mirabilem, & consonum creationis ordinem, quòd ante omnia fuit sempiternus Deus, lumen æternum, claritas sempiterna. Post ab eo creata est terra, simul & aqua. Absente autem luce, tenebræ terrificæ super aquis illis creatis incubabant. Oportebat ergo creare lucem, & cælum, cælestesque lucernas, quibus subiectæ terræ illuminantur, & aluntur. Ecce igitur Verbum sanctum, & Spiritus ille magnus, infinitus, potestatis immensæ, mirabilem, inauditumque fragorem super aquis, ac veluti tonitru efficiens extraxit ex eis purissimam ætheream substantiam: extracta in altum sublata, & artificiosè compacta, rutilare cœpit. Ac sicut apud Mosén mox post lucem, efficitur shamaim, id est, aër, extenuatioque illa, quam ipse vocat sua lingua Rakia: sic Trismegistus ait cum illo cælesti, puro, acuto, efficacique igne, secutum esse aërem raptatum, extenuatum, attractum, ab ipso igne cælesti, id est, Sole, qui ei contiguus adhæreat. Fuisse autem quasi repetès, anteaquam hæc fierent, docet terram simul, & aquam, commistas, confusas, post separationem esse factam. Cernimus hucusque diuinam, mirabilemque Trismegisti Philosophiam, Creationem cernimus, & modum, atque ordinem mirabiliter Mosi consentaneè relatum, clariora etiam nonnulla, quam apud Mosén. Nihil naturalius, verius. Ecce terra & aqua priores create, ut vna mundi cõglobatio, vna massa, ex aqua facta sunt omnia cælestia, & terrestria. Cælestia mirum in modum consentientes, nunc vterque ex aqua, videlicet

Consensus Theologiae Mosi & Trismegisti.

Tenebræ, chaos, hyle.

Creata lux.

Creatus aër.

Terra & aqua; creatæ.

Avidelicet purissimum ignem, purissimam lucem, defecatioremque substantiam, ut nubium albertium, & candentium, ut facum, & cometarum per aëra volantium. Item aërem ex aqua, cum igne, cælestique illa substantia, subsecutum. Creatio duorum principiorum, terræ & aquæ, creatio duarum rerum cælestium, ex aqua, ignis ætherij, lucis cælestis, Solis, & aëris contigui. Hoc vterque Theologus docuit mirabiliter conformis. Sic Poëta quoque noster his apud Græcos antiquos Theologos repertis, cecinit,

Et liquido spissum secreuit ab aëre cælum.  
Nam cælo terras, & terris absceidit vndas.  
Ignea conuexi vis & sine pondere cæli  
Emicuit, summamque locum sibi legit in arce.

Superius autem dixerat,  
Et,

Metamorp. I.

Erant enim in eadem creationis massa. Mosés primò Spiritum Domini super aquis agitasse, statimque lucem accendisse, diurnamque fecisse, extemploque, & secunda die aërem. Trismegistus autem ait aërem συνεκαλύθησεν, ignem illum efficacem, rapidum, Solarem, affecutum. Neque enim aliud sentit Mosés, nec separat à luce primogenita aërem, quæ simul creata, simul rapuit aërem ex aquis. Quod autem Mercurius Trismegistus, per quem collatum nobis à Deo beneficium, satis admirari & collaudare non possum, ut quæ tradit obscurius Mosés ipse fecerit perspicua, & nos adiuuerit ad intelligendam Theologiam Mosaicam, hunc ordinem Creationis tradiderit, diuinam, immensamque potestatem creasse primum, terram, & aquam, ex aqua lucem cælestes accendisse, atque hoc esse quamobrem & tenebræ essent super aquis creatis, non dum reperta luce, & cur Spiritus diuinus super abyssum mouerit, operatusque fuerit, & hanc super abyssum commotionem, fuisse creationem Solis, aut lucis, omnique ætheriæ substantiæ: quod Mosés prodidit quidem, sed obscurius, cum ea declarant, quæ eo libro scripsit, tum verò nobilissimus ille locus, quem superius adduxi, hic repetam re postulante. In libro διευκρινῶν, ad Tat filium, quem locum citat etiam diuus Cyrillus contra Iulianum Imperatorem, rogatus Trismegistus, ut causam doceret modumque, quo Sol esset creatus, & vnde apparuerit, sic diuinitus respondit: ὁδὲ πάντων κέλευσος, εὐθὺς ἐφώτισε, τῶ ἑαυτῆ ἀγίῳ καὶ νοητῶ, καὶ διμυερμητῶ λόγῳ. ἔγω ἥλιος, καὶ ἄμα τῶ φάνοι, τὸ πῦρ τῆς φύσεως ἀναφερὲς ἐχόμενον, λέγω δὲ τὸ ἀκρατον, καὶ φωτεινόν, καὶ δραστηώτερον, καὶ ἰονιμώτερον ἐπεσπάσατο ἡ φύσις τῶ ἑαυτῆς πνεύματι, καὶ ἤγαγεν εἰς ὑψὸς ἀπὸ ὑδατος. Quod est, Dominator omnium, inquit, ex templo sancto suo mentali, opificoque Verbo inclamauit, Existat Sol, ac simul dicto, ignem qui nature sublimis, ac leuis esset (dico scilicet purissimum, ac luminosissimum atque efficacius, & genitius) corripuit spiritu suo Natura, & extulit in altum ex aqua. Hæc ille. Agnoscis Theologiam Mosaicam? Mosés, Et dixit Deus, Fiat lux. Mercurius, Voce sua sancta inclamauit, Sit Sol. Ecce lux illa Mosi, non alia atque sol. En causa quamobrem Spiritus Domini ferebatur, mouebatur super aquas: creabat videlicet Solem, orbemque cælestem, & creabat ex aquis. Quidquid purissimum, vitalissimum, maximèque efficax esset, Natura imperijs impulsæ Dei, corripuit in altum. En Sol, en orbis cælestis. Hoc spiritus agebat, hoc moliebatur super aqua, cui superferebatur. Simul enim superferebatur, Simul locutus est mentaliter, ut fieret Sol, eadem molitio, & locutio, Ferebatur, & Loquebatur: Locutus est, & Loquendo operatus. Si simul dicere Mosés potuisset, Ferebatur, Locutus est, dixisset. Non potuit, eoque primum ait eum affuisse, tum præsentem locutum esse. Opera igitur diuina in primordio apud Mosén, & Trismegistum sunt terra, & aqua, tum lux, id est, Sol, purissimisque substantiarum ætheriarum globus ex aqua. Sequitur apud Mosén eadem opera, eodem tempore à luce cælesti, aërem, quem sua lingua vocat, shamaim, effectum, consecutumque flammam illas cælestes, & purum ignem. Idem relatum est à Trismegisto. Hoc autem ipso tempore creata lampade cælesti, solarique ardore, sublimiisque assurgente ex aquis aëre, necessariò terra nudata est, sublati aquis, in quibus aërem extenuatis, quibus premeretur, simul scilicet factus est aër, simul aperta terra, & aqua remanentes in loca caua profundaque descenderunt. Hoc docens Mosés, Et dixit Deus, Congregentur æquæ in vnum locum, & appareat arida. Mercurius autem, super quo obstupesco, ad Asclepium, quem fecit Latinum Apuleius, quem locum profert diuus Cyrillus contra Iulianum Imperatorem: καὶ εἶπε, φησὶν ὁ ὁσιεὺς, εἶτα ὁ μέγας ἀγαθὸς δάμων, πῶς ὄλη ἡ γῆ ἐφάνη; καὶ εἶπεν ὁ μέγας ἀγαθὸς δάμων, καὶ τὰ ξηρὰ καὶ ἀναξηρανοσὺν ὡς εἶπον, καὶ τῆς πολλῶν ὑδάτων κέλευσόντων ἀπὸ τῆ νῆ εἰς ἑαυτὰ ἀναχωρήσαι, ἐφάνη ὄλη ἡ γῆ ἔμπτηλος, καὶ πρέμυσα, ἡλίῳ λοιπὸν ἀναλάμψαντος καὶ ἀδιαλείπτως ἀναχαιόντος καὶ ξηραίνοντος, ἡ γῆ ἐσηκίετο

Cur sol creatus.

Cur spiritus Domini ferebatur super aquas.

ἐν τοῖς ὕδασι ἔμπεσε χυμὸν ὑπὸ τῆς ὕδατος. Hoc est, Et dixit, inquit Osiris, deinceps o maxime bone Dæmon, quomodo terra omnis apparuit? & dixit magnus bonus Dæmō, Iuxta ordinem, inquit, & arefactionem, vt dixi. Et quia multitudo aquæ iussa est à Mente, vt in seipsam concederet: Apparuitq; tota terra cœnosa, tremens. Deinceps Sole radian- te, & irrequiete comburente, & exiccante, terra solidata est, in aquis, quam aqua cir- cumplectitur. Hæc ille. Quid diuinius? Quæ Mofes neruose, paucis, is pluribus verbis, luculenter, apertè, naturaliter, diuinè, vt aliud dici non possit, quòd apparuerit terra per ficationem Solis, quòd iusserit Mens, Sapientia diuina, Opifex Filii Dei, congregatas aquas, abire in profundiores terræ partes. Iussit, quia exhaustit aquas per Solem, quæ su- periores terræ partes premerent, mare profundiores appetiuit. Hoc Dei, hoc Sapientiaæ æternæ & Mentis opus, Mentis, quæ placuit Anaxagoræ, Platoni, Aristoteli, sapientissimi- mis quibusque. Huc vsque igitur omnia inter Mosen & Trismegistum consona. Post apertam terram cœnosam, madidam, trementem, virginem, tenellam, vt teneri infan- tes, palpitantem, ex hac ipsa à sole tepesfacta, nata docuit animalia Mofes, & diuina be- nedictione aucta, Trismegistus autem, ὁ δὲ θεὸς εὐθὺς εἶπεν ἀγαλλόγῳ, αὐξάνεσθαι ἐν αὐξήσει, καὶ πληθύνεσθαι ἐν πληθῇ πάντα τὰ κτίσματα καὶ δημιουργήματα: At Deus, inquit, continuo locu- tione sancta, dixit, Augeamini incremento, & multiplicamini in multitudine omnes creaturæ & opera. Sic Mercurius. Sed antè docuerat veram animalium creandorum, natu- ralémque causam, dignam quam cuncti vehementer attendant. Nanque Sol, per quem, non vnum, aut alterum, sed longè plurima bona Deus efficere statuerat, cuius E prudentissimum consilium norat facienda, & quo modo fieri possent habebat explora- tum, non solum aperuit terras, maximèque ad omnia necessarium aërem iussit, quo spatium inter cælum, & terram repletur: sed etiam duo fecit alia non minus miranda opera. Firmavit ardoribus suis terram, & ex ea adhuc madida, cœnosa, tremente, ten- nera, virgine, creauit animantes, omne genus. Hoc Mofes quidem dixit, sed principa- lem tantum causam proposuit: Mercurius tres causas, diuinam voluntatem, ardorem Solis, & astrorum, & terram ipsam humentem: Mofes diuinum duntaxat imperium, & terram madidam, præterito Solis tempore, calore. Trismegistus igitur, ἡ δὲ τῶν περὶ τοῦ θεοῦ θέλει ὁ νόμος ἐν τῷ κρηπτοφῶν τοιχείῳ (ὡς ἠνεγκε ἀλογα, ἀπὸ δὲ περὶ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν νεκρῶν). Horum, inquit, septem astrorum conuersio, vt voluit Mens, ex infimis elementis, ani- malia produxit. Aër autem protulit volucres, & aqua aquatica. Sic Trismegistus. Euiden- ter autem Ouidius, vt noscas hæc non ab vilo nostrorum conficta, sed esse, vt sunt, & fe- rūtur, longe vetustissima, vidit in litteris Græcorum, & vsurpauit, Latinisq; versibus do- nauit. Audisti Mercurium. Ille autem:

Locus Mercurij expressissimus de crea- tione mundi.

Nata anima- lia post creatū terram.

Solis bona. Compara huc Lactantiana è 2. cap. 5. & 6. & de ira Dei cap. 13.

Ouid. i. Me- tamorp.

Ratio separa- tionis aquæ à terra.

Terra feras cepit, volucres agitabilis aër. Cesserunt liquidis habitanda piscibus vnda.

Cum autem fuerint tres causæ, quæ ad animalium primordiale procreationem con- uenerint, diuinum Imperium, Sapientiaq; voluntas, Solis ardor, madida ac tenera terra: quartam, quæ comitata est, & sine qua fieri quòd factum fuit, non potuisset, quæ non cau- sa fuit efficiens, sed finalis, Mofes & Trismegistus pariter inducunt: sed occultè Mofes, oblata tantum sapientibus occasione, vt super eo Philosopharentur. Trismegistus apertè. Vide igitur quanta fuerit eius, qui cuncta creauit, sapientia. Molitus est terram, altissimasq; aquas ei superiniecit. Quo autem consilio tantam aquarum vastitatem con- diderit, declarauerunt sequentia. Nam si terra sine aqua fuisset, quod fieri quoque non poterat, multa incòmoda secuta fuissent: Ea maximè omnia, quæ sunt in mari fabuloso, vbi nihil aquæ est. Fuisset igitur primum inhabitabilis omnis terra. Sed cætera non pro- sequor. Ex his igitur aquis, quibus altissimè terras Deus operuisset, hæc bona secuta sunt, quæ quidem docuere, sine his Creationem constare non potuisse, sapientiamq; eius cla- mitat, qui tantas eas cum terra exortiri fecisset. Principio ex his facta est ætheria substan- tia, similiter atque aër, ac nubes, ex aqua accepta, purissimèq; genita, exinde diffusus aër: tertio remansit tellus humida, madida, apta ad generandas fruges, herbas, flores, arbores, & animantes. Agnoscis quot ex aquis illis bona? Tres igitur habuit causas ingens ille cum- mulus aquarum, vt fieret ætheria substantia, vt fieret aër, vt terra madesceret. Non erant in terra permãsuræ semp̄ ingètes aquæ, ne forent eadem incòmoda, atque his non crea- tis. Eleuata igitur sublimi substantia, quæ diuiditur in æthera, & aëre, terra madida reman- sit ad gignèdos animãtes, & aperta, vt esset habitabilis. Docet igitur Mofes & Mercurius separa-

Aseparationem hanc terræ & aquæ fuisse, quæ cum duas causas finales habuerit, Mofes nullam quidem assignat, sed vnus ostendens effectum, docet cur arida diuinis imperiis apparuerit. Trismegistus autem assignat causam & effectum: Is fuit animalium ortus, declaratque cur aperta sit terra. Quod tacitè Mofes innuit. Mofes, congregentur aquæ in vnum locum, & appareat arida. posteriùs autem describit ortum animalium. Trisme- gistus verò: διαχωρίσται δὲ ἀπὸ ἀλλήλων ἡ τε γῆ, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἄλλοις ἠθέλησεν ὁ νόμος, καὶ ἐξήνεγκεν, ἀπὸ αὐτῆς, ἀ εἶρε τετραπόδα, ἑρπετά, θηρία, ἀργία, καὶ ἡμέρα: Separata est abinuicem terra & aqua, quemadmodum voluit Mens. Et protulit ex seipsa quæ continebat vtero suo, qua- drupedia, reptilia, feras agrestes, & cicures. Sic ille. Vltima demum totius operis man- us, fuit hominis satus, naturaliter & diuinè omnia secutus. De quo eadem ferme locutus est Trismegistus atque Mofes, Quòd eum similem sui condiderit, quòd vti pro- priam prolem dilexerit, quòd dominatum super omnes animantes ei tradiderit. His verbis: ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νόμος, ἂν ζωῆ, καὶ φύσις, ἀπέκλισε τὸν ἀνθρώπον, αὐτῷ ἴσον, ἔθετόν τε ὡς ἰδίῳ τέλει, ἀεὶ κελῆς γὰρ ἦν, τὴν δὲ πατρὸς εἰκόνα ἔχων. ὕψους γὰρ καὶ ὁ θεὸς ἠθέλησεν τῆς ἰδίας μορφῆς, καὶ αὐτῇ παρέδωκε τὰ εἰωτῆ πάντα δημιουργήματα. Quæ sunt, Omnium autem pater Mens, quòd vita esset, & natura, peperit hominem sibi similem, quem dilexit vti propriam prolem. Formosus enim erat, quippe qui patris gereret imaginem. Verè enim Deus propriam formam dilexit, eique suas omnes creaturas tradidit. Sic Trismegistus. Mofes autem: Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit B piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersaq; terræ, omni que reptili quod mo- uetur in terra. Sic Mofes. Nec hoc loco solum Mercurius, sed omni etiam opere suo, co- piose de mundi, & hominis creatione scripsit. Est autem liber is, ex quo hæc produxi- mus, qui inscribitur ab eo, Pœmander, velut Genesis Mofis, & Timæus Platonis. Inq; eo sunt quædam quæ possint animum offendere, similia videlicet his quæ scripsit Plato, alique præter scriptores, quos cum delectu, & iudicio legere necesse est, solis sacris lit- teris hoc priuilegio pollutibus, quòd vsquequaque sunt incorruptæ, sincerè, purèque veritatè edocent. Hocque argumento cum multis aliis, apparet esse hunc Trismegistum, antiquissimum illum Ægyptiæ Sapientiaæ principem, De quo & Mofe, quidam apud Græcos vehementer eruditus, qui quædam ex Pœmandro interpretatus est, arbitratus Trismegistum à Mofe accepisse: Claret, inquit, Theologiam Hebræorum toto orbe fuisse celeberrimam, ἡ νομοθεσία αὐτῶν ἀρχαιότερα ἦν, καὶ ἐμὴ τῆς γῆς, καὶ εἶπε ἀλλος παρ' ἑλλησι, σφοδρῶς, πολλοῖς ἀποδείκνυται. Hoc est, Legemque eorum, quòd vetustior esset, & Mercurio isto, & omni alio, quisquis fuit apud Græcos sapiens, multis est probatum, & ostensum. Hoc ille scribit. Illud est clarissimum argumentum, hunc ante omnes Græciæ Philoso- phos floruisse, quòd Anaxagoras, Plato, multique præcorum Philosophorum nomina Philosophia, & res ab eo didicerunt. Nam Mens apud eos celeberrima, creatrix mundi, principium formarum, à Mercurio priore nominata, inductaque fuit: Quam credo eum lingua Ægyptia, Hebraica finitima vocasse Rochma, Sapientiam, in qua, & per quam cuncta creata prædicat Solomon. Ad hæc, Chaos, siue Hyle, alterum mundi principium, patiens, recipiens, Græcis vsitatum, Mercurij est, vt apparet in Asclepio, & in sermone sacro. Idea quoque mundi, Platonis, & Pythagoreorum, Timæi Locrensis, & multorum, à Mercurio venit: quibus & aliis claret, superiora præcorum illum Trismegistum scripsisse. Nam totus ferme Timæus Platonis ab eo fluxit, fuit autem inanis ostentatio Græcorū, quæ est apud Platonem, quòd à Barbaris accepta, Græci fecerunt meliora. Dilatarunt quidem Græci, eloquentiufque rescripserunt ea, sed plerisque præudè intellectis, non pau- ca superstitionibus suis contaminarunt, vt potius à Barbaris accepta, quia sanus sensus deesset, fecerint peiora. Sed venio ad alia, quæ de Creatione scripsit Trismegistus. Duò- que sunt diuinissima in eodem Pœmandro de Creatione, quemadmodum in Genesi Mofis testimonia: vnum quòd quemadmodum Mofes solis verbis, & locutionibus in- ducit Deum operatum, sic Mercurius, vbi in calce libri, admiratus opera diuina, in lau- des Creatoris os aperuisset, eumque ex variis operibus eius collaudaret, dixit: ἄριστος εἶ ὁ λόγῳ συστησάμενος τὰ ὄντα: Benedixisti es, qui solo Verbo cuncta fecisti. Sic Mofes item ad vnamquamque rem testatur Deum dixisse, vt fieret lux, fieret firmamentum in medio aquarum, terra produceret, fierent luminaria in firmamento cæli. Et noster diuinus Va- tes, Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Agnoscis P. sal. 32. eandem locutionem apud Mercurium. Idem Trismegistus docet, fuisse verbum illud

Homio, crea- tus vltimus. Lactant. li. 2. cap. 9.

Quædam sunt in Pœmandro Mercurij cũ iudicio legē- da.

Mens, crea- trix mundi.

An verū sit, Græcos fecisse meliora quæ ab aliis acce- perunt.

Ignis in silice, & animalia in feminibus quomodo.

Ioan. I.

Mundus archetypus, imago sensibilis mundi.

Vnde vbi, & Chaos.

Creatio & ordo rerum.

mentale, intellectuale, non exterius resonans, ore, dentibus, lingua formatum. Secundum quod mirabile, & vt dixi, ab omnibus Philosophis præcipue Platonice vsurpatum, & quo vera mundi declaratur origo, est apud eum, quod omnis rerum inuentio, & omne esse, in Deo fuit antè per originem & formam originaliter, & formaliter, non ipsa rerum corpulentia, sed efficacia, plenitudine, Idealiter, Diuinitus. Idem ferme, ac si dixeris, ignem in silice esse, per modum silicis, non per modum ignis, antequam sit excusis. Et in feminibus animalium, per modum feminis esse animalia, non per modum animalium. In illa igitur infinita sapientia, originaliter, ac diuinitus, velutque in suo fonte, & origine cuncta continebantur. Eoque non est factus mundus è nihilo, sed habuit originem verissimam, ortumque antecedentem & virtutem, in qua cuncta virtualiter, vt sic loquar, essent congregata. Hocque est, Quod per ipsum omnia facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Aut, quod factum est in ipso vitam fuisse. Hoc præsci Philosophi declarantes, induxerunt mundum archetypum, imaginem mundi sensibilis, dicentes hunc mundum simulachrum illius æterni, perinde ac ad originem, formamque suam eum referrent: omnemque naturam, similitudinem & quasi Diuinitatis partem, & prolem asseruerunt. Modus autem quo cuncta in illa diuina vberitate tenerentur, non est omnino comprehensibilis, sed intelligi tantum terrenis exemplis posset. Hoc igitur omne indicans Mercurius, & in principio Pœmandri, induxit speciem illam mundi ἀρχετυπον παροῦπαρχον, quæ præset in Æternitate, ipsaque Diuinitate: & in calce, cum benediceret: ἀγιος εἶ, ἡ πάσα φύσις ἐκείνη ἐστὶ: Benedictus es, cuius omnis natura fuit imago. Sicut autem Moses in primo capite Geneseos totam creationem complexus, repetit in secundo, nonnullis, quæ prius omiserat, adiectis, sic Trismegistus, cum in Pœmandro latè de tota generatione rerum inscripsisset, iterum eam repetit in tertio sermone, quem inscripsit ἱερός λόγος. Quo libro mira, prodigiosa, & quæ possint testari eandem semper Philosophiam, notionemque Dei floruisse. Hic recognosces dogmata nominaque Philosophiæ Græcæ. Videbis vnde manarit ad Græcos, ἡσ, Intelligentia creatrix, & Chaos illis celebre. Recognosces totius Platonice Philosophiæ fontem, de rerum principiis. Iterumque maximi hominis assertionem videbis, caeleste corpus diuinum quidem esse, sed factum tamen, segregatumque ex aquis, non quintam quandam substantiam, vt Philosophis visum, qui substantiæ caelestis originem inuenire non potuerunt. Sic verò scribit: θεὸς πάντων ὁ θεὸς, καὶ θεῖον καὶ φύσις θεῖα, ἀρχὴ τῶν ὄντων, ὁ θεὸς καὶ ἡσ, καὶ φύσις, καὶ ἴλη, σοφία εἰς δεξιὰ πάντων ὄντων. ἀρχὴ τοῦ θεῖου καὶ φύσις, καὶ ἐνέργεια, καὶ ἀνάγκη, καὶ τέλος καὶ ἀναγένεσις. ἢ γὰρ οὐκ ἔστι ἀπειρον ἐν ἀέρι, καὶ ὕδατι καὶ πνεύματι λεωπόν, νοερόν, δυνάμει ὄντα ἐν χάρι. ἀείρη δὲ φάσις ἄγχιον, καὶ ἐπάγη ὑπὸ ἀμμοῦ ἐξ ὑγρῆς ἕστας στοιχείων, καὶ θεοὶ πάντες χτ' ἀπερῶσι φύσεως ἐναπόροι. ἀδιορίστον δὲ ὄντων ἀπάντων, καὶ ἀκατασχευάτων ἑσπιδιαιόση τὰ ἐλαφρὰ εἰς ἴψος, καὶ τὰ βαρῆα ἐθελωίωγη ἐφ' ὑγρῆ ἀμμοῦ, περὶ τῶν ὄλων διομοδάντων, καὶ ἀκατασχευάτων πνεύματι οὐχέοστα, καὶ ἀφθὴ ὁ ἕστανος ἐν κυκλίω ἐπὶ αὐτῶν, καὶ θεοὶ τὰς ἐν ἀέρι ἰδέαις ὀπιανόμενοι σὺν τοῖς αὐτῶν σημείοις ἀπεισι, καὶ διαφθέρῃ σὺν τοῖς ἐν αὐτῇ θείοις, καὶ παρῆληγη τὸ παρῆληγιον, ἀεὶ κυκλίω δρόμητι πνεύματι θεῖω οὐχέομενον. ἀντικε δὲ ἕστανος θεὸς ἀεὶ τῆς ἰδέας δυνάμεως τὸ παρῆληχεν αὐτῶν, καὶ ἐγένετο θεῖα τετραπόδα καὶ ἐρπετὸν, καὶ ἐνυγρῆ, καὶ ἄλλα πῆλα καὶ πάσα ἀπορεὶ ἐναπόροι, καὶ χύρτος, καὶ ἀπὴ παντὸς χλόν, τὰ ἀπέρματα τῆς παρῆλησενόας ἐν αὐτοῖς ἐαπερμολόγη τὰς τε γενέσεις τῶν ἀνθρώπων εἰς ἔργων θεῖων γνάσιν. Quæ sunt, Gloria omnium Deus, & Diuinitas, & Mens Natura. Diuinum principium rerum Deus & Mens, & Natura, materia, Sapientia ad declarationem omnium existens. principium Diuinitas, Natura, & efficacia, siue operatio, & necessitas, & finis, & renouatio. Erant enim tenebræ infinitæ in abyfso, & aqua, & spiritus tenuis, intelligibilis, diuina virtute existentia in Chao. Sublata igitur est sancta lux, & congelata sunt, ac firmata elementa inferius, ex humida substantia. Et Dij omnes amplectuntur, adamantque Naturam feminalem. Cumque omnia essent indirempta, & incomposita, separata sunt leuia in altum, grauiam in imum, in arena humida, diuisis omnibus per ignem, & appensis spiritu, vt vehantur. Et apparuit caelum in circulis septem, & Dij aspectibus astrorum apparentes, cum suis omnibus signis. Et distinctus est cum Diis, quæ in ipsa sunt, & circumscriptus est ambitus, aëre circulari vago, spiritu diuino vectus. Protulitque vnusquisque Deus, per propriam virtutem, quod imperatum fuit ei, natæque animalia quadrupedia, reptilia, aquatica, volucra. Omnisque fatus seminalis. Et foenum, & flores, omnisque herba, semina regenerationis in seipsis continuerunt, & generationes hominum ad cognitionem operum diuinorum. Hæc & id genus alia Trismegistus, in quibus clara est creatio totiusque mundanæ

Adanæ generationis ordo. Primumque ipsa principia memorat, quod Plato in Timæo, Moses noster compendiosè, principium nobilissimum, gloriosissimum, immensa gloria, qua glorificatus ipse fuit antequam mundus fieret. Idem gloria rerum omnium Deus, & Diuinitas diuinum principium, Deus & Mens, Sapientia, efficacia, vel energia, operatio scilicet diuina. Parte alia idem Natura, materia, necessitas, finis, renouatio, adde in his ipsam, si vis, energiam. Vides igitur hic principium mundi, quod Theologia nostra clarius exposuit, Mentem, Sapientiam. Hæc illa Intelligentia, ac Sapientia, per quam facta sunt omnia, per quam Dominus fundauit terram, caelos stabiluit. Hæc item energia, ob quam Plato de Generatione scribens, induxit δημιουργόν, Opificem, qui eam operationem efficeret. Renouatio autem & finis fuit, quod ex incomposito principio facta sunt omnia, formisque distincta, mundusque melior inductus. Quod quomodo factum fuerit, declarat, sicut declarauit & Moses. Creatio autem spectat mundum inchoantem, informem, incompositum, exinde mundum meliorem, qualis nunc est, mundum verum. Vtrunque mundum Deus creauit. Prior vocatur Chaos, Hyle: ipse autem verus mundus, renouatio, Natura. Primus fuit ceu rude principium, vilis in massa secundi, perinde ac creta, venustissimi paulo post futuri vasis. Vtrunque Moses, In principio creauit Deus caelum, & terram. Trismegistus docuit eum Verbo cuncta fecisse. Creatio secundi mundi incipit apud Mosen quidem, vbi ait, Et tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Nam quod dixit antea, Terra erat inanis & vacua, vt in Cosmopœia fuit expositum, declarat, Terram fuisse nihil, fuisse inane, vacuum, factam è nihilo. Vbi verò inducit, Et tenebræ erant super faciem abyssi: iam inuit terram & aquas creatas. Igitur etiam apud Trismegistum præuertitur, terram & aquam creatâ, cum ait, Erant enim tenebræ in ipsa abyfso. Hic itaque incipit ei secundus mundus. Igitur & Ouidius quæ legerat apud Græcos, cauens poetice, duplicem hunc mundum celebravit, exordiens à fundamento, & materia secundi:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia, caelum,  
Vnus erat toto Nature vultus in orbe,  
Quem dixere Chaos, rudis, indigestaque moles,  
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem,  
Non bene iunctarum discordia seueram rerum.

Hucusque primus mundus, informis, indigestus, incompositus, vt dixere septuaginta apud Græcos, sacrarum litterarum interpretes, & Trismegistus hoc loco: Creatus est igitur primus & secundus à Deo, euidentissimèque Moses & Trismegistus id scripserunt. Hi Philosophi, qui materiam putarunt æternam, & à veritate longius abierunt, & veteris Theologiæ mentem praua interpretatione obfuscarunt. Aspicias igitur, vt Mosè dicente, Et tenebræ erant super faciem abyssi, quod Hebraicè hoc sibi vult, horrorem teterrimum, lucis absentiam, iam aquis, cum terra (quia terra solum aquarum) creatis incubuisse latè: Etiam super faciem terræ tenebræ erant, quia terris incumbebant aquæ, & ab aquis operiebatur terra. Mercurius etiam ait: οὐκ ἔστι ἀπειρον ἐν ἀέρι: Tenebræ imensurabiles, infinitæ in abyfso. Vtque duo sunt aquarum nomina apud Mosen: primum cum ait, Et tenebræ erant super faciem abyssi: secundum ipsum aquarum nomen, Et Spiritus Domini ferebatur super aquas: Sic apud Trismegistum, primum nominatur abyfusus, exinde ὕδαρ, aqua, quæ dicitur in abyfso, ipsaque abyfusus fuisse. Quemadmodum item Moses post abyfsum, nominat Spiritum, qui non potest iuxta quarundam Hebræorum ineptiam esse ventus, sed verus Dei Spiritus, id est, quam aliis nominibus vocat Mercurius ἡσ, σοφίαν, λόγον, Mentem, Sapientiam, Verbum: Sic idem Trismegistus πνεῦμα λεωπόν, νοερόν, Spiritus tenuis, intelligibilis, videlicet ἡσ νοερόν. Vt Moses item ait animam hunc ingentem, omnipotentem, solertissimumque spiritum, fuisse super aquas: paulò autem prius tradiderat, quod etiam tenebræ erant super abyfso: Sed tenebræ erant, spiritus merachephet, id est, mouebat, agitabat, motum Opificis agebat: Hebræique exponit merachephet, alio illustriore verbo, נשמת ithnonegag, mouebatur: à Græcis antiquissimis, motus is creditus est & dictus διάκρισις, diuisio, diremptio. sic Mercurius dicit hæc in Chao fuisse, videlicet aquam, tenebras, spiritum: Sed tenebræ velut priuatio lucis, spiritus velut opifex, aqua vt ipsa abyfusus. Hæc ait in Chao fuisse, appellans Chaos, ipsam terræ & aquæ indigestam, incompositamque congeriem, cui & aquæ inerant & tenebræ: Spiritus autem vt Sapiens Opifex superextabat moliens orbes. Hucusque

Dei nomina varia.

Chaos & Hyle, mundus informis.

Gene. I.

Initio Metamorph.

Tenebræ super faciem abyssi, quid.

Chaos quid.

Chaos, non erat elementorum omnium confusio.

Ignis elementaris, & mixtus.

Lux sancta & caelestis.

Ouid. ibid.

Hebraica, Ægyptia, Latinæque Theologia, diuinè congruunt. Nam Ouidius, à qua præclari operis sui auspiciatus est initium, Theologiam sine dubio ab hisce Mercurij libris, quippe qui tempore quoque Platonis iam ad Græcos peruenissent, edidit. Habuitque à Mercurio totam illam creati mundi descriptionem. Quod clarissimum cum aliis multis est veritatis horum librorum argumentum. Chaos igitur non erat omnium elementorum confusio, nec pugnantia illuc elementa: sed duo tantum mixta erant elementa, terra, & aqua, sic ab Opifice creata, paulò post dirimenda, omnium rerum terrestrium ac caelestium primordia: Terrestrium terra, humore temperata, mollescens: Cælestium aqua, purissima, & quadam diuina operatione, in ætheriam, aëriamque substantiam extenuata. Sicque erant illic non pugnantia, non nata, sed vt in sua origine reliqua duo elementa ignis, & aër: Ignis inquam ætherius. Nam ignis terrestri naturaliter inest omni corpori, nec solitarium est elementum. Inest etiam aquæ, quæ suis sæpe motibus incalescunt. Vt igitur inerat aquis illis primordialibus virtute & facultate ætherius ignis, sic inest aquis, & terræ, omnibusque corporibus, suis. Erant igitur duo elementa. Sed his ita admixta, congenita, & conglobata, vt sunt nunc semper, altera duo, ignis & aër. Satis igitur superque erat duo creare, è quibus altera duo seligerentur, atque elicerentur vicissim, diuino ordine. Nam vt aqua fuit caelestis ignis origo, sic ignis caelestis, pater, ac genitor aëriæ tenuitatis, atque exilitatis. Sicque aquæ creatio, duo secum elemēta traxit, caelestem ignem, & aërem. Reliquus, qui in corporibus est, non verus ignis, sed mixtus, magisque corpus igneum, quam ignis: in corporibus ceu pars eorum remansit, purissimus in altum sublatus est. Triplex igitur fuit, & triplex à Mose, & Trismegisto, ex sacra reuelatione describitur ortus. Primus est è nihilo, terræ, & aquæ. Secundus duorum aliorum ex his elementorum, ignis caelestis, & aëris. Tertius rerum ex his omnibus: ex terra & aqua vt substantia: ex igni caelesti, & aëre, altero vt patre gignente, altero vt matre nutriente, alente, multaque alia bona præstare. Hæcque omnia bona vt ordine diuino creata, sic mirabili descripta, alteris ex alteris mirabiliter nascentibus. Cum aqua igitur tria sunt elementa creata, ipsa aqua, purissimus ætherius ignis, & aër, qui latebat in aqua. Hæc docere diuinitus Moses & Mercurius. Prior quod vbi dixisset Spiritum Domini sese agitate super aquis: quis agitatus, quæ molitio spiritus esset super aquis, ex aquis, docuit statim, cum Deus dicit, Fiat lux: Ætheria scilicet, solaris, pura, nitida. Mercurius autem ἀέθρη δὴ φῶς ἄγιον, Sublata est, eleuata, ascendit lux sancta. Ea igitur fuit eleuatio, quod ex aquis purus, albescens ascendit diuino imperu ad regiones supernas ignis. Lucem autem sanctam vocat, vt videre est, toto opere, caelestem & sanctam: quod, vt apparet vbiq; & quod Plato, Aristotelesque, omnesque item Platonici secuti sunt, caelestia lumina Deos, Deosque septem eodem libro septem Planetas appellat. Hæc igitur lux sancta supernas regiones pura, nitens, appetiuit, selecta mirabiliter ex aquis à Deo. Hoc clarius explicās adiecit: ἀδιορκῶν δὲ ὄντων ἀπάντων, καὶ ἀχρητασιεύσαντων, σποδισθεῖσθαι τὰ ἐλαφρὰ εἰς ἕψος. Quod est: Cum omnia essent indistincta, indistincta, & in composita, segregata sunt leuia in altum. Hoc Moses non tam multis verbis explicuit, sed breuitatis studiosus, ipsam duntaxat rem factam indicans, quomodo facta sit, vno tantum nutu demonstrauit, quod Spiritus Domini mouebat, operabaturque super aquis. Et Solomon, cum Iob, testantur eum super aquis caelestem orbem extendisse. Cernis etiam, vt loquitur, quemadmodum Græcè est in Genesi, Terra erat inanis, & vacua, ἀόρατος καὶ ἀχρητασιεύσαντος, inuisibilis, in composita: omnia enim in composita, nonidum elementis separatis: Deus autem separauit ætheriam substantiam, præcipue Solem, is separauit aërem. Elementa igitur densiora, grandia docet remansisse, terram & aquam lutulentam. Hæc omnia cum legisset Ouidius apud Græcos, ad verbum expressit:

Nam celo terras, & terris abscedit undas,

Et liquidum spisso secreuit ab aëre calum.

Astra tement caeleste solum, formæque Deorum.

Trismegistus enim prior, hos Deos dixerat: καὶ θεοὶ πάντες καὶ διερῶσι φύσεως ἐν ἀστέρι: & omnes Dij amant naturam feminalem. Paulò inferius: καὶ ἄσθρη ὁ ἕρως ἐν κελύκοις ἐσπίδα, καὶ θεοὶ τῶν ἐν ἄστρον ἰδέσθαι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Quod est, Et cælum, inquit, apparuit in circulis septem, & Dij in formis astrorum conspecti. Vides formas Deorum apud vtrunque? Vt autem Ouidius canit de terra ponderibus librata suis, Et pressa est grauitate sui: Sic Trismegistus, καὶ τὰ βαρῆα ἐθμελιώθη ἐφ' ὑψοῦ ἄμμοι πυλὶ τ' ὄλων διαλειθέντων. Hoc est, Et grauia fundata sunt

Asunt super humidam arenam, igni cunctis separatis. Quæso igitur inspicere & obserua, vnde nati sunt Dij quorundam philosophorum, sydera: ex aqua videlicet. Quanquam ergo Mercurius Deos eos dixerit, factos tamen & ortos in tempore asseruit: ortos autem ex aqua. Habesque quo in loco habuerint astra. Vt autem Moses secunda die creat aërem, innuitur autem per lucis ardorem effectum: sic Trismegistus, illo igni caelesti, flammisque supernis, asserit factam superioris, ac inferioris aquæ diuisionem: & sublato supra mare & terras aëre, alteram diuisionem, ac quasi selectionem effectam. Docet igitur leuia superiores locos appetisse, grauia in terra, vt in fundamento remansisse: πνεῦμα τ' ὄλων διαλειθέντων, καὶ ἀναχρημαθέντων πνεύματι ὁχρῶσθαι: Igni, cunctis segregatis, & suspensis, vt vento ferrentur. Post lucem creatam, vitales eius flammæ, aquis & terris inuentas, aquas quidem in aëra resoluisse, post eas abactas, ac dissolutas, eodem ardore grauidasse, ac tum effecisse terram, & ex eius vtero plantas, animaliaque extraxisse, tacite perhibuit Moses, proponens eum rerum creatarum ordinem, & effectas res memorans, prius causis memoratis, vt hoc quod diximus facillè intelligeremus. Trismegistus autem planè, & clarè declarat sydera caelestia, quæ Deos vocat, ad imperium sibi datum, protulisse feras, quadrupedia, serpentes, aquaticos, & volucra, & quod antecesserat, foenum, herbam, fruges: ἀντικε δὲ ἕκαστος θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδίως διωάμειος τὸ πρῶτον ἔχεν αὐτῶ, καὶ ἐγένετο θύρα τετραπόδα, καὶ ἑρπετά, καὶ ἑνὸς ποδῶ, καὶ πτερό, καὶ πῦσαι ἀπορῶ ἐναυροσ, καὶ χροῖος, καὶ αὐτῆ παύσης χροῖος. Ex quibus apparet stellas fuisse antequam herbida coarrentur vberitates. Quemadmodum item Moses docuit imperatum à Deo, vt terra non modò viros omnes produceret, verum etiam eos produceret, vt semen continerent, ad similem sui propagationem, stirpisque perennitatem: sic Trismegistus, τὰ σπέρματ' αὐτῆς παλινγενεσίας ἐν αὐτοῖς ἐσπερμολόγησεν: Semina regenerationis in ipsis seminantur. Moses autem, Lignumque faciens semen iuxta genus suum. Quibus omnibus apparet denuo Creationis repetitus ordo eadem ratione, atque tenore, quo scripsit Moses, & quo nullū in omni natura videre potest animus meliorem, congruentiorem. Apparet item quoniam Latini, & Græci scripta Trismegisti hæc secuti sunt (Nam tota generatio mundi apud Ouidium ex hisce libris sumpta est) apud Græcos autem & Hesiodus, & Orpheus, vt doccebo, exinde Philosophi ferme omnes ante Aristotelem, verba & res istius libri decerpta, libris suis inseruerunt, hunc autorem & antiquissimum esse, & summæ apud omnes mortales autoritatis cuius Theologiam amplexi sint, & cōprobauerint omnes Græci, vt hinc facillè possit intelligi, quantus error, quàm inaudita fuerit temeritas Simplicij, qui Theologiam Ægyptiorum, quam maiores sui summa veneratione coluissent, tam turpiter appellavit fabulosam. Sed alia prosequamur ex Trismegisto, de Creatione, vt fiat iuniorum Philosophorum clarior insolentia, qui sibi sapientia laudem ex inuentione nouarum rerum optantes, quæ maiores sui, à quibus genus, mores, sermonem, vrbes, domos, omniaque bona ipsi habuissent, stulta temeritate, grauissimam eorum autoritatem in assertionem creati mundi, reiciuentes, sequi noluerunt, sed pauci omnino. In libro, qui dicitur κρατήρ: quod nomen videtur in Timæo suo Plato secutus: Nam quemadmodum & Plato de illo suo cratere, sic is loquitur: κρατήρ μὴ γὰρ πληρώσας τῆτι, κατεπεμψέθ' ἐς κήρυκα: Quod arbitrij cratera repletū demiserit adhibito præcone. Mirabiliter fatetur omnia Deum non manibus, sed verbo solo fecisse, qualis est Theologia Mosaica, sic librum exordiens: ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς ἐ χειρῶν, ἀλλὰ λόγῳ. Id est, Posteaquam mundum omnem creauit Deus Opifex, non manibus, sed verbo. Progressus inde prosequitur, euidentissima pectoris sui, suæque ætatis superiorumque sæculorum vsque ad diluuium, primosque Ægyptiæ gentis progenitores sensa. Atque quasi prospiciens recentiorum Philosophorum impietatem, hortatus est filium Tat, vbi de homine creato differuisset, in hunc modum: μηδέποτε ὦ τῶνον Τάτ ἀποστρέψης τῷ δημιουργῷ τὸν δημιουργήματ' αὐτοῦ. Videlicet, Nunquam ὁ fili Tat, prius opificia suo opifice. Illi igitur planè separant creaturas à creatore, qui mundum nunquam à Deo creatum contendunt, priuantes opifice opificia, seiungentisque alterum ab altero. Illud verò præclarum est quoque testimonium, simillimumque dictis Prophetarū, quorum indefessè voces canūt, terminos eum mari posuisse, terram suis columnis, stabilique mole, vt in æternum moueri nequeat, firmasse. Quis, inquit, qui, ὁ τῆς θαλάσσης τὸς ὄρους τῶν ὀρέων, πῶς ὁ πῶν γῆν ἐφάρασε; ἔτι γὰρ πῶς ὦ Τάτ, τῶν πάντων ποιητῆς καὶ διαδοτῆς: Terminis, ac definitionibus mare circumscripserit? Quis terram firmauerit, ac stabilierit? Est enim aliquis ὁ Tat, horum omnium Creator & Dominus. In his confirmatur Creatio mundi,

Aër vnde.

Stelle ante herbas.

Vnde principium sumptū sit, Metamor. Ouidij.

Iuniorū Philosophorum insolentia.

Deus, verbo, nō manib. mūdum creauit.

& Prouidentia, vt nihil fit in omni mundo, quod non habeat æternæ Prouidentia...

Iob 38.

Deus inuisibilis, ex operibus manifestus.

Ouid. ibidem.

Principio terram, ne non equalis ab omni

Parte foret, magnis speciem glomeravit in orbem.

Trismegistus autem: χη δ' οσον ην της υλης...

Deus, quomodo visibilis.

Deus, quomodo visibilis. Inuisibilis, inquit, est Deus: Bona verba quæso. Et quis est eo illustrior?

Græci de creatione rerum non loquuntur, nisi post Trismegistum.

Græci de creatione rerum non loquuntur, nisi post Trismegistum. Creatione vetustissimus Theologus Trismegistus, cuius, vt dixi, Theologia fuit maximè in causa, vt vetustiores Græci, de rerum primordio loquerentur.

Crater, liber Trismegisti.

Crater, liber Trismegisti. Crater, quasi temperatio: in quo sic loquitur: ηθελισεν α τελευν, τετον εν μεσση ταις ψυχαις...

Αδωπερ αθλον ιδρυσθαι, η αυτον ιδρυσαστο. κρατηρα μη γαρ πληρωσας τετον κρατεπημα, δεξ κληρικα...

Hæc Plato. Trismegistus autem in eo qui inscribitur κλεις, Clavis: ψυχη δε ανθρωπου οχευται...

Anima vehiculum.

De transitu animarum.

Orpheum adorasse, securumq; esse Theologiam Trismegisti de constitutione mundi. Minores affirmasse quae prior Orpheus prodidisset. Primam Theologiae partem apud Orpheum, esse laudes Creatoris aeterni, sapientissimi, fecundissimi. Omnia nata esse ex fecunda sapientia Verbi diuini secundum Orpheum, Secundam Theologiae partem esse de Chao, nempe terrae & aquae creatione, post quas ex eis creatae sint formae rerum. Similem esse Mosi Orpheum in hac creationis assignatione. Phaneta esse Solem. apud Orpheum, Amorem ipsam diuinam sapientiam creandi cupidam. Ex Chao & Oceano natos esse Deos, nempe sydera caelestia.

CAPVT X.



OST Mercurium Trismegistum superest vt alios veteres Graeciae Theologos cum Theologia Mosi consentire, & eadem atque Trismegistum de generatione mundi sensisse, ac scripsisse monstramus. Est autem primus ferme sicut Trismegistus Aegyptiorum, sic Orpheus Graecorum Theologorum, in quem subsequentes Philosophos omnes praecipue Pythagoram respexisse, ipsi vna Graeci voce testantur. Et vt ordo Theologiae, talis per omnes aetates extiterit: quod Trismegistus primus qui maiorum Theologiam audisset, vt vetustior, Aegyptios docuit: ab eo fluxit ad Phoenices, & Graecos. Reuocatur a Graecis ad Aegyptios, ab Aegyptiis ad maiores quosdam, famamque celebrem, certamque in toto terrarum orbe scientiam, quae cum saeculis paulatim succedentibus obsoleuisset, in libris remanserit. Quocirca, eadem omnia sunt apud Orpheum de creatione mundi, atque Trismegistum: nisi quod & superstitionibus, magicisque vanitatibus se dedit, & carminibus descriptis obscurius, inuoluens quibusdam ambagibus, quae clarius Trismegistus docuisset. Estq; duplex apud eum Theologia: vana quaedam, & superstitiosa: altera diuina, suspicienda, de fontibus Aegyptiorum (ad quos se venisse, sacerdotisque eorum aduisse, testatur in Argonautica) profluens. Vt igitur Mercurius dicturus de ortu mundi, opificem eius, sapientiam, gloriamque infinitam prius memorat, a vera mundi prapotentique causa feliciter auspiciatus (quod item & Moses antea, postea Plato, qui & Bonitatem Dei, & Ideam mundi, ipsam scilicet diuinam Sapientiam causas asciscit) sic Orpheus quaedam diuinissima carmina de magnis illis ante conditum mundum in pectore diuino, & in palatio Iouis thesauris, cecinit, Thesauros abditos, & arcanos, palatiumque Iouis, in quo cuncta bona continerentur, appellans, quas Ideas Platonicas, nostri Sapientiam, & Verbum, sicut item Trismegistus, in quibus vera mundi latitaret origo. Haecq; carmina etiam ab ipsis Platonicis proferuntur.

Propagatio philosophia.

Orpheus. non tam purus, quam Trismegistus. Duplex Orphei theologia.

Theauri Iouis apud Orpheum, sunt Ideas Platonicas, & sapientia, verbumque Christianae doctrinae.

Oυνησε σου τω παντι διος παλιν εν τοις ετιχησι  
Αιθελος ευφης, ηδ' ερανη αγγλων υλος.  
Ποντα τ' ατρυγεται, γαλας τε ερμιυδος ευρη.  
Ωκεανος τε μεγας, και νηεται ταρταρα γαλας.  
Και ποταμοι και πηλος απειρατος, αλλα τε παντα.  
Παντες τ' αθανατοι μακροες θεοι, ηδ' εθαιροι,  
Οσα τε εην γεραωτα, και υστερον οσα εμελλεν.  
Γιγασται, ζευδος δ' ενι γαστρι σφρα περυκει.  
Ζευς καρωτος γενετο, ζευς υστατος αρχικραυνος.  
Ζευς κεφαλη, ζευς μεασα, διος τε παντα τετυκται.  
Ζευς πυρμιλυ γαλας τε, και ερανη αστεροεντος.  
Ζευς βασιλευς, ζευς αυτος απαντων αρχικραυνος.  
Εγκρατος, εις δαμων γενετο, μεγας αρχος απαντων.  
Εν δε δεμας βασιλφοι εν ω ταυδε παντα κυκλειται.  
Πυρ και υδαρ, και γαλα, και αληρη, νυξ τε και ημαρ.  
Παντα γαρ εν ζηνος μεγαλη ταυδε δαματι κειται.  
Quae quidem oratione soluta reddam, vt sint clariora.

Fuerunt,

A Fuerunt, inquit, intra Iouem: cum vniuerso, aetheria vastitas, & caeli praecleara sublimitas. Immensiq; maris, & telluris inclyta latitudo, Oceanusq; ingens, depressaque tartara terra, Fluminaque & pontus, sine fine, & caetera cuncta, Immortales omnes, beati Diique, Deaq; Quae fuerint exorta, & quae ventura sequuntur, Haec in ventre Iouis rerum compago manebat, Iuppiter ipse est primus, Iuppiter vltimus idem. Iuppiter & caput, mediumque, & cuncta Iouis sunt. Iuppiter est terrae fundamentum, calique micantis. Iuppiter idem rex cunctorum, principiumque, Vna potestas, & Deus vnus, magnus & autor. Vnum est regale corpus, in quo haec cuncta tenentur. Omnia nanque haec in domibus Iouis magni iacent.

En Orpheus appellat, vt multis saepe rationibus ostensum, Diuinitatem vetustissimo nomine Iouem. Est enim Iuppiter, Philosophis & nostris congruentibus, per quem viuunt omnia. Id, inualecente idololatria, antiquaque religione obsolescente, nomen hominibus attributum. Audi igitur diuinam, pulcherrimamque Theologiam, quantum sit praeclarum inter se Theologorum consensus respice: Omnia in visceribus Iouis, id est, Sapientiae thesauris, mente capacissima, ac scientia cuncta extitisse: In thesauris illis aeternis antequam crearentur, cuncta latitasse. Eoque res antequam crearentur, erant in altero mundo, qui appellatur Iuppiter, ab aliis Verbum Dei, prolificum, seminale, vocatur Sapientia, originibus rerum fecundissima. Nec res (ne forte decipiaris) creatae sunt de nihilo, id est, nullo earum primordio antecedente, sed antecessit mundus ille, formarum, inuentionum, rationum locupletissimus, sapientia, ratio vberissima, ditissima rerum aula, vnde & potuerint quondam, & possint, cum liberit, omnia depromi. Hoc receptaculum, sedemq; cunctarum rerum, nomine mortali vocat vterum, vt etiam in nostris litteris, venter aut vterus Deo tribuitur: Ex vtero ante luciferu genui te. Appellat item regiam aulam, palatium: In palatio Iouis cuncta, aetheriam vastitatem, caelum sublime candens, pontum, terram, tartara, flumina: Denique & ipsos beatos Deos, antequam crearentur, vt in sua origine, fuisse: Perindeque illic iacuisse, aliquando in lucem prodituros, sicut in origine sua sunt omnia. Idcirco Deus omnia est, vt a quo nata, & ex thesauris suis deprompta cuncta. Qui producit, inquit noster, ventos de thesauris suis. In illa diuina regione fontes sunt omnium rerum, nihil factum est quod non fuerit in illa latissima Sapientiae aula, nobilissimarum formarum rationumque plenissima, opulentissimo regno: vnde rebus origo, etiam Diis beatis fuit. Ecce igitur ea quae Diuus Paulus de filio Dei, diuina Sapientia (libet enim sapius commemorare, ipsa ratione cogente, vt praecleara Theologiae maiestas, quam maiores ab origine mundi continuatisq; successionebus accepissent, sit clara) Vt conformentur, inquit, in agnitione mysterij Dei, & Patris & Christi, εν ω εισι παντες οι θεσσαυροι της σοφιας, και γνωσεως αποκρυφοι: In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & intelligentiae absconditi, latitantes. Agnoscis consensum? Siquidem totus ille rerum numerus in vtero, aut palatio Iouis apud Orpheum, sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi, arcani. Et qui apud nostrum est Christus, apud Orpheum Iuppiter, vt saepe probatum, probabiturque magis. Idemque noster Theologus de eodem Ioue, (sic enim etiam Hebraice vocatur Ichouah) ος εστιν ειων το θεο αρχατος, πρωτοτοκος πασης κτισεως, οπι εν αυτω συνεσθη τα παντα τα εν τοις ουρανοις, και τα επι της γης, τα ορατα, και τα αορατα, ειτε θηροι, ειτε κτεροτητες, ειτε αρχαι, ειτε εχθισαι, τα παντα δι αυτου, και εις αυτον εκπιση: και αυτος εστι παρ ο παντων, και τα παντα εν αυτω συνεσθηκε, και αυτος εστι κεφαλη της εκκλησιας: Qui est, inquit, imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt omnia quae in caelis, & quae in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipsum sunt creata. Et ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput Ecclesiae. Haec noster Theologus, respondente sibi apud omnes veritate, sed aperta magis, nouissimis saeculis. Vt ergo dixit Orpheus, Iouem esse Primum: sic noster, fuisse & esse eum ante omnia, & primogenitum. Vt ille praedicat omnia intra Iouis arcana latitasse, quae postea proruperunt in lucem, numerans

Diuinitas Iuppiter.

Res corporee tribuuntur Deo, docendi causa Psal. 109.

Ephes. 4.

Ephes. 1. & 5. Coll. 1. Iuppiter ante omnia.



visibilia & inuisibilia, terrestria & caelestia, multusque est in catalogo rerum terrestrium, D  
quantus noster ut perfectior, sapientiaque instructior, in catalogo caelestium, & inuisi-  
bilibium: sic ipse noster per eum cuncta fuisse creata, contentus res terrestres, ut notiores,  
vno nomine significasse: res autem caelestes occultiores aperiens, instansque declaran-  
do nominibus eorum prolatis. Quosque noster nominatim vocat thronos, dominatio-  
nes, principatus, potestates, hos vno nomine Orpheus, Deos beatos, poeticeque addit,  
Deasque. Neuter enim sexus est apud Deos, ut vtroque possint appellari. Sed dignius  
nostra semper Theologia, sexu masculino. Quod ergo Paulus, In ipso & per ipsum condi-  
ta sunt omnia: Et, quia complacuit in ipso habitare omnem plenitudinem: est quod ma-  
gis poetice Orpheus, quod in eo antequam crearentur, erant caelestia, & terrestria, per-  
inde ut in arcana sapientia, thesauri, fontesque rerum: Ut in vtero aut palatio, ditissi-  
maque aula. Quodque noster alibi, Vnus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Or-  
pheus, Vna Potestas, vnum Numen, vnus omnium Princeps, Vnum corpus regium, in  
quo omnia. Quo vel totum mundum possis sentire, qui sit quasi corpus, cuius animatio  
visque sit ipse Deus, vel perstat in eo quod cecinit, omnia in vtero Iouis fuisse. Quare red-  
ditur omnium rerum ratio, quas conditas a Deo memorat Moses, cum refert eum, igne,  
aquam, terram, maria, caelum, noctem, diem, fontes, flumina, plantas, animalia creasse,  
& solers, plenusque rerum, foecundusque conditor ille, ut quidquid cuperet, fecerit eoque  
doctissime, & diuine subiicit Orpheus:

Πάντα τὰ δὲ κρύφια αὐτῆς φάος ἐς πολυήγητος  
Μέλην ἄπὸ κραδῆς προσφέρειν πολυήγετο βέβαιον.  
Cuncta haec absconsa letas eduxit ad auras,  
Pectore mira suo proferens, & facta superba.

Est item haec omnis Orphei Theologia, ea quae tam varia, multiplexque est de Ideis  
apud Platonicos: quibus si verum sensum adhibueris, erunt verae, & dignae quae reci-  
pientur. Siquidem & Mercurius adhibuit mundano opifici εἶδος ἀρχαίου. Haec sunt apud  
Platonem ἄδον νοητὸν, Animal intelligibile, omnium scilicet rerum origo. Apud Timaeum  
Locrensem κόσμος ἰδαίκετος. Nimirum, mundus sapientiae diuinae, antequam res crea-  
rentur. Θεσσαυρὶ ἄποκρυφοί. Neque possis rectius de Ideis sentire, quam si eas appelles, iuxta  
diuinum Paulum, Thesauros sapientiae absconditos. Dionysius θελήματα, καὶ προσορισμὸς  
τῶ θεῶ. Recte, nam sola voluntate Deus creat: Ergo voluntates, sunt antecedentes crea-  
tiones. Hanc item Theologiam Orphei postea securus est Empedocles. Ut enim cuncta  
ab Ioue producit Orpheus, etiam Deos beatos: & ut diuus Paulus, ab imagine Dei, visi-  
bilia, & inuisibilia: Sic Empedocles ab Vno, vel Vnitate, res omnes terrestres, volucres,  
piscis, mares, & foeminas, arbores, denique etiam Deos longaeuos. Et in ea enume-  
ratione est idem loquendi modus apud vtrunque:

Quae sint, quae fuerint, quae post ventura sequentur.  
Ὅσα τ' ἐκ τῆν γεγαῶτα, καὶ ὑστερον αὐτῆς ἐμελλεν.  
Γίνεσθαι.  
Πάντ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἐστὶ, ὅσα τ' ἔσται ὀπίσω.

Quam ob rem, constat Empedoclem, ab Orphea ea didicisse, appellasseque Vnitatem,  
quod prior Orpheus, Iouem. Est igitur nunc apud tres Theologos, quaedam Genesis,  
quaedam Cosmopoeia, Orpheum, Empedoclem, & Paulum, Omnes vnanimiter faten-  
tes, terrestria & caelestia, visibilia & inuisibilia a summo Deo creata. Enumerantque in  
particulari, duo Graeci Theologi res terrestres, utpote superiora minus callentes: noster  
autem appellat nominatim omnes ordines Deorum, fatos ab illo magno Deo, quatuor  
eorum choris nominatis. Illud quidem Orpheus sapientissime & quasi ex fontibus no-  
strae Theologiae, quod agnoscens thesauros Sapientiae diuinae, eos appellat δῶμα, pala-  
tium, aulam Iouis, eos in vtero, & pectore, seu corde eius latitare, diuinamque Sapien-  
tiam palatium rerum, aulam, pectus foecundissimum, omniaque bona in palatio & do-  
mo Iouis affluere praedicans. Post commemoratum diuinum illud & ineffabile omni-  
potensque mundi principium, veram foecundamque originem, descendit ad creatio-  
nem, & ad ipsas iam res apparentes Orpheus, estque omnis ei de Chao rerumque ex eo  
creatione Theologia, quae visa est in Trismegisto. Duo sunt rerum principia: alterum  
sempiternum, Deus, inestimabilis sapientia: alterum creatum Chaos, origo, massa  
totius

Coll. 1.

Ephes. 3.

Omnia in Deo  
latitabant an-  
tequam crea-  
ta essent.

Deus, ἑῶν  
νοητῶν.

Collof. 2.

Collof. 1.  
Hebr. 11.

Vnitae, Iupi-  
ter.

Coll. 1.

Duo rerum  
principia, ex  
Orphei do-  
ctrina.

E

F

Atotius mundi, mundanarumque rerum materia. Globus informis, praecedens omnia non  
tempore, nullo adhuc tempore, sed natura. Fecit enim primò Deus vnam rem, ex qua  
cuncta depromeret, inde Sol, & omnis candida, puriorque educta est substantia, exinde  
cuncta coorta, & formata terrestria. Hoc igitur profecutus est carminibus Orpheus, quae  
sunt in Argonautica, quibus totum mundi exordium, rerumque ex Chao explicatione,  
qualem cecinit Ouidius, refert se cecinisse:

Πρῶτα μὲν ἀρχαίη χάος μελανήφατον ἕμιον.  
Ὡς ἐπάμειλε φύσιν, ὡς ἕρως ἐς πέρας ἦλθεν.  
Γῆστε εὐρυτέρως γένησιν, πύθμυιατε θαλάσσης.  
Προβύτα τὸν τε καὶ αὐτοτελή πολυμήτην ἔρασε.  
Ὅσα τ' ἔρυσεν ἅπαντα, διεκρίθει τ' ἄλλο ἀπ' ἄλλης.  
Καὶ χρόνον ἀγορεύτω. Quae ut poterunt, Latina sient.  
Principioque vetus Chaos, atro concinit hymno,  
Ut naturas mutauit, fuit utque per actum  
Caelum, tum late terra ortum, tum maris imum,  
Aeternum canit ex se perfectum, sapientem,  
Ut quaecumque creauit amor, tum cuncta diremit.  
Saturnumque voracem.

Haec Orpheus. Ecce Chaos antiquum, quam nuncupatio-  
nem a Trismegisto didicerat. Antiquumque Chaos designat illud mundi nascentis ini-  
tium. Recte vocatum antiquum, quod ante omnia extiterit. Et Graece Archaeum, quod  
in principio mundi fuerit. Hoc apud Mosen est, terra & aqua, quarum duarum rerum con-  
globatio dicitur Aphar, cui respondet Graece ἰλὺς, quod nomen, ut docebo, Orpheus  
etiam vsurpauit. Post Chaos tamen eius creationem sicut nec Trismegistus, nõ expres-  
sit, naturaliter secutum est, a maioribus auditum & celebratum, ut naturas Chaos muta-  
rit. Haec fuit secunda mundi creatio, secundus mundus, scilicet ex informi, rudi que prin-  
cipio, formarum pulcherrimarum productio, ex deformibus formosissimis effectis. Iu-  
reque dixit naturas mutasse Chaos, quippe quae ex ipso, velut rudi, in compositaque ori-  
gine, educta sunt, & pro deformi rudimento, successit multitudo formosarum naturarum.  
Naturas vocat ipsas res natas, vniuersales, ex quibus omnia nascuntur, caelum, Solem, ter-  
ram, mare, aërem. Has docet ex Chao depromptas, non explicans ad amissim sicut Tris-  
megistus, qua quidque ratione productum sit, sed eum tamen ordinem retinens, quem  
in praecceptore animaduertisset. Nam in illa explicatione, principium nascendi habuit  
caelum, cum diremit, aquis inoperans, diuina Sapientia, selegitque ex eis aetheriam sub-  
stantiam. Quocirca docet in hac explicatione, caelum ad firmam, perfectionemque venisse.  
Ac cum dicat Orpheus se cecinisse quomodo nata sint omnia ex Chao, primumque  
caelum absolutum, necesse est eum animo suo vidisse, notamque habuisse hanc absolu-  
tionem, eamque spectasse, quae litteris Trismegisti contineretur, de creatione Solis, siue  
lucis, de creatione purissimi ignis aetherij, quod Trismegistus late & verè enarrauit. Igi-  
tur ex Chao primum factum segregatumque est ἕρως, caelum, caelestis substantia, in pri-  
misque Sol. Et Moses commemorato Chao, subito perhibet extitisse lucem. Quod idè  
Orpheum quoque retulisse paulò post constabit. Praecessit igitur Chaos, secuta est natu-  
rarum mutatio. Id ut factum sit, explicat. Primum, ait, facta est absolutaque aetheria sub-  
stantia. Exinde tellus lata sinus aperuit, coepitque esse & dici, viderique terra, cum, Sole  
desuper ardente, & inflammante, exhaurientéque aquas, ut docuit Trismegistus, latissi-  
mos sinus aperuit. Tunc verè nata est: etsi foret antea cum aqua: sed erat in massa, verè  
terra dici non poterat. Ea fuit terrae γένεσις, ortus, exiccatio videlicet eius, & consolidatio,  
ac firmatio. Eadem autem opera, qua terra patefiebat, mare dirimebatur, situs, locosque  
profundos suos fortiebatur. Eoque praecipue, non creationem maris, sicut terrae, sed pro-  
funditatem & concavitatem sicut Moses item, memorauit Orpheus. Nam aquarum ante-  
tea creatarum, in vastas terrae voragines congregatio, mare vocitatum est. Moses igitur  
dixit, Congregentur aquae in vnum locum, & appareat arida. Orpheus autem expressit  
hunc locum, in quem diuino imperio coiere aquae, πύθμυια θαλάσσης, profundum maris,  
sedem maris profundissimam. Huc vsque mundi creatio. Satisque nunc erat Orphea,  
vniuersalia dixisse. Primum Chaos, exinde caelestem substantiam, tum terrae apparentiam,  
demum secessum aquarum in profundum mundi. Sed ne putes eum solis rebus creatis  
memoratis, contra quam maiores tradidissent, creatorem siluisse, & casui temeritatique

Chaos, mundi  
nascentis ini-  
tium.

Praecessit  
Chaos, sequen-  
ta est natura-  
rum mutatio.

Terra ortus.

B iij

ordines pulcherrimos adiudicasse, ecce nō minus piē, quān Mofes & Trismegiftus, quis fuerit auctor tantarum rerum, cum suis veris nominibus appellans, inducit. Nam quem vocat Mofes sua lingua, Spiritum, videlicet Sapientiam, Mercurius autem ψεν, Mentem, Intelligentiam, Orpheus vocat έρωτα; Amorem, tribus nominibus maiestatem eius designans: Antiquissimi, nimirū ante mundum, ante Chaos illud (dicunt enim Græci & Latini, Antiquissima, sempiterna) tum αὐτοτελή, per se perfectum, sibi ipsi substantiam, complementum, originē sui: postremō πολυμήτεω, quod Sapientia diuina, in qua sunt omnia consilia scientiaque omnis, est nomen. Amoris autem ratio ea est, vt claret, quod designatur amor, cupiditas, voluntas creandi, & creatoris bonitas, quem cupiditas impulerit, vt communicaret bona sua. Ideoque sunt apud Hebræos, qui Spiritum illum Mosis, interpretentur voluntatem. Et Aristoteles in primo maioris Philosophia, amorem istū, rerum principium apud Theologos, cupiditatem interpretatur, dicens Parmenidem amorem seu cupiditatem principium statuisse: καὶ εἰ τις ἄλλος έρωτα ἢ ὀπιθυμίαν ἐν τοῖς θεοῖς εἴηκεν ὡς αἰσχρὸν, οἷον καὶ παρμηδίδης. Cornutus quoque veterem Theologiam explicans, dicit: ὁ δὲ έρωτα (ὡς αὐτοῖς εἰρήνη γερουσία ἢ ὄρμη ἢ ὅτι τὰ γενεῶν: Amor autem cum eis dicitur fuisse cupiditas ad generandum. Hoc quidem testimonio nihil diuinius, vt scias quid sit Amor antiquissimus, sapientissimus, per se perfectus, apud Orpheum. Illud item mirabile est, quod ego cum reperi, miris gaudiis incesse, quod Proclus super Timæū, testatur Pherecydem priscum illum Pythagoræ præceptorem, dixisse, Iouem cum creare vellet, in Amore se transformasse: εἰς έρωτα μεταβέβησται τὸν δια, μέλλωτα δημιουργεῖν. Hunc Amorem testatur Orpheus cuncta produxisse, seorsum diremisit, quod fuit creatio, direptione, ac diuisione facta omnium rerum, quæ globatæ in sua massa, originæque latitarunt. Porro Saturnum, vt videre est alibi, vocat tempus vorax, vnā cum æthere natum. Atque hucusque est consona cum Mosaica, & Ægyptia sapientia Orphica Theologia admiranda, naturalis, suspicienda. Rursum in Argonautica eadem de Chao, rerumque explicatione describit Orpheus. Quæ carmina conabor pro viribus enodare:

Amor, έρωτα, Dei nomen.

Amor ante Chaos.

Amor, creatoris bonitas.

Pherecydis sententia de Deo se in Amorem transformate, cum mundum creare vellet. Saturnus quid.

Ἀρχαῖς μὲν πρῶτα χάρις ἀμέγαρτον ἀνάγκη, καὶ κρόνον, ὃς ἐλόχευσεν ἀπείριστοις ἔσσο κάλποισ Αἰθέρα, καὶ διφυῆ πειλώπεια κλυτὸν έρωτα. Νικητὸς ἀειγανέτης πατέρα κλυτὸν, ὃν ῥα φάσκει. Ὁ πλοῦτεροι κικλίσουσιν βροτοὶ, πρῶτος γὰρ έρωτη. Antiquum, primitiuque Chaos, magnūque necessesse, Saturnūque, sinu immenso qui clauserat ipsum Aethera, tum geminum, vigilem, venerandum & Amorem, Aeternæ & noctis patrem dixeret Phæneta, Quem post nati, nam cunctis prior iste refulsit.

Chaos, mater rerum.

Principio necessitatem ascribit Chao, in quo rerum cunctarum necessaria materia cōtineretur. Ingens exordium, magna moles ac globus (vocant etiam Philosophi materiam, necessitatem) Post hoc principiu & rude Chaos, mox extitit ætheria substantia, quæ certis molibus atque orbibus distributa, tempus expressit: commemoraturq; primū Chaos: deinde æther natus ex aqua. Hinc adiunctus est Saturnus, id est, tempus. Memorat item Amorem illum diuinum, de quo est apud Philosophos carmen ex eodem Orpheo:

Καὶ μήτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ έρωτα πολυτέρπητις. Prima fuit genitrix Sapientia, dulcis Amorque.

Sapientia & Amor, idem.

Hoc carmine, quo nullum diuinius, claret quid Amor priscis Philosophis celebris, & ad mundi creationem ascriptus, sit, quam vim habeat. Ecce sunt idem μήτις, Sapientia, atque Amor. Sapientia dicitur prima fuisse genitrix, dicitur etiam Amor. Quem Orpheus superius vetustissimum, id est, sempiternum, per se genitum, aut perfectum, sapientissimūq; appellat, eum nunc vocat πειλώπεια, oculatum, omnia circumspicentem, sapientē scilicet, deinde venerandum, cultu dignum. Post Amorem creatorē, sapientem, sicut Mofes, ante res omnes visibiles clamat eductam ex Chao lucem: & Trismegiftus purissimum ignem diremptum, in altumq; sublatum ex aqua: & Ouidius huius interpres Theologiae,

Ouid ibid.

Ignea conuexi vis, & sine pondere, cæli, Emicuit, summæque locum sibi legit in arce.

Sic Orpheus prodit, ante omnia Phæneta, hoc est, Solem, lucem, apparuisse, eo nomine nuncupatum, quoniam prior apparuit, visus & ipse primus, & vt omnia viderentur, pri-

atur, primus auctor, designatus Orpheus, quod Latinis, ex eo & Trismegisto acceptum, indicauit Ouidius:

Nullus adhuc terris præbebat lumina Titan.

Mofes autem, Et tenebræ erant super faciē abyssi. Trismegiftus, ἡ σκότος ἀπὸρον ἐν ἀέροι: Erant tenebræ infinitæ in abyfso. Quoniam igitur horrorem terribimum primus apparet mundo Phanes, discussit, merito suo nomine celebris apud omnes mortales fuit. Atque agnosce, quod quem Mofes vocat Hebraice or, à quo Græcè factum orao, video, vertitur autem ea vox à Græcis interpretibus, φως, hunc Orpheus appellat φάωτα, Phanes. Vtrunque nomen ab eadem origine, & eiusdem significationis. Phos apud Mofen lux, lumen primogenitum, apud Orpheum Phanes, opus diuinæ potentia, mirabile argumentum, nihil in rebus corporeis melius. Apparuit prior omnibus lux, prior cum se visibilem præbuit, tum vt cætera viderentur, fecit. Hæc Græcè vocatur φως, phos, & φάωτα, phanes. Is apud Orpheum Genitor noctis, quoniam creata luce, diuisit Deus inter lucem, & tenebras. Eodēque tempore, eadēque opera, Sol diem fecit, & noctem. Inhorruerat autem nox æterna, quoniam fuit in æternum id quod lucem antecessit. Antecessit autē priuatio, intercisa, & terminata, cum lux inuecta est. Est igitur in Theologia Orphei maiestas sempiterna ante mundum, creatrix mundi, ineffabilis, insuperabilis Sapientia, exinde creatum Chaos, rude & iners pondus, origo informis, deinceps diuisio, euolutio rerum, primum ætheria leuitatis, Solisque vel lucis, & cum luce diei, ac noctis. Primū egrēgium mirandumque opus Sapientia diuina. Cum Sole creatum est tempus, latens sub finibus & reuolutionibus ætheris. Inuentur omnium fuit Amor. Quod autem senserit Orpheus creationem rerum, inchoasse à rudi inertique congerie, & quod Chaos fuerit vetustissimus ille limus ex terra, & aqua, & quod omnes res ex illo aceruo sint eductæ, declarat Athenagoras Philosophus Christianus, interpretans ea, quæ prodidit Orpheus, cuius hæc sunt verba: καὶ τὸ πᾶσαν αὐτοῖς συμφωνεῖ. ὁμίη μὲν γὰρ λέγοντος, Ὡκεανόντε θεῶν γενεῶν, καὶ μήτερε τῆθύν. Orpheus δὲ, ὃς καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν πρῶτος ἔξευρε, καὶ τὰς γενεὰς διεξήλθε, καὶ ὅσα αὐτοῖς πέπρακται, εἶπε, καὶ πεπίευντε παρ' αὐτοῖς ἀλιθίστερον θεολογεῖν, φησὶ ὁμίηρος τὰ πολλὰ καὶ ἀεὶ θεῶν μάλιστα ἔπειται, καὶ αὐτὸ πλεῖστον πρῶτον αὐτῶν ἐξ ὕδατος συνιστάτος. Ὡκεανὸς ὅσα ἐν γενεαῖς πάντεσσι τέτυκται. καὶ γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ καὶ αὐτὸν τοῖς ἔλοις. Σπὸ δὲ τῷ ὕδατος, ἰλὺς κατέστη. Hoc, ait, inter eos omnes conuenit, natos scilicet, & factos Deos. Nam Homerus canit Oceanūque Deum patrem, Tethynque parentem.

Phanes, Sol & quævis.

Quid per Chaos intelligendum.

Oceanus pater.

Aqua, principiu rerum.

Ouid ibidem.

Orpheus autem, qui & ipforum nomina primus excogitauit, & ortus eorum, & quæcunque eis gesta essent, enarrauit fidelis que putatur de Theologia scripsisse, quem & Homerus, maxime in opinione Deorum est secutus, etiam ipse primam Deorum originem, ex aqua fuisse dixit. Fuit enim secundum hunc, aqua omnium rerum principium: ex aqua verò hylen, siue limum dicit extitisse. Hæc ille. Claret igitur, Orpheum Theologiam Ægyptiorum expressisse. Deos enim, vt superius Mercurius, vocabat sydera cælestia, è quibus septem planetas, septem Deos nominat Mercurius, formas Deorum Ouidius. Hos Orpheus, vt prior Trismegiftus, natos ex oceano docuit, omnem videlicet substantiam cælestem. Nam

Ignea conuexi vis, & sine pondere, cæli, Emicuit, summæque locum sibi legit in arce.

Hi sunt Dij nati Orpheo ex aqua, quibus segregatis, ac selectis, terra remāsit hyle, limus, ex quo nata sunt omnia terrestria. Quam ob causam iure dicitur oceanus origo cunctorum, præcipue Deorum, id est, syderum cælestium, quos solos à motu, vt testatur Plato, dixere prisci Deos. Nec sunt nunc Dij, Iuppiter, Saturnus, Iuno. Nam etiam Trismegiftus, Deos nuncupauit, quorum propria est nomenclatio θεῶν, ab incitatione & cursu. Hoc designat aliud Orphei carmen:

Ὡκεανὸς πρῶτος καὶ ἀπὸς ἠρῆε γαμοῖο. Oceanus primus cepit conubia pulchra.

Aqua igitur illa primordialis, genuit Deos cælestes. Item terrestria, quæ etiam Mofes quoque perhibet, nata ex ea, quæ dicitur Hebraicè Aphar, hoc est, limus. Nam animalibus quoque brutis ea dedit principium. Mirus igitur priscæ Theologiae consensus, cunctis asserentibus cælestem liquiditatem, ac perspicuitatem, ab aquis purissimè segregatam. Tum super antiquissima materia, seu limo, quorum postremum à Græco est lly,

primum, dicta est materia, quasi mater omnium rerum, eadem canentibus. Ex his liquet D (nam multa alioquin prætereo) Orpheum principem Græcæ Theologiæ, & creatum mundum asseruisse, & docuisse qua ratione sit creatus, mirabiliter cum Mose congruentem. Repertus etiam fons Theologiæ eius, quod omnis fluxit à Trismegisto. Et quod memorabile est, cum superioribus, Orpheo cælestia lumina, ex oceano sunt nata. Vidimus qua ratione oporteat intelligere carmen Homeri, translatum à Poëta Latino,

Oceanum rerum patrem, Tethynq; parentem. Homerus autem cecinerat, Oceanumque Deum patrem.

Deos cum Orpheo dicens, Solem, Lunam, septemq; planetas, quos lumen sanctum vocat Trismegistus, ex oceano in primordio mundi natos. Ouidiusque de eis, ex eadem Theologia,

Astra tenent caeleste solum, formæque Deorum.

Prius autem docuerat hanc substantiam ex aqua natam,

Igneæ conuexi vis, & sine pondere cali, Emicuit.

Vidimus hylen, seu materiam antiquissimam. Vidimus quid esset Chaos. Apparuit antiquissimum Theologum, creationem apertè fateri: vt sit stupenda recentium Philosophorum impudentia, super æterni mundi assertione, creatione, & à vetustissimis eorum prodita, & maximis Philosophis præcæ Theologiæ placita reuerenter confirmantibus. Scripsit etiam Orpheus peculiare hymnos, vt ipse de seipso testatur in Argonautica, de Cosmogonia, de Generatione mundi. Autor quoque est Proclus, Orpheum ab vno singulari Deo cuncta producere, etiam Deos, super Timæum scribens: E ἀπο τῆς κρυφίας ἕντος θεῶν τῶν πάντων, καὶ ἀπο τῆς πάντων ὑψίστης τῆς δευτέρας τάξεως τῶν θεῶν: A secreto, & in arcanis habitante Deo, vniuersa, & ab eo reliquos ordines secundos Deorum, producit.

Homerum atque Hesiodum veneratos hanc Theologiam, similiter atque priores de mundi origine, & eius principijs cecinisse. Terram & aquam Homerum primas res creatas dixisse. Hesiodum primum fuisse Chaos, id est, terram & aquam, totamque creationem affirmasse ac decantasse.

CAPVT XI.



ECVTI sunt post maiores hosce, diuinósque Theologos, Homerus, & Hesiodus, idem sacrosanctæ Theologiæ vnanimiter acclamantes, eumque mundanæ creationis ordinem, quem apud Trismegistum, & Orpheum vidissent, piissimè seruantes. Siquidem & opifici auctori que mundano, meritis creationis honores detulerunt: deinde verò Chaos illud, rudemque ex aqua, & terra materiam, ex qua sit informatus, decoratúsque mundus, nominauerunt. Nam quod cum maioribus sententis, vt hostes in terram & aquam reuertantur:

Homerus, de rerum principio. Iliad. 4.

Ἄλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοιθε Sed vos in terram cuncti redeatis, & vnam.

Subiicit Iustinus: δι' Ἐσπερίαν ἀρχαίαν φύσιν αὐτῆς ἐκ γῆς ἀναλίω: Per vehementem iram, eos in antiquam originem ex terra resoluens. Additque cum hæc ab Ægyptiis didicisse. Deinceps Hesiodus. Hinc interpretantur Græci quæ Poëta canunt, mundum antiquum fuisse πηλεῶν, καὶ γήτων, nempe limum & mare, misionem terræ & aquæ. Hocq; Orpheus respectans:

Mundus antiquus, Peleus & Thetys.

Νηρέα μὲν ἀρώπιζα καλῶς, ἀρέσεντον ἀπάντων. Nereæque ante alios omnes appello vetustum.

Hesiodus verò in Theogonia, ad verbum prodidit ea quæ prior Orpheus. Atque cum in libro, qui inscribitur Opera & dies, omnique sua poësi, det summo Ioui principatum, auctoritatèque omnium rerum, tum super omnes Deos & homines imperiū, in cuius potestate sint cælum & terræ, certè cõuenit cum Trismegisto & Orpheo, super hoc æterno principio, vt prima eius Theologia æquè atque superiorū, sit de conditore, de maiestate, singula-

A singularique potestate, prouidentiaque eius: secunda de Chao, origineq; rerum, deq; ipsam mundi constitutione. Eius igitur carmina ex Orphei fontibus hausta sunt:

Πάντων μὲν ἀρώπιζα γῆς γένετο, αὐτὸν ἔπειτα Γαῖα εὐεργέτης, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ, Ἡ δ' ἔρος, ὅς πάντοσι μετασπέρη ἀθανάτοισι. Exiit ante Chaos, post hæc latissima tellus, Qua super innixum pondus rerum incubat omne, Atque Amor, inter qui diuos sacer enitet omnes.

Hesiod. Theogonia.

Ecce Chaos ante omnia, terra scilicet & aqua, sicut in Mose. Initium mundi, rudis origo, inchoamentum, materia postea natarum formarum mater, informe cæli & terræ semen. Naturaliter ante omnia, factum ab eodem opifice, qui difficiliora, nempe mundum qui successit, fecisset. Quique ea de causa rude rerum inchoamentum iecisset, & inuenisset, vt faceret, quod fecit. Qui nisi verus autor materiæ fuisset, nūquam ex ea formas depromere potuisset, sed ideo facile deprompsit, quia qualis sibi visa est apta & fecunda ad generandum mundum, materiam præparauit. Igitur post Chaos, ac vile initium, exinde iuxta Theologiam Trismegisti, & Mosis, apparuit terra tremens, madida, lutulenta, quæ solis fecunda calore, peperit arbores, animalia. Non memorat Hesiodus pulcherrimum illum, qui primus visus est in mundo, & fecit vt viderentur omnia, Phæneta, sed tria tantum contentus est principia posuisse. Forte Orphicam, Hermaicamque Theologiam, non vsquequaque clarè intellexit. Nam Trismegistus, & Orpheus, non postposuerunt Amorem Chao, & terræ: sed Trismegistus prodiderat Mentem cuncta fecisse, exornasse, Orpheus Amorem omnia ἐφύσα, produxisse. Quare non fuit Amor post terram, aut cum terra, sed creator, & autor, cupidus & sapiens inueniendi, fuit ante res inuentas. Tria igitur iuxta Hesiodum, fuerunt in principio, quorum postremum est primum, Chaos, Terra, Amor. Fac, vt dixi, & vt Theologia priorum, vnde nata est Hesiodica, priorem, ipsum Amorem. Inuocarat autem Musas Hesiodus, hoc carmine:

Verus amor, autor materiæ vniuersæ.

Amor, Chaos, terra.

Εἰπέτε δ' ὡς τὰ ἀρώπια θεοί, καὶ γαῖα γένετο, Καὶ ποταμοὶ, καὶ πῶτος ἀπείροτος, οἰδματὰ γῆων. Ἄρα τε λαμπετόωντα, καὶ ἕρως εὐρὺς ἕσπερον. Dicite vos, vt primum Dij, tellúsque creatæ, Flumináque & pontus vastus, qui tollitur vndis, Astraque clara, Polúsque immensus, in alto.

Hesiod. ibid.

Constat etiam nunc Hesiodum confiteri mundum, Deosque fatos, Deos sentientem, vt par est, eisdem atque Trismegistus, & Orpheus, & de quibus Ouidius,

Astra tenent caeleste solum, formæque Deorum.

1. Metamorp.

Hos ergo Deos canit cum cæteris mundanis rebus, cum terra, mari, fluminibus, fatos: Deos inquam, quos Aristoteles à maiorum suorum sententia vehementer alienè, & semipiternos censuit, & substantias quasdam diuinas iudicauit. En cuncta vetustas, producit Cælum & sydera ex aqua, & oceano, quo & eorum inchoata progenies declaratur, & ex eisdem rebus constare, eiusdemque esse substantiæ, atque omnia mundana, cælum monstratur. Scilicet non esse, quintam vllam essentiam. Hanc eandem sententiam, eodem opere, carmine mirabili, Hesiodus declarauit:

Γαῖα δὲ τοὶ ἀρώπια μὲν ἐγένετο ἴσων ἑαυτῇ Ουρανὸν ἀσπρόεντα, ἵνα μὴ ἀπὸ πάντα καλῶσθῃ Ὁφθαλμοὶ εἰν μαλίσσεσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ. Principiòque sibi peperit simile vndique tellus, Stellatum cælum, quo circum clauderet ipsam, Vtque foret diuis sedes secunda beatus.

In Theogon.

Hoc carmine non solum dicitur natum cælum, & factum, cum non esset, verum etiam genitum ex terra, his scilicet aquis, quæ in regione terrestri immorabatur: Æqualem autem terræ, videlicet sphericum, rotundum, orbicularis formæ: Genitum à terra, cuius à sedibus, aquarum plenis, diuino imperio, stupendòque artificio, sublata purissima substantia, clarissimas illas lucas accendit. Nec potest venire in animum de cælesti substantia verisimilius. Super quo mirus est omnium præcorum cõsensus. Philosophia Mosaica, omni sapientia vetustiore, id priore innuente, à nostris deinceps Theologis assertum. Quippe diuis Petrus in Epistola docet cælum aqueam esse compagem: ὅτι ἕρως ἦσαν ἐκ πάλαι, Philosophia Mosaica, omni sapientia vetustior.

χρη γη ἐξ ὕδατος, καὶ δι' ὕδατος συνεστάτω τῷ τῷ θεῷ λόγῳ: Quoniam cæli dudum facti sunt, & D terra, ex aqua, & per aquam diuino imperio constipata. Habes terram, & aquam com- mitas ab exordio, ex aquis tellurem emeruisse, ex eisdem cælum, qui dicitur ob eam cau- sam æther, enituisse & exarsisse aquis, inaudito, & inscrutabili artificio, à sapientissimo ingenio, in eam liquiditatem extenuatis. Huiusmodi est de creatione mundi Hesiodi Theologia. Neque enim laboro nunc vniuersam eius Theologiam interpretari, his testi- moniis contentus, quibus cæli, & mundi continetur origo, & quod sit aqueum. Quid au- tem Chaos, quidue Amor apud priscos Theologos esset, præter ea, quæ diximus, etiam

Cornutus, seu  
Porphyrius de  
Chao & A-  
more.

Cornutus ostendit, explicans priscam Theologiam: ἔστι δὲ χάος μὲν τὸ πρὸ τῆς ἀφροσύνης- σεις γενόμενον ὑγρὸν, ἀπὸ τῆς χάσεως ὕδατος ἀνομασμένον, ἢ τὸ πῦρ, ὃ ἔστι ὁ ἰονεὶ χάος, καὶ αὐτὸ δὲ κέ- χηται ἀπὸ τῆς λεπτομέρειαν. ὁ δὲ ἔραος σὺν αὐτοῖς ἐρήθη, γηρογένει ἢ ὄρμη ἢ ἔπι τὸ γενῆσαι. ἄμα γὰρ τι ἐκπυροῦ γίνεται, καὶ παρῆνοι τῇ γενέσει νομισθέν ταύτην τὴν δύναμιν καλεῖσθαι, καὶ ἀξιοθέατον ἔσαν ἐγέν- ησε δὲ τὸν ἔραον ἀπὸ τῆς ἀναθυμιάσεως, ἔραον δὲ νῦν κοινότερον λεγομένης παντὸς τῆς αἰθῆρας ἀπὸ τῆς λεπτομέρειας. De Hesiodo verò, τὰ μὲν τινα ὡς οἶμα, τὰ δὲ τῆς ἀρχαιότερον αὐτῶν περιληφῶτος, τὰ δὲ μὲν κριότερα, αὐτῶν τερσθέντος ὃ πρόπω καὶ πλείστα τῆς παλαιῆς θεολογίας διαφῶρη. Est, ait, Chaos, ea humiditas, is humor, qui creationem antecessit, hoc nomine dictū à Chylæos fufione, vel ignis, quasi Chaos à comburendo, fusilis & ipse ob tenuitatem. Amor au- tem cum eis dicitur fuisse cupiditas ad generandum. Simul enim ac fit aliud ex alio, ad- esse pulcherrimam hanc, dignamque admiratione vim censendum est. Genuitque cælum ex euaporationibus. Dicitur autem nunc communius cælum, omnis exilior circum E terras substantia. Atque Hesiodus, inquit, quædam, vt arbitror, ab antiquioribus accepit, quædam addidit ipse fabulosus. Qua ratione, maxima ex parte vetusta Theologia vitia- ta fuit. Hæc quidem Cornutus. Ecce igitur Chaos, nō aliud, quàm limus ille priscus, abyf- sus illa Mosaica, terris incumbens humiditas, quæ dicitur à Mose Hebraicè Aphar, Græ- cè Hyle, siue limus. Ecce cupiditas, diuina scilicet sapientia, cupidissima, volentissima, ple- na impetus, & cupiditatis, vt communicaret sua bona. Sic item cognoscit, & fatetur Cor- nutus priscam Theologiam fuisse meliorem, à subsecutis poetis alicubi fabulis vitiatam. Ecce quoque cælum natum ex aquis euaporatis aut extenuatis in liquidissimam, qualis crystalli, substantiam.

Chaos quid.  
Vide Lactat.  
lib. 1. ca. 5. &  
lib. 2. cap. 9.

*Parmenidem, Thaletemque creationem esse confessos. Amorem esse Deum sem- piternum apud eos. Solum Deum æternum dixisse Thaletem. Mundum opifi- cium diuinum appellasse. Noctem antecessisse diem, dixisse Thaletem, vt Moses tenebras ante lucem. Aquas illas primordiales Mosaicæ eum princi- pium dixisse, Mentem autem creatricem.*

CAPVT XII.

In Amato-  
rio.



ESTATVR quoque Plutarchus, Parmenidem, & Hesiodum, de crea- tione scribentes, Amorem vetustissimum retulisse: διὸ παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν ἔραον, τῆς ἀφροσύνης ἔργων τερσθέντατον ἐν τῇ κοσμογονίᾳ γέσθαι. Πρώτηον μὲν ἔραος θεῶν μὴ σῆσαιτο πάντων. Ησίοδος δὲ φυσικώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιῆν ἔραον, πάντων τερσθέντατον, ἵνα πάντα ἀπὸ ἐμῆον μετόχη γενέσθαι. Quocirca, inquit, Parmenides pronuntiat Venerorū operū amorem antiquissimū, scribens in creatione mundi:

*Cum ceterūque Deum, primum molitur Amorem.*

Amor sapiēs  
et verus qui.

Verum Hesiodus naturalius mihi videtur, antiquissimum omnium Amorem fecisse, vt omnia per ipsum nascerentur. Verè, & sapienter sentis à Plutarcho. Nam Amor sa- piens, Amor inquam diuinus, diuina cupiditas, non res creata, sed creator fuit: per ipsum nata sunt omnia. Ecce igitur post Orpheum, & Hesiodum, Homerūque qui secuti sunt primores Philosophi, iidem & Theologi, ac Poætæ creationem mundi con- stanter asseruerunt. Nam Parmenides, quemadmodum & Orpheus, carminibus Cos- mogoniam, creationem mundi celebrauit. Itémque Empedoclem vidimus superius asserentem ab vno cuncta fuisse profecta, etiam Deos longæuos: credóque eum, quem- admodum superiores omnes, Deos appellasse sydera cælestia. Exinde Thales Milesius, qui iuxta

Aqui iuxta Theologiam Orphei, atque Aegyptiorum, omnium rerum principium aquam pronuntiauit, non ad eum videlicet sensum, quo creditur passim, quod omnia ante- quam orientur, sint aquea, vt animalium genituram, sed vetustissimam, primordia- lémque aquam respexit, è qua primum, autore Trismegisto, nati sunt Dij, Sol, Luna, natus item aër, natae plantæ, camporum, montiūque virores. Inde metalla quoti- die, inde carnes animalium principio coaluerunt. Diogenes item Laërtius, & Plutar- chus in Symposio testantur Thaletem dixisse, τερσθέντατον τῆς ὄντων θεῶν, ἀγέννητον γὰρ: Deum cunctarum rerum antiquissimum: Ingeneratus enim. Si mundum igitur credi- difset æternum, non Deum solum antiquissimum retulisset. Nam etiam mundus, & homo, Sol, Luna, sydera fuissent pariter antiquissima, quia pariter æterna. Soli igitur Deo dedit summam antiquitatem & æternitatem, non mundo, non materiæ. Quæ si etiam manasset perenniter à Deo, certè non vnus fuisset antiquissimus. Quid enim aliud designat antiquissimum, quàm quod omnia æternaliter antecessit? Secus qui conten- dat, aut peruerit, aut non percipit vocum significatus. Eodem pertinet quod eodem autore Laërtio pronuntiauit idem Thales: καλλίστην κόσμος, ποίημα γὰρ θεῶν: Pulcherrima omnium rerum, mundus. Fabrica enim & opus Dei. Sentis eum subscribentem Theo- logiæ Mosaicæ? Moses, In principio creauit Deus: Græcè, ἐποίησε, fecit: Thales per nomen affirmat, Est opus Dei, mundus: designans quod Moses per verbum ἐποίησε. Ro- gatus etiam, τί τερσθέντων γένεσι, νύξ ἢ ἡμέρα; ἢ νύξ ἔρη μὲν ἡμέρα τερσθέντων: Quid prius exti- terit, nóxne, an dies? Nox, inquit, vna die prior. Ne putes eum aliud sensisse, quàm quod Moses prior tradidisset, & quod Poëta Latinus ab iisdem Græcis audisset: Thales autem qui autore Laërtio ad Aegyptios sacerdotes erudiendus profectus est, ab eisdem audierat:

*Nullus adhuc terris præbebat lumina Titan.*

Si nondum erat luciferum astrum, certè nox erat, de qua Moses, Et tenebræ erant super faciem abyssi. Orpheus quoque de Phæneta, id est, luce, Sole, τερσθέντος ἔραου: Pri- mus apparuit. Hunc igitur antecessit nox. Vna autem die antecessit, quia primum crea- ta terra, & aqua, quibus horrenda nox incubabat, subitò lux producta est. Non diu, non æternaliter, terra, & aqua cum tenebris antecesserunt, sed paulum, & quasi vna die: subitò lux extulit os sacrum. Qualis igitur Mosis, Trismegisti, Orphei Theo- logia, talis Thaletis. Sicut hi omnes de mundi creatione locuturi, æternum & ingenera- tum principium prius memorarunt, eum suis laudibus præsertim æternitatis & ingene- rabilis decorantes: Sic Thales prius pronuntiauit, Deum vnum antiquissimum, in- generabilémque esse. Rogatusque quid esset τὸ θεῶν, Diuinitas, respondit, τὸ μὴτε ἀρ- χὴν ἔχειν, μὴτε τελευτῶν: Quod neque principium habet, neque finem. Exinde de crea- tione mundi, tria perhibuit testimonia, Quod mundus est pulcherrimus, quia diuinum opificium, referens id quod Moses, ad vnāquāque mundi partem creatam, dicit Deum affirmasse, quod esset bonum, pulchrum, primum. Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Bonum enim Hebraicè Pulchrum. Sic quod firmamentum quod mare, quod herbas, & plantas, & animalia produxisset, pulchrum. Sic opus pulcherrimum mun- dus. Secundum quod dixit aquam fuisse primordium. Laërtius de eo: ἀρχὴν δὲ πάντων, τὸ ὕδωρ ὑπεστήσατο. Quia ex aqua natus Sol, sydera, nati Dij, quorum luminibus nata, vt nascuntur, omnia terrestria. Postremò quod nox antecessit diem, nondum creata lu- ce, & tenebris super aqua, quæ fuit primordium, vnde lux nata, incumbentibus. Re- fert etiam Marcus Tullius: Thales, ait, Milesius, qui primus de talibus rebus quæsiuit, aquam dixit initium rerum, Deum autem eam Mentem, quæ ex aquis cuncta fingeret. Quibus probatur eadem eum sensisse, atque Trismegistum, Anaxagoram, Platonem, qui Mentem reginam mundi, Creatricem appellauerunt.

Quomodo in-  
telligendum  
Thaletis pla-  
citū, de aqua  
principio rerū  
omnium. Vi-  
de Angusti-  
de ciuita. Dei  
8. cap. 2. &  
Euseb. præp.  
euang. ca. 1. 5.  
& 13. cap. 5.  
Deus, omniū  
rerum anti-  
quissimus.

Res omnium  
pulcherrima,  
mundus.

Quid i. Me-  
tamorp.

Diuinitas  
quid.

Bonū & pul-  
chrum, idem.

*Physicos autore Plutarcho confessos creationem mundi, cuius initium fuerit à terra: Ab aquis segregatam ætheriam substantiam primam.*

CAPVT XIII.

Physici creationem mundi confessi sunt.



OST Thaletem ceteri quoque, qui propter inuestigationem Naturæ, dicti sunt Physici, non solum creationem mundi sunt confessi, sed cum etiam creationis ordinem posteritati scriptum reliquerunt, quæ apud Mosen traditum cernimus. Mundana creatio, si Mosen confusas, ipsaque cogit fateri ratio, à creatione terræ inchoata est. Terra enim erat inanis & vacua. Ea fuit exordium mundi, fundamentum magnæ molis. Nec verò sine aqua, terra intelligi potest. Hæc itaque duo tanquam origo informis, subiecta sunt, ab his surrexit ingens machina mundi. Dicta sunt autem ea duo, Chaos, ob confusionem ipsarum, mistionemque. Ex his, ut demonstratum est superius, æther primum segregatus est. Hoc igitur referens Plutarchus, οἱ φυσικοὶ ἀπὸ γῆς ἀρχαὶ αἰὶ φασὶ τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δὲ σφαιρῆς, τὸ κέντρον Physici, inquit, à terra velut à centro dicunt inchoatam creationem mundi. Principium autem sphaeræ centrum. Quod ait Plutarchus, eos physica ratione terram subiecisse, nos quidē non modò ob hanc rationem, exordium fuisse fatemur à terra, sed etiam quoniam ea est Theologia Mosaica. Post terram cum qua, ut dixi, necessariò consequitur aqua, quemadmodum Moses, refert exortam lucem. Extemplo enim memorata terra & aqua, creat purissimam lucem: sic pro cæteris Physicis Empedocles dixit iuxta superiores, ex illa terræ, & aquæ massa, primum separatam ætheriam substantiam, eodem autore Plutarcho, Ἐμπειδοκλῆς τὸν μὲν ἀθήρεα πρῶτον ἀφ' ἁπλῆς γῆς. Vides igitur eundem vbique dictorum ordinem, eandem vbique scientiam, & confessionem. Hunc ordinem Theologiæ & confessionem creati mundi, Poætæ & Philosophi, qui post primos Philosophos secuti sunt, asseruerunt. Siquidem Euripides, & Sophocles, Phocylidésque prior modum illum creationis (dicitur enim Anaxagoræ discipulus fuisse) retulit: posteriores autem, quemadmodum Prophetæ, creatorē mundi Deum cecinerunt. Ut igitur Mercurius, Orpheus, Phœnices, Empedocles, Anaxagoras, quos respexit Ouidius,

Ouid. ibidem. Chaos.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum: retulerunt fuisse Chaos, molem rudem, atque indigestam, duntaxat rerū pondus iners, quod Theologiæ Mosaicæ dogma si rectè quis interpretetur, est, qua dicitur, Terra erat inanis, & vacua: sic scripsit Euripides:

Ὡς ἕρηνός τε, γαῖά τε καὶ μορφὴ μία  
Ἐπὶ δὴ δὲ ἐραελεῖσσι καὶ ἀλλήλων δίχῃ  
Τίς τιςσι πάντες, καὶ ἕδωκέν εἰς φάος  
Δένδρα, πτερωτά, ψῆρες, ἕς τε ἄλμυ τρέφει.  
Γένος τε θνητῶν.  
Cælumque terræque vnius formæ fuit,  
Sed cum fuissent abiuncta amplexu mutuo,  
Emersit omnis in lucem res progenita,  
Arbores, aues, ferae, quasque affert mare,  
Genisque mortalium.

Hæc igitur est eadem rerum conditarū dispositio, atque à superioribus Philosophis assignata, Vnam fuisse rerum nondum explicatarum confusam, ignobilémque formam: facta autem disunctione primum segregatum esse æthera, deinceps cuncta terrestria. Sed nolo toties inculcare, quæ sæpe coëgit dixisse necessitas. Sophocles autem, reprehédens multorum Deorum cultum, singularem Deum prædicat adorandum:

Sophocles, de Deo.

Ὡς ἕρηνόν τε τειχε, καὶ γαῖαν μακρῶν.  
Πόντος τε χερσῶν οὐδ' αἶμα, καὶ ἀέμενον βίας.  
Qui fecit axem, terramque late patentem,  
Aequorisq; pulchros fluctus, ventorumque impetus.

Hæc, ut cernis, alio, atque Prophetarum sensu, intelligi non possunt. Ut dicitur à Mose, creauit, segregauit aquam, iussit esse lucem: Phocylides ad alia pulchra, quæ testantur originem, canit, ὁ πᾶσι ἐκείνῳ νέμε θεός: Dedit Deum cunctis propria animantibus arma.

Aratum fateri Deum summum posuisse stellas in firmamento cali, quemadmodum Moses. Idem cantasse Ouidium.



FRABILE mihi visum est, ut Aratus è priscis illis ante Platonē Poëtis, nō modò cum superioribus omnibus, verum etiam cum ipso Mose, tantopere super creatione cæli, ac stellarum consonet. Quemadmodum enim Moses declarans quam ob causam, & ad quem usum, Deus in cælo lumina posuisset, dicit, Dixit autem Deus, Fiant lumina in firmamento cæli & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies, & annos, ut luceant in firmamento cæli, & illuminēt terram. sic Aratus eximia quadam pietate, Iouem, quem singularem Deum esse apud eum, declarat testimonium diui Pauli, confitetur in cælo stellas statuisse, ut hominum quasi antesignani operumque duces essent, signaque rerum gerendarum offerrent. His carminibus:

Αὐτὸς γὰρ τὰ γὰ σημάτα ἐν ἕρηνῳ ἐστήρησεν,  
Ἄστρα ἀφ' ἁρῶν, ἐπέτατο δὲ εἰς οὐρανόν.  
Ἄστρες, οἵκα μάλιστα τετυγμένα σημειώθειν,  
Ἀνδράσιν ὠρεῶν, ὅσσ' ἔμπροσθεν πάντες φύονται.  
Τὸ μὲν αἰὶ πρῶτον γὰ, καὶ ἕτατον ἰλάσσονται.  
Ille quidem cælo defixit signa superæro,  
Partitis astris, stellisque prouidit in annum,  
Que tempestates homines, & signa docerent,  
B Ut firma in terris essent certo ordine cuncta.

Hinc primos illi, extremosque adhibemus honores.

Docuit & cælum variis luminibus distinctum à Deo, defixasque passim stellas radiantibus, tum diuersum omnibus ortum, obitumque attributum. Primumque verbum, ἐστήρησεν, est quod apud Mosen, Posuit in firmamento: Aratus autem fixit, stabiliiuit, alligauit. Quod autem dixit, ἐστήρησεν, spectat eò, quod data sint, & distributa sydera cunctis gentibus, totiusque annus ortu, & occulatione syderum variatur. Et quod Plautus simili modo dixit,

Qui est Imperator diuim atque hominum Iuppiter,  
Is nos per gentes, alium in alia disparat.

Ex quo tempestates, rerumque gerendarum opportunitates dignoscuntur.

Cui igitur rerum istarum tribuitur inuentio, est, eodem autore, is cuius genus sumus, quum non cælum modò, sed humanum quoque genus natum ab eo declarat. Sic Philosophia maiorum, quæ mundo suæ origini propinquo, per omnes populos sui similis circumsonabat, piissima, longè quàm quorundam è iunioribus sanior fuit. Fautentur enim omnes cælum, & à præpotenti, ac supremo Deo repertum ac positum, & cælestes ordines inuentum fuisse illius, tum verò ex substantia sensibili, nota, non extranea, & noua, originem habuisse: ut si quam cælum habeat Diuinitatem, ea tum corporea sit, qualem dicimus formam diuinam alicuius: tum tribuunt ortum eius summo Deo. Ouidius etiam, ut profert Lactantius, eorum assertor fuit, quæ Moses vetustissimus, & quæ post Aratus scripserant, affirmans Deum lumina cælestia creasse, & in cælo posuisse.

Tot, numero, talique Deus simulachra figura,  
Imposuit cælo, perque atras sparsa tenebras,  
Clara primum se iussit dare lumina nocti.

Philosophia vetus, sanior.

Lib. 2. cap. 5.

Aristotelem, rationem fateri coëgisse creationem mundi. In æternitate, vel animos esse mortales, vel ascendere in cælum non posse, corpora semper animantes. Sequi ex his in Philosophia grauissimos errores. Aristotelem à maioribus in creatione mundi dissentire non debuisse. Verba Aristotelis quæ diuersis locis posita probant eum creationem prudentem vel imprudentem esse confessum.



**S**ED his omnis, quæ priscorum sæculorum cunctarumque gentium constantissimam famam de creatione mundi, consensumque omnium nationum, qui naturæ vox esse putatur, demonstrant, ad eas rationes nunc ordo vocat, quibus ex ore ipsorum Philosophorum raptis, probare, luceque clarius ostendere conabor, eos ipsos, quos Proclus, & Simplicius Aeternitatem mundi sensisse asseuerant, id est, Cratorem, Plotinum, Iamblichum, Porphyrium, prorsus alia credidisse. Ipsos quin etiã Aeternitatis assertores, sibi ipsis aperte contradixisse. Verum antequam huc deueniam, cum Aristotele, qui primus omnium Philosophorum, Aeternitatem inuexit, dictis eius nonnullis obseruatis, loquar, precaborque omnes, vt quæ sequantur, animaduertant. Ac sit prima ratio, quam breuiter superius explicuimus, eum qui primus, scientia omnium ante eum sæculorum, firmaque in pectore mortalium persuasione, in ore omnium constante prædicatione de rerum ortu, repudiata, nefariam de Aeternitate mundi sententiam effudit in mundum, magnæ audaciæ hominem fuisse, vt quem nec religio suæ gentis, vel Barbarorum, nec tantorum hominum, qui ante eum in Philosophia floruerunt, sapientia, ab hac persuasione concipienda reuocarint, nec succedentem per omnes ætates famam attenderit. Parte alia, mirari hominis sapientiam necesse erit, qui corporum cælestium, mundi que huius magis omni genere calamitatum redundantis, quam cuiquam beatitudinem veram largientis, æternitatem desiderans, humanarum rerum, cunctis mundanis rebus meliorum euerfionem, ingentemque stragem attulisse se non perspexerit. Hæc verò admiranda eius sapientia fuit. Erit & illa in promptu ratio, si quis eam perspicere, recteque ponderare voluerit, quod cum plerique doctissimi viri opinentur eum sensisse, & clare præ se ferat ipse Aristoteles, animos immortales, vt quorum nulla in terris sit origo, omnis hæc eius oratio vana, ficta, & ignara sui, plenaque contradictionis inuenietur, mundo nullum habente principium, cum quo sequitur vel interitus animorum, vel æternus eorum à corporibus discessus, ac reditus. Cumque & ipse quædam quasi somnians de beatitudine, quã in perfecta contemplatione, animique beata actione statuerit, locutus sit, vetus item ante eum cuncta priscorum corona, hanc ipsam beatitudinem, quæ quidem in terris reperiri non possit, extulerit laudibus, celebrauerit, miraque rapti dulcedine & quasi collacrymantes prouexerint, hunc portum, hanc sedem certam, miseriarumque finem prædicantes, falsus, & inanis onnis is erit sermo, quod in Aeternitate necesse sit, vel animos euanescere, vel modò abire à corporibus, modò ea repetere, non aliud in omni Aeternitate munus gerentes. Neque enim restat aliud, quod possit de animis sentiri, mundo sempiterno. Primum si sunt immortales, erit eorum numerus infinitus, & incomprehensibilis, Naturæ contrarium. Si quotidie nasci, qui prius non essent, censueris, aut à corporibus originem trahentes euauerunt, vel aliunde ortum habuerunt. Quod si non à corporibus, sed exterius venerunt, quid tandem istud erit exterius, aut Deus scilicet, aut aliquis Deorum? Quid enim post visibilia corpora superest? Igitur si ortum à Deo habuerunt, aut eius è substantia abscissi, ac quasi diuulsi, aut è nihilo creati. Quorum cum primum fieri nulla ratione possit, nec priscorum ea fuerit sententia, superest tantum eos à Deo è nihilo procreari. Dabitur igitur nobis, & concedetur, ab ipsis Philosophis, res altissimas, res optimas, multo quam corpora meliores, è nihilo posse fieri. Et si nascuntur animi ex nihilo, cur non etiam mundus? Sed redeo ad primam rationem. Quis potest de animorum beatitudine loqui, qui mundum dicat æternum? Nam in Aeternitate vel corrumpuntur animi, vel immortales non habent alium mundum, aliam regionem, sed has sedes mortales obtinentes, semper abeunt, redeuntque ad corpora. At Aristoteles in moralibus, multa de animi beatitudine differuit, eam in actione mentis, quæ verus homo est, existere confessus. Hæc autem actio mentis, & contemplatio, & speculatio, in hoc mundo, in quo nihil est beatum, ac certum, nec inueniri potest, nec inuenta est, neque inuenietur vnquam. Vbi igitur, & quo alio modo erit, nisi quo traditum est à vetustate, sapientissimæque religione, traditum etiam ab ipso Aristotele, Quod Deus sit beatus, contemplans se ipsum? qui si sibi tanto, ac tali exuberat, visus, & agnitus felicitate, facilius minoribus animis exuberabit. Sic quoque Deos dixit beatos contemplando, & cognoscendo, certè maximum illum, vberissimumque voluptatis fontem. Hic igitur beatitudo minorum animorum erit, quam Aristoteles tantum non agnouit, & confessus est. Ad hanc igitur nunquam attingent

*Aristoteles, aeternitatis mundi primus assertor.*

*Aristot. falsus animorum immortalitatem.*

*Si animi sint immortales, non potest esse mundus æternus.*

*Animi à deo creati è nihilo.*

*Beatitudo sita in mentis actione.*

*Dij beati, quomodo.*

**A**gent animi, hoc mortali mundo sempiterno, in quo necesse est, vel interire eos, & vanciscere, vel permanentes, ire redireque ad corpora. Si sermo ille de beatitudine vanus, & auctori contradicens comprobatur, si stat mundus æternus. Vanum est etiam, ac simulatum, falsumque; si quid vnquam de pietate, quod videtur in Politicis, & moralibus est Aristoteles locutus, Si vera sunt, quæ magni Philosophi prodiderunt, Aeternitatem mundi tollere rationem pietatis, ac prouidentia. Sed examinemus exquisitius sententias de Anima: Si mundus est æternus, & animi sunt immortales, quod Aristoteli placuisse, dicta eius, virorumque magnorum autoritas testatur: duo sequuntur, quod aut in dies procreantur: & si sunt immortales, non ex vlllo corpore, elementove oriuntur, sed diuinitus dantur. Diuinitus autem dicens, sentio quod abscindi ac quasi diuelli ex substantia diuina nequeunt, quia nec error nec prauitas in eos caderet, restabitque diuinitus eos è nihilo creati. Hinc igitur primum duo dogmata contra mundi Aeternitatem sequuntur, quod animæ, quarum est maior pretiosiorque quam corporum substantia, è nihilo generantur. Tum datur immortale, & incorruptibile, quod habuit principium. In Aeternitate mundi, animi fuere semper immortales, nascebantur quotidie, non à corporibus, sed à Deo: à Deo autem, non ex Dei substantia: è nihilo igitur. Ergo tum sunt incorruptibiles in posterum, qui principium habuissent, tum fuerunt è nihilo. Quod si non concedit eos immortales hac ratione, quod quotidie nascantur, sed ea quæ superest, & quæ placuit plerisque, quod semper fuerunt immortales, & sine principio, eoque semper incorruptibiles, aut igitur fuit in omni Aeternitate numerus eorum infinitus, aut certus, ac definitus. Si certus ac definitus, necessariò aut ille numerus incauit, remeavitque à corporibus ad corpora, quæ in omni Aeternitate pro se minabantur. Sicque non aliud gesserunt, quam quod animus Socratis in Aeternitate infinita corpora peragravit, desertoque corpore Socratis, concessit ad alterum, similiterque omnes animi: aut si certus erat numerus, & animato vno corpore, post discessum, non aliud appetierunt, efficitur vt in Aeternitate, paucis illis corporibus animatis, relictisque, reliqua corpora, quæ fuerunt in Aeternitate, infinita, ex anima extiterint. Sicque homines sine animis vixerunt, locuti sunt, cogitauerunt, senserunt. Quod si fuit numerus eorum semper infinitus, quæ ratio fuit, vt qui antea in æternum separati essent à corporibus, traditi sint, ac dimissi in corpora? Anima Platonis, cum esset ingenerabilis, & incorruptibilis, antequam venisset in corpus Platonis, tota illa Aeternitate abfuerat ab illo corpore, pariterque omnes illius tempestatis homines. Quæ fuit ratio eos in corpora demitti, cum Philosophi testentur melius animos manere separatos à corporibus, quam cum eis alligari? Deinde vbi in omni Aeternitate habitauerunt? Si enim in cælo, quomodo descendere in terras, & corporibus alligari voluerunt? Et si non sponte sua, sed à Deo coacti venerunt, cur fecit Deus quod esset peius? Iam verò si numerus infinitus animorum fuit, suspicio possit esse æquasse eos ipsam Diuinitatem. Nam si vel granum sinapis vnus animus valuisset, congregata in vnum infinitorum animorum virtus, infinita virtus extitisset. Ad hæc quæ fuit ratio, cur cum infiniti animi essent, magis is vel ille, puta animus Platonis, vel Socratis, demitterentur in corpora, cæteri extra corpora remanerent? Cur data hæc illis poena, cæteris non data? Quæ porro ratio, quis ordo in infinitate animorum, quæ cognatio, quis sensus inter eos, quæ discretio, quæ amicitia, cum infinitas non possit cognosci, ac percipi, gubernarique? Plena confusionis infinitas: sicut ordo est vbi res certæ, moderatæ. Quis genius, vt vult Plato, infinitos illos animos rexisset, in vitam egisset? Qui scire potuisset, quinam ex infinito numero animorum ad corpora duci debuissent? Infinitas enim, vt dixi, sub cognitionem non cadit, quod ipse docuit Aristoteles. Quod si ob multas causas infinitus numerus animorum esse non potest, certus autem ac definitus, nunquam ascendet in cælum, bibetque Nestar, nec contemplabitur vnquam, quam veram esse beatitudinem sensit & confessus est Aristoteles cum multis, quia tam paucos necesse est in omni Aeternitate, infinita corpora animare, modò hoc, modò illud animantes. Et propter hæc incommoda refugis ad aliam partem, eos morte multans: id verò si feceris Aristoteles, tum te, omnisque sequaces tuos, mendacij ratio coarguet. Elabatur enim tibi, quidquid asseruisti in Moralibus de parte hominis diuina, quam verum hominem, partemque diuinam, actionemque eius, & facultatem à corporibus segregatam dixisti. Nec aliam hominis beatitudinem statuisti, quam viuere per intellectum, qui verus homo sit, cuius actio non habeat cum corporibus affinitatem & dependentiam. Eamque partem, ibi

*Aeternitate mundi posita, tollitur pietas.*

*Statuendum animas fuisse vel numero infinito, vel finito.*

*Actio animi segregata à corpore: quid beatitudo Aristoteli.*

Deo simillimá, in libris de Generatione animalium, solam diuinam prædicasti. Speculationem autem Dei, veram beatitudinem esse censuisti. Sic necessario etiam animis si speculandum est, & speculando sunt beati, non est alia speculatio, quæ faciat eos beatos, nisi Dei, non cæli, non terræ, non astrorum, non animalium. Hæc ratio, quam tu propofuisti, elabitur tibi, si sit animus mortalis. Elabitur quoque quod in libro de Ortu animalium tradidisti, Solam quæ dicitur mens, exteriorius aduentare, solamque diuinam esse, cæteris animæ partibus ortum à corpore ipsoque semine habentibus, & à natura corporis inseparabilibus. In libris quoque de Anima semper de intellectu seu mente loquens, aliam esse rationem dicis. Ibi que aperte prædicas, intellectum seu mentem, à sensu separari, quemadmodum corruptibile, ab incorruptibili. Sed quoniam apud doctissimos, melioresque Philosophos constantissima sententia est, Aristoteli mentem & diuinam esse, & alterius quam corpora substantiæ, tum habere cum natura Deorum similitudinem, quod quatuor summum rationibus constat, quod eam appellat in libris de Satu & ortu animalium, *ἡ ψυχή* librorum, solam diuinam: Ibidem separatam à corporibus, solamque *ἡ ψυχή*, exteriorius aduenientem: In moribus *ἡ ψυχή*, Diis simillimam, maximèque finitimam: Ibi que vitam beatam mentis, contemplari, & nosse decernit: pro comperto & confesso sit, eum hoc vnum tenuisse. Sint igitur Aristoteli immortales animi, mundus item æternus. Sic necessario eò res reuoluitur, vt vel infinitus numerus eorum, vel certus ac definitus: quarum vtranque partem cum foeda in Philosophia flagitia consequatur, certè nulla ratione stabit cum immortalitate animorum, æternitas mundi. Eritque in Philosophia Aristotelis, maxima pugna, & irresolubilis contradictio, considerato diligenter, funditusque pensitato, quod fortasse pauci faciunt, toto negotio, rebùsque cunctis, quod prudentiæ est, inter se collatis. Decet enim Philosophos qui se solos veritatis ponderandæ tenere rationes arbitrantur, videre quid quodque dogma, cuius primum molitione aggrediuntur, consequatur. Sed sunt interdum aded obtusi, & hebetes, arroganterque inepti, vt peius de vnaquaque re, quam vulgares iudicare cernantur. Nunquam enim ad illam oratoris grauissimi monitionem oculos attollunt, in omnibus studiis à multis comodissimum quodque potius eligentes, quam sese vni alicui certo addicentes, minus in arrogantiæ offendere, nõ tan-topere in vitiis perseuerare, aliquanto ex incitia leuius laborare. Hoc igitur eos cauere ferè nunquam videas, quorum sunt in dogmatis vnus Aristotelis peruersè tuendis ingenia efferata. Si quis igitur sit, què veritatis amor, nõ certa vnus mortalis autoritas veluti pedudè trahat, agnoscat cum æternitate mundi, tum foedissimas de animis humanis, quos esse reges huius mundi, nec in terra omnique hoc corporeo rerum ambitu eis melius esse, inter omnes constat, sententias, obscenarumque opiniones consequi, tum inexplicabiles ambages, quas nec viderunt, nec videre fortasse Philosophi potuerunt. Nec solè in omni Natura sequi abominandam confusionem, sed in ipsa eorum, qui hæc statuerunt, doctrina, locorum, sententiarum, dogmatum inter se fatalem discordiam, se inuicem mirificè perimentium, vnòque stante, altero vel cadente, vel turpiter consistente. Stante enim æternitate mundi, non stat vel æternitas, vel Felicitas animorum. Non ascenditur ab hoc statu vitæ, in cælum. Non contemplabitur animus vnquã. Quia perfecta, quæ possit redere beatum, contemplatio, non maris aut terræ, animalium, platarum, siderum est, quibus rebus animus ipse longè supereminet, sed Dei, ad cuius conspectum venire nunquam animi poterunt, aut potuerunt, si fuit mundus æternus. Neque enim is ascendenti animorum ordo consisteret, æterno mundo. Cum autè animi, vt dixi, sint omnibus mundanis rebus meliores, qui mundum ipsum, soli speculentur, noscant, loquantur, rogant, quis est tam stultus, ac demens, qui censeat, mundi nec sentientis, nec intelligentis, sed muti, ignari, nescij, meliorem statum, quam animorum, quos incorporeos & diuinos esse, & ipsimet testantur, & probat ratio: Cum ergo æternitas mundi, tollat aut æternitatem, aut Felicitatem animorum: & cum vnus animus sit Sole, Luna, totòque cælo, & mundo melior, pretiosior: aut stultitia fuit rei deterioris cum exitio, damnoque melioris, æternitate credidisse: aut imprudentia, in vnus æternitate, alterius interitum nõ vidisse: aut execrabilis insania, mundi statum sempiternum, quam Animorum æternitatem, ac Felicitatem maluisse. Et cum ipsi iactent, Deum, ac Naturam semper facere meliora, videant vtrum naturalius, ac melius sit, reges mundi animos, propter quos omnia esse, quibus omnia velut dominis parere, clarum est, & confessum, peruenire ad veram beatitudinem, quam corporeum mundum in æternum permanisse. Melius est, Naturæque & diuinæ voluntati congruentius, vt vel

Aut vel vnus animus, qui noscit, sentit, videt, sit beatus, attingens ad beatam Diuinitatis contemplationem, quam vt Sol, Luna, stellæ, maria, terræ, quæ muta sunt omnia, sensuque carentia, permanerint in æternum. Prædictum quoque fuit, eius errore fuisse, dum cæli motus constantes, corporisque cælestis claritatem, incorruptionemque admiratur, dignos æternitate censuit, excidisse illi meliorem considerationem. Neque enim fingenda mens erat, quanquam altius fortasse conscendere non poterant, in sola stellarum Diuinitate. Diximus & à Barbaris profectam stellarum adorandarum superstitionem. Illud porro posset ex Aristotele queri, qui vidit, prædicauitque de ea vita, quæ degitur extra motus cælestes præclara, vbi nec locus, nec tempus, nec corpus sit, sed animi beati degentes optimam, vberissimamque vitam, quis roget, Quid malis Aristoteles, quidue Deo, Naturæque, quos dicis semper affectare meliora, aptius censeas, vitamne beatam illam esse, ac vigere in sempiternum, an mortalem hanc, quam tot incommoda circumstant? Quis dubitet, postremam hanc, nisi desipiat, eum responsum? Quid igitur, si querenda hæc beata, omnibusque conatibus ad eam aspirandum, oportuit deificare hunc mundum, eique æternitatem munerari, cuius æternitas, detinuit in hoc corruptibili statu animos in æternum, nec passa est eos ad felicitatem illam aspirare: Et si meliora queruntur, cur iste tanquam optimus perfectissimusque rerum status, fuit sempiternus? Quasi nihil esset melius, cum melius esse rectis animis repostum, quasi sit ipse confessus. Prætereò quod Socrates, & Plato, & Marcus Tullius, omnesque ferme præclaro ingenio viri (quod & Aristoteli fuisset consistendum) dixerunt, vitam hanc potius mortem esse: quam si voluit sempiternam Aristoteles, non modò non optauit sempiternam vitam, vt potius mortem sempiternam expetierit. Diximus item rationes eius, quibus pro æternitate pugnat, in eos tendere, qui vel tempus sine cælo putassent, ex Chao sempiterno postea mundum creatores, vel natum mundum postea non interiturum, vel nunc stare, nunc deficere, certis temporum periodis. Quorum nihil opinamur ipsi. Sed rationes ob quas æternitas mundi infamat, desperetque probat Aristotelem, sub Epilogo colligamus. Primum, quod vel audacia fuit, à vetustissimis gentibus, maioribusque suis de rerum molitione tradita contempisse: vel admiranda incitia, nesciuisse, vel socordia, execrabilisque caligo, tantam humani generis suæque philosophiæ labem, ex æternitate cæli allatam non vidisse. Tollit enim æternitatem, aut tollit, impeditque beatitudinem animorum. E duobus bonis desideratur deterius, crediturque Deus & Natura peius fecisse. Nullum autem negotium in Philosophia maius, nulla maioris ponderis in terris, quam de animis contemplatio: de quibus nisi bene constitutum ac definitum fuerit, in omni vita summa perturbatio consequatur necesse est. Vanum est philosophari. Super quibus cum bene Aristoteles statuisset, in libris de Anima, quod mens, id est, animus, est incorruptibilis: in libris de Ortu animalium, quod aduentat, ingrediturque corpus extrinsecus, solusque diuinus est: in libris de Moribus, quod est Diis simillimus, *οὐρανόειρος*, ex eodemque maximè genere: ibidem, quod pars melior mens, siue animus, est verus homo, cuius operatio non sit corporea, cuius vita vera, veraque beatitudo, sit intelligere: in libris de Cælo, hanc beatitudinem bene nosset, collocassetque extra vertiginem cæli remotissimè, vbi non sit tempus, locus, corpus, sed vita beatissima in æternum, Deosque beatos esse, quæ est etiam animorum beatitudo, contemplando asseruisset: hæc inquam cum optimè, cum sapientissimè ipsam Naturam, rationemque magistram, præceptorisque Platonis philosophiam secutus, statuisset, sustulit omnia, confudit, euertit, astrorum motusque cælestis corporeæque vitæ, quæ mors à Socrate, & ab omni sapiente dicta est, illata æternitate. His autem ommissis, quoniã plura quoque superius posita sunt, ea duntaxat verba adhibebo, quæ super rerum molitione (cogit enim suadetque sic loqui Natura) imprudenti exciderunt. Vno in loco fatetur ordinem rerum, perennemque indiuiduorum inuicem sibi successionem, quemadmodum & Moses, inuentionem Dei fuisse. Moses ergo dixit, Et ait Deus, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terra. De bestiis autem, Benedixitque eis dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auisque multiplicentur super terra. Eaque Moses refert facta in principio, in exordio rerum, non in æternum. Ad eandem prorsus rationem locutus est Aristoteles, quod cum cuiusque rei indiuiduum semper permanere non posset, propterea quod nimium ab incorrupto æternoque principio Deo distent: *ἂν γὰρ τὸ πρότερον τῆς ἀρχῆς ἀφίστατον,*

Mens exteriorius aduenit, & sola diuina.

Maxima sequitur contradictio in Aristotelis doctrina, ex mutua aternitate.

Quæ absurda consequantur æternitatem mundi.

Animi sunt mundo meliores.

Dens & Natura meliora faciunt.

Nescias fuit mundum deificari.

Audacia Aristotelis qui contempserit doctrinam veterum.

Nullum negotium maius in Philosophia, quam contemplatio.

Aristotelis placitum de veru ordine. Gen. 1. Gen. 2.

τῷ λειπομένῳ πρόπω συνεπλήρωσεν τὸ ὅλον ὁ θεὸς, ἐν τελευτῇ ποιήσας τὴν γένεσιν. Quo superat modo, D  
 Deus vniuersum compleuit, facta generatione perenni. Hic enim duo sunt, exordium  
 mundi, rerumque hodiernarum ordinem apertè restantia, quòd Deus repleuit defe-  
 ctum eius rei, quasiq; opem tulit, quæ permanere non posset. Fieri non poterat, vt ea  
 indiuidua in illo primordio creata, longo tempore subsisterent, illæ arbores, illæ be-  
 stiæ primæuæ, illæ volucres, illi duo homines, vt breui tota rerum compago recens  
 inuenta, dissoluenda esset. Hoc sagacissimus Deus videns, & animaduertens, nisi noua  
 remedia adhiberentur, quædamque arctiora vincula rerum pararentur, vanam futuram  
 ipsam creationem, nihil profuisse res è nihilo extulisse: Quocirca, reperit alium ordi-  
 nem, quo rerum cunctarum indiuidua, licet natura cadentia, ita tamen sese inuicem re-  
 pararent, instaurarentq; vt ad omne tempus quasi catenatim se continerent, quasi manū  
 inuicem sibi porrigentia. Nam indiuidua, non sterilia, non infœcunda, non sine semine  
 creauit, sed fœcunda, stirpisq; suæ seminibus scatentia. Et quod inaudite, inexplicabilisq;  
 sapientiæ fuit, fecit vt in feminibus, exigua quædam animalia exiguaq; & inuisibiles  
 arbores latitarent, quæ postea in lucem erumpentia grandescerent. Hoc inuentum Dei  
 fuisse, ingenuè fatetur Aristoteles, nihil cum Mose discrepans. Suntque præteriti tem-  
 poris verba συνεπλήρωσεν, ποιήσας. Prouisio quoque, & quasi opitulatio rei deficienti vel  
 defecturæ, designat interuallum, quo primum res non existentes, paulò post extite-  
 rint, ita moderatæ & positæ, vt defecturæ breui, non defecerint. Secundus locus huic  
 simillimus est in Politicis, quod in libris de Generatione, & interitu, generatim tradide-  
 rat, pressius ad humanam propagationem referens. Vt enim diuinam inuentionem, peren-  
 nem hunc rerum ex præcedentibus ortum fuisse retulit, sic in libris de Republica, non  
 dissimulauit quæ veritas esset, super humana creatione. Vt si quis benignè sapienterque  
 duos hos consideret locos, agnoscat eandem de vniuersali creatione, esse Mosis, atque  
 Aristotelis Philosophiam. Nam tametsi Aristoteles creationem ipsam, ore pleno non  
 memoret, referens tamen ordinem illum, in quo tota posteriorum rerum creatio con-  
 tinetur, in Deum, dicensque ab eo factam indiuiduorum perennitatem, haud dubiè  
 Deum omnia condidisse, quemadmodum & Moses, confitetur. Quæ igitur Moses de  
 plantarum, brutorumque animalium propagatione, nouissimè de fœcunditate, & re-  
 stauracione proles humanæ scripsit, his similia prorsus scripsit Aristoteles. Moses, Mas-  
 culum & fœminam creauit eos, benedixitque illis Deus. & ait, Crescite & multi-  
 plicamini, & replete terram. Aristoteles autem, ἡμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτην τῇ  
 ἀειδίῳ, τὸ αἰεὶ εἶναι, ἐπεὶ κατ' ἀεὶ ἔσονται ἡ δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ κατ' τὸ εἶδος ἔστω παρρησιόμορμον κατὰ  
 τὴν θεῖαν ἐκείνην ἢ φύσιν, τῆ τε ἀνδρῶν, καὶ τῆς γυναικὸς κατὰ τὴν κοινότητα. Simul, inquit, natura  
 sempiternum esse complet, hoc indiuiduorum reparatione. Propterea quòd per spe-  
 ciem tantum durare res poterant, non per numerum. Sic prouisa fuit ab ipsa Diuini-  
 tate, aut Numine diuino natura vtriusque, masculi & fœminæ, vt inuicem copularen-  
 tur. Quid hic dissimile inter Mosen & Aristotelem? Quo discrepat vtraque Philo-  
 sophia? Et non est hoc, quod ipse Deus dixit, Quod Deus coniunxit, homo non se-  
 pararet? Iesus eam vocauit coniunctionem, Aristoteles κοινότητα. Factum à Deo, Ie-  
 sus: Aristoteles, κατὰ τὴν θεῖαν. Sicut autem Moses, hunc ordinem factum à Deo, in  
 exordio temporis, non in æternum fatetur: Sic cum sit eadem prorsus sermonis ra-  
 tio in Aristotele, nulla ratione possumus aliud suspicari, quàm eum à principio fa-  
 ctum, ac constitutum sensisse. Quod prudentibus cogitandum relinquo. Duòque  
 hic adhibet Aristoteles, Naturam ac Deum. Ex quo declarat, aut idem esse Natu-  
 ram, atque Deum: aut, quod verius est, hunc ordinem, qui Natura est, esse inuen-  
 tum Dei. Tertius locus est in libris, de suprema Philosophia, vbi in maiorum opinio-  
 nibus, de rerum principiis recensendis, occupatus, multorumque placitis reiectis,  
 eorum vero collaudauit sententiam, qui Mentem omnium rerum inuentricem sta-  
 tuissent: eos ita efferens, vt cæteris præ his dormitasse, hos verò sapuisse, vigilasse, acri  
 iudicio fuisse, assereret, his verbis: ἔσθ' ἂν τις εἰπὼν εἶναι κατὰ τὸν ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τῇ  
 φύσει τὸν αἴτιον, καὶ τὴν κόσμῳ καὶ τῆς τάξεως πάσης, οἷον ἠέρον ἐφάμη τὸ εἶναι λέγοντας τὰς κατέστηρον.  
 οἱ μὲν οὖν ἔπος ἠπολαμβάνοντες ἄμει τῷ κατὰ τὴν φύσιν αἴτιον, ἀρχὴν, εἶναι τῆς ὄντων ἕξεσιν, καὶ  
 τὴν ποιητικὴν, ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς ἔσθ'. Qui verò mentem, inquit nescio quis, dixit  
 quemadmodum animalium, & Naturæ causam, & mundi, & omnis ordinis, is præ  
 cæteris, qui antea temere locuti essent, euigilasse videtur. Qui hæc igitur suspicantur,  
 simul

Inaudite sa-  
pientia fuit,  
quod ex fe-  
minibus cum-  
sta producan-  
tur.

Indiuiduorū  
perennitas.

Specie perdu-  
rati animalia,  
non numero.

Matth. 14.

Natura, in-  
uentum Dei.

Asimul & ipsam causam principium rerum bene statuerunt, & talem causam, vnde motus  
 rebus extiterit. Hanc Aristotelis sententiam, si quis altius ponderet, excutiat, euoluat,  
 in ea clarè contineri confessionem creati mundi, siue prudens, siue imprudens, cumque  
 sapiente natura locutus sit, facile dignoscet. Atque aded clara res est, vt mirabile sit, quo  
 sæpe veritatis æstus rapiat imprudentes. Repetamus igitur omnes, qui Mentem, mundi  
 creatricem declarauerunt. In his præcipue fuerunt Trismegistus, Orpheus, Pythagoras,  
 cum primis verò Anaxagoras, tum Socrates, & Plato: omnesque hi cum aliis multis as-  
 seruerunt, Mentem generasse hunc mundum, in cælo lucem accendisse, cælum & tem-  
 pus condidisse, animalia, plantasque ex humo cooriri fecisse. Quorum declarans Latinè  
 Ouidius Theologiam, canit,  
 Nam cælo terras, & terris absceidit undas,  
 Et liquidum spisso secernit ab aère cælum,  
 Dissociata locis concordia pace dirimit.  
 Principio terram, ne non æqualis ab omni  
 Parte foret, magni speciem glomerauit in orbis:  
 Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis  
 iussit, & ambitæ circumdare littora terræ.  
 Aliæque multa, de Sapientia parente, reginæque huius mundi, cuius asserit eam originè.  
 Quicquid igitur ex antiquorum Theologia cecinit Ouidius, asseueratur, prædicatur,  
 B effertur miris laudibus ab Aristotele. Affirmat eos bene, prudenter, sapienterque locu-  
 tos, qui dixerunt ἔσθ', id est, Sapientiam, Intelligentiam, Mentem, omnis ordinis, Nat-  
 uræ, animalium, totiusque mundi causam, & autorem. Et bene sapienterque eos sta-  
 tuisse dicit hanc, quæ dicitur excellenter Causa, rerum principium, & tale principium:  
 à quo motus, vitæque cunctis rebus extiterit. Hoc suo suffragio totam collaudat, & com-  
 probat Mosaicam Theologiam Aristoteles. Primum enim Moses, ex his qui vetustam  
 Theologiam litterarum monumentis tradiderunt, scripsit, Spiritum siue Sapientiam  
 Domini, quem sua lingua Græci vocauerunt ἔσθ', ornasse cælos, fecisse vt oriretur lumen  
 in cælo: Hanc veram mundi originem fuisse, cum terram, & aquas, quod Chaos, à con-  
 fusione duplicium harum rerum, vocauerunt Græci, primum è nihilo, tantum ex Ideis suis  
 æternis, quæ sunt ipsamet, extulisset. Quippe quæ cuncta sinu & pelago suæ Sapientiæ  
 contineret. Hanc clarissima luce cælum & terras compleuisse, diem noctemque ab inui-  
 cem diiunxisse, aërem in vastas, sublimes regiones, à terris in cælum vsque diffudisse, ma-  
 ria in profundos sinus, concauâque mundi planicies confidere iussisse, è terra plantas,  
 animaliaque, ex aquis item alia pullulare iussisse. Nouissimè tanquam regem iam geni-  
 tarum rerum, in mundum ceu pulcherrimam aulam, hominem induxisse. Hæc prior  
 vbiq; motum vitæque dedit: prior ipsa mota super aquis, vnde cieri omnia, agitari,  
 fierique cœperunt. Ex illo motu, Solis iubar emicuit, rapida vertigine concitatum est  
 cælum, terræ quoque & aquæ primum moueri cœperunt. Sic Mens inuēit omnem ordi-  
 nem, cunctamque Naturam, fuit autor mundi, autor animalium. Hoc admiratur Ari-  
 stoteles, effert præconis egregiis, tribus verbis declarans & quàm sibi huiusmodi Theo-  
 logia placeret, & quàm diuinè senserint, qui nobis hanc sapientiam reliquerunt. Primum  
 quòd fuerunt ἡρόδοτος, prudentes, sapientes. Quòd omnes alij secus suspicantes, temere  
 & imprudenter locuti sunt. Postremò, quòd κατὰ τὸν ἐν, bene, pulchre, hi principium rerum  
 appellarunt eam quæ vocatur ab eis αἴτιος autor, causa: quæ est eadē Mens, vt asserit Laër-  
 tius sensisse Platonem. Siue igitur prudens, siue nescius, sed solo secreto Naturæ ac veri-  
 tatis æstu asseruit, plenòque ore laudauit mundanam creationem Aristoteles, admiratus  
 est huius Philosophiæ præcones, quàm velit alibi desipuerit. Sufficit mihi ex inuito (quan-  
 quam forte non inuito) pectore, testimonium veritatis excidisse. Quæ igitur deduxi, &  
 quæ sum hæctenus locutus, videbunt vera esse, qui norint, quam de Sapientia seu Mente  
 diuina, Theologiam maiores, & qui ante Aristotelem floruerunt Philosophi reliquissent.  
 Quæ tota est, vt dixi, quòd ea creauit mundum, præcipueque Chaos in ordinem rededit,  
 & rerum formas cæco deprompsit acervo: denique, vt Aristoteles ait, quòd fuit autor  
 mundi, Naturæ totius, ordinisq; repertor. Quod cum bene sapienter, præclarèq; præ-  
 dicatum asseueret Aristoteles, nemini dubium poterit esse, quin creationis, qualis à Mose  
 & ab Ægyptiis, vetustissimisque Græcis fuerat decantata, assertor fuerit. Aliud testimo-  
 nium, quod de creatione, rerumq; noua inuentione, prudenti vel imprudenti excidit,

Veritatis asser-  
tore interdū  
imprudens.

Ouid. ibidem.

Moses scri-  
ptor primus.

Homo, po-  
stremò a Deo  
creatus.

Deus, mundi,  
& ordinis  
autor.



1. de Inventione, & 1. de Oratore.

quod sanè prudentissimus quisque considerabit, est, quòd quemadmodum Marcus Tul- lius, plurèsiq; alij, quandam hominem sapientissimum fuisse dicunt; qui dispersos ho- mines congregavit, in quo necessario, aliquid rerum initium continetur, quo rudes, nupérque nati homines, societatis experti essent: sic ab Aristotele similia dicta, velit nolit, cum origine mundi sequuntur: ο δὲ πρῶτος συστήσας μεγίστων ἀρχῶν αἴτιος: Qui primus, inquit, dispersos homines congregavit, maximorum bonorum autor fuit. Videat igitur, quicumque vult, an in Aternitate non semper homines congregati fuerint. Nihil enim est novum in Aternitate. Nam si quando congregati homines, prius dispersi erant, in æternum certè dispersi fuerunt.

Ex dictis oratorum & poetarum, artium, sermonis, & humani generis probatur exordium.

CAPVT XVI.

Ex eo qui nomina primus imposuit, arguitur initium mundi.



AD E M ratio colligitur ex Tullio contra Philosophos: Aut qui pri- mus, inquit (quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est) omnibus rebus imposuit nomina. Si primus enim quis imposuit nomina, certè antequam imposuisset, non erant nomina. Arguitur ergo humani generis initium: quoniam si fuisset Aternitas, semper homines locuti E fuissent, semper sermo viguisset. Nec primus quisquam nomenclatu- ras indere potuisset. Si fuit principium locutionis, & sermonis, fuit etiam vitæ. Sic quod sequitur, Aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis lit- terarum notis terminavit, aut qui errantium stellarum cursus, progressiones, institutio- nésque notavit. Hæc omnia comprobant exordia istarum artium. Ergo nec semper artes fuisse, nec homines eis vsos esse. Similiter quod subiicit, Etiam superiores, inquit, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia cõtra feras inuenerunt. Hęc docent apertè, omnium fuisse aliquod primordium. si diluuiã artuleris, destruktũ est, & euersum, Nullã vnquã potuisset tam immanè cluuiõnè esse, quæ totam humanam gentè abstulerit. Quæ si cunçtos abstulisset, nemo nunc esset superstes. Quòd si fuerunt homines semper, semper etiã & sermo. Itaque non fuit quidam, qui primus nomina rebus impo- fuerit. Si fuit, non semper homo, linguãque, sed fuit exordium. Eadem ratio colligitur ex Platone, & eodem Marco. In Cratylo Plato perhibet præcos fuisse meliores, quia Diis propiores. Marcus veriora esse à præcis tradita, quòd minus aberant à progenie diuina. Si mūdus igitur est æternus, vbi præci, vbi Diis propiores? In Aternitate nil prius, nil poste- rius, nil propinquius, nil remotius. Fuisse quæque Deo propiores aliquos, arguit initium, cum scilicet Deus creas, & astas cernebatur à præcis illis, quos priores crearat, quos Mar- cus progeniem diuinã appellat. Plato θεῶν παῖδες, θεῶν ἀγγελοὶ, Filios Deorum, Diis pro- ximos, propinquos Iouis. Eadem ratio colligitur ex eodem Marco, eum quasi ab omni F alia dubia opinione, huc tandem sistente, & appellente Natura. Non enim, inquit, teme- re, nec fortuitò fati & creati sumus, sed profectò fuit quædam vis, quæ generi consu- leret humano, nec id gigneret, aut aleret, quod cum exantlasset omnes labores, tum in- cideret in mortis malum sempiternum. Si ergo ò Marce fati & creati sumus, & si fuit quædam vis consulens humano generi, certè fuit exordium quoddam, cum nondum creatis nobis, aut dum crearemur, ab ea vi nobis consulebatur. Similis probatio col- ligitur ex Poëtis, vt appareat, vndique pro veritate contra mendacium auxilia concur- rere. Vergilius canit iuxta præcos vates, sponte sua quondam fruges terram hominibus dedisse, lætis, ociantibusque, cum non cogentur, ad sustentationem vitæ, varias artes excogitare:

Litterarũ in- uenio & ar- tium pluri- marum.

Præcisur me- liores.

-Primusque per artes,

Mouit agros, curis acuens mortalia corda,  
Nec torpere graui passus sua regna veterno.

Geor. 1.

Ergo non fuerunt semper artes, non semper agricultura. Quomodo igitur mundus Aternus, & homines æterni, sine artibus? Et si non sine artibus vnquam, quomodo primus quidam, siue Deus, siue homo, reperit eas, cum prius non essent? Reperta agri- cultura, nauigatio, astronoma, venatio:

Tunc

A Tunc alnos primum fluuij sensere rapaces,  
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit.  
Tum laqueis captare feras, & fallere visco  
Inuentum, & magnos canibus circumdare saltus.  
Tum ferri rigor, atque argentea lamina ferræ,  
Tum varia venere artes. -

Virgil. ibidè.

Artes igitur, quæ decrant, docent homines natos, non æternos.

Plotinum apertè fateri, contra quàm Proclus contendat, tempus creatum, cum cuius conditione consequitur etiam cali, mundique creatio.

CAPVT XVII.



VONI AM verò Proclus asserit in his, qui mundum sempiternum cre- didissent, ad alios fuisse Plotinum, ecce veritas ipsa sibi suppetias as- ferens, cui cum mendacio bella perpetua, quæ sæpe mentes in men- dacium prolapsas, deluctata diu, tandem subrigit ad lucem, & verum, contra, quàm ille pronunciat, ostendet. Neque verò boni iudicis est, in alteram partem inclinantem, audire rationes eius cui faueas, ad eius quem odio habeas, aures obdere. Sic si bene hic, sicut alius Philoso-

Iudicandum, audita parte viraque.

phie locis, rem Proclus ponderasset, fortasse iudex æquior fuisset. Nemo vnquam me continebit, quin in ea semper sententia persistam, omnes ferme philosophos super ea- dem re (quoniam homines quales nos omnes, fuerunt, qui nostra placita tota vita varia- mus) opinione alternante, diuersa protulisse. Pessima verò, sed apud imperitos tantum, regnat consuetudo, vt vnus alicuius autoris, cui se consecrarunt, dicta perinde ac irre- fragabilia, inuiolatæque, aut qui sibi contradicere non potuerit, omnibus conatibus de- fendere certant. Sed his omnis luce clarius ostenditur, Plotinum, aut volentem, aut eor- um oblitum, quæ dixisset alibi, factum tempus, ac mundum asseruisse, factum inquam, non quòd fiat, aut generetur, sed quòd fuerit postea, cum non esset. In libro de Aeuo & tempore hæc scribit: δὲ δὴ ἀναγκαῖον ἡμᾶς αὐτῶν πάλιν εἰς αἰώνῳ πάλιν διείησιν, ἢ ἂν τὸ αἰῶνος ἐλθροῦ ἐναὶ πάλιν ἀπεμῖν, αἰώνῳ, καὶ οὐκ ἔσται, καὶ ἀπερὸν ἡδὴ ζῶν. καὶ ἀκλινη πάλιν, καὶ ἐν ἐνί, καὶ παρὸς ἐν ἑσῶσαι. χρόνος δὲ ἔπω ἢ, ἢ αἰώνῳ ὅτε ὅτε ἢ. γενήσομεν δὲ χρόνον λόγῳ καὶ φύσιν τῶ ὑπέρος. τῶτων δὴ ἡσυχαῖον ἀρῶτων ἐν αὐτοῖς, ὅπως δὴ ἀρῶτων ἐξέπεσε χρόνος, τῶς μὲν μέσους ἔπει ποτε ἕσταις ὅτε αὐτῶς ἴσως καλοῖ ἐπὶ τῶ. ἀλλ' ἴσως ὅτε ἴσως, καὶ αἰ μὲν ἴσως ποτε. αὐτῶν δὲ αὐτῶς τῶ γενέμενον χρόνον ὅπως ἔστιν αἰώνῳ, καὶ γενέμενος, λέγει αὐτῶς αὐτῶς αὐτῶς. ὡς παρὸς ἄλλον τῶ παρὸς ἄλλον δὴ τῶ γενήσομαι, καὶ τῶ ὑπέρος ἀρῶτων ἐν αὐτῶ, ἐν τῶ ὄντι ἀρῶτων χρόνος ὅτε ἢ. ἀλλ' ἐν αἰώνῳ καὶ αὐτῶς ἡσυχαῖον ἢ γεν. φύσιν δὲ πολυπράγμονος, καὶ ἀρῶτων αὐτῶς βεβλημένος, καὶ ἐναὶ αὐτῶς, καὶ τῶ παρὸν τῶ παρὸντος (ἴπεν ἐλομένως, αἰώνῳ μὲν αὐτῶ, αἰώνῳ δὲ καὶ αὐτῶς, καὶ εἰς τῶ ἔπει καὶ αὐτῶ, καὶ τῶ ὑπέρος).

Et qui nimis præfati in- uentam in verba magistri.

Oportet, inquit, attollere nos ipsos ad illam dispositionem, quam in Aternitate diceba- mus esse, quietam illam, & simul totam, & infinitam iam vitam, omninó que indeclina- bilem & in vnitate, & ad vnitatem stantem. Tempus autem nondum erat, vel illis certè non erat. Generabimus autem tempus definitione, & natura posterioris. His igitur quietem agentibus in se ipsis, quanam primum ratione exciderit tempus, Musas quidem quæ nondum essent, aut quisquam fortasse inuocet, quæ hoc canant, sed forte erant & Musæ tunc: ipsum verò creatum tempus, forte quispiam, quomodo apparuerit, & fa- ctum fuerit, dicat de eo in hunc modum: Quòd antequam primum hoc gigneret, & posteriore cum ipso indigeret, in ente quiescebat tempus, cum non esset. Sed in illo & ipsum quietem agebat. Natura autem sollicita & curiosa, & imperare, vel incipere ipsa volens, & esse ipsa, plúsque habere, quàm quod præsens esset, quærere eligens, mota est quidem ipsa, motum est & ipsum tempus, & in posterum, & semper. Talia locutus est Plotinus, in quibus euident & luculenta est temporis creatio. Nos ergo Plotinum ex- plicantes dicamus. Primum vt quid Aternitas cum tempore discrepet, noscas, iubet te attollere mentem ad illam, quæ rectè vocetur dispositio, cum nihil horum, quæ cerni- mus & sentimus, extaret, non Natura, non cælum, non terra, ne tempus quidem cum quiescerent omnia vita carentia, solâque esset Aternitas, vita Dei infinita, vt dixit eo- dem libro. Est enim Aternitas, Deus ipse, ipsa vnitas, vita simplex, secum coniuncta,

Aternitas et tempus nõ idè, apud Plo- tinum.

Aternitas Deus.

indeclinabilis, immobilis, infinita. Nondum erat tempus, nec rebus illis tempus erat. Dico res eas, ipsum Deum, Ideaque rerum, tempore carentes. Vt autem tempus describas, assumenda est natura posterioris, scilicet quod posterius est, in cuius essentia intelligitur tempus. Cunctis igitur rebus quiescentibus, quia nihil dum esset exortum, quomodo tempus apparuerit, quis explicet, inquit. An Musas Poëtarum more, nondum & ipsas natas inuocabimus? vt quod ait Homerus,

Μῦσαι ἀθάναται  
πυλάριεσσι  
ἄχιδμοι.  
Iliad. c.

*Iram pande mihi Pelidæ diua superbi: Sic nos dicamus,  
Vos Musæ nobis exponite temporis ortum.*

Naturam  
tempus a deo  
proficisci.

Sine celo non  
potest esse tem-  
pus.

Animus mi-  
di, diuinus  
spiritus.

Duplex cæli  
status.

Ante creati-  
onem nullus  
solerat.

Atqui forte etiam erant tum Musæ, Deæ videlicet. At tempus vt fuerit creatum, vt emerferit, Musis dimissis, dicas licet in hunc modum, quod antea quam iungeretur prius & posterius, è quibus Aristotele autore, conficitur tempus: quiescebat, & quasi dormiebat, cum non esset, fieri quidem potes, sed nullam dum vitam nactum, tempus. Quiescebat autem in vasta torius vniuersitatis origine Deo. Natura verò sollicita, ex eundique cupida, lucemque appetens, nec præfenti conditione contenta, continuò erupit: simili quoque erupit tempus impetu. Nihil igitur clarius & apertius, ipso vel Sole luculentius, de creatione temporis. Hic enim nullæ latitant ambages, tota in propatulo oratio. Non est dependentiæ, fluxusque perennis, vllum profugium. Ne Moses quidem tam clarè locutus est. Creationem autem temporis nemini non perspicuum, trahere secum cunctam mundanam creationem. Neque enim sine celo potest esse tempus, natis cum tempore, Sole, omnibusque cælestibus machinis his, quibus motis, efficitur tempus. Sic qui dicit creatum tempus, dicit cælum, Solem, Lunam, astra, totum denique mundum creatum. Tum Plotinus ipse refert Naturam quiescentem, nondum existentem, lucem, aspectumque optasse. Atque alibi quoque, vt primo libro claruit, confessus est, omnem mundum creatum, cum mundum sic introducit loquentem, Fecit me Deus, & inde ego extiti. Et alia, quæ visa sunt illic, quod terra sit plantis ornata, quod Mens sit omnia fabricata, stabilis ipsa, & quiescens. Et quod Providentia Dei, sit quidam prospectus, & antecedens consideratio, vt mundus fieret pulcherrimus, bonis & pulchris locupletissimus. Et quod de animis scribens, αἰετοὶ γὰρ αἱ ψυχῆ, καὶ ὁ χρόνος ἕσπερος: Animas esse sempiternas, tempus autem posterius. Nonne cuncta consentiunt? In libris quoque de Tribus Imperatricibus subsistentiis, de tertio principio differens, quod illi Animum mundi, nos Spiritum diuinum dicimus, apertè super hac re locutus est, Hæc, inquit, ἐποίησε, cuncta creauit animalia, eis inspirata vita, quæq; terra nutrit, quæ ve mare, quæ feruntur per aëra, quin astra quoque diuina in celo. Hæc Solem, hæc magnum hoc cælum ἐκόσμησεν, ornauit. Sic loquens Plotinus, nonne mentis suæ perspicuè declarat sensus? Eodem quoque libro, Anima, inquit, ingressa cæleste corpus, ἔδωκε, dedit vitam, dedit immortalitatem, ἠγάπη δὲ κέλευσεν, excitauit cælestem illam molem iacentem. Ea circumrotata motum sempiternum, ab animo sapienter agente, animal beatum ἐγένετο, factum est, cælumque habuit decorem, anima introducta. ὡν τὰ ἐν ψυχῆ σώματα νεκρὰ, γῆ καὶ ὕδωρ, μᾶλλον δὲ σιότος ἕλης, καὶ μὴ ἐν, καὶ ὁ σὺ γέσσει θεοί, φησὶ τίς: Cum esset ante animam, mortuum cadauer, terra & aqua, imò F verò tenebræ materiæ, & non existens, & quod, vt quidam ait, abominantur Dij. Hæc ad verbum Plotinus, quibus nihil diuinius. Apertèque ponitur duplex cæli status, anteaquam esset, posteaquam fuit. Nullæ hic ambages, vt dixi. Quantumuis verba distorquere coneris, non possis ea, vt in Platone soliti sunt quidam Platonici, dimouere loco: neque enim si Plotinus sensisset semper tempus & mundum in hoc honore fuisse, quo nunc est, vsus hac & superiore oratione fuisset. Hic quoque est status ille rerum ante mundum, qui est apud Mosén, Terra, & aqua, & tenebræ super faciem Abyssis, super Hyle, super Chao, super materia, nondum luce creata, quam sequitur motu eius generatum tempus. Nec possum admirando satiari, cernens apud Philosophos, confessionem Theologiæ Mosaicæ, & apud omnes gentes tanto in pretio veritatem, cuius consonè mirantur omnes maiestatem. Dicitur enim à Plotino, quod à nostro Poëta:

*Nullus adhuc terris præbebat lumina Titan.*

Dixerat prius fuisse Chaos & Mosés, Terra erat inanis, & vacua. Aqua videlicet, & terra. Hic quoque Plotinus innuit in aceruo, & congerie informi illa rerum, corpus cæleste vt in sua homœomeria iacuisse, & ex eadem massa, atque cætera omnia, emeruisse, natum, ac factum ex aquis, vbi tanquam cadauer iaceret. Hoc testimonium, non

Avniuersum reperies, viros meliores ac modestiores diutius vixisse, Natura longos eis vitæ cursus aperiente. Sunt alia causa, quas Lucretius videre non potuit: eas ego contentus his quæ sunt in oculis, sensuque patefcunt, sciens & prudens relinquo. Nam cur infans, contra quam alia animantes, omnem locum vagitu compleat, proiectus humi, Philosophi verissimas, optimasque causas, quibus assignatis, omnis suspitio conticescat, adducet. Primum docentes, vagitus infantium, non magis humani generis infelicitatem, quam nobilitatem supra cæteros ostendere. Nam cum reliquis animantes Natura villis & cortice, pellèque sepiuisset, quo frigora depelleret, animal nobilissimum leuissima cute, quo minimum ponderis Spiritus haberet ex carne, circumdedisse: Infantes ex calidis matrû visceribus egressos, frigus externum sentientes, naturaliter vagire, quos durities cutis, villisque obiecta, non defendat. Crassa igitur animalia, villis & pellibus armavit: nobile, factumque magis ad rationem, & cogitandum, quam ad corporea, tenuissima cute contenta est protexisse: Cui ratio, non cornua, vel aculei, aut plumæ, & rostrum ad præfidiû dabantur. Quod si leones aut equi, propter cutis tenuitatem, dolorem quemadmodum infantes acciperent, haud dubiè, dolentes aliquam vocem, quemadmodum cum verberantur canes & feles, emitterent. Ecce igitur vagitus infantium, non calamitatem, miseriamque testatur, sed corporis delicati contextum, immortalis spiritus artificiosam, ac leuem, minimumque ponderis habentem sedem. Simili modo cæleste sacramentum docebunt Philosophi fuisse, quod opis indigus infans nasceretur: vt animal sociabile, B vinculum charitatis ex alterius auxilio retineret: parentes qui non modò genuissent, sed etiam aluissent, diligeret & coleret, & beneficium quod ab eis infans accepisset, senibus redderet. Hoc diuinissimum, hoc facit vt contra quam bruti, & ratione carentes animantes, parentes diligamus, & colamus, veneremur, pro eis in ferrum, flammisque ruamus. Genuerunt, difficillimam educationem præbuerunt. Quo tempore, ipsi quoque parentes optimum beneficiumque Deum, natis educandis, imitantur. Fitque amoris maxima coniunctio. Animantes rationis expertes, nisi subito nati in pedes stetissent, educationis indigentes, quod rationis expertes essent, è vestigio periissent. Charitas igitur ratioque parentum, plus est ad educandum, quam brutis nasci non opis indiga. Eadem quoque de mœnibus altis, quibus nos defendimus, pecudes defendi non indigent, dicenda. Multo enim melius fuit mœnibus altis indiguiffe, quæ cum vellent homines, ædificarent, quam non indiguiffe. Hæc enim ædificiorum egestas arguebat animal nobilissimum, quod ad habitandum parare sibi domicilium, tuerique se ab iniuriis externis deberet, & posset. Pecudes autem si mœnibus indigentes insuper ingenio cõdendorum caruissent, sine dubio non vixissent. Homines ergo mœnibus altis indiguerunt: sed huic egestati ratio pulcherrimum remedium, quæ solis hominibus dabatur, erat adhibitura. Ad hæc posent homines vt tempore prisco, pecudes imitati, sine mœnibus habitare, sed melior, nobiliórque est habitatio sub tectis, præclarasque vrbes apparuisse. Quapropter hæc egestas peperit hanc toto orbe pulchritudinem, quod vrbes aspeximus hominum solertia C constructas. Quis nesciat, si possent pecudes, quemadmodum homines, vrbes statuere, potius in his ipsis, quam teterrimis, horridisque speluncis, aut caulis habitaturas? Quocirca quod optimum, & humanæ nobilitatis testimonium fuit, id Lucretius, qui nescio qua beneuolentia pecudibus homines similes volebat, dedecus infamiamque prouidentia, temeritatis argumentum putauit, eadem cæcitate magis temeritatem, quam prouidentiam defendens, qua similes brutis homines habitationes non habuisse quæstus est.

Vagitus infantium.

Differentia corporis humani & mutorum animalium.

Homo, animal ad societatem natum.

Charitas parentum.

Homines cur mœnibus indiguerunt.

Nobilior habitatio sub tectis.

Ad huius capitis illustrationem confer Latantiana e. cap. 10. de ira Dei.

F I N I S.



Augustini Steuchi Eugubini  
DE PERENNI PHILOSOPHIA  
LIBER OCTAVVS.

De Angelis, & ea natura, quæ inter Deum supremum, atq; homines intercedit, & quodam de his etiã prisci Philosophi sunt locuti: Et de veris Diis, fabulosis exclusis.

CAPVT I.

Angeli, media inter Deum & homines natura.



Varij Dij.

Post Deum, astra pro Diis habita veteribus.

Prima substantia, Dij Aristotelis.

Errores Aristotelis.

**N**UNC DE DIIS, & omni ea gente, quæ maior homine, minor principe, ac summo Deo, media inter nos, & illum creditur, de qua varius sermo priscis & iunioribus Philosophis habitus, agendum, hinc inde mendacijs, & fabulis à veritate segregatis: & quod nominibus confusum, confusas quoque res exhibet, moraturque mentem ab aspectu veritatis, seiungendum, & in separata genera partiendum: vt quæ bona, & vera sunt, iucundè suscipiantur, in suos situs, & sacrum domicilium reuocata veritate notam semper hominibus, & cælesti beneficio semper in terris radiantem, luculentissimam autem magni Dei in terras aduentu, ob quæ venerari Theologiam veram necesse sit. Ac iuniores Platonici omnia ferme Deorum genera, quæ nostris in litteris vidissent, furtimque vsurpassent, celebrauerunt: apud superiores, vetustiorisque Philosophos varia ratio, nunc qui moueant lumina cælestia Deos, nunc alia quædam numina vaga, nulli corpori alligata, cælum, & terras inambulantiã, celebrantes. Sed quoniam ad vnum veritatis filum cuncta reuocanda sunt, reiectis his, quæ minus rectè senserunt, eorumque testimonijs declaratis, restabit nuda, exutaque mendacijs veritas sola. Omnes quidem propè vetustissimæ gentes, cum iam veritas, priorumque sæculorum bonitas obsolesceret, post primum, ac supremum Deum, stellas deinde vt Deos coluerunt. Verissimumque est, quod suspicatur in Cratylo Plato: Videntur mihi, ait, priores homines Græciã, hos solos Deos putasse, quos nunc plerique Barbarorum, Solem, Lunam, terram, & astra, cælumque. Quæ concita perenni cursu intuentes, ab hac currendi natura Theus eos vocarint. Deinde, inquit, deprehendentes alios, iam omnes ipso isto nomine nuncuparunt. Eadem in libris primæ Philosophiæ affirmat Aristoteles, Veteres primas substantias Deos putasse. Verum quod arbitratur, corpora solum, Intelligentiãque cælestes, Deos dixisse, non est verum omnino. Docebo enim tam ex Chaldæorum, quàm Ægyptiorum, Hebræorum, denique veterum Græcorum Theologia, non Deos istos modò, id est cælestes Intelligentias, priscos, sed alia quoque Deorum genera putasse. Alterum quod peccat idem Philosophus, nec rectè sententias antiquorum interpretatur, est in secundo de Cælo, Antiquos superiorem locum Diis attribuisse, veluti solum immortalem: Inde conficere, vt nec genitus vnquam. Nam omnis vetustas, & cuiusuis gentis Philosophia credidit, confessãque est cælum quanquam diuinum & incorruptibile, at creatum, cuius vel ipse Aristoteles arguit Platonem. Duòque male de priscis interpretatur, quod primas substantias, & Deos, sola sydera, Intelligentiãque cælestes crediderint, quod tribuerint eis cælum vti sempiternum. Quorù falsitas colligi poterit, tot superius prolatis testimonijs. Vt igitur omnia segregata, sepositãque melius inspiciantur, dicendũ est, tria

Ac tria fuisse, & esse in Philosophia, veteriq; Theologia genera Deorù. Ac sicut separauimus Dæmonas fabulosos à veris, sic veris Deis à fabulosis & poëticis segregatis, Primum genus dicendũ, Solis, Lunæ, stellarũ: secundum eorù Deorù, qui à motu cæli absoluti, per terras vagari, è cælo terras petere, in cælo beatè viuere, res humanas gubernare, dixerunt: Tertium est genus eorù, quos ex hominibus in Deorum concilio collocarunt poëtæ. Ex his generibus, solũ medium, si quis altè spectet, & non Naturã modò, sed omnè veterum, maiorumq; Theologiã consulat, inueniet veros Deos, primũ, & tertium fictitiũ, & fabulosum: sed postremũ à poëtis: primum ab his, quibus apud Barbaros, visum est cælum habere Diuinitatẽ, fictum. Vt quo errore terrã, quod Plato perhibuit in Cratylo, asseruit in Timæo, oceanũ & flumina, omnemq; mundum deificauerunt, eodẽ tribuerint & cælo Diuinitatem. Vtq; fictitia fuit Diuinitas Herculis, Martis, Palladis, totq; poëticoꝝ Deorum, si modò homines eos constet fuisse: sic Diuinitas cæli fuit ex errore post antiquam, ac sacrosanctã Religionẽ, vniuersalemq; Dei cultum extinctum, ascita. Nam vetustissima Hebræorù Philosophia, longè & Chaldæorù, & Ægyptiorum Theologia superior, nunquam dedit cælo, sicut nec cæteris rebus Diuinitatẽ. Quæ Religio & Philosophia quoniã antiquissima est, illud priscis illis sæculis, antequã pro veritate succederet mendacium, placuisse, creditumq; fuisse sentiendũ, quod traditur in ea. Ac Plato quoque testis est in Cratylo, & in Legibus, à Barbaris allatam ad Græcos astrorù Diuinitatem. Sed vbi inuenis non vetustiores, sapientioresq; barbaros id fecisse, nec semper apud Barbaros hunc errorẽ viguisse, pronuntiandum erit, Græcos in eo non verã Barbarorum Theologiã, sed eorum vanitatẽ, erroresq; secutos, cum cælo dederunt Diuinitatem. Nec Aristoteles fecit aliud, cum Diuinitatẽ syderum ad eò suspexit, hucq; mentẽ omnẽ defixit, quàm quòd Barbaros secutus est in eo, in quo post multa sæcula ab ortu generis humani illi errauerunt. Atque Aristoteles quoniã hanc cæli, syderumq; Diuinitatẽ à præceptore Platone, Trismegisto, Chaldæis, accepit, certè fatendum est ei, quod priores illi prodiderunt, Deos quidem esse planetas, sed creatos à summo Deo, quod Plato toties, vt vidimus, confitetur, & Trismegistus. Igitur autore Platone nil aliud est cæli Diuinitas, quàm Barbarorù supersticio, qualis fuit Diuinitas terræ, quoniam eodem tempore, eadem religione terræ, ac cæli Diuinitatem susceperunt. Sed facilius de terra, quoniam præfens est, negari potest quòd sit Dea, quàm de cælo ab oculis remotissimo, & incorruptibili, tum ordinũ sempiternorum pleno. Triaq; de cæli, & syderum, planetarumq; Diuinitate statuenda. Eam superstitionem esse Barbarorum, tum eodem honore, eadem opinione cælum, atque terram ab eis deificatã: vt tam desipuerint in Diuinitate cæli, quàm terræ & oceani. Postremò, quòd tametsi Deos vocent Solem, Lunam, stellas, ab supremo tamen, & magno opifice Deo facta consistunt. Hoc Mercurius, hoc Timæus Locrensis, hoc Plato. Exclusa igitur veluti fabulosa, fermèque poëtica, cælesti Diuinitate, cuius in Theologia Mosus, omniũ vetustissima, nulla sit mētio, imò quæ sit infamis apud Prophetas, & quæ, si quidẽ vlla sit, creata sit à summo Opifice, & quæ nil aliud nisi motus cælestes operetur, quo sola corporea vita administratur, ad animos nihil attingat, de veris Diis loquendũ est, ex Philosophia. De quibus quoniã multa vera, admirationeq; digna, rursus fabulosa & fictitia multa disputantur à Platonicis, conandũ est pro viribus, aurum quasi ex scoria deligere.

Triadeorum genera in vetere philosophia.

Dij Poëtici.

Vetus Theologia Hebræorũ, Chaldæorum, & Ægyptiorũ nunquam cælum & astra pro Diis habuit.

Unde manet error Aristotelis.

Cæli diuinitas, est barbarorum superstitio.

Propositio disputationis de veris Diis.

In sermone Platonis, Aristotelisq; apparere Deos alios, quàm qui moueant orbem cælestes. Nec alios esse posse, quàm Angelos supercælestes.

CAPVT II.



**X**OMNI veterum Philosophorum, Theologorũque sermone ratio quædã de Diis colligitur, id quod postea beneficio Christianæ religionis, melius & explicatius Platonicis tradiderunt, apud quos nomina Deorum, siue Angelorum distincta, officia quoque, quæ tribuit eis sacra Theologia, Theologorũq; Corypheus Dionysius, quæ clàm præcipuè Proclum, Platonicos secutos Græci testantur, inueniuntur. Quos autem veteres omnes promiscuè Deos vocarunt, & quæ in mundo muñera eis attribuerunt, deprehensa sunt esse, quæ dilucidè, & clarè, ex vetustissima Hebræorum Theologia, exposuere nostri. Permanuit quidem ex Hebraica Theologia quædam

Ad hoc caput cõfer que disputat D. August. lib. 9. cap. 19. 20. 21. 22. 23.

*Dij, i. angeli.* in omnes gentes fama de diuino illo genere, quod inter homines & Deos intercedens D generatim sit appellatū Deorū, separatim autem apud Platonem, pluresq; alios, Dæmones. Ac quoniā apud quos est mentio istorū Deorum, quibus munera quædā diuina, præcipuè gubernacula humani generis assignent, & beatos esse eos, cælumq; colentes prædicent, est etiā summi, ac singularis Dei mentio, deducendū est, eos asseruisse genus illud, quod asseritur à nostris post Deum altissimū, omnemq; de eis Theologiā eam proposuisse, quæ vetustissima docuit sapientia nostra. Dico videlicet quodd cum apud Platonem, Aristotelē, omnes denique Philosophos, & Poëtas sint, ac nominentur sæpe Dij, rursum celebretur singularis ille, sempiternus, & omnipotens Deus, necessariò cogitur de Diis illis minoribus sentire, & definire, quæ vetustissima docuit sapientia nostra. Rursum cum Aristoteles, & Plato quædā de Diis illis prædicent, quæ quidem facere non possent, si ad cælestes orbis adhærescentes, inde moueri non possent, quoniā dicunt eos interesse rebus humanis, multaq; alia gerere, quæ nō possent, si cælestes orbis animantes ab illo suo corpore discedere non possent, deducendū est ex his, aut per errorē eos cælo Deos affixisse, aut aliud Deorum genus tradidisse, à cæli motu vagū, ac liberū. Nam si Aristoteles affirmat probabile, & verisimile, Deos curare res humanas, & gratos eis esse, & acceptos, pios, eosq; præmiis afficere, certum est hoc eos facere non posse, si cælum velut corpus suū animantes, separari ab eo, venire in terras, & providere, & consulere bonis, & eis proprietate reddere præmia nequirent. Rursum cum Aristoteles multa sæpe de singulari, ac supremo Deo prædicet, necesse est Deos istos, quos alibi memorauit, longè illo minores E esse. Vt quoniā ille supremus, hi minores, necessariò tanquam vniuersali Imperatori obsequentes introducantur. Eadem ratio valebit apud Platonē, Tullium, Poëtas, & omnes, qui de Deo, & Diis loquuntur. Quod quidem alij clarè & apertè prædicauerunt subiacientes Deos minores vni maximo: alij si non apertè, hac tamen, quam dixi, ratione asserere coguntur. Ac primum hac agendum ratione cum Platone. Prædicat in Timæo duo genera Deorum, quod etiam in Legibus, & in Epinomide, astra scilicet, & Dæmones: primi noti, clari: secundi obscuri, inuisibiles: utrosque ab opifice mundi factos asserens. In ceteris autem libris vbique & singularis Dei est mentio, & Deorum, qui rebus humanis intersunt, speculantur, quæ fiant in terris. Ad hæc in Phædro, in Gorgia, in Phædone, aliisq; libris, prædicat supra cæli vertice, vbi nec Sol, nec Luna sit, nec astra, Deos beatos & felices viuere, quibuscum, animi hominum puri, ac sancti pariter triumphent. Et illi igitur, qui res humanas præsentis videant, & illi, qui supra cælo viuunt beatissimè, quinam sint, quoniam nec sunt animi syderum, & astrorum, quippe quæ nequeant à corporibus suis separari, nec sunt Dæmones, quibus locos sublunares attribuunt, diligenter sunt inquirendi. Eadem quærerem ex Aristotele, qui pressius, & cautius loqui visus est. Asserit in libris de Cælo extra cæli vertiginem, viuere Deos, omne æuum beatos. In libris de Moribus, Deos prospicere rebus humanis, præmia reddere bonis, & iustis. Quid igitur sequitur aliud, quàm fabulosam esse astrorum illam Diuinitatem? Quomodo enim supra, vel extra cælum sunt Dij, si cælesti corpori suo inseparabiliter inhærescunt? Quomodo etiā F prouident hominibus, dant præmia iustis, si cælum relinquere, ne quiescat aliquando, mundique accidat euersio, discedere à clauo, & reuolutione non possunt?

*Dij minores, alij quam qui dicuntur orbibus cælestibus affixi esse.*

*providentiā diuinam verisimilem esse ponit Aristo.*

*Duo genera Deorum apud Platonem.*

*Fabulosa diuinitas astrorum.*

*Quod Plato de Diis sine Angelis vera sensit, & scripsit. Et quod eorum sedes in cælo constituit, quibus Deus gubernationem humani generis tradiderit: & de eorum natura.*

C A P V T I I I.

*Vnus Deus apud Platonem.*



V M igitur apud Platonem sit vnus maximus, ac princeps Deus, sæpe autem nominetur multitudo Deorum, aut eum multitudinis ritu loqui, non ad Philosophiæ præscriptum, aut naturam illam, genusq; Deorum, quos intercedere quasi legatos, & internuntios inter hominem, & Deum dixit in Symposio, spectasse, fatendum est. Ac Laërtio de Platone dicente, οἱ εἶται δὲ καὶ θεὸς ἑφορεῖν τὰ ἀνθρώπινα, καὶ δαίμονας εἶναι: Existimat Deos aspicere res humanas, & Dæmonas esse: & cum ipso Laërtio teste creatorem mūdi Deū collaudet, & suspiciat, toto aurem opere nominet plures Deos.

A Deos, qui versentur in terris: ad hæc autor sit Philo Dæmones esse apud Philosophos, quos apertè Moses, & appositè vocarit Angelos: constat quidquid de multis illis Diis locutus sit Plato, etsi non habuit nomen Angelorum notum, scripsisse, & sensisse de Angelis, qui etiam apud Prophetas, & in Theologia Mosis, & apud Sibyllas, Dij vocantur. Nam Elohim, quod est singularis Dei nomen, sæpenumero Angelis adiudicatur: In conspectu Angelorum psallam tibi. Hebraicè, In conspectu Elohim Deorum. Et, Minuisti eum paulinus ab Angelis, Hebraicè, ab Elohim, à Diis. Sibylla quoque superius, vt visum est, Patrem constituisse Prolem suam dicebat ἡγετῆρα θεῶν, Ducem, Principem Deorum. Quos item choros, & Hierarchias Angelorum describit Dionysius, Platonicus acies, & ordines Deorum solent appellare. Ex his igitur fit clarum quidquid de multis illis Diis omnes, sed Philosophi præcipuè loquuntur, aut volentes, aut rationis necessitate sensisse de Angelis. Ac primum quod ait in Eutyphrone Plato, quod sanctitas φιλέται ἡ τῶν θεῶν, diligitur, chara habetur à Diis, iuxta superiorem rationē, cum singularem Deū alibi introducat, cum Philosophi sit vnum caput, vnam originem statuere, cum Platonicis contenta voce fateantur apud Platonem iuxta Pythagoram, priscosque Theologos Deum vocari, τὸ ἐν, Vnitatem, & cum Dij illi cælum vertentes, quos alibi nominauit, nō possint res hominum præsentis cernere, quod curam vertendi cæli, & illuminandi terras deserere non possunt, necessariò hi, quos in definitione sanctitatis asciscit, definiens sanctitatē, quæ Diis placeat, sunt quos Moses vocat puros, ac sanctos Angelos. Sic quod B scripsit in Phædone, εὐλέγεσθαι, τὸ θεὸς εἶναι ἡμῶν τὰς ἑπιμελεμίδους καὶ ἡμῶν τὰς ἀνθρώπων ἐν τῶν κτημάτων, τοῖς θεοῖς εἶναι: Rectè solere dici Deos curatores esse nostros, & nos esse quasi possessionem, aut peculium Deorum, clarè de Angelis locutus est. Laërtius enim perhibet Platonem confessum, Deos res humanas respicere, Eōsque Dæmones esse. Dæmonas autem Philo esse qui apud Mosē vocentur Angeli, testis est. Et Plato refert in Phædone, quod in Politico, & Legibus, in quibus libris fatetur supremum Deum quosdam hominibus diuinos, non humanos adhibuisse veluti gregi custodes, vtens eisdem illic, atque in Phædone nominibus, videlicet κτήματος, gregis, ouilis, & ἑπιμελείδου, custodire, gubernare. Quare tota ratione consentiente, illi in Phædone, & Eutyphrone Dij sunt Angeli, rebus humanis à Deo præfecti. Propterea sanctitas, quoniam sunt ipsi sanctissimi puritatēque delectantur, definitur esse, quæ placeat eis. Illud quoque quod item in Phædone est, ratio ipsa demonstrat, nec stellas esse Deos illos, quibus Deorum nomina data sunt, nec aliud Deos esse posse quàm Angelos. Viros sanctos & probos post mortē proficisci: καρῶν μὲν τῶν κατὰ τὸ θεὸς εἶναι, σοφῆς τε καὶ ἀγαθῆς, ἑπὶ τὰ καὶ παρ' ἀνθρώπων τετελευτηκότων ἀμείνους τῶν ἐπιθέδων: Ad Deos quidem alios sapientes, & bonos, tum homines iam vita functos, longè his, qui apud nos sunt, meliores. Nōne & nostræ litteræ diuinitus scriptæ vociferantur semper, exertaque voce promittunt rectè viuētib; Deorum, Angelorum confortium, & quod erimus æquales Angelis Dei: quod filij Dei? Nam & Angeli nonnunquam filij Dei vocantur. Nec aliud egit nostræ felicitatis autor è cælo profectus C in terras, quàm quod nos Deos effectos, in Deorum regionibus, & regnis collocaturus venerat. Item quod ait eo loco Plato, Deos esse omnium optimos, ἁριστάτας, præfectos, quid aliud ratione fateri cogetur, nisi Deos istos esse præfectos Angelos à Deo? Et Philo insignis Platonicus, scribens de Angelis, Platonis hoc vtitur nomine ἁριστάται. Deus summus præfecit eos à quibus regimur, vt rectè viuētes, in cælū ab eis adducamur. Clarius itē quod antè proposuerat, repetens in Phædone, quod immūsus iacebit iuxta Orpheū, in cælo illo turpi inferorū, purgatus autem, & expiatus illuc appellens, μετὰ θεῶν ἀνήσθη, habitabit cum Diis, Angelorū innuit cōmercium, & celeberrimā in sacris litteris Σοφείων. Hanc Plato ab omnibus retro sæculis auditam, celebratam, Socratem fecit moriturum decantare, Quicumque iustè vixisset, latus iam cum Diis futurus moriatur. Eodem libro iterat, ei qui non fuerit rectè purēque philosophatus, id est, qui curā carnis nō abiecerit, fordes voluptatum non eluerit, in genus Deorū aspirare nefas: εἰς δὲ γὰ θεῶν γένος μὴ φιλοσοφῆσαι, καὶ παντελῶς κερδαρῶς ἀπιόντι, ἢ γέμει ἀφικνεῖσθαι. Quanta quoque maiestas est & eorum quæ denique eodē libro cōcludit, quæ de fontibus his, à quibus fluxit Theologia nostra, per omnē mundum iam inde ab ortu hominū manantibus, habuere originē: Quod in cælo sint diuina spectacula, beati spectatores, καὶ διὰ τὴν θεῶν ἀλυσσιν καὶ ἱερὰ αὐτοῖς εἶναι: Etiam verò lucis, & templā Deorum esse, ἐν οἷς τῶ ἰσχυρῶν θεῶν εἶναι: In quibus veri habitatores Dij incolant. Quodq; euidentius probat planetarum Diuinitatem esse superuacaneā, veros E iij

*Dæmones, angeli.*


*Psal. 137. Psal. 8.*

*Deus, τὸ ἐν, Vnitatis.*

*Dij curatores qui.*

*Alij Dij non sunt, quam angeli.*

*Angeli, filij Dei vocantur.*



*Dij cælestes veri beati.*

autem Deos esse cœlicolas illos beatos, ecce manifestè fatetur Plato ab illis Diis cœlestibus, Solem, Lunam, & astra, qualia sunt, cuiusve naturæ, videri, reliquàmque omnè comitari eos felicitatem. *καὶ τὸν δὲ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστρα ὁμοίως ἵπ' αὐτῶν, οἷα τυγχάνει ὄντα, καὶ τῶν ἄλλων ἐν δαιμονίων ἀκόλαστον εἶναι.* Qui sunt igitur isti Dij, qui sub pedibus labètia sydera cernunt, cernunt quæ substantia Sol & astra, in cœlestibus templis habitantes, cū quibus iusti triumphant? Vident ordines, motusque cœlestes: Videlicet illi in nostra Philosophia, nusquam non obuiam Angeli cœlicolæ: Quorum multitudinem adorare virum in excelso throno sedentem, & psallere vnà vidit Propheta: quorum esse templa in cælo & Plato dicit, & felicissima, iucundissimaque spectacula cerni. Et in Cratylo cū dubitat de Diis loqui, quid aliud suspicandū quàm substantias illas inuisibiles eū sensisse? Hi quoque sunt Dij, quorum neminem inimicum homini esse dixit in Theæteto: *ἐδείξεν θεὸς δῖονος αἰθέρῳ ποίσι.* Quo quidem liquet solos qui dicuntur à nostris Angelos, tales esse, qui cūstodes vbiq̄ & fauentes hominum afferūt, & qui gaudent in cælo super vno peccatore penitentiam agente, ob incredibilem erga genus humanum beneuolentiam. Neque enim hi, vel Homericæ Dij possunt esse, qui sæpe mortalibus nocere, neque Dij, qui Aristoteli concitant orbés cœlestes, quòd naturaliter agentes, homines neque odisse, neque amare possunt. Quòd autem dicit ibidem, peritura omnia vel apud Deos vel homines, si rapidus cæli cursus semel consisteret, ostenditur hos Deos esse cœlicolas illos, quorum sunt cœlestia domicilia, cum Solis orbe adiuncta. Sic necesse est Angelos sentire eum, cū ait eodem libro, mala nullum apud superos habere locum. Eòque conandum, vt illuc quàm ocysimè conuolemus, *ἔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἰδρῶσθαι.* Deus quoque hospitalis, quem memorat in Sophista, qui nos comitetur, bene, ac male facta intuens, est primum quidem ipse summus Deus, tum verò Angeli, qui venerunt Sodomam, sceleratorum facinora cognituri, vt animaduertent. Veneruntque peregrinorū habitu, *καὶ δὴ καὶ τὸν ἔξῃον ἐχ' ἡμισυ θεῶν (λωπάδων γηγρόδρον, ἕβρεις τε καὶ εὐνομάας τῆς ἀθρώπων κερδοῶν.* Nèc aliud ferme est Angelorum munus quàm quod ibi ex opinione maiorum Plato pronuntiat, eos peregrinorum habitu versari per vrbes. De quibus etiam diuinè iuxta Theologiam nostram in Politico, quòd omnes mundi partes distribuerint inter se principes Dij: *ὡς νῦν καὶ τῶ ποίσι θεῶν τῆτο ἕκαστος θεῶν ἀρχόντων πάντη τὰ τῆ κόσμου μέρη διελθήμενία.* Qui sunt enim hi Dij principes, nisi qui à nostris item prisca Theologis principes prouinciarum, nationumque declarantur? Et Deus constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Dei. Hi sunt, quos beatos omnes dixit in Symposio, & in Phædro, quos item sensisse Deos par est, nisi Angelos, cū ait eruditione nihil apud Deos, & homines esse honorabilius: *τῆς ψυχῆς πάλαι εὐστῆν, ἢς ἔτε ἀθρώποις ἔτε θεοῖς, τῆ ἀληθείας ημιώτερον.* Et cū memorat eodem libro, equos Deorū, & aurigas, & dicit in cælo habitare *τῶν θεῶν γένος,* Deorum genus: Et quod omnium euidentissimum, magnum in cælo principem Iouem currum agitantem volucrum equorum, ire per cælum ornantem omnia, & disponentem, hunc autem sequi totum exercitum Deorum, ac Dæmonum. Hi Dij neque poëtici illi, neque syderum, qui nequeunt à corporibus luminibusque suis diuelli. Et ipse Plato dicit hæc fieri *ἐν τοῖς ἕρανῶν,* intra cælum supra syderibus. Idq̄ etiam Aristoteles suscepit, vt postea monstrabitur. Et quòd ibi sit vita Deorum, Ambrosia, Nectârque, & quòd locum illum nemo pro dignitate decantauerit. Nōne hæc excludunt hinc Deos Poëticos, illinc cœlestes Intelligentias inseparabiles, vt toties dixi, ab orbibus suis? & qui infra Deos illos beatos, Iouisque assecras habitent? In Alcibiade, qui dent hominibus bona largientes, & qui non exaudiant iniusta precantes, & quòd muneribus non capiantur. Et quòd in Protagora, qui à Diis diligantur sint optimi. Et in Gorgia, minus miserum esse, qui det pœnas *ἕκαστος θεῶν καὶ ἀθρώπων:* à Diis, & hominibus. Ab illis nimirum qui per omnem mundum inuisibiliter commeantes, castigant sæpe delinquentes. Eodemq̄ libro, sententiam sapientum esse, Deos, hominesque habere *τῶν κοινῶν,* societatem. Et quòd sit lex apud Deos, sanctè qui vixisset, tendere ad insulas beatas. Denique nō manifestos illos, & claros astrorum Deos, Platonem, sed quosdam alios diuinos animos, ignotos autem nobis, sensisse, apparet quòd in Cratylo veretur de eis loqui: *ἐκ μὲν τῶν θεῶν, ποῶς θεῶν ἀπαλλαγῶν, ὡς ἐγὼ δέδεικα. περὶ αὐτῶν ἀβελήματα.* Deorum, inquit, sermoni, per ipsos Deos supersedeamus, nam de eis vereor loqui. Sunt alia multa toto opere exèpla, ex quibus hæc necessariò consequuntur. Primum, Deos hosce neque Intelligentias cœlestes esse, neque Deos Poëtarum, ex hominibus in Deos relatos. Secundum, quòd

Dij, custodes hominum, angeli. Dij Homericæ, noxij sæpe.

Mala nulla apud superos. Deus hospitalis. Gene. 19.

Dij principes.

Iouis currus, & Deorum exercitus.

Ambrosia, Nectârque.

Dij castigatores scelerum.

Aquòd cum separatim nominet multis in locis, Deum eminentissimum, in Timæo, vt alia taceam, cunctarum rerum opificem, in Epistolis, principium, medium, finem, omniumq̄ regem, necessariò quos alibi dixit, ac celebrauit Deos, esse genus illud, quod antiquissima Mosis Theologia vocauit Angelos. Cūque ferat in Timæo cuncta ab illo supremo fatore creata, etiam Deos, hi & inferiores erunt summo illo, & erunt creati, omnisque eorum natura talis erit, & munera, quæ vera Theologia tribuit Angelis.

Ex Aristotele de Diis siue Angelis, quos similiter ac Plato in cælo supra motus aetheros locauit, & beatos eos, rerumq̄ humanarum custodes dixit.

CAPVT IIIII.



Adem ratio valet apud Aristotelem, & quidem vel inuitis, si qui forsitan obtusiores, efferaciorisque sunt, Peripateticis. Aristoteles in libris vniuersalis Philosophiæ, in cæteris item libris, vnius primi motoris celebrauit maiestatem, ei solam hanc tribuens mirabilem, stupendamque potentiam, quòd indefatigabiliter cœlestes orbés intorqueat, prætermisissis indignè multis longè melioribus, quibus altissimi Dei maiestas præcellit, sensibilibus modò consideratis, inuisibilibus, quæ religiosè tota vetustas concelebrauit, silentio posthabitis. Quo flagitio etiam peccauit, cū esset alia Diuinitas audita sibi, traditæque à patribus, quorum diuinam censet sapientiam, præterquam illam cœlestium sphaerarum motricem, eam tamen dissimulante vbi differendi locus erat reticuit. Verùm quoniam quòd bene interdum dissimulamus, languescente vigilia clabitur incautis, sic eximius vir tandem à barbarica illa, coactaque superstitione reuocatus, aliam confessus est, & summi illius Dei, & diuinorum animorum Diuinitatem. In libris de cælo, si quis originem sermonis recognoscat, scripsit, quæ præceptor ante Plato in Phædone, & Phædro de Diis supercœlestibus, semperque beatis, quibus & templa in cælo dedit, & lucos, aureasque domos, itémque spectacula diuina, diuinas voluptates, Nectar, Ambrosiam. Hoc igitur sentiens, & respiciens Aristoteles, in primo de Cælo, primam è tribus nuncupationem vocari cælum asseruit, *ἐν τῷ θεῶν πᾶν ἰδρῶσθαι φαιδῶν:* In quo totam dicimus habitare Diuinitatem. Hanc autem Diuinitatem, ne stellarum arbitreris, ecce primum, hoc significatu refert cælum appellari, extremam totius mundi circumferentiam, quidquid extra Solem, Lunam, omnisque cœlestes orbés putatur esse. Siquidem statim subiicit secundum & tertium significatum. Secundum, cælum esse quod his extremi mundi regionibus subiacet, in quo luceat Sol, Luna, multaque alia astra. Tertium significatum esse, totum vniuersum, quod ab vltimis mundi regionibus clauditur. Apparet igitur primum cælum, & Deos eius, neque Solis, Lunæ, stellarumque orbem esse, neque Deos illos esse Intelligentias, orbis quamque suam motricem. Intelligitur eum prædicasse quod in nostra Theologia, Chaldæorum, Ægyptiorum, veterum Græcorum habetur, & sæpe dulci amore raptus Plato prædicauit, fecitque Socratem decantare moriturum, quòd sit accessus iustis, ac bonis. Ac ne putes Aristotelem iuxta consuetudinem, quotidianumque sermonem fuisse de hoc cælo locutum, ecce melius, & clarius, & ex intimis Philosophiæ mysteriis repetit, extra cælum ostensum, ac probatum sibi nullum esse, neque esse posse corpus. Itaque perspicuum esse, neque locum, neque vacuum, neque tempus esse extramundum. Quo circa neque in loco quæ ibi sunt, esse, neque facere tempus ea fenescere: neque vlli mutationi subiacere, quæ longissimè sita sunt supra cœlesti concitatione: Sed immutabilia, & impossibilia, optimamque vitam, & opulentissimam perenniter, omnique æternitate degere. Hanc Aristotelis rerum beatarum descriptionem, omnem sermonem, scito esse, quem Socratem moriturum, cui mors ob hanc fidem non modò displicere, sed propemodum placere videbatur, inducit Plato prædicantem, in quo miris laudibus patriam cœlestem commendauit, eam esse è lapidibus pretiosis, omnem visibilem pulchritudinem superantibus, Sardis, Iaspidibus, Smaragdibus: Hic auream esse terram, diuina spectacula, beatos spectatores, multaque alia egregia, vt suo loco narrabitur. Antea verò dixerat, *ὅτι ἐκείνός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς ἕρανός, καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς, καὶ ἡ ὡς ἀληθὴς γῆ:* Quòd illud sit verum cælum, & verum lumen, & vera terra. Postremò templa Deorum ibi, Deosque veros esse habitantes.

Primus motor, celebratur ab Aristotele.

Flagitium Aristotelis qui sphaeris cœlestibus diuinitatem tribuerit.

Cælum quid apud Aristotelem.

Extra cælum, nullum corpus: & quæ cœlestis beatitudo.

Mors cui Socratem non displicere.

Templa Deorum, cœlestes sedes.

tatores: Non scilicet poeticos illos, aut stellas, sic cælum aliud esse longè quàm istud, D  
 sicut Aristoteles de primo cæli significatu locutus est, eoque præmisit tanquam dignius  
 omnibus cælum illud. Et res quas dixit illic incorruptibiles, beatas, sunt quas antè vo-  
 cavit πῶν τὸ θεῖον, totam Diuinitatem. Omnis igitur hæc duorum magnorum Philoso-  
 phorum descriptio, & omnis de beatitudine sermo est de Angelis, qui etiam à nobis di-  
 cuntur Dij, quia quos describit, neque sunt poetici illi, neque motores orbium. Nam  
 docuit eos esse longissimè supra & extra motus cæli, non in loco, non in tempore. Hæc  
 autem Theologia vera. Cùm igitur Aristoteles, & principem quendam Deum, & item  
 Deos extra Solem, & Lunam beatissimè, sempiternùmque viuents prædicet, certè non  
 possunt hi esse, nisi Angeli apud Mosen, quòd nomen officij est non Naturæ. Nam ad  
 Naturam debent appellari aut Dij, aut animi beati, aut mentes, vt à nostris, & à Plato-  
 nicis vocantur. Etiam verò interpretes Aristotelis, videlicet Simplicius, plurèsq; alij,  
 sentiunt eum illic in libris de Cælo de separatis Intelligentiis locutum, sed orbium mo-  
 toribus: Cæteri, inquit interpretes omnia, de ἀκινήτων ἀστέρων, immotis causis, cælestia mo-  
 uentibus, dicta volunt intelligi, probatque Simplicius contrà quàm sentiret Alexander,  
 de corporibus diuinis Aristotelem hæc dicere non potuisse. Nam cùm dicat extra cæ-  
 lum degere beata illa, quomodò cælum extra cælum esse potest? Et cùm dicat nullius  
 eorum esse mutationem; cùm cælum semper moueatur. Sed neque ea quæ sunt remo-  
 tissima à motu cælesti dixisset, Tum concludit: καὶ τῶν ὑπερῶν καὶ τῶν ἀκινήτων ἀστέρων οἴοιτο  
 λέγειν, τῶν τὰς ὑπερῶν κινήτων σφαιρῶν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἀστέρων οἴοιτο λέγειν, τῶν  
 καὶ ἀκινήτων, καὶ ἔξω τῶν ὑπερῶν κινήτων, ὡς ὑπερῶν ἀκινήτων ἀστέρων. De cælestibus & immotis princi-  
 piis videtur dicere, sphaeras cælestes mouentibus. Sed omnia, quæ præcedūt, fieri potest,  
 vt minime violenter ad intellectuales, & immobiles causas, & quæ dicuntur extra mun-  
 dum esse, vt supermundanæ, possint applicari. Cernis substantias supermundanas. Sed  
 interpretes addiderunt motum, quem nec Aristotelis memorauit, nec rationi est con-  
 sentaneum, vt substantias extra cælum remotissimas, dixerit mouere cælum. Ergo sunt  
 Angeli, siue Dij, & eorum munera respexit quemadmodum Philo Judæus, quæ Plato &  
 Aristoteles tacitè senserunt: ἄγγελοι τῶν ἀστέρων ἰερεῖς καὶ θεοὶ φύσις, ἑποδῶν οἰκονομοὶ, καὶ ὑπαρ-  
 χοὶ τῶν ἀστέρων θεῶν, δι' ὧν οἱ ἀστέρων κινήσονται, ὅσα ἐν ἐξουσίᾳ τῶν ἰσχυρῶν τῶν ἀστέρων ἀγγέλλει.

Angelus, of  
fuij nomen,  
non naturæ.

Ex cæteris locis probatio, Deos Angelosq; Aristotelem sensisse supra sydera  
motusq; cælestes, eumq; de beatitudine eorum vera scripsisse.

C A P V T V.



AD EM ratio apparet, & colligitur ex his, quæ cæteris in locis est sa-  
 penumero locutus, quæ declarantur in libris de Cælo testimoniis.  
 Nam referens oculos ad eam beatitudinem, qua in libris de Cælo,  
 Deos, beatosque animos illos extra motus machinamque cælestem, F  
 & extra flammantia mœnia mundi frui dixit, in libris de moribus ad-  
 dit, τοῖς γὰρ θεοῖς πᾶσι ὁ βίος μακαρίας: Diis enim omnis vita beata est. Re-  
 petamus igitur rationem: cùm vnum singularémque sæpe Deum no-  
 minet, cùm sit Philosophi principem, singularem, summum, vnumque fateri, qui tan-  
 dem erunt hi Dij beati: non videlicet ex hominibus arbitrio poetarum deificati: Deos  
 autem illos oportet ab hominibus differre, neque animi syderum, sed illi quos extra cæ-  
 lum supra mundum viuere felices prædicauit. Superest igitur in quo Platonem est secu-  
 tus vt sint animi, mentesve, quas nostri ad hunc Aristotelis sensum, vocant ὑπερῶν,  
 super cælestes, quorum incredibilis fertur beatitudo, & agere dicuntur, quod Deorum  
 proprium censuit Aristoteles, intueri, intelligere, noscere, cùm omnia, tum verò pul-  
 cherrimum, formosissimum Deum. Dicit enim ibi Aristoteles: ἡ δὲ τέλει εὐδαιμονία, ὅτι  
 θεωρητικὴ τις ὄντι ἐνέργεια, καὶ ἐνθεῖναι ἐν φανερῶν, τὰς θεῶν γὰρ μάλα ἐπιτελεῖται μακαρίας καὶ  
 εὐδαιμονίας εἶναι: Quòd perfecta beatitudo, contemplandi sit actio quædam, vel inde cla-  
 ret, quòd Deos maximè beatos, & fortunatos arbitramur: Deinde durationem nullam  
 esse actionem, quam Diis illis dignam adiudicemus, quàm contemplationem. Ex hoc  
 igitur apparet eos esse Angelos, quorum vnus videlicet Raphaël, vnus inquam ex septè  
 dixit se vesci cibo inuisibili, qui ab hominibus videri non possit, & quod astaret còspectui  
 diuino

Dij beati quis  
quo loco.

Animi su-  
percælestes: et  
quod eorum  
munus.

Contemplatio,  
sola digna  
Deorum vita.

Adiuino. Hæc contemplatio, quam Aristoteles, siue ex superiore Theologia, siue ingenij  
 bonitate sensit, iudicauitque solam dignam, quæ vita, & actio diceretur Deorum. Asta-  
 re se præsentia diuinæ fatentur illi, Aristoteles eos contemplari, intueri, speculari. Quid  
 aliud à cælestibus Theologis expectes? Eisdem Deos, & hanc rerum felicitatem cùm  
 necesse est innuere, cùm in eisdem libris de Nestare Deorum loquens, quod vulgares  
 arbitrentur vinum, quoniam nihil vino dulcius opinentur. Id ait eis accidere ex inso-  
 lentia, quasi decernens Nectar illud Deorum, non quidem vinum esse, sed omni vi-  
 no suauius, longèque iucundius. Cùmque superius nihil aliud agere Deos, quàm con-  
 templari ex ratione reperisset, bibunt autem Nectar, claret certè Nectar esse contem-  
 plationem. Sicque eò deuoluit ratio, vt etiam hi Dij contemplantes sint, qui se cibo  
 inuisibili, isto nempe Nectare vesci prædicabant. Verisimiléque fit Aristotelem sensisse,  
 de beatitudine Deorum, scribebantem quæ præficus vates Homerus \* cecinerat, θεοὶ πείρα  
 ζῶοντες: Dij beatè, & faciliè, sine labore viuents. Et de Olympo:

Nectar Deo-  
rum quid.

\* Odyss. d.

τῶ ἐνὶ τέρποντι μάλα γαυροὶ θεοὶ, ἡμέτερα πάντα.  
In quo Dij gaudent, exultant tempus & omne.

In Iliad. ali-  
cubi.

Et quòd sunt ἀκίδηες, citra dolorem, & curam. Quam solam veram esse de Diis senten-  
 tiam Plutarchus existimat. Vt item Plato ex antiquissima Theologia docuit Deum su-  
 premum diuinis principes quosdam, qui regerent homines, præficcisse, qui scirent, cern-  
 nerentque pia & impia facta, sic tales etiam Aristotelem spectasse necesse est, in decimo  
 B de Moribus, vsus Platonis nomine: εἰ γὰρ πῶς ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρώπων ἔστω θεῶν, γίνεται  
 ὡς περ δούκων, καὶ εἶναι ἐν εὐλογίᾳ: Si qua enim rerum humanarum est apud Deos prouidentia,  
 vt videtur, etiam rationi consentaneum, delectari eos re optima, & sui simillima. Quæ  
 quidem est mens. Et eos qui partem hanc honorent, excolant, redamare, remunerari,  
 ceu qui rem sibi amicam & consanguineam curent, laudabiliter item, & honestè viuant.  
 Talia fatur Aristoteles de Diis curantibus res humanas, quibus mens, quam solam in li-  
 bris de Generatione animalium diuinam, solamque exterius venire in libris de mori-  
 bus, differre, & separabilem esse à composito, dixit, fit συγγένεια, maximè consanguinea,  
 coniunctissima, simillima, gentilissima, vt sic nunc loquar. Hanc docet amari à Diis,  
 vt rem eorum similem, vt ille dixit, Conseruus enim tuus sum, & fratrum timentium  
 Iesum. Hanc Deorum in terris esse prouidentiam, quòd gubernent in vniuersum quidè  
 res humanas: in particulari autem, eos qui excolant animum purum, integrumque  
 habéant, amicam Deorum & consanguineam mentem non sinant impurari, violari, con-  
 taminari, hos redamare, hos remunerari Deos. Qui sunt igitur hi Dij, ab illo summo,  
 quem singulariter toties celebrat, nomine multorum distincti, qui veniunt, videntque  
 res terrestres, non scilicet corpoream vitam suppeditantes, sed etiam subtiliora cernen-  
 tes, videntes qui bene, qui male agant: Qui sunt inquam qui amore afficiuntur erga bo-  
 nos, erga sapientes, redamantes eos vti fratres suos. Quid enim aliud est συγγένεια, ab eadè  
 stirpe, ex eisdem fontibus ortus, ex eadem Diuinitate delibatus? Ecce quanta sit de  
 C Diis, aut Angelis apud Aristotelem Theologia. In libris de Cælo explicat eorum beati-  
 tudinem, describens locum, quòd sint vltra Solem, & Lunam, vltra definitionem hanc,  
 qua cuncta clauduntur, cælestem, in alio meliore mundo: Hic eos agere beatos omne  
 æuum, nec temporibus subiectos, nec locis interceptos. In libris autem de Moribus, parti-  
 cularibus, & clarius beatitudinem, præstantissimásque voluptates eorum esse, quòd con-  
 templantur, quòd sunt sapientissimi. Et dicit eos suauioribus interesse mensis, quàm sint  
 vina mortalium, respiciens illam contemplationem, panemque Angelorum. Rationem  
 igitur attende. In libris de vniuersali Philosophia, inquirat de beatitudine eius, quæ di-  
 citur Mens: denique multis examinatis, eò tota ratio recidit, quòd Mens est beata con-  
 templando, sed non contemplando aliud quàm seipsam. Hanc autem Mentem requi-  
 rens eadem, de ea in libris de Moribus, Deum illum summum appellat. Quid igitur se-  
 quitur? Deus summus qui dictus est à præfca Philosophia Mens, contemplatur, & con-  
 templando est beatus, non contemplatur autem nisi seipsam, quia siquid aliud contem-  
 plaretur, quòd contemplando felicitaretur, omnino excellentius esset, à quo Deus esset  
 beatus. Sed non est Deo melius, ergo seipsam contemplatur, ex seipso fit beatus. Item  
 Dij contemplantur, ex eo beati: sed non nisi vnus est qui dicitur propriè Deus, cui nihil  
 antestat, & præsidet, qui ex sui contemplatione fiat beatus. ergo Dij, quos in libris de  
 Cælo, & de moribus, seruo, & asseueranter beatos dixit, & beatos ex contemplatione,

Dij delectan-  
tur rebus opti-  
mis & sui si-  
millimis.

Mens cogna-  
ta Diis.

Apocaly. 19.  
& 22.

Deorum prou-  
identia vni-  
uersa & par-  
ticularis.

Dij ab eodem  
fonte & ge-  
nere ori.

Deorum aut  
quod.

Mens beata  
contemplado.

Dei contempla-  
tio quæ.

Deus vnus  
propriè.

Dij quomodo beati.

Beatitudo quid.

Remuneratio bonorum.

Dij qui apud Christianos.

non sunt beati contemplantes seipfos, cum sit vnus eminentissimi, quo nihil excellen- D tius, suimet contemplatio. Ergo cum Dij illi sint beati, beatitudo sit contemplatio, non ex seipsis sunt beati, quod ratio quæ facit primum contemplari seipsum, quia non est superius, eadem facit eos contemplari maximum illum, supereminentem. Efficiturque vt isti Dij sint beati ex contemplatione illius maximi, cuius contemplatio & ipsummet, & minores Deos reddat beatos, Hæc omnis ratio fluit ex Aristotele, Sicque descripsit locum, descripsit beatitudinem. Definiuit eam, luculentèque expressit, quod sit contemplatio: ex dictis autem ratio descendit, hanc contemplationem esse Dei illius super- ni, Ad hæc Aristoteles, de Diis his, naturæ bonitate, nouit hanc Theologiam, eos gu- bernare res humanas: in particulari autem, bonos, rectè, iustèque viuentes, sapientesq; nec diligere modò, sed ex amore, & benevolentia remunerari eos. Sicque colligitur to- ta, quæ nostris in litteris Spiritus sancti instinctu scriptis, de Diis, vel Angelis extat, apud Philosophos Theologia. Ducit enim vocatque nos Natura ad has considerationes, & confessiones. Et sicut litteræ nostræ nos docuerunt beatitudinem esse, videre illum fac- cie ad faciem, & sicuti est: sic docuit eos Natura, non aliud esse beatitudinem, perfectis- simam, locupletemque omnium magnarum voluptatum, quàm contemplari Deum, quem dixerunt contemplari seipsum, ex eo beatum. Deus autem si sit ex seipso beatus contemplando, certè & minores omnes mentes reddit vsus beatas. Sicq; ex contempla- tione Dei nascitur omnis generatim beatitudo, & omnium Platoniorum est confessio, nos redire oportere ad vnitatem, à qua processimus, quod sola perfectè docuit horum E temporum Theologia. Hæc erit illa, quam Aristoteles dixit à Diis remuneratio bonorù, quod ad has inauditas ducent eos voluptates. Nihil enim licet aliud cogitare remunera- tione Deorum dignum, cum terrena bona sint corruptibilia, non ipsa modò euanescentia, diffluentia, sed corrumpentia etiam possessores. Quæ nemo sapiens vnquam concu- piuit, nec Deus ipsa nobis ea largiri, nec polliceri voluit. Et hoc item est, quod diuinitus omnis confessæ est vetustas, & approbavit idem Aristoteles, in Eudemis moralibus septimo: ὅτι εἰ κατὰ τὴν φύσιν ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοί, δι' ἀρετῆς ὑπερβολῆν: Si ita est, inquit, vt dicitur, homines fieri Deos, ob virtutis excellentiam, hanc virtutem esse heroicā, quam ipse scribit esse supra nos. Hoc præmium Deorum collatum sui simillimis, quod quasi in hoc mundo excellenti virtute deificatos, efficit ex hominibus Deos: fiunt æquales An- gelis Dei, fiunt filij Dei, cohæredes Christi. Hæc tota vetustas clamabat, sentiebat, erant voces quædam per omnem mundum, de præmiis cælestibus, quod iustissimi, sapientissi- mi, patriæ, suorum, Dei cum primis & virtutis amantissimi, ex hominibus fiunt Dij: æquales scilicet supernis illis. Et nos fatemur eos diuos, qui virtutibus his heroicis incla- ruerunt, quos nulla fraus corripit, excellens virtus, stabilis benevolentia, & charitas, in- signisq; iustitia decorauit, pepercerunt inimicis, quos multo quidem dignius, & magis ex Philosophia retulimus in diuos, quàm illi Herculem, multosq; alios mortales, in qui- bus virtutes heroicæ illæ perfectæ non fuerunt. Possent alia multa deducere ex Aristotele super confessione Deorum, quos ipsa ratio & sermo & Philosophia separat ab illo F primo, & sermo de his necessariò cadit in eos, quos Angelos Moses, omnium scriptorum vetustissimus appellauit.

Quod vitam, naturamque Angelorum, & felicitatem Poëtæ sicut & Theo- logi descripserunt.

CAPVT VI.

Non extat Callimachi li- ber vnde id sumptum est.



Deos etiam siue Angelos inuunt Poëtæ, beatitudinèque eorum habent exploratam à sacris litteris non dissentientes, cum de eis multa differunt: Vt quæ canit optimus Poëta Callimachus:

Κῆνοι γὰρ τ' ἀνοσοὶ καὶ ἀρήγεοι πόνον δ' ἀπειροὶ  
Βαρύβοαν πτόθ' ἴκον περὶ φρονέοντες ἀχρόνοντος.  
Hi morbis, senioque carent, nesciuntque labores,  
Traiectum resonum qui effugerunt Acherontis.

Et quod Homerus præter supradicta, qui regionem eorum, locum, vitam, escamque sæpe pulchrè descripsit:

Οὐ γὰρ

A Οὐ γὰρ ὄντων ἐδύσαν, ἐπίπυσαν ἀΐθροπα οἶνον  
Οὐνεχε ἀνάμμενες εἶσι, καὶ ἀθάνατοι χελόνται.  
Non pane vescuntur, non gustant cærulea vina,  
Sanguinis expertes hinc sunt, immortalisque.

In nostris litteris fatentur se cibo vesci, qui ab hominibus videri non possit. Panisque Angelorum notus, non quo vescimur ipsi. Hi sunt etiam, quorum se naturam nominatq; nescire fatentur. In Cratylo Plato: ὅτι καὶ θεῶν ἐδὲν ἰσχυρὸν ἔτε καὶ αὐτῶν, ἔτε καὶ τῶν ἀνο- μάτων: De Diis, inquit, nihil scimus, neque eorum nomina sunt nobis nota. Eorum ci- bum, veramque beatitudinem audiuit, nouitque vetustus Pherecydes, Pythagoræ præ- ceptor, de quo Plutarchus in eo quem de facie quæ visitur in Luna: ὡς φερεκύδης ὁ παλαιὸς ἵεταί σιτεῖσθαι αὐτῆς θεῶς ἀμφοσίαι, καὶ νέκτερι: Quemadmodum sentit prius Pherecydes, eos ipsos vesci Nectare & Ambrosia. Agnoscunt omnes igitur, Deorum cibum non mor- talem, vt nostrum.

Deorum no- mina nobis ignota.

Considerationes ex Marco Tullio, apud quem est Deus supremus, & item alij Dij nominantur, qui præterquam Angeli esse non possunt.

CAPVT VII.

B ADEM si quis velit, ex Marco Tullio, quem ego Romanæ non modo Cicero, et elo- quentia & philosophia princeps. De Legib. l. 1. Lex orta cum mente diuina. Deus prin- cept, animi creator. Lib. 1. 2. De natura Deor.

facundia, sed etiam cum Varrone Philosophiæ principem libenter prædicauerim, præcipue quod ferme quæ apud Philosophos Græciæ scripta reperisset, cum delectu, & iudicio suo, Romana lingua expres- sit, deducet. Est apud eum supremi Dei sæpenumero confessio, quem modo vocat, vt dixi, supremum: Animum, inquit in Legibus, gene- ratum esse à supremo Deo. Nunc appellat Mentem diuinam, quæ sum- mum Iouem. Orta, inquit, simul est lex cum Mente diuina. Quamobrem lex vera, atque princeps ad iubendum, & ad vetandum ratio est recta summi Iouis. Ortam dicit cum Mente diuina, id est, æternam, comitem æterni Dei Sapientiam: Modò Platonem secutus in Timæo, mundi procreatorem, qui animum ex sua mente & Diuinitate genuisset: Modò creatorem Solis, qui eum in secundo ambitu seu sphaera supra terram ac- cenderit: Et in Somnio, Animus datus à Deo: Et, ab eo munus humanum assignatum. & quod princeps ille Deus mouet, moderatur hunc mundum. Hæcque declarant vnus magni, ac sempiterni Dei excellentiam. Supremus, summus, creator mundi, & lucis, creator animi, princeps Deus, motor mundi. Cum igitur hæc eminentissimum, singu- larem, vnúmque designent, quod pertinebit cum Deos multos nominat, præcipue poë- ticiis illis exclusis, quos nec ipse, mea quidem sententia admitteret in Philosophia: Ergo cum quærit de Natura Deorum, \* Quid hæc nominatio designabit? Omnem fortasse naturam, quæ diuina putatur. Quid illud in secundo? Itaque sit credibile Deorum, & hominum causa factum esse mundum, quæque in eo sunt omnia. Si factus est causa Deo- rum mundus, certè fuit tempus, cum non essent Dij, quibus factus est mundus, sicut item non erant homines, quibus item factus est. Sed mouet admirationem, quod addit: Faciliusque intelligitur à Diis immortalibus hominibus esse prouisum, si erit tota homi- nis fabricatio perfecta, omnisque humanæ naturæ figura, atque perfectio. Quantus er-ror? quàm non digna tanto viro inconstantia? Pauld antè, Diis creatus est, & hominibus mundus, vt vna probetur generis vtriusque conditio. Si creatus igitur, an à supremo, ac præpotenti Deo, an ab his, quos postea dicis hominibus prouidisse? Si à præpotenti Deo, non à Diis est hominibus prouisum, sed ab isto ipso principe Dec. Si ab illis, non est ergo eorum causa factus mundus, quippe quo tandiu carere non potuisset. Hoc item conse- quitur, si Diis hominibus est prouisum, Dij non sunt homines in Deos relati, quia res creabantur, prouidebatürque hominibus à Diis, nondum poëticis Diis illis exortis: sic neque sunt, aut esse possunt Dij syderum, ac aëtorum, qui præter motus illos perpetuos, nihil largiri possunt hominibus, solam lucem, & calorem terris infundentes: cum autem prouidentia, quam prædicat, sit multiplex, ac varia, præcipue quod eam, quæ ad figuram humanæ naturæ, & totam hominis fabricationem pertinet, narravit, si rectè censeas à Diis illis motoribus, quos sola versandorum perenniter cælestium orbium cura sollicitat,

profectò exerceri non potuit, qui relictis motibus cælestibus, in terrâ ad humanam tam solertem fabricationem descenderent. Huc adde, quòd nec isti erant antequam prouisum esset à Diis. Superest igitur corrigendum quod secundò loco dixit, & testimoniis eius destruendum, cum dicit Deum supremum præclara quadam conditione hominem genuisse, viuendi munus hominibus assignasse, animum in corpus induxisse, à quo iniussu eius discedere non liceat. In Timæo fatetur eum cum Platone mundi parentem, ac procreatorem. Illud igitur verius, hominum, & Deorum causâ, à principe, ac supremo Deo factum esse mundum: Deos autem animos esse maiores hominibus, minores ipso principe, non Deos autem stellarum, aut poëticos illos in catalogo hominum, non Deorum referendos. Non Dij stellarum faciunt quod supremus Deus decreuisset, ut hominum causâ Deus eos fecisse videatur, nempe ut lucem, calorémque in terras mitterent. Eorum autem causâ factum nihil videtur, qui seruiunt consiliis eius, qui cuncta hominum causâ facere decreuisset. Tūque in libris illis repetens rationem, iterum fateris mundum Deorum, hominumque causâ factum, quæq; in eo sunt omnia, ea parata ad fructum hominum, & inuenta. Esse enim mundum quasi communem Deorum, hominumque domum, aut urbem vtrorumque. Denique subiicit, Hæc si hominibus solis nota sunt (loquens de stellis, & effectibus) hominum causâ facta esse iudicanda. Sic dicis ab hominibus solis notata esse tempora, cognitos ortus, obitusque syderum, ut appareat te iudice, ea facta propter homines, ut Moses docuit à supremo Deo. Ex his igitur testimoniis claret eum contra naturam, Diis toto illo opere demandasse rerum prouidentiam, ac creationem. Quoniam poëtici Diis, qui creare mundum, attendere ad omnia nondum nati non poterant, & Diis astrorum exclusis, qui nec ipsi adhuc extrabant, facti postea cum toto mundo, nihil apparet, nec cadere in animum potest, quod nomine multorum Deorum sit sentiendum, quibus nec nomina sunt, nec capit mens, ut Deorum multitudo concurrere ad creando homines, omnemque mundum potuerint. Tum testimoniis eius tota res destruitur, nunc principem, supremumque Deum, nunc summum Iouem, nunc singulari nominatione parentem mundi nominantis. Videat igitur ipse, quid tandem sit, quod ait, Ut vero perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita cura est à prouidentia Deorum, ut semper essent & bestiarum genera & arborum, omniumque rerum. Quæ tanta inconstantia, nunc vnum singulariorem rerum creatorem, nunc multos, declarantis? Nisi forte Platonem est secutus, qui generationi animalium non eundem illum maximum, quem mundo nascenti præfecit, sed Deos inferiores. Quod item apud eum inconstanter dicitur. Eo autem vel maxime declaratur, Tullium incertæ mentis fuisse, quòd earundem rerum nunc naturam facit inuentricem, nunc Deum singularem, nunc Deos plurimos. Nam quod dixerat magnâ prouidentiam adhibuisse Deos, ut semper essent genera bestiarum, de his ipsis loquens, Nam primum, inquit aliæ mares, aliæ foeminae sunt, quod perpetuitatis causâ machinata Natura est. At non vides admissa Natura, quàm pateat Epicureis, & Cottæ contradicenti insultandi locus, qui quadam Naturæ necessitate, nullius Dei consiliis, fieri cuncta contendunt. At Aristoteles, quod quidem arbitror etiam Marcum sentire, ferè semper Naturam cum Deo conuocat, Deum & Naturam nihil temere facere prædicâs, Deos autem multos in creatione rerum, nunquam admisit. Et hoc ipsum quod nunc est à Marco dictum, duobus locis memorans, in libro de Generatione & interitu, de Republica, Deo singulari vtrouque adiudicauit. Ipseque repetit hæc opera fuisse prouidæ, solertisque Naturæ. Deinde exclamans, Sed illa quantâ benignitas Naturæ? Cum igitur hanc Naturam, solertem, prouidamque prædicet, quis erit nisi Deus, qui sit Natura prouidentissima, solertissimaque? Siquidem infert nouissimè, Sic vndique omni ratione cõcluditur, mente, consilioque diuino, omnia in hoc mundo ad salutem omnium, conseruationemque mirabiliter administrari. Quibus intelligimus, nunc Natura nominata, nunc Diis illis, reuolui tandem eum ac referri quasi Naturæ æstu, ad confessionem magnæ, singularisque Diuinitatis, quæ fuerit rebus origo: Qui fecerit mundum earum animantium causâ, quæ ratione vtantur: hos autem esse Deos, & homines, Naturamque solertem, & prouidam, solum Deum esse. Hæc igitur veritas erat, ut hi Dij, nec autores mundi, rerumque fuerint, & quorum, & hominum causâ facta cuncta dixit, Cotta contradicens grassatus est, & defæuit pro libidine cõtra Deos, videlicet poëticos

1. de Legib. Tuscul. & in 6. de Repub.

Omnia hominis causa creata.

Necque Dij poëtici, neque Dij astrorum, pro Diis prouidentibus habendi.

Prouidentia testimonium innumerabilia.

Cicero inconstans.

Aristot. 1. de celo cap. 4.

Natura, Deum

1. & 3. de natura Deorum.

A& superstitiosos. Facileque fuit tollere, qui non essent, his auferre mundi, rerumque motionem, qui quoniam homines fuissent, nullum Diuinitatis suæ signum dedissent. Perspicuum igitur, nisi Deos, quos sapenumero creatores, prouidentes vocat, animos illos diuinos sentiat, nomen inane esse Deos, quibus nihil subfit, qui nec poëtici, Diique illi, quos ex hominibus in Deos relatos fatebantur, possint esse, nec motores orbium cælestium. Et sæpe singularem nominauit. Illis autem Diis, & animis diuinis creationem rerum ac prouidentiam etiam ipsius testimoniis, & rationibus, eam ob causam detrahemus, quòd cum iuxta Platonem fateatur vnum totius mundi creatorem, cum mundo necesse est omnes animos creatos: Sicque creare mundum, qui non erant, non poterunt. Minus item suapte natura prouidere, nisi magnus ille postea præfecisset. Hicque erunt, quorum & hominum causâ effectum mundum prædicauit. Nam Deus summus, qui mundo sua Diuinitate, omni mundo meliore contentus, nunquam eguisset, sui ipsius causâ mundum non effecit. Nostra igitur, & illorum causâ fecit omnia. Illis cælum, nobis terram dedit, daturus etiam nobis cælum: quod Marcus Tullius ipse etiam asseruit. Hos igitur quos semper habet in ore ex superstitione potius quàm physica, constantique ratione, & quos contra naturam interdum præfecit creationi Deos, non esse Deos veros, sed à summo Deo creatos constat: quo redarguitur eos laborare creando non potuisse, totumque penè fictitium esse, quem de eis sæpe fudit sermonem, apparet ex eo quòd Cotta euertens de Diis habitam orationem, de Mente diuina sic loquitur: Audit igitur Mens diuina etiam de singulis. Videtis ergo eam non esse tam occupatam, quàm putatis, Fac esse distentam, cælum versantem, terram tuentem, maria moderantem, cur tam multos Deos nihil agere, & cessare patitur? cur non rebus humanis aliquos ociosos Deos præfecit, qui à te Balbe innumerabiles explicati sunt? Hæc ille dicens, profectò sentiebat aliam esse Mentem illam diuinam omnipotentem, cælo, & terra præsentem, omnia gubernantem, alios Deos ab eo præfectos, aut qui præfici debuissent. Et Dij à Balbo explicati sunt, quos diuina Mens præficere debuisset: Eoque merito conclusit, Itaque aliunde mihi quærendum est, ut & esse Deos, & quales sint, discere possim, quàm quales tu esse velis. Quare hoc primum reprehendum in eo, nisi quòd more suorum temporum locutus est, quòd de Natura diuina, à qua cælum, ac terra regatur locuturus, præmisit in titulo, de Natura Deorum. Quòd si de Diis veris, fabulosis, & non naturalibus amandatis, ad quorum explicationem cum delata fuèrit oratio, non habet ut in re commentitia quid proferat, deficitque omnis ratio, & ad Poëtas accurrendum est, venerat quæsiturus, non de Natura Deorum debuit inscribere, sed vi, mentisque diuina, aut Diuinitate. Sed dicamus proposuisse eum quandam Deorum farraginem, ut in sermone & vera, & omnis ea, quam vulgus coleret, Diuinitas quæreretur, ratio autem naturalisque inquisitio separaret à falsis vera. Sic certè effectum est. Nam is, de cuius prouidentia ac solertia, locupletissimæque omnium bonarum rerum inuentione, pulcherrimè & foecundissime disseruit, est verus, ac naturalis, singularisque Deus.

Facile fuit reuellere Deos qui non essent.

Deus sui causa mundum non fecit.

3. de natura Deorum.

Ex aliis autoribus de Angelis sive Diis, post summum Deum.

CAPVT VIII.



MENS igitur mortales, post vnum principem, ac caput, fontemque omnium, genus minorum animorum, quod ab omnibus retro sæculis audierant, constituerunt. Nec fabula fuit, quòd Homerus, Deum hominumque Deumque patrem toties appellat, sed rem naturalem & veram poëtice decantauit. Nec aliud est, ut sapenumero dictum, quod vetustas vsurpare solebat, à veteribus poëtici decantatum, cuius meminit in Republica Plato, quòd

Deus, hominum Deumque patrem Homero appellatus.

Θεοί ἕτεροι οὐκ ἔστιν ἀλλὰ ποιῶσι Παντοιοὶ τελεῖοντες ἑπιτροφοῦσι πολλοῖς  
Hospitibus similes, vnaque in veste, figuræque  
Ipsi adueniunt vrbes superi, ac versantur vbiq.

Quam quod sæpe litteræ sacræ referunt ad viros innocentes, & integros venisse Deos, &



Angeli, peregrinorum forma diversati apud pios & innocentes viros. Gene. 19. Huc referre que disputat Auguſt. lib. 16. cap. 29. ciuitat. Dei. Gene. ibid.

Dij humana conſpecti forma.

Catull. Ar-gonauticis.

Deos obambulare vrbes.

Iacob ſomnii. Gene. 28.

Dei & angelorum mentio in ſacris & profanis litteris. Gene. 19.

Iudic. 13.

ipſos ſcilicet Angelos, quos illi primum peregrinos arbitrati, ob eximiam, quæ tempore eo vigebat, hospitalitatem, mutuamque charitatem, accurrebant, preſentiaque manu, ad hoſpitiū deducebant, inſtruebant conuiuium, pedes lauabant, vt eſt etiam apud Homerum tam crebrum. Hoc memorans item Philo, παλαιός λόγος ὅτι τὸ θεῖον ἀνθρώποις ἐιχόμενον, ἀλλὰ εἰς ἄλλοις παθεῖν οὐκ ἐπιτρέψεται, ἐν κείνῳ, πᾶς τε εὐδικίας καὶ τῆς ἀνομιᾶς ἐξέταλαι. Priſca fama Diuinitatem in humana ſimilitudine nunc hoc, nunc illo habitu obambulare vrbes, æquitatem, & inæquitatem contemplantem. Quod Philo, & Plato prior ex poetis antiquis retulerunt, factum fuit eo tempore, quo duo Angeli Sodomam venerunt, ſcelerati populi facinora diligentius conſideraturi. Eoque dixerat Deus, Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam, conuerteruntque inde Sodomam, & abierunt. Ecce Deus quidem effatus eſt. Tacetur autem quod illi poſtea docuerunt, dicentes viro iuſto Loth, Delebimus enim locum iſtum, eò quòd creuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos vt perdamus illos. Miſi ergo fuerant à Domino, eoque Angeli, & miſi, etiam Hebraice. Tales Deos audierat, & norat vetuſtas adire vrbes. Atque ea quæ pauca, & potiora referuntur in ſacris litteris, credendum eſt, non apud ſanctos viros illos modò, ſed etiam gentes alias accidiſſe, vt Dij præſentes aut ad beneficia bonorum, aut ſupplicium malorum, aut alia in terris neceſſaria venerint, vnde apud omnes conſtans ea fama generatim increbuerit. Catullus igitur potius ex antiquis, quàm nouitiis poetis, E quæ quidem audierat:

Præſentes nãque ante domos inuiſere caſtas  
Cælicolæ nondum ſp̄reta pietate ſolebant.  
Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,  
Iuſtitiãque omnes cupida de mente fugarunt,  
Perfundere manus fraterno ſanguine fratres,  
Deſtitit extinctos natus lugere parentes,  
Optauit genitor primæui funera nati,  
Liber vt inuuptæ potiretur flore nouerçæ.  
Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,  
Impia non verita eſt, diuos ſclerare penates.  
Omnia fanda, nefanda, malo permiſta furori,  
Iuſtificam nobis mentem auertere Deorum.  
Quare nec tales dignantur viſere cœtus,  
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

Tales igitur cælicolæ adire caſtas domos ſanctorum integrorumque virorum, Abrahã, Loth, Iacob. Inde increbuit fama, Deos obambulare vrbes, humanos inuiſere cœtus, & Plato eodem loco ex poetis famam eſſe, ὡς ἀρα θεοὶ τινες παύειν ἔρχονται νύκτων, πολλοῖς ξένοις, καὶ παντοδαποῖς ἰδαλλόμενοι: Circunagari Deos quosdam noctu, variis peregrinis ſimiles. Noctu videlicet per inſomnia: vt Iacob vidit per Somnium ſcalam ſuper terram cacumine tangentem cælum, & deſcendentes, & aſcendentes Angelos, & Dominum innixum ſcalæ. Quam ſcalã videtur penè Homerus audiſſe, appellans eam aureã catheram Iouis, qua cælum, ac terræ ſint deuinctæ. Et mirum in modum placuit Philoſophis. Illud adeò mirabere in Philoſophis, & ſacris litteris, quòd promiſcuè nunc Deum vnum principiũ, & autorem omnium gerendarum rerum, nunc Angelos eius inducunt, ſimile quid extat apud Philoſophos. Vides enim Platonem, Tullium, multoſque alios, in eadem re, nunc Deos nominantes, nunc Deum ſingularem. In ſacris litteris item quod Deus ipſe dixit, Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerit, an non eſt ita. Poſtea non ipſe refertur veniſſe, ac deleuiſſe, quod ibi toties minatur ſe facturum, ſed duos Angelos, qui & venerunt, & deleuerunt vrberem. Et cum ſubuerterent vrberem, dicitur Dominus pluuiſſe ſuper Sodomam, & Gomorram ſulphur & ignem à Domino de cælo. Additur inde: cum enim ſubuerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus Abraham, & liberauit Loth de ſubuerſione vrbiũ, in quibus habitauerat. Atqui duo Angeli liberauerant Loth. Sic in libris Iudicum, cum Angelus apparuiſſet, allocutusque fuiſſet Manue patrem Sampſon, denique eo recedente, & intelligentes illi, Angelum eſſe, dixerunt, Morte moriemur, quia vidimus Dominum. Sunt alia quædam exempla, quæ

Aquæ nunc libens prætereo. Similis igitur eſt loquendi quædam Philoſophis conſuetudo, vt quoniam quidquid minores Dij faciunt, maximi illius imperio faciunt, narrent modò Deum feciſſe, modò Deos. Vergilius:

Attonitus monitu tanto, imperiòque Deorum. At Iupiter miſerat. Sed hoc habent ſacræ litteræ melius, quòd in rebus maximis, vt in creatione mundi, nunquam memorant Deos illos, clariſque eſt in eis ſingularis illius, æterni, diſcrimen ab iſtis. Illud tamen obſeruabit prudentiſſimus quiſque, quòd ſcriptores ſint vetuſtiores, eò ſanctius, & diſtinctius de ſingulari Deo loqui, vt quòd aſſeruit Cyrillus, cum ab origine mundi ad eluuiõnem uſque noſcerent omnes, faterenturque ſingularem Deum, tum propinquiõra ſecula temporibus Noë, ſimiliter vnum eſſent conſeſſa, tandem emerſerint malorum examina, & fabulæ de Diis, ac principe Deo.

Ex oraculis Chaldaicis de poteſtatibus, ſue mentibus ſummis: & quòd has rectores mundi Chaldaei dixerint.

CAPVT IX.



TESTATES igitur poſt altiſſimum Deum, cum ea apud Homerum aliõſque ratione, tum magis clara, & Phyſica, & aperta agnouerant Philoſophi, ſimilia de his loquentes, atque noſtri. Ac Magi Chaldaeorum, à quibus multa delibauerunt Platonici, deliſſe Platonem, & Ariſtolelem autor eſt Pſellus, & Pletho, propoſuerunt, & deſcripſerunt eas, πᾶς ἔχει κόσμος νοερός ἀνοχῆς ἀκίμαται: Vt mundus habet intelligibiles ſuſtentatores, inflexibiles. Hæc nomina ſunt Angelicarum poteſtatum, quæ vocantur etiam in noſtris litteris Autoritates, Virtutes, Dominatores. Nomen quidem νοεροι, eſt eorum ſubſtantia, quòd mentes, quòd intellectus ſunt omniumque Angelorum ſubſtantia, à noſtris ab illis dicitur νοεροι. At verò ἀνοχῆς ſonat, quòd appellantur à noſtris Dominationes. Quemadmodum enim Dominatores, regunt, aguntque ac ſuſtinent ea, quibus imperant: ſic qui ſuſtinent, dominantur & præſunt. Eſt autem in hoc veluti carmine ἀνοχῆς, ſuſtentator: quòd clarioribus apud Platonem nominibus de eiſdem loquentem deſignatur, ὀπιμελήται, ὀπιράται, curantes, præfecti: paſtores item & gubernatores, nomina diuinarum harum poteſtatum. Hoc igitur & id genus multa carmina veriſimile ad Platonem perueniſſe, ſuſceptis hinc, quæ de præfectis à principe Deo ſuper omnes mundi partes locutus, audiens mundum quosdam habere rectores, ac ſuſtinentes, eoque inflexibiles, incorruptos, immotos, ſtabilibus, ſolidæ, fortiſque naturæ. Hoc igitur carmen explanans Pſellus ſcribit: δυνάμεις οἱ χaldaῖοι ἐν τῷ κόσμῳ πθεταὶ, καὶ ἀνόμαστον αὐτοῖς κοſμαγῆς, ὡς πῶν κόσμον ἀγῆστας παρρητικαῖς κινήσει. ταύτας ἐν νῦν ἀνοχῆς χελεί, ὡς πῶν πάντα ἀνοχῆς ἀγῆστας. τῶ μὲν ἀκίμαται τῆς οὐρανοῦ αὐτῶν δηλαφῆς δυνάμεις, τῶ δὲ ἀνοχῆς τῆς φρενῆτικῆς. ταύτας δὲ τὰς δυνάμεις ἀγῆς μόνῃς τῷ κόσμῳ ἀγῆστας, καὶ ἀκίμαται οὐκ ἀγῆστας. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραὶ δυνάμεις λεγόμεναι παρ' αὐτοῖς ἀμείλικτοι, οἳ ἐντονοὶ, καὶ ἀνεπίτροφοὶ παρῆς τῶ τῆδε. καὶ τὰς ἄλλῃς ποιῆσαι τοῖς θελητικαῖς μὴ μελιώσασθαι πάρεσι, Poteſtates ſtatuunt in mundo Chaldaei, caſque appellarunt mundi ductores ceu quæ mundum agant, motibus prouidentia. Has igitur nunc vocat ſuſtentatores, videlicet mundum ſuffultiendo tenentes. Ac quòd eas vocat inflexas, deſignat ſtabilem, firmamque eorum poteſtatem, quòd ſuſtentatores, indicat cuſtodiam. Has autem poteſtates deſiniunt permanentia, perennitatiſque mundi, & ordinis immoti cauſas. Sunt autem & alia poteſtates, quæ dicuntur ab eis amiliſti, quòd eſt, intentus, inuertibiles, ad ea quæ ſunt hic, & facientes animas illecebris & affectibus non demulceri. Hæc Pſellus. Ecce igitur clario in lumine omnis omnium gentium conſonat Theologia. In vetuſtiſſimis Hebræorum litteris, principes prouinciarum, populorum, & in bello duces protectorẽſque, contemplatores humanorum factorum declarantur, à Platone Græcãque Theologia ſimiliter principes, legati, interpretes à Chaldaeis, nunc ſuſtentatores, cuſtodes, conſeruatores mundi, nunc humanum genus tuentes, agentes, moderantes proſpectores.

Aeneid. 4. Quo vetuſtiores ſcriptores, eò melius de vno Deo loquuntur.

Nomina Angelicarum poteſtatum.

Angeli, poteſtates, mundi ductores, ſuſtentatores.

De triplici ordine Deorum, siue Angelorum ex Platonicis, præcipue Proclo, in quo videtur nostros secutus, ubi à veritate dissentiat: & de primo Deorum ordine.

CAPVT X.



Procli furti.

Tres hierarchia Angelorum.

Suprema Vnitas ante omnia producit diuinas virtutes.

GENERATIM igitur à priscis illis cognita, & prædicata sunt diuinae potestates, particularius à subsecutis Platonicis eorum genera, nationesque, & actio vitæ descriptæ, maxima ex parte è nostris libris, licet hoc ab eis dissimuletur, accepta. Primus omnium Platonicorum Proclus (Nam neque apud Plotinû, neque Iamblichum, neque Amelium, nec superiores ea mysteria reperio) ausus est locupletius de his in sua genera distributis loqui. Quæ cum superioribus Platonicis, quos in cæteris ferè semper imitatur, non prodidisset, nouimus apertè, vt Græci quoque testantur, eum ex Dionysio Areopagita surripuisse, sed multis adiectis contaminasse. Dico scilicet hæc tria genera Deorum, siue Angelorum, qui dicuntur νοητοί, νοητοί καὶ νοεροί, νοεροί μόνον: id est, intellecti, intellecti & intelligentes, intelligentes solum, quæ sunt tres Angelorum à Dionysio constructæ Hierarchiæ. Proclum secutus est Hermias, & Damascius, aliique nonnulli. Cum igitur primus Dionysius Deos illos intellectos, & intelligentes nominasset, omnemque de eis Theologiam ex sacris litteris accepisset, Proclus violentè, & contaminatè colligens ex fabulis Poëtarum & Platone, cum primis Parmenide, veram super his Theologiam infecit. Restituentes igitur omnia in sua loca, Proclumque partim declarantes, partim cum Dionysio collatum, paucis (Nam alioqui numerosè de his ille scripsit) emendantes, Theologiæ consensum demonstramus. Is igitur in eo, quem inscripsit de Theologia Platonicæ, post singularem, atque ineffabilem summi Dei Vnitatem, necessariò de generibus Deorum sermonem habendum esse dicit. Ac primum censet, in quo secutus eum Simplicius est, Quemadmodum Natura naturaliter, Mens mentaliter, Anima quoque per modum animæ operetur, & gignat: sic supremam Vnitatem quoniam vnificè, & per modum Vnitatis suæ oporteat eam gignerè, ante omnia producere diuinas quasdam ενάδας, vnitates, ipsi principi Vnitati simillimas. Nam optimum, vt Timæus ait, nisi optima facere nefas esse. Hæc ab eis etiã vocatur ενιαίων πληθος, vnifica multitudo. Dicitur fons bonorum Deus, multas producere bonitates, Vnum esse Deum & multos Deos, vnam Vnitatem, & multas ante omnes res vnitates. Vnam bonitatem, & multas post vnam. Non esse autè diuinas has vnitates imparticipabiles, & omnino ab omnibus rebus separatas, quemadmodum excellentissima illa Vnitas. Quid enim ab ea differrent? Sed esse veluti florem, aut summitates, & summum in vnaquaque re: Easque esse medias, quibus omnia vniantur ad supremam Vnitatem. Vnitates igitur Deos esse participatas, quæ coniungant omnia, & vniant, quæ post se sunt, ob illam Vnitatem, que transit in eos omnes. Quoniam igitur quilibet Deorum Vnitas est, & F ab aliquo rerum ordine participatur, ob hanc causam esse participationem, cum ordine, quod prima à primis, secunda à secundis participantur: Sicque propinquiores summæ Vnitati vnitates à primis & simplicissimis substantiis participari, longinquiores ab his quæ magis sunt composita: concluditque de his omnibus Proclus: εἰπωμεν ὅτι μετὰ τὴν μίαν τῆς ὕλης ἀρχὴν, μονάδες ἡμῖν αὐτοτελεῖς ἐφάνησαν οἱ θεοὶ, μετεχόμενοι μὲν τῆς ὄντων ἕσσης, οἱ δὲ κατὰ τὴν συντετακτέραν τὴν εἰς αὐτὰ ποιησάμενοι τρεῖς ὅντων. Quæ sunt, Dicamus quòd post vnum rerum principium, vnitates nobis Dij apparuerunt, perse perfectæ. Qui substantialiter à rebus participantur: alij verò secundum compositionem, substantiam facientes in cuncta processum. Hæc à Proclo dicuntur, examinanda postmodum, & quid veritatis habeant diiudicanda. Item Proclus ait, vt ex his ea, quæ sequentur, melius innotescant: ἀπάντων δὲ τῆς ὄντων, καὶ αὐτῶν τῆς τὰ ὄντα ἀφαιρέσειαν θεῶν μία καὶ ἐξηρημάκη, καὶ ἀμεθέσιλος αἰτία ἀσπείρησκειν, ἀρήρητος μὲν παντὶ λόγῳ, καὶ ἀφραγτος ἀγνωστος δὲ πάσῃ γνώσει, καὶ ἀλησιος, πάντεσσι μὲν ἀφ' ἑαυτῆς ἐμφανέσσει, πάντων δὲ ἀρήρητος ἀσπείρησκειν, καὶ πάντα τρεῖς ἑαυτὴν ὀπιγράφουσα, τέλος δὲ εἶσαι τὸ πάντων ἄριστον. πάντων δὲ ἐν τῶν ὄντων ἐκθεσικῶν χωριστῶς ἀπὸ πάντων, καὶ πάσης μὲν τῆς ἐνάδας τῆς θείων. πάντα δὲ τὰ γένη τῆς ὄντων. καὶ τῶν ἀσπείρησκειν ὑφιστάσσει, πάσης θεότητος αἰτία. τὸ γὰρ εἶναι θεῶν, πάντες οἱ θεοὶ ἀπὸ τῶν τρεῶν ἔχουσιν θεῶν: Omnibus igitur rebus, etiam ipsis Diis, qui res producunt, vna separata, segregatæque & im-

A& imparticipabilis causa præexistit. Inæstimabilis quidem omni sermone, & indicibilis: omni autem cogitationi incomprehensibilis, & ignorabilis, omniâque ex se producens, & ante omnia ineffabiliter præexistens, cuncta ad se reflectit. Finis optimus omnium rerum. Hanc igitur separabiliter & verè ab omnibus segregatam, & omnes Deorû vnitates, generatque rerum & processus vnificè creans vocat Plato Solem, vocat regem circa quem omnia. Hæc omnis Diuinitatis causa. Nam vt essent Dij, cuncti Dij à primo Deo habent. Ad hunc modum Proclus diuinè, si perseueraret, insisteretque semel inuentæ & prædicatæ veritati. De Diis autem primis, quorum est post excellentissimam Vnitatem primus ordo, præter superiora subiicit: ενάδες γὰρ ἐφάνησαν ἡμῖν ἀπὸ τῆς σπουδαίου ἀνέσσειν οἱ θεοὶ. ενάδες ὑπερῆσσοι γνησιχῆς τῆς ἕσσης καὶ τελειότητος, καὶ πάσης ἕσσης εἰς ἑαυτὰς ἀναδυσάμενοι: Vnitates, inquit, apparuerunt nobis Dij à corporibus ascendentibus. Vnitates super substantialiales, genitrices substantiarû, & perfectrices, & omnes substantias proximas ad se ipsas colligantes. In hoc Procli dogmate hoc iudicium adhibendum est, vt eum qui bene, rectèque Deos post altissimam Vnitatem locauit, errare constanter asseramus, & quæ apud maiores, ipsumque Platonem nusquam extent, confingere, cum Deos illos primos dicit super substantialiales. Afferunt enim Damascius, & Iamblichus, sed prior Dionysius, Vnum duntaxat esse super substantialialem, Vnum illum singularem, eminentissimumque Deum iure vocari supra substantiam, vt qui fuit, estque autor substantiæ. Qui cum fuerit, ipsis etiam testibus, autor Deorum, quos creauit, planè suprâ Deos ineffabiliter extat, & hæc ineffabilis excellentia dicitur super substantialis, quæ soli illi congruat, cui soli congruit nomen Vnitatis. Quare idololatria est hæc Procli, & crimen lætæ maiestatis, incommunicabile Decus, honorisque singulares, & soli Deo inhærentes, creaturis vindicasse. Itaque eiusdem impietatis est, hos Deos substantiarum prædicare genitores, nimirum creandi singularem Dei, & imparticipabilem potestatem transferre ad minores Deos. Et quod Plato, cæterique omnes de custodia generis humani, quam summo consensu Diis adiudicarunt, ad generalem substantiarum creationem deducere. Nónné Platoni mundanus opifex, quem Mentem & causam, & Deum vocat, autore Laërtio, creat omnia corporea, & incorporea, ipsos etiam Deos? Vbi sunt apud eum Dij substantiarum genitores? Similiter erat assertio Deos alligare ad se cuncta. Nam Philo ludæus, optimus è Platonicis verbum Dei solum dicit esse, quo cuncta ligantur, sustinentur, vincuntur. Et Trismegistus, in eo, quem inscribit, Quòd in solo Deo sit bonum & pulchrum: πάντα γὰρ ὅσα ἐστὶν ὁ Ἀσκληπιεῖ, ταῦτα ἐν τῷ θεῷ ἐστὶ, καὶ ἀπὸ τοῦ θεοῦ γινόμενα, καὶ ἐκείθεν ἤρτη μέτρα. Quæ sunt, Omnia quæ sunt, inquit, ὁ Ἀσκληπιεῖ, sunt in Deo, & à Deo fiunt, & illinc dependent, & sustinentur. Paulò verò superius: ἀρχὴ δὲ καὶ ἀειότης, καὶ σύστασις πάντων ὁ θεός. Hoc est, Principium, complexus, continentia rerum omnium Deus. Quare Proclus finxit nouam nunc Theologiam, à qua maiores sui prorsus abhorruissent. Nam item allegationem, & reductionem non ad seipos dixerat Dionysius, quem Proclus imitari conatur, non imitatur bene: sed, αἱ παντεροὶ δυνάμεις ἀναγωγικῆς τρεῖς τὸ θεῶν: sacra potestates sunt reductrices ad Diuinitatem. Reducunt ergo non ad se, sed Deum. Sed nos delectum habentes in illis, quoniam solis sacris litteris data est incorrupta, & inuolabilis sapientia, probamus eos in admiratione & assertione diuinarum rerum pariter contendere nobiscum.

Dij à Deo primo summoque.

Vnitates, angeli.

Vnus super substantialis.

Procli error.

Deus creator omnium, & quidem Deorum. i. angelorum.

Sola litterarû sacrarum incorrupta sapientia.

Generatim de Diis, & eorum prima acie, quidve Proclus commentitium affixerit.

CAPVT XI.



XINDE is idem cum diuum Dionysium tres Hierarchias Deorum siue Angelorum vidisset, refugeret autem verum veritatis ac religionis fateri fontem, dissimulata horum trium diuinorum ordinum doctrinæ origine, suæque superstitioni colorem adhibens, conatur ex Platone deducere, præcipue ex Philebo, vbi sint terminus Deus, & indeterminatio, in medio, id quod dicitur mistum. Quo libro sit etiam hæc trinitas, κάλλος, ἀλήθεια, συμμετέλεια, pulchritudo, veritas, commensurabilitas. Hæcque esse tria illa genera, & tres ordines Deorum. Ac de superioribus sic statuit: ὦν τὸ μὲν πέρας ἐστὶ θεός, ἐστ' ἀκρῶ τῆς νοητικῆς ἀσπείρησκειν ἀπὸ τοῦ ἀμεθέσιλου, καὶ ἀρρητέου θεοῦ πάντεσσι ματρών. καὶ ἀφραγτῶν, καὶ πᾶν τὸ παλινοῦν, καὶ ἀσπείρησκειν, καὶ ἀφραγτῶν τῆς θεῶν γένος ὑφιστάσσει. τὸ δὲ F iij

Verba Dionysij detorsit ad finiola commentitium Proclus.

ἄπειρον δυνάμεις ἀνεκλειστος τῷ θεῷ τῆς. πάσης τῶς γεννητικῆς διακοσμῆσης ἐκφάνουσα, καὶ πᾶσαν

Vnitas supereminens, omnium Deorum, id est angelorum causa.

Substantia superior celestes, creatae.

Alius error Procli.

Angelorum officium.

Angeli vnifici, cōiunctores, ductores. Vita angelorum qua.

Proclus, nimium certè allegorica, imò verò friuola, & commentitia, ex fonte vero, locòque detorta, in somniis humanis, chimerisque contaminata. Adhibenda igitur correctio, errorque omnis, bonis fectis à malis, apericiendus. Prima igitur emendatio, idq; ex doctrina Dionysij, vnde manarunt ista Procli, erit, quòd ille Deorum ordo non sunt vnitates illæ fontales, nequicquam est, cur hoc nomine vocentur, nec subiacet nomini quod suspicatur, & asseuerat Proclus. Quod vt clarius intelligatur, intelligenda est, & conferenda sententia Procli, & Dionysij. Primum conueniunt vterque, quòd ineffabilis, ac supereminens Vnitas, sit causa omnium Deorum. Quòd in superiore testimonio Proclus dixit, Dionysius autè de caelesti Hierarchia, de Iesu: ἡ τῆς ὑπερθεϊνῶν ἑσίων ὑπερθεϊστος ἀρχή: Supercaelestium substantiarum, super substantialis causa. Non conueniunt autem, errorque Procli est, quòd non dicit genitos aut factos aliquando ab eminenti Deo, Deorum hos ordines, sed generari, fierique semper, & quasi semper nitescere, innuens quendam sempiternum ordinem nascentium Deorum à supremo. Vera autem doctrina est, quòd Deus est aeternus, substantiæ supercaelestes, & si maximæ sunt, maximèque diuinæ, creatæ tamen sunt. Et id designat Dionysius, cùm Iesum vocat causam supercaelestium substantiarum. Generatio autem illa cùm sit impossibilis, & non naturalis (quia qui nascerentur, manarētque à Deo, eodem genere Diuinitatis, atque supremus, Dij essent, habentes fluentem in se substantiam, Diuinitatem, & dicunt tamen ipsi nobiscum, ineffabilem illam Vnitatem ab omnibus esse separatam) certè verius est & naturalius, vt supercaelestes ordines sint creati, illaque perpetua dependentia, manatiòque quasi radiorum à Sole, sic à supremo Deo, ipsorum Deorum esse non possit. Secundum emendandum est, quòd Proclus idcirco vocat primos illos Deos, & quasi primam Hierarchiam, θείας ἐνάδες, diuinas vnitates, quia deprauans veram, quam super hoc apud Dionysium deprehendisset Philosophiam, censet ad eos, quasi fontes omnium rerum, & vt ipse vocat, ἀκρότητα, summitates, cuncta reuocari, atque vniri, totum hoc ad creationem, generationemque rerum vniuersalem referens, quæ à supremis hisce Diis administraretur. Creditque Deos hos supernos, esse Ideas illas summas, & quasi vniuersalia rerum cunctarum, quod & impossibile est, & Naturæ contrarium, Ideis neque per se subsistentibus, neque modum, & rationem inueniente animo huiusmodi commenti. Vera igitur doctrina est, & id prodit Dionysius, quòd Angeli, seu Dij, sunt vnifici, quia per eos, genus humanum edocetur, & ad autorem suum reuocatur, sicut ipse multis exemplis ex scripturis declarat Dionysius, dicens alios initiare, alios initiari: alios illuminare, alios illuminari: πάντες τῷ ἱερῷ τῷ ὑπερθεϊνῶν ἐξημερίδων, αἱ γὰρ ἀγάπη τῆς ὑπερθεϊνῶν ἑσίων, διακοσμῆσης. Ita non attingit creationem, neque designat, neque vniuersalis est ista vnio, sed particularis administratio humani generis, quo & à Platone, & à Dionysio dicuntur περιμετρῶντες, transportantes, & inter homines, ac Deum intercedentes. Hæc vnio est. Hoc vocati vnifici, cōiunctores, ductores: creatio autem non est eorum. Itaque emendandum quoque, diligentèrque discutiendum, quod super eorum actione vitæ traditur à Proclo. Neque enim agunt Dionysio & sacris litteris Dij, quod illi ex inepta superstitione voluerunt. Vera enim & naturalis doctrina Dionysij, Platonis & Aristotelis est, quòd eorum vita est contemplatio Dei, amorque inauditus; & inebriatio, æternaque dulcedo, & nectar est intuitu diuinæ præsentia, secreta colloquia, gaudiàque omnibus mortalibus incognita. παρθερχεῖς μὲν ἰδύουσαι, καὶ αἰεὶ παρθεῖς τῷ ἀεικτεῖ ὡς θέμιτον, ἐν σωτηρίᾳ τῷ θεῷ καὶ ἀκλήτως ἑρῶτος, ἀναπτόμεναι καὶ τὰς ἀρχαίας ἐλλάμψεις αὐλας

Αὐτῶν, καὶ ἀμυγῶδες δελχόμεναι. Vt ait Dionysius, proximi assistunt, defixique intuentur, quatum eis datur, in Deum, amore diuino nunquam deficiente, accensi. Regiòque illos radios immaterialiter, & impermiste accipiunt. Deinde generis humani administratio, procuratiòque, vt ad eadem gaudia homines perueniant. Hæc agunt Angeli, id est, Dij. Proclus autem dimissa nobilissima hac actione vitæ, & à dignissimis rebus ad inferiorem mundum eos auocans, sicut humani generis immortalitate, deificationeque vera contempta, ineptissimè deificauerunt hunc mundum, facit eos occupari in procreatione, & genituris omnium corporum. Itaque nec vnitates sunt hac ratione: nec est rerum inferiorum cum eis participatio. Non enim participant res terrestres ipsos Angelos. Solius Dei rectè dici potest vniuersalis participatio: quia solus ab omnibus, præcipuè Angelis participetur: designante participatione, vniuersalem, diffusamque per omnem naturam prouidentiam, tutelam, quod solius Dei est, & esse potest. Nec res substantialiter participant illos ordines Deorum, in quibus non fit vniuersitas Naturæ. Et participatione scribit: αἱ μὲν ὑπερθεϊνῶν τάξεις, εἰρησι καὶ τῆς ὑπερθεϊνῶν διακοσμῆσεων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις. ἀμειλίαι δὲ τῆς αὐτῆς ὑπερθεϊνῶν εἰσὶν αἱ πελαγῶμαι. Ordines supereminentes, habent radios & vires ordinum inferiorum, imparticipabiles autem sunt, id est, non participantes nouissimi supereminentium eos. Postremo velut totum commentitium, ac fabulosum & minime naturale reiiciendum, quod tradit de Deo Termino, & de Apiria, de que B tioni consentaneum, vt Terminus sit Deus, creans ordines inferiorum Deorum, cùm omnis creatio sit solius Dei. Et quòd Apiria sit infinita Dei istius potètia. Nam nulla nisi supremi, eminentissimique Dei est immensa potestas. Ad hæc nulla est Apiria, id est, imensitas, nisi Dei. Nulli quoque sunt ordines Deorum γεννητικοί, generatores, vno creatore sufficiente. Præterea παρθεῖσσι, & ὑπερθεϊσσι, sunt nomina solius Dei, non vllius ordinis Angelorum. Solus enim Deus quod superioribus libris ipsimet fatètur, est supra substantiam. Ea quoque quæ de Misto loquitur, friuola sunt omnia, vitiatis bonis suorum commercio commentorum. Quod autem sint maximè violenta, & coacta, quæ de Infinito, Termino, & Misto comminiscitur, apparet ex ipso Philebo, quo libro Plato differit de tribus rebus, quibus omnis res corporea subsistat, indicans iuxta Pythagoreos omnia constare ex materia, quæ ab eis dicebatur Infinitum, & ex forma, quam Terminum appellabant, qua definiatur infinita materia. compositum autem ex materia, & forma, vocabant Mistum. Hæc est sententia Platonis: Factum est autem, vt quoniam arbitrariè interpretatus est hæc Proclus, quibus nullum subest fundum, meritò fabulosa, vanissima ex his sint nata. Insatiabiliterque nugatur super re commentitia, longam fabularum, commentorumque animi sui contextam feriem ducens, in quibus neque ordo est vllus, neque ratio. Sed nobis satis est docere, vt veritas eis etiam hostibus placuerit, & suis superstitionibus accommodare conati sint.

Procli error angelos, ad corporum geniturā a Dei contemplatione auocantis.

Vniuersalis participatio est solius Dei.

Procli cōmentata de Deo termino, de Apiria, de que mixto.

C De triplici Hierarchia Deorum, & quid veri, aut à vero dissentiens de ea scripserit Proclus.

CAPVT XII.



VRVS Proclus miscens bona malis, hæc de Hierarchiis vera, nostrisque litteris consona loquitur: καὶ γὰρ αἱ τρεῖς αὐτῶν τριάδες μυητικῶς ἐπαγγελῶσι τὴν ἀρχὴν θεῶν καὶ ἀμειλίαι παντελῶς ἀγνωστοῦ ἀγίας. ἡ μὲν τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἑώσιν, ἡ δὲ τὴν πασῶν δυναμῶν ὑπερθεϊνῶν, ἡ δὲ τὴν παντελῆ τῆς ὄντων ἀπογέννησιν. Etenim, ait, hæc tres trinitates mysticè enuntiant primi, & imparticipabiles Dei, omnimodo ignotam causam. Alia secreta eius Vnitatem, alia omnium virtutum eminentiam, alia omnimodam rerum generationem. Hæc de Natura, super qua longè falsissima narrat, sed officio congruentia nostris è litteris sumpsit Proclus. Nam vt hoc nūtiandi munus, mysteriorumque notionem amplectimur, ratione docente, & summo Theologorum Dionysio eadem tradente, sic reiicimus fabulosaque iudicamus, quæ de primo genere Deorum eloquitur: καὶ θὰρ ἐνάδες εἰσὶν οἱ νοητοὶ θεοὶ ἀρχῶτος καὶ πατέρες εἰσὶ ἀρχῶτος. αἱ γὰρ ἐνάδες αἱ θεῶν καὶ θεῶν παρθεῖσσι, πάντων τῆς ἐγκοσμίου τὸ πλῆθος ἀπεγέννησαν. ὅτῃ ἔν ἡ τρεῖς αὐτῆ πηγῆ, καὶ ἀρχὴ πᾶν

των τῶν ἐγγυσιμῶν τὸ πλῆθος ἀπεργήθησαν. ὅτι ἐν ἡ τρεῖς αὐτῆ πηγῆ, καὶ ἀπὸ πάντων, καὶ ἀπὸ αὐ- D τῆς πᾶσα ζῶν, καὶ πᾶσα πνεύματος ὑπέστη, θεοῦ καὶ τῶν κρείττωνων, ἡμεῖς γὰρ καὶ τῶν ἡμιῶν ζῶων. Quemadmodum vnitates sunt intellectuales Dij primo, etiam patres sunt primo. Nant que vnitates diuinæ, paulatim emanantes, omnium mundanarum rerum multitudinem progenuerunt. Est igitur trinitas ista fons, & causa omnium, & ab ea, vita omnis, & processus subsistit, videlicet Deorum meliorumque nobis generum Deorum, & mortalium animalium. Hæc à Proclo inconsideratè, ne dicam impiè dicitur: primum quòd ipse sibi pueriliter contradicit, vt qui multis in locis tria rerum principia ex Theologia Platonis erigens, à quibus corporea, & incorporea nascuntur, videlicet summo Bono, Mente, quibus superius cunctas res genitas referebat, nunc aded deformat, lacerat, prædaturq; eorum imperium, maiestatemque lædit, vt putet, & ed adducatur, vt credat posse alios esse Deos, à quibus omnia cælestia, & terrestria sint progenita. Nec videt indigna Philosophia, & rebus, quas extulit, inconstantiam, friuolâque ineptias, & contra Naturæ leges impietatem. Si Deus vnus est autor hominum, atque Deorum, vt Plato, vt Aristoteles, vt ipsi fatentur, vt Natura fateri cogit, quid opus erat, Diis his genitoribus aliorum Deorū, mortalium, quàm animalium? Causa mali fuit, quòd Deos istos, Ideas illas Platonicas primum credidit, per quas omnia nata prodierint in lucem, separans Ideas à Mente diuina, quod nec Plato, nec boni Platonici fecerunt, easque quasi quendam potentissimarum Dearum chorum, primosque fontes statuens. Et tamè prisca Philosophia, vt tot superius exemplis est probatum, Ideas Mentem diuinam dixerunt ipsam maximâ Ideam, ac formam vniuersalem, fontemque genitorem omnium rerum. Qui autem Ideas à diuina sapientia separatas diuinam esse gentem contendat, nõ fecit delirer, atque is cui flumina, fontes, arbores, Dij prædicantur, & quasi poëta Idearū est, præterquam igitur quòd sunt falsa, & impia, etiam verò non naturalia, quæ dicit, ratione sentiente, ipsi item docentibus, vnum duntaxat singularem fontem, & autorem esse hominumque Deumque, idq; nullo Idearum interueniente patrocinio. Quæ si sunt Deus ipse, sunt diuina Mens, incomprehensibilis, ineffabilis, inexhausta sapientia. Quare abiiciantur tanquam scelerata, & sacrilega, impiâque figmenta hæc Procli, quòd nec Plato diuinus, nec cæteri Platonici ea tradiderint. Tum vera Philosophia Dionysij ab his Procli deliramentis inuiolata nobis remaneat, quam cum imitaretur, & è Platonis libris non inuentam violenter deduceret, quibuscunque casus tulisset, nugis adhæsit. Præclara quidem de summo Deo Plato locutus est, itemque de Diis, qui inter supremum Deum, & homines intercedant: locutus autem est, quòd medij sint, & internuntij, quasiq; legati, quòd preces, & benefacta humana ad Deum perferant, ad homines diuina beneficia. Sed quòd sint post singularem Deum, ceu fontes aliorum Deorum, mundanarumque rerū, multaque alia prodigia longis sermionibus à Proclo contexta, hoc verò nusquam nec sensit, nec dixit Plato. Itaque his annotatis reliquam nugarum seriem, quam mihi curæ non fuit euoluere, dignoscant, qui in libros Procli inciderint. Quem enim habent in veritate locum, quæ addit, quòd hoc genus Deorum νοητῶν, ab omnibus diuinis ordinibus vnificè separatur, & quòd ante omnia quæ intelliguntur, subsistat, quia imparticipabile sit, & diuinum, intelligibile. Violenta sunt sedibusque suis transposita, Dei sunt; non Angelorum, siue Deorum. Illa quidem vera etiam à Dionysio tradita, quòd hoc genus πῶντοι ἀνοθεν τὸς θεῖς καὶ νοεῖς ἀγγελοῦς, Replet supernè diuinos, & intelligentes ordines: videlicet irradiat, vt ait summus ille theologus, Angelorum primus ordo, secundo, & tertio veritate, lucè, mysteria, comunicatq; & quasi initiat. Vera quoque sunt & illa, & eiusdem generis, εὐόωτος λέγομεν νοητὸς θεὸς πῶν ἀρρητον σωματικῶν τῶν πάντων ἀρχῶν, καὶ πῶν ἡαμματικῶν ἐκείνης ὑπεροχῆν, καὶ πῶν ἐκαστων. Quod est, Iure dicimus Deos siue Angelos intellectuales secretam efferre omnium originem, & admirabilem eius excellentiam, & vnitatem. Hæc enim sunt arcana illa mysteria, quæ primo ab altissimis illis, Deoque proximis Angelis noscuntur, de quibus tertio & quarto capite, in cælesti Hierarchia loquitur Dionysius. Ea verò partim vera, partim falsa. Quòd sunt reges omnium cum cæteris Diis inordinabiles: Et quòd summū Bonum intellectualluce affluit omnia: & Deos ἀνέφρω, declarauit, patres omnium: & quòd primum Deorum genus propter propinquitatem, & similitudinem, cum summo Deo substantiâ dat secundis Diis. Si igitur adimas creationem rerum, quam Diis hifce supremis iniuste concessit, cætera ferme vera sunt, & ex fontibus Dionysij sincere fluentia.

Trinitas, causa omnium.

Error Procli, statuitis tria rerum principia.

Dij non sunt Idea.

Idea quid apud priscos.

Vanitas Idearum Procli.

Idea verè accepta quid designet.

Platonis doctrina de Deo summo, & Diis præclara.

Deus irradiat omnes angelorum ordines.

De se-

A De secundo Deorum siue Angelorum ordine, quem ex Dionysio deducit Proclus.

CAPVT XIII.



ROSEQVITVR post hos Proclus secundum Deorum genus, quos appellat νοητὸς καὶ νοεῖς, intellectos siue mentales, & intelligetes: ἐργασίαν ποίωσι ἐν τῶν νοητῶν οἱ ἁπλοῖτοι νοεροὶ θεοὶ. καὶ πᾶσας ἀρετὰς τοῖς νοητοῖς ἀρετῆς ἀπεργήθησαν ἐν νοητῶν καὶ νοερῶν ἀγγελοῦς τῶν θεῶν. τῶν ἡμιῶν νοητῶν ἐν τῇ τελευτῇ πνεύματος τῆς ἐκείνης ὑπεροχῆς, ὅσα ἀποστῶντων, οἱ νοητοὶ καὶ νοεροὶ θεοὶ τελευτῶν ὑπεροχῆς: Procedunt igitur ab intellectis, intelligibiles, ac mentales Dij. Itaque secundum omnes intellectuales causas, geniti sunt ordines intellecti, & intelligentes Deorum: intellectis Diis in triplici processu, non discedentibus ab vnica sua essentia, intellecti, & intelligentes Dij tripliciter subsistunt. Hæc tres propositiones de hoc secundo genere, apud Proclum. Declarans autem quare intellecti & intelligentes dicantur, dicit: νοεῖτες μὲν τὸς ἀρετῶν, νοεῖται δὲ τὸς τῶν μετ' αὐτὸς θεῶν: Quia intelligant eos, qui ante se sunt, intelligentur autem ab his qui subsequuntur. Tum id ipsum à principio commonstrans, & post Deos intellectos succedere intelligentes dicens in duo genera distributos. De his inquit, τὰ μὲν ἐστὶ νοητὸς καὶ νοε-

Intellekti & intelligentes cur angeli appellati.

Doctrina vera Dionysij corrupta Procli committis.

Prima & secunda hierarchia angelorum.

Irradiari & irradiatio.

Oraculi Chaldaici: Quæcunque intelligunt, & intelliguntur, medio in ordine esse in ordine medio.

Error Procli, minores à maioribus angelos nasci.

Intellekti & intelligentes cur angeli appellati.

Doctrina vera Dionysij corrupta Procli committis.

Prima & secunda hierarchia angelorum.

Irradiari & irradiatio.

Oraculi Chaldaici: Quæcunque intelligunt, & intelliguntur, medio in ordine esse in ordine medio.

Error Procli, minores à maioribus angelos nasci.

B

C

tum est.omnia enim à primo principio immediatè profecta, & creata etiam ipsi faten-  
 tur. Quare falsum est medios à primis oriri,& subsistere. Reliqua doctrina, cum tota fer-  
 me fabulosa sit & fictitia, vt quæ non ex apertis testimoniis sit, sed violentis allegoriis  
 collecta, quas inexplicabiliter adamauit Proclus,vt, si meieret Socrates,allegoricè meie-  
 rit,non est nec excutienda,nec admiranda. Illud item cõsiderare operapretium, vt scias  
 Proclum,hæc ab alio fonte accepta quibusdam vanis suis infomniis colorasse, in hoc ordi-  
 ne Deorum intellectorum,& intelligentium dicit esse hanc trinitatem, πλὴν Σφραγισ-  
 κῆν, πλὴν συναγωγῶν, πλὴν φρασητικῆν, Annunciatricem,colligentem,custodientem. Hæc no-  
 mina si videris Dionysium, videbis ab eo prius inuenta, & formata. Additque Proclus:  
 δὲ τῶν ἢ μὲν ἐστὶ συναγωγὸς τριάς, ἢ δὲ συνεκτικὴ τῶν πλὴθῶν, ἢ δὲ τελεσιουργός: Vt alia trinitas sit  
 colligens,alia continens multitudinis, alia perficiens totum hoc genus. Et hæc trinitas,  
 nominâque sumpta sunt ex Dionysio, cuius peculiare nomen est Σφραγισκῆ, neque à  
 Platone, neque Orpheo,nec vllò ferè ex Platonicis vsurpato. Illud quoque Dionysij est,  
 quod Proclus ait de Diis,sue Angelis, qui dicuntur τελεσιουργοὶ: ὅτι ἐν τελεσίμειβα μὲν ἀνόν-  
 τες, Ἐπεὶ τοῖς τελεσιουργοῖς θεοῖς, μὲν μὲν δὲ τὰ δόλοκρησὶ καὶ ἀπεριεὶ φάσματ'α. Ἐπεὶ τοῖς συνε-  
 κτικοῖς. Quæ sunt, Ergo,ait,perficimur ascendentes sub perficientibus Diis,initiamur au-  
 tem visiones perfectas & stables,sub contentiuus. Hæc inquam Dionysij sunt omnia,nõ  
 res modo sed etiam nomina. Illud quoque Dionysij est, quod ait, εἰς τὸ δὴ καὶ ἡμᾶς οἱ τῶν  
 ὄλων ἀγαθῶν ἡγεμόνες τελετάρχαι κατεστήσαν, ἢ λόγοις, ἀλλὰ ἔργῳ φασίσαντες: Ad quam tele-  
 tam & nos omnium bonorum principes Teletarchæ deducunt,non verbis,sed rebus il-  
 luminantes.Hoc totum Dionysij est, cuius sermo plurimus est,quòd ab Angelis irradiat-  
 tur,illustratur, perficitur animis. Nomen quoque Teletarches ipseus est, quo primum,  
 ipsum initiationis principem Christum, exinde Angelos appellat. Totâque res de illu-  
 minatione spiritali,quæ etiam initiatio ab eo vocatur, Dionysij est. Neque Proclus de  
 his loqui quicquam potuisset,nisi libros eius legisset,sed dissimulato præceptore vero,ex  
 Platone miris artificijs,ordines hos Angelorum deducit. Quo fit vt eius doctrina sit ple-  
 na confusionis, mirificarumque fabularum, quas pro veris traditionibus, vt veritati, &  
 his quæ erant alterius,germanum nitorem detraheret, supposuisset. Adeoque in hoc est  
 impudens,vt meras deliberationes,arbitria,ac decreta, de Diis, eorumque vita, genere,  
 moribus,differentiis statuere non erubescat, quasi qui semper eorum fuisset à secretis,&  
 à cubiculis,cum eis omne æuum exegerit, vt non exteriores actiones modò, & quas in  
 omni mundo gerant prouincias viderit, sed cogitationes etiam,arcanaque pectoris ab-  
 dita penetrauerit. Quæ breuiter ego admonuisse contentus, nec arbitrans ad singula  
 quæq; operapretium insistere,selectis bonis,& ostenso, eos super Angelis, ordinibusque  
 eorum conuenire nobiscum. Nam congruente Proclo facile ceteros assensuros, docet  
 consecutio, assensusq; est Damascius,& Hermias. venio ad tertiam Hierarchiam.

Proclus alle-  
goriarum seu  
diosus.

Nomina Tri-  
nitatis apud  
Proclum.

Teletarches  
quid.

Procli doctri-  
na fabulosa.

De tertia Hierarchia, vel ordine Deorum, ex Proclo, & quòd in eo secutus  
est Arcopagitam.

C A P V T X I I I I.



ANC Proclus,vt à principio dixi,vocat νοερός μόνον, Intelligentes tan-  
 tum,quia cum intelligat,aspiciantque superiores, à quibus,vt ait Dio-  
 nyfius,veritatem,ac sapientiam irradiantur, ipsi in vltimo ordine,nul-  
 los alios illuminantes,dicti sunt Intelligentes tantum. De his Proclus  
 in hunc modum disputat: τὸ δὴ μετὰ τὸ το, τρίτῳ ἄλλῃ Διέκδοξιν  
 θεῶν, πλὴν νοεῶν Σπουδαίων καὶ θεωρητικῶν, συνεχῆ μὲν τῇ ἐπεὶ αὐτῶν, συμπε-  
 ρεῖν δὲ τὰς ὅλας παρεόδοις τῶν θεῶν καὶ ὁπιρέφασιν εἰς πλὴν ἀμῶν καὶ κί-  
 κλον' ἐπὶ τῶν πρωτογενῶν καὶ παντελῶν Διέκδοξιν Σπουδαίων: Post hæc, ait, tertium, alium  
 exercitum,vel ordinem Deorum, qui vocatur intelligibilis, consideremus, continuum  
 quidem ei qui ante se est,absoluentem autem omnes processus diuinorum, & reflecten-  
 tem ad principium, circulumque vnum omnium ordinum, qui primi opifices sunt, ab-  
 soluentem. Hæc Proclus. Tertius igitur ordo Deorum, est continuus secundo, deinde  
 in eo absoluentur omnes diuini ordines,& quasi factò circulo,ad caput reflectitur. Hæc  
 vera sunt,& à Dionysio priore prodita, quibusdam autem adiectis, & variata verborum  
 serie,

Tertius an-  
gelorū ordo.

A serie,à Proclo dissimulata,Sed vniuersale scelus Procli,Dionysius igitur: λοιπὸν ἡμῶν εἰς θεω-  
 ρίαν ἰερωὺν Διέκδοξιν ὁ πᾶσι ἀγγέλοις συναρχῆων ἰεραρχίας, ὁ παρὰ τῶν θεῶν ἀρχῶν ἀρχαγγέλων τε  
 καὶ ἀγγέλων Διέκδοξιν μόνος: Reliquus nobis ad speculationem sacram ordo, qui Angelicas  
 concludit Hierarchias, qui que à diuinis potestatibus Archangelis, & Angelis ornatur.  
 Hæc Dionysius. Flagitium igitur Procli,Deos hos à superioribus producentis, suppositi-  
 tium,non germanum dogma.Nam quod ait, αὐτῇ τοῖνυ ἢ νοεῶν τῶν θεῶν ἔσονται, ἤρτη-  
 ται μὲν ἐπεὶ τῶν παρεούτων αἰτίων καὶ πληρύνται παρ' αὐτῶν τῆς ὅλης ἀγαθότητος καὶ αὐταρχείας.  
 Nempe,Hæc igitur intelligibilis Deorum subsistentia,pendet quidem ab antiquioribus  
 causis,refleturque ab eis vniuersa bonitate, & vbertate. Hæc ex Dionysio desumpta,id  
 habent verum ex fonte suo,quòd replentur inferiores hi à superioribus, irradiantur,do-  
 centur,afflantur,initiantur:sed quòd pendeant velut à causis, & autoribus suis, suppositi-  
 tum, & adulterinum.Melius igitur Dionysius, quem locum totum vsurpauit, donauit q;  
 libro suo Proclus:Archangelorum, inquit, diuinus ordo attingit communiter supremâ  
 per medicatem Hierarchiam. Nam & sanctissimis principatibus communicat, & san-  
 ctis Angelis: Illis quidem, quoniam ad super substantialia principium principaliter con-  
 uertitur,& ad ipsum,vt fas est formatur, & Angelos ἐνοποιεῖ, viuificat secum, inuisibiles,  
 coordinatòque eius principatus. τοῖς δὲ, ὅτι καὶ τῆς ὑποφυστικῆς ἐστὶ πάξεως, τὰς θεαρχίας  
 ἐλλάμψεις ἰεραρχίας Διέκδοξιν τῶν πρώτων δυνάμεων ὑποδαχόμεν, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτὰς ἀγαθει-  
 δὺς ἀγγέλωσα, καὶ δὲ ἀγγέλων ἡμῶν ἀναφάσισα: His autem,quoniam est ex ordine interpre-  
 tum,thearchicas irradiationes Hierarchicè per primas potestates excipiens, & Angelis  
 eas boniformiter annunciandis,& per Angelos nobis ostendens. Vides totum locum à fu-  
 racissimo Proclo, sed callidè & artificiosè latrocinia sua occultate, sublatum. Vides quid  
 minores à maioribus accipiant,irradiationes scilicet, & sciētias,sapientiam,mysteria,sac-  
 ramenta,non substantiam,non essentiam. Non dependet hypostasis eorum à superio-  
 ribus,sed à solo,atque vnico Deo.Replentur autem bonitate, si bonitatem interpreteris  
 sapientiam,cognitionem, non substantiam,& essentiam. Sed vt agnoscas, quàm appro-  
 bauerit Proclus nostra,licet hostis,& quid de eo sit iudicandum,addit Dionysius: οἱ γὰρ  
 ἀγγελοὶ καθῶς ἦδη παρεφίχονται μὲν συμπληρωτικῶς ἀποπερεῖται τὰς ὅλας τῶν ἑσθίων νοῶν Διέκδο-  
 ξίσις, καὶ τὸ τελευτῶν. Angeli, inquit, quemadmodum diximus, completiue absol-  
 uunt & terminant omnes ordines cælestium mentium. Proclus autem paulò antè,  
 συμπεραινῶσαν τὰς ὅλας παρεόδοις τῶν θεῶν: Complentem totos ordines diuinorum. Apud  
 vtrunque igitur absoluit, terminat omnes ordines Deorum, hæc suprema acies Deo-  
 rum, aut Angelorum. Totus itaque sumptus est è libris Dionysij, horum Deorum or-  
 do, quem nulla ratione ex Parmenide Platonis, vt fingit Proclus, ne Minerva qui-  
 dem magistra informare, & quasi in catalogum ascribere potuisset. Prosequitur eadem  
 illa suo de pectore: παρεφίχονται δὲ ἐπεὶ πάντων τῶν παρ' αὐτῶν οἱ νοεοὶ θεοὶ: Procedunt, na-  
 scuntur ab omnibus, qui eos antecedunt intelligibiles Dij. Hoc iam dixi fieri non pos-  
 se, summo Deo, cunctarum rerum primo, ac vniuersali fonte. Sed maiores ineptias,  
 ne dicam impietates adiecit, quas quomodo vel animus suus somniare, vel cuiquam  
 probabiles fore credere potuerit, satis admirari non possum: Vnitates, aut vnitiones,  
 inquit, accipiunt ab vnitate, quæ est ante intelligibilia: τὰς δὲ ἐξίας ἐπεὶ τῶν νοητῶν, τὰς  
 δὲ ζωῆς τὰς παντελεῖς, καὶ συνεκτικῆς καὶ γεννητικῆς τῶν θεῶν, ἐπεὶ τῶν νοητῶν καὶ νοεῶν. πλὴν δὲ νοε-  
 ῶν ιδιότητι παρ' ἐαυτῶν λαχόντες: Substantias autem ab intellectis. At vitas vniuersales &  
 contentiuas & generatiuas diuinorum ab intellectis & intelligentibus. Verùm intelli-  
 gibilem proprietatem à se ipsis. Quæ est hæc distributio, ac quasi dilapidatio, aut ve-  
 rius fabrica, vt tanquam ad adificium palatij, sicut alius calcem, alius lapides, alius Hierar-  
 chia substantiam, vitam autem apportet secunda? cur qui dedit vnitatem, non etiam  
 dedit vitam? Nouis igitur quibusdam Diis, veris, ac naturalibus expulsis, cælum ac  
 mundum complere, nouamque quasi eorum Rempublicam conscribere satagit. Sed  
 ego cupidior bonorum, ac verorum, quàm malorum fictorumque esse narrator, pro-  
 ductis quæ bonâ, nostrâq; Theologiæ conformia viderentur, cætera ipsi Proclo de fe-  
 ce suarum fabularum hausta relinquam.

Non pendent  
angeli inferio-  
res à superio-  
ribus tanquam  
causis & au-  
toribus.

Furtum Pro-  
cli.

Quid accipiunt  
minores ange-  
li à maioribus.

Non à Plato-  
ne mutatus  
est angelorū  
ordinem Pro-  
clus, sed à  
Dionysio.

Quod Hermias item, quemadmodum & Proclus, secutus est Dionysium in definiendis Hierarchijs caelestibus, & quid non veri addiderit.

CAPVT XV.



IONYSIVM quoque & Proclum secutus est Hermias, ea nomina Deorum, & res afferens, quae clarè sunt apud diuinum, supremumque omnium Theologorum. Vtitur etiam irradiationibus illis Dionysiacis, quibus minores ab altioribus, Deoque propioribus Angelis afflantur. E quibus ad alia super Phædrum Platonis ait: τὰ ἄνω φανώτερα τοῖς κοιωτέροις, ἀλθιέας φῶς ἐλλάμπει: Superiora, inquit, lumen veritatis inferioribus irradiant. Hoc quàm sit Dionysij, videre est, in omni propè opere de caelesti Hierarchia, visumque abundè superius. Proféquens autem Hermias, resque acceptas à Dionysio, nominibus suarum fabellarum appellans, addit: νοήσαντες τοῖνυ πένταρχα ἴδεται, τὸ ἐν, τὴν ἀνώτερον ἀρχὴν, τὸν φάνηται, ὅσα ἔστι πέρας τῶν νοητῶν θεῶν, ἀρχὴ δὲ τῶν νοητῶν ἐξήρημεν. Quae sunt, Quatuor, ait, hæc consideremus, Vnitatem, primumque principium, Phaneta, qui est terminus, finisque intellectuum Deorum, principium autem ab intelligentibus separatum. Reuocando igitur cuncta in suum locum, & nostra à fabulis eorum segregando, dicatur verissimum esse, quod de primo principio, quæ concorditer ab illis, priscâque omni Philosophia vocatur Vnitas, asseuerat. Quod autem ait Phaneta finem, absolutionemque Deorum intellectuum, principium intelligentium, sentitque Deos intellectos, ut sæpenumero docui, primos illos celsissimosque Angelos, quos inferiores aspicunt, intuenturque velut doctores suos, intelligentes autem hos ipsos, quorum in sublimes supremosque illos acies est defixa, dicendum Orphicum illum Phaneta, non esse cum Diis caelestibus, intellectisque adnumerandum. Phaneta enim Solem appellabat Orpheus, cuius reddidit ipse rationem, quod primus fecit, ut omnia viderentur in mundo, visus ipse primus, omnibus antea cæcis, teterrimâque in nocte sepultis. Nam

Quatuor apud Hermiam: Vnitas, principium, Phaneta, terminus.

Phanes, Sol.

Ouid. Metamorph. 1.

Deus cum sole comparatus.

Error Hermias detegitur, Iouem cum Diis inferioribus statuētis.

Nullus adhuc terris præbebat lumina Titan. Dicitur est Phanes ipse Titan. Cùm igitur Phanes sit corporeus Sol, & cùm sensibilia, & intelligibilia suos tueri locos, quos Natura præscripsit, debeant, utique non erat inter choros Deorum sistendus: Sola forte poterat allegoria, ut sit allegoricè Phanes Deus inter Deos intellectos, sicut Sol iustitiæ est Deus. Sed si Phanes est Deus, utique Deus ille, non qui claudat Deos supremos, ut finis primæ Hierarchiæ, principium secundæ, sed supremus Deus, Sol omnium caelestium Intelligentiarum. Id enim locutus est Plato, aptans exemplum Solis ad intelligibilia, quemadmodum Sol est causa ut omnia sensibilia sint & videantur, sic summum Bonum ceu infinitam lucem, ut sit, & intelligat omnium ordo caelestis. Addit quoque Hermias: Ζεὺς ἡγεμονικῶν βασιλεὺς πέρας ἰδῶν νοητῶν θεῶν. ἔκαστος δὲ τῶν τοῖς ὑπὸ αὐτῷ φῶς ἐλλάμπει, τὰ ἔστιν ἀλθιέαν, ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς ἡγεμονικῆς τάξεως, οἷον ὁ ἥλιος φῶς ἔπιπέμπει τοῖς ἀσθετοῖς ἡγεμονικῶν. διὸ καὶ ἡ ἑστία αὐτῷ λέγεται τῆς ἡγεμονικῆς ἑστίας. πάλιν ὁ Ζεὺς φῶς ἐλλάμπει τοῖς ἡγεμονικοῖς νοητῶν. πάλιν ὁ φανῆς φῶς ἔπιπέμπει τοῖς νοητοῖς θεοῖς νοητῶν. ἡ δὲ πάντων ἀρχὴ, καὶ τῶν νοητῶν θεῶν καὶ πάντων, τὰ ἀπὸ αὐτῶν ἕκαστος πληροῖ φῶτος. Quod est, Iupiter supermundanarum rerum, finis propiorum intelligibilium Deorum. Vnusquisque igitur horum, sibi subiectis lucem irradiat, hoc est, veritatem quam habet à supremo ordine, ut Sol lucem immittit sensibilibus supermundanâ. Quocirca, & substantia eius dicitur à supermundanis esse. Item Iupiter lucem irradiat intelligibilem. Iterumque Phanes irradiat lumen intelligentibus Diis intellectuale: Principium autem vniuersale, & Deos intellectos, & omnia diuina luce sua complet. Hæc Hermias. Primum quæ de irradiationibus disputat, vera sunt & nostra. Sed quoniam verus ordo Theologiæ peruertitur, paulum emendare operæpretium est. Quomodo enim Iupiter rerum intelligentium infundere lucem eis ab ordine superno acceptam dicitur, si generatim apud priscos, Iupiter est pater hominum, atque Deorum, est fator cæli, & terræ? Non superare Diuinitate debet omnes caelestes ordines, qui creauit omnia, quem uti summum Deorum suspexere omnes? Quæ nouitas ista Procli? Nam hunc secutus Hermias in Deorum choris describendis. Quæ audacia, Iouem è culmine Diuinitatis suæ deiecit, redigere in ordinem Deorum inferiorum, qui lucem accipiant à supremo ordine?

Aordine? Quasi non sit ipse lucis omnis, veritatisque fons, & principium, nullius luminis indigus. Verum igitur est lucem veritatis irradiare Iouem, sed à nemine acceptam, ut qui supremus sit omnium Deorum, dicendumque, & prædicandum de Ioue, quod nouissimè prædicat de principio vniuersali. Est enim hoc principium ipse Iupiter. Et quod ait de hoc principio, à quo tota curia caelestis, omnesque ordines Deorum, larga luce Diuinitatis compleantur, lux autem veritas est, & initiatio, & sapientia. Acceptumque ex vberima illa, quæ loquendi de rebus hisce audaciam dedit Platonis, Theologia Dionysij, quæ ad alia hoc habet: συνήκται τοῖνυ ἡμῶν, ὡς ἡ μὲν ἀρεσθυστάτη τῆς αἰετῆς θεῶν, νοῦν ἀφ᾽ ἀκόσμητος ἑσπὸς τῆς τελεταρχικῆς ἐλλάμπει, ἡ δὲ ἀπὸ αὐτῆς ἀμέσως ἀνατέλλεται κρυφιατέρα, καὶ φανώτερα τῆς ἡερχίας φωτοδοσία, καὶ ἀφ᾽ αὐτῆς καὶ φαίνεται, καὶ τελεσιβγνέται, κρυφιατέρα μὲν, ὡς νοητοτέρα, καὶ μάλλον ἀπλωτική καὶ ἐνοποιῶ, φανώτερα δὲ ὡς πρωτοδοσία καὶ πρωτοφανεί, καὶ ὀλιγωτέρα. Quæ sunt, Collegimus igitur, & conclusimus, quod nobilissimus, supernusque mentium, quæ circumstant Deum, ordo, à Teletarchica, id est, initiatrice, irradiatione, sacris modis recta, quod in eam immediate intendat, occultiore, & clariore illuminatione à summo Deo manante purgatur, illuminatur, & perficitur. Occultiore quidem, ut intellectuore, magisque simplici, & vnifico. clariore autem, ut quæ prima datur, primoque apparet & vniuersaliore. Hæc ille, omni que opere differitur de lumine veritatis, à fonte diuino in superiorem inferioremque mundum manante. Inde diuini operis principium auspicatus dixit, πῶσα πατρομνήτης φωτοφανείας παροδοσίας εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότης φοιτῶσα. Omnis, ait, luminis, & claritatis à Patre scatentis in nos, benefica manatio. Quare hinc accipere minores Platonici, quorum certè nemo erit, qui non miretur (ut loquar grauissime) prauitatem, eam religionem infensam eos habuisse, cuius mysteriis suam Philosophiam nobilitare studuerunt, sine quibus fabularum ineptias colorare nequiuissent. Nam nobilissima materia, diuinis que nominibus, totoque sermonis ordine à Dionysio suscepta, fabularum sordes, ut sectionem Saturni ac Cæli, expulsionem dilacerationemque Dionysij, cæteraque id genus affixerunt, & tanquam nobilem vestem centonibus affutis, dehonestarunt. Sed boni est, nec bona spernere, nec non acri iudicio veritatem à mendacio perpurigare.

Lux Veritatis Dei à se ipso.

De alijs generibus, & nominibus Deorum apud Proclum ex Dionysio, & quid in his dissentiat à vero.

CAPVT XVI.



VNT item apud Proclum, etiam à Dionysio desumpta alia genera Deorum, siue Angelorum, quorum vnum vocatur ἀπόλυτοι, absoluti, exempti à mundanis gubernaculis, & quasi semper caelestes, alij his oppositi, ἐγγύσμοιοι, mundani: de quibus Proclus: λοιπὸν δὲ οἱ ἐγγύσμοιοι πάντων ἀποδέχονται τὸς ἐλλάμπει τῆς αἰετῆς θεῶν, διὸ καὶ ἐκείνοι ἀλάττοι τῶ παντὶ μὴ μὲν οἱ τὸς ἀπόλυτοι, καὶ τοῖς εἰδῶσι ἀφ᾽ ἑαυτοῦσι τὰ τῆς θεῶν. Deinceps, inquit, mundani, omnium qui ante se sunt irradiationes accipiunt. Quocirca dominantur vniuerso, imitantes exemptos, & speciebus informant res has nostras. Sic ille. In quibus, ut moris est, sunt falsa & vera. Quod enim de administratione generis humani dixerat Dionysius, quod Angeli mundani rebus humanis præsidentes, versantur in hoc mundo, vnde & venti, & fulgura vocati, quod iussa Dei in hac prouincia celeriter exequantur, longè à veritate est, hoc à Proclo designatum est munus, quod creationem formarumque productionem moderentur: solita scilicet temeritate plus res naturales, quàm humanas, & hunc corruptibilem rerum ordinem, quàm felicitatem hominum attendentes. Eadem de verorum dogmatum deprauatione: εἰκότως ἄρα καὶ οἱ τὰ θεῶν σφοδρῶς πῶ τε ἐσχάτω περιάδα τῆς νοητῆς ἀπ᾽ αὐτῶν ἐλεγον, τῆς τε πηγῶν, καὶ τῆς ἀρχῶν θεῶν. Iure, inquit, diuinarum rerum prudentes, extremam trinitatem Deorum intellectuum causam dixerunt fontalium & principalium Deorum. Ego verò, Procle, neminem inueni, qui Deos aliorum Deorum causam, autorisque assereret, vni supremo Deo, rerum cunctarum, visibilibus, & inuisibilium imperium, cunctis, ipso vel Platone, & Empedocle adiudicantibus. Deos autem fontales vbi reperies, nisi in dogmatis Chaldæorum? in quibus delectum habere oportere boni Philosophi iudicantur. Vnus modò fontalis, cuius fuit,

Angeli absoluti, & mundani qui.

Error Procli de angelis mundanis, ut appellantur.

Dij fontales apud Chaldæos.

estq; cuncta creatio. Principales autem Dij, nostri sunt, vocati à summis Theologis, αρχαι, D principatus, non αρχιστοι. Illud porro examinandum: πάντες γὰρ ἡγεμόνες εἰσὶ καὶ αρχόντες ἐν τῷ παντί, καὶ πολλὰ μὲν ἀγγέλων τάξεις ἀποχρηθεύουσιν αὐτοῖς, πολλοὶ δὲ δαίμονων ἀεθμοὶ, πολλὰ δὲ ἡρώων ἀγγέλοι: Omnes enim sunt duces & principes in vniuerso, & multi ordines Angelorum circumstant eos, multæ Dæmonum copiæ, multi greges Heroum. Dicendum vbi nomen Angelorum Proclus inuenisset, ibi reperire potuisse omnes super nos animos vocatos Angelos. Et quanquam verum est infimam Hierarchiam, quæ ex Angelis apud Dionysium conficitur, subiectam esse superioribus, qui potestates, & principatus vocantur: at quod circumstant illos vndique Angeli, fortasse nõ est verum, ne maiestatis vnus, ac singularis honores ad alios transferantur. Adhæc vanum est Dæmones ab Angelis separare, quos quidem separat, dum cum Angelis, vt & ipsos bonos supremos illos, vult circundare. Nam boni Dæmones, sunt Angeli, autore Philone. Commentitium quoque Heroas ab animis hominum separare, quod eo ipso loco, cum multis aliis Platonicis facit. Quid enim aliud Heroes sunt, quàm iustorum, bonorùmque hominum animi? Sed satis est eos ex parte veritatem vidisse, & agnouisse, gratiamque habuisse.

Boni demones, angeli.

De esca Deorum, vel Ambrosia, & Nectare: quæ cum vere à Platone, & Aristotele fuerit assignata, Proclus parumper infecerit.

CAPVT XVII.

Felicitas Deorum in scientia perenni, et contemplatione.



Deus beatus ex seipso.

Platonis doctrina de cælesti felicitate per allegoriam expressa. Esca Deorum que.

3. Metaph. cap. 4.

EXAMINANDA quoque sunt, & conferenda, quæ de esca Deorum locuti sunt nostri, & Philosophi. Vidimus superius, præclaram Aristotelis sententiam, Deorum felicitatem, indeficientemque beatitudinem esse cognitionem, scientiamque perennem. Deducebat autem ex dictis Aristotelis ratio, qui censuit supremam, diuinissimamque Mentem, beatam esse contemplando seipsam, ex maiestate sua diuina gaudia decerpentem, inferiores mentes eadē ex causa beatas esse, & supremum illum intuentes. Qui cum sibi ipsi sit infinitæ voluptatis causa, multo facilius felicitate inferiores mentes. Cur autem non aliunde, quàm ex se ipso beatus sit Deus, causa dicebatur, quod non habeat maiorem ex cuius contemplatione, & notione fiat beatus. Que ratio efficiebat, vt quoniam minoribus mentibus vnus eminentissimus ante stat Deus, huc vnus necessario respectent demersæ in pelagus infinitarum voluptatū. Hoc Plato prior dixerat, secutus est Aristoteles, cæteri que Platonicæ, Dionysius autem noster omni opere super hac Angelorū felicitate disseruit. Hæc igitur omnia partim Proclus de esca horum Deorum loquens secutus est, partim adiecit ex suo peccore, perpendenda nobis an vera sint. Secus autem quàm deceat, mea quidem sententia, Platonem interpretatur, qui cum prata in cælo ad exprimendam cælestem felicitatem statueret, nil aliud hac in re quàm beatitudinem Deorum, qui semper sunt beati respiciens, per commentitias allegorias à Proclo contaminantur, eam esse vim feracem omnium vitæ formarumque omnium. Esse porro Deorum escam vnitionem quandam intellectualem, Ambrosiamque & Nectar, notionem, & prouidentiam esse inferiorum, ἐπιδήν ἢ πλὴν ἀμβροσίαν, σερῶν τροφὴν ἔναι φασι, τὸ δὲ νέκταρ ὕγρην: Quando quidem Ambrosiam robustum pabulum esse ferunt, humidum Nectar. Hanc ob causam, solutam perq; omnia tendentem prouidentiam Nectar esse, robur autem, firmamque assistentiam, in superioribus esse Ambrosiam. Concludentique Proclus, νέκταρ ἐν ἢ ἀμβροσίαν, θεῶν τελειώτητες, ἢ θεοὶ: Nectar igitur & Ambrosia Deorum perfectiones, quatenus Dij. Hæc de esca, ab eorum, opinor, qui melius hæc ante eum norant sententiis, aliena, cum nec Plato, nec Aristoteles, Dionysiusque ac poetæ aliam Deorum Ambrosiam, ac Nectar celebrauerint, quàm ineffabiles eorum voluptates, quod iuuenes semper procul ab omni clade, & vexatione, futuri semper tales, quod assistant vultui diuino, in quo contemplando, inæstimabiles voluptates nullis nisi his, qui fruuntur cognitæ. Est quidem, & esse putandum est beatitudinis partem eorum, lucis illam mysteriorumque mutuam communicationem, qua minores à maioribus irradiantur, dum tam sublime, diuinumque inter eos trāsigitur munus, sed perfecta beatitudo est intuitus gloriosissimæ Diuinitatis, largos maiestatis suæ, quemadmodum Sol in mundo sensibilis, in regione superna radios effundentis, implentisque circumstantes beatitudine.

Circum

A Circumstant animæ, dextra, læuæque frequentes: Nec uidisse semel satis est, iuuat vsque morari.

Virgil. 6. Aeneid.

Hoc nectar Deorum, & Ambrosia, quod Raphaël confessus est. Ea denique exhibenda, quoniã Naturæ contraria tendunt, quæ de Diis omnibus in vniuersum est locutus. Alii esse Deum simpliciter, alium per vnitionem, alium per participationem, alium per συναφὴν, connexionem, alium per similitudinem. Et quod vnusquisq; τῆς ὑπερσυστάσεως, super substantialium, ὑπερσυστάσεως θεός, sit primo, principaliterque Deus. Quilibet ex intelligentibus per vnitionem, Dæmones diuini per copulationem, cum illis, Animæ hominum per similitudinem. Quoniam igitur vnus est duntaxat super substantialis, & principaliter Deus, cælestes autem omnes & terrestres Dij sunt per similitudinem, redundat vnitio & copulatio, & cum poeticis fabulis connumerabitur.

Dei vocabulū multis dici modis.

Ex Theologia Damascij de Diis, siue Angelis & vno super substantiali Deo, & quod is etiam imitatus est Dionysium.

CAPVT XVIII.

AMASCIVS quoque similis est cæteris Platonicis in describendis mentibus cælestibus, Dionysium & ipse imitatus, qui præbuit Platonicis loquendi de choris cælestibus exemplum. Ex fontibus igitur eius, non modo rebus, sed nudis etiam simplicibusque vocibus vsurpatis, hæc scribit: ὁσούτως δὲ φάσιν τις ἐν καὶ ταῖς πολλὰς εἶναι διοούσεις ζωάς. ἐλλάμψεις εἶναι ζωτικὰς ἀπὸ τῆς μίας ζωῆς ὑπερσυστάσεως, ἀναρρέσσεις εἰς πάντα τὰ ζῶντα, καὶ ταῖς πολλὰς πάλιν ἐκδοσὲς εἶναι καὶ ἐλλαμψὴν ἀπὸ τῆς μίας ὕστερας ἀρρέσσεως εἰς τὰ πάντα τὰ ὄντα. τί δὲ δεῖ πολλὰ λέγειν: ὅτι καὶ τὸς θεός ἕσται ὑποστέθειται πολλοῖς οἱ παρὰ ἱαμβλίχου σχεδόντι πάντες φιλόσοφοι, εἶνα μὲν τὸν ὑπερσυστάσεως θεοὶ λέγοντες, τὸς δὲ ἄλλας ὑπερσυστάσεις εἶναι τῶν ἀπὸ τῆς ἐνὸς ἐλλαμψῆς ἀποθεωμένων, καὶ εἶναι τὸ τῆς ὑπερσυστάσεως πλῆθος ἐνάδων, ὅκα αὐτοτελῶν ὑπερσυστάσεων, ἀλλὰ τῆς ἐλλαμψομένην ἀπὸ τῆς μίας θεός, καὶ ταῖς ὕστερας ἐκδοσὲς θεῶν: Similiter item dicat quispiam & multas, quæ videntur esse, vitas irradiationes esse vitales, ab vna vita subsistentes, promanantes in omnia vniuentia. Multasque item missiones secundum radiationem ab vna substantia, procedentes in omnia quæ sunt. Quid multis? quando & Deos multos hi omnes ferè qui ante Iamblichum floruerunt Philosophi sic statuunt, vnum quidem super substantialem Deum dicentes, alios substantiales esse, radiationibus ab vno deificatos: & esse super substantialium vnitatum multitudinem, non per se perfectarum substantiarum, sed radiantium ab vno Deo, & substantiis manantium Deorum. Hæc à Damascio dicta eo iudicio perpendenda sunt, quo multa Philosophorum dogmata cælestibus litteris non irradiata, digna fuerunt, quæ paulum lucis acciperent. Principio verum est, & exempli vice seruientis ad agnoscendum rerum præcipueque animorum creationem, lucis manantis, ac radiantis exemplum: sic omnibus rebus, omnique vita animis natis, & profectis à Deo, quemadmodum radij funduntur à luce. Eoque Philo vocat animos ἀπανθρώματα, radiationes. Radiationes inquam vitales ab vna maxima lucidæque vita profectas. Sed quod hæc quasi radiorum, Deorum multitudo perenniter lucens fluat à Deo, nunquam radiis à Sole suo non manantibus (quod eius, aliorumque Platonicorum videtur dogma) multis de causis verum esse non potest. Estet primum Deorum ac summi singularisque Dei sempiterna coniunctio, semper Sole suas fundente lucis. Essent æterni Dij minores, sicut maximus æternus. Substantiam summæ Diuinitatis fluentem in eos, vel ipsi fluens ipsa Dei substantia forent: sicq; non vnus solus æternus, solus verus substantialisque Deus, sed in tot partes scissa Diuinitas, quot à Deo manarent lucis. Quocirca neque fieri etiam potest quod Iamblichum, multosque ante eum Philosophos opinatur sensisse, esse multos ὑπερσυστάσεις, substantiales Deos, radiis diuinis deificatos, id est, quorum Diuinitas radiet cum primo ac singulari Deo. Nam is qui est super substantialis Deus, veram solus obtinet substantiam Diuinitatis. Reliquorum similis substantiæ diuinæ, non substantia diuina: quemadmodum solus habet substantiam humanitatis, quicumque est substantialiter homo: qui autem non est naturaliter, substantialiterque homo, nunquam substantiam humanitatis possidebit. Est autem substantia natura cuiusque. Quare cuiusque substantia Diuinitatis

vnus super substantialis deus: alij substantiales.

Animi radiationes.

Substantia quid.

Mens, radius a Deo et quasi similla.

adesset, vera supremaque diuinitas etiam adesset. Ut igitur Philo mentis humanæ crea- tionem, pulchro declaraturus exemplo, eam vocauit ἀπείρασμα, radium, scintillam à Deo, sensit autem non æternam scintillationem, splendorémque perenniter lucen- tem, sed semel quiddam splendoris ex æterna luce diuina demissum: sic si Damascium sensisse putemus, sanum erit dogma, & Deorum quos ait radiationibus à Deo ἀπείρα- σμα, fieri Deos, quos etiam Dionysius testatur in Theologia Deos vocari, dicemus creationem fuisse, cum diuinitus à potestate prolifica sua Deus splendores quosdam vi- tales, qui Dij nempe mentes angelicæ fuerunt, demisit, non ex sua Diuinitate, sed secun- da potestate lucas illas sui similes accendens, quemadmodum ex ditissimis potestatis suæ thesauris lucem corpoream, quæ nusquam prius esset, inflammauit. Obseruandum igitur Dionysium non vsum esse nomine creberrimo ipsi, & Platoniciis ἐλάμψι, super eorum à Deo radiante substantia, sed super sapientia, doctrina, scientia, mysteriis, quæ tanquam lumen à Deo supremo Angelis suis infundatur. De quo in caelesti Hierarchia, Inferiorum, inquit, substantiarum ordines, igneæ, sapientis, intellectualis, diuinæ virtu- tis, sunt participes, inferius, & ad ipsas priores respicientes. Ipsæ enim prius Deum cog- noscentes, & diuinam virtutem excellenter cupientes, etiam priores merentur, quoad eis fas est, diuinam potestatem æmulari. Tum eas, quæ post se sunt, substantias omni po- testate inflammant, dantes eis copiosè splendorem, qui in eas descendit. Similiter & hæ inferioribus, per ordinem quælibet prima subsequenti. Transitq; in omnes, ex propor- tione, ἀπὸ τοῦ ἀπείρασματος εἰς τὸ φῶς. Dispensatio per omnes commeantis diuini lumi- nis. Est igitur omnibus illuminatis principium illuminandi, Deus quidem natura, & ve- rè, proprièque vt luminis substantia, & ipsius esse, ac videndi autor, verum & omnibus mentalibus, ex proportionem ὑπεράβηται, apparet, lucefcit, propriam illuminationem præ- bens proximis, ac dignissimis. Hæc ad verbum Dionysius, in quibus apparet, quàm non syncerè Platonici, quemadmodum multa, sic nec dogma de illuminatione & irradiatio- ne intellexerunt. Est igitur illuminatio Nectar illud, & Ambrosia diuina, cognitio, sapien- tia, quam supremam animorum voluptatem sensit Aristoteles. Hæc incipiens à supre- mo Deo, qui primus dat sapientiæ suæ lucem, transit per omnes ordines diuinos ex pro- portione, & ordine, prius primis, exin postremis. Hæc illa θεωρία esca Deorum ineffabi- lis voluptatis, spectaculum implens animos vberrima lætitia, iure lux appellata, vt quæ non sit nisi cognitio, contemplatio diuinorum mysteriorum. Quare quod Iamblichus dicit, referturque etiam à Damascio, εἷα ἡσπέρσιν θεῶν, τὸς ἄλλος ἐλάμψεις ἀπ' αὐτῶν θεό- τητος. Quod est, Vnum esse super substantialem Deum, cæteros radios ex Diuinitate eius. Errabit, quicumque nō rectè interpretatus fuerit, vt radius Dei sit Angelus, quemadmo- dum est mens humana. Creata scilicet à Deo, & tanquam lux accensa creando. Vnus est enim Deus super substantialis, de cuius prolifica potestate cuncta manarunt.

Angeli par- ticipes diu- ine virtutis quomodo.

Platonici non intellexerunt irradiationē.

Esca Deorum & lux quid.

Radius Dei angelus, vt humana mens.

DE DÆMONIBVS.

Priscis Dæmonum naturam innotuisse. Profanas litteras similia sacris de Dæ- monibus perhibere. Nomen Dæmonum, Græcum, Hebraicumque esse pos- se. Esse hoc nomen commune bonorum, ac malorum.

CAPVT XIX.

Confer huc August. ci- uilitat. Dei 9. a cap. 6. ad cap. 14.

Veritatis ima- ginē falsa sa- pe induunt.



VNC erit sermo de Dæmonibus: propositisq; ex prisca Philosophia, cui natura, visque eorum non fuit incognita, sententiis, in sacrarium veritatis bona reuocabuntur, fabulis, & sæculorum diuturnitate è se- dibus suis transposita. Omnia quidem propemodum apud exteros, su- per natura, casu, genere Dæmonum deprehenduntur, atque in Theo- logia vera, si veritatis origine reperta, & quoniam inter veritatem, ac falsitatem sæpe magnum est commercium, prudenti ab inuicem iudi- cio separentur. Vt autem prapotens Diuinitas, Diuinitatisque mysterium, creatio muni- di, principium generis humani, immortalitas animorum cognita fuit cunctis, & prædi- cata:

Acata: sic quandam fuisse semper de Dæmonibus scientiam apparet, quam nostræ litteræ postea melius explicauerunt. Ac primum nomen ipsum vestigandum, & in quos perti- neat, apud Philosophos, ac Theologos dirimendum, vt locis cunque suis datis, veritas elucescat. Tres sunt huiusce appellationis rationes, duæ Græcæ, vna Hebraica. Plato pri- mus autor fuit in Cratylo, quo tamen libro, cum de re difficillima, atque ab animo lon- ginq; quæreret, dubius vbique, & incertus velutiq; palpitans ingreditur, censet Dæ- monas ex sententia Hesiodi vocatos, quasi δαίμονας, prudentes, scientes, in vetusta lin- gua Græcorum eo nomine nuncupatos. Atque ait esse non modò Hesiodi, sed multo- rum aliorum è poetis sententiam, viros probos magnis honoribus affectos post mor- tem, Dæmones, iuxta hoc prudentiæ, sapientiæq; nomen, fieri. Eiq; sententiæ se quoq; libenter assentiri, vt optimus quisque, siue viuens, seu defunctus sit, rectè quàm vocetur Dæmon. Hoc de eorum nomine sensit Plato. Quæ autem de re dicit, paulò post disqui- rentur. Cæteri Græci, præcipuè Eusebius, Dæmonas putat dictos ab eo, quod est δαίμων, exterreo, pauescico, quod spectrorum, Dæmonumque sit proprium. Tertia deductio, vera ni fallor est. Sæpe enim sum arbitratus quemadmodum magna nominum vis ex He- braica lingua fluxisset ad Græcos, quoniam nati sunt Græci à vetustissimis cognatis eo- rum, qui Hebræorum, Ægyptiorumque gentem progenuissent: sic hoc nomē antiquum à vetusta Hebraica lingua: quam videtur somniasse in Cratylo Plato, asserens quandam barbaram linguam dedisse cæteris linguis nomina, ad eos venisse. Hebraicè Shadai dicitur Deus & Dæmon. Scribiturque in ea lingua, quæ solas consonantes, raro vocales scri- bit, prior littera shin coniuncta cum daeth. Videntur itaque Græci illi vetustiores reie- cta priore littera, aut iuncta cum sequenti vocasse Daimones, qui dicuntur Hebraicè Sdaim, vt si reicias priorem consonantē, fiat Dai, in numero multo Daim. Quod ne cui- quam mirum videatur, norit pleraque nomina Hebraica, in lingua Græca, vel detractis syllabis vel auctis inueniri. Hebraicè dicitur Rapha, mæderi, Græci addiderunt vnam syl- labam Therapha. Hebraicè dicitur Banum, intelligere, Græci vnam syllabam detraxere ναῦ, Num. Hebraicè est Ba, ambulare, Græci, & Latini addidere: Latini vnam, Græci duas syllabas: illi Vado, hi Badisso. Itaque minimè mirum, cum sint alia complurà exem- pla, ab Hebraico Sdaim, factum Græcum Daimon: nam dipthongos veteres Latini & Græci proferebant. Cognita igitur etymologia nominis Hebraici, vnde Græcum defluxit, tum de natura Dæmonum melius differemus. Est Hebraicè nomen Sdai, Dei omni- potentis, fortis. In numero multo Sdaim, semper Dæmones malos designat. Dicitur au- tem nomen à verbo Hebraico, Sadad, euertere, vastare, inde nomen fortis, & omni- potentis. Vt igitur in cæteris diuinis nominibus Hebraicis, Græcis, & Latinis, communica- tio fuit cum hominibus, superioribusque substantiis (Etenim Elohim, quod Dei nomen est, etiam Angelis & iustis hominibus est attributum. Erant item Dij gentium, hoc nomine dicti: Græci autem θεῶν, non illum modò, verum singularem, vnicumque Deum, sed multos alios appellarunt, item & Latini) sic videtur nominis diuini Sdai, fa- cta Dæmonibus, spiritibusque malis communicatio. Nisi malis opinari vocatos Sa- daim, quasi euertores, destructores: sed, vt dixi, id etiam est in sacris litteris nomen omnipotentis Dei. Videtur igitur rectius, arbitrari id nomen datum eis ex communi- catione, & similitudine, quòd sint potestates superiores, Angelis similes. Proinde si- mile nomen obtinuerunt. Illud quidem mirabere in sacris litteris, quòd promiscua sunt nomina bonis & malis potestatibus. Quippe cum sit vnus Rex omnipotens mundi, hos tamen diuus Paulus etiam vocauit κοσμοκράτορας, mundanos principes. Ergo ve- rissimum est, & ad intelligendum quicquid de Dæmonibus, à Philosophis disputatur, maximè opportunum, quod Philo Iudæus admonuit in libro de mundo, his verbis: Animas, inquit, & Dæmonas, & Angelos nomine quidem differre: vnam autem at- que eandem esse rem, tibi persuadens, molestissimam superstitionis sarcinam abiicias. Vt enim bonos Dæmonas & malos plerique dicunt, similiter animas: sic & Angèlos, alios quidem, qui futura prædicerent, legatos quosdam hominum ad Deum, sacros, & incorruptos custodes propter præclaram hanc, & inculpatam administrationem: contra alios impuros & indignos, qui prædicerent, ipse arbitratus, haudquaquam er- rabis. Hæc Philo. Estq; vt dixi, optima, necessariæque in omnibus Philosophorum li- bris admonitio. Monet autem tum eandem esse naturam animarum, Dæmonum, Ange- lorum, & sæpe alterū esse pro altero, tum hæc omnia, bona esse, & mala, bonas animas &

Plato dubius. Dæmones vn de dicti, & qui dæmones habiti.

Dæmonis, vo cabuli deduc- tio è lingua Hebraica.

Dei nomē qui- bus tribuit.

Cui simile no- men angelorū & dæmonū.

Dæmones & angeli nomi- ne non disse- runt. Sed lege D. Augusti. de ciuita. Dei cap. 19. lib. 9.



malas, bonos Dæmones, & malos, bonos Angelos, & malos. His cognitis, fieri, vt graui-  
mum superstitionis onus non feras animo. Neque enim decipieris, impièque peccabis,  
Dæmonas malos, arbitratus bonos, quod peccauit Plato, interdumque Porphyrius, mul-  
tisque alij Platoniorum. Rursum non errabis, audiens apud Philosophos Dæmonas cus-  
todes generis humani, interpretaberisque eos Angelos illos bonos. Sic nosces prædi-  
ctionem rerum futurarum, legationemque Dei ad homines, bonorum esse Dæmonum:  
bonos autem Dæmonas, intelliges Angelos. Quoniam igitur hæc omnia sunt in libris  
Philosophorum, obseruanda sunt diligenter, ne altera, pro alteris accipiantur.

*Dæmones, cu-  
stodes homi-  
num.*

*Exempla quibus monstratur hoc nomen, diuinam potentiam, numenq̄ designare,  
& usurpari pro Deo, Diisq̄ à Poëtis, & Philosophis. Demum quod malorū  
potestatum sit proprium nomen. Essēq̄, apud eos bonos & malos Dæmones.*

C A P V T X X.

**D** intelligendum igitur ea, quæ à nostris, & à Philosophis, de Dæmo-  
nibus, post nominis etymologiam, quam Hebraicam illam veriorem  
credimus, à qua totius rei sermo dependet, oportet ex illo præcepto  
Philonis nosse, varium ac multiplex esse Dæmonis nomen apud Poëtis  
& Philosophos, sicut ipsum Hebraicum Sadai est omnipotentis, & for-  
tis Dei, Dæmonium item malorum. Etenim Orpheus cum de singulari  
Deo, quem Iouem nuncupat, loqueretur, vt vidimus, dixit:

*Variè demo-  
nis usurpatū  
nomen à poë-  
tis & philo-  
sophis.*

*Orpheus de  
Deo.  
Dij ac demo-  
nes pro iisdē  
accepti.*

*Odyss.*

*Odyss. H.*

*Dæmon,  
vix vniuer-  
salis.*

*Hesiodi par-  
titio.*

*Philosophia,  
dæmonium,  
i. diuina.  
Deus, dæmo-  
nium.*

*Εν κράτος, εἰς δαίμων γέγετο, μέγας ἀργος ἀπάντων.  
Imperium, Dæmonique vnus, mundi que vnigenus Rex.*

Homerus item promiscuè pro eodem nomine Dei ac Dæmonis abutitur, iudēque sunt  
apud eum Dij, ac Dæmones, quod & apud præcos omnes plurimum inoleuisse videtur.  
E quibus est, quod vim diuinam, vniuersalem, cuius nutu cuncta gubernantur, solitus est,  
vt Orpheus, appellare Dæmona, veluti cum Vlysses fluctibus oppressus, tempestatumq̄;  
procellis iactatus, & naufragus timebat, ne Dæmon immitteret aliquē immanem cētū:

*Ἦ ἔτι μοι καὶ κῆτος ἔπιπλεον μέγα δαίμων  
Ἐξ ἁλός, οἷά τε πολλὰ τέπει κλυτὸς ἀμφικεῖτης.  
Aut mihi cetum immanem Dæmon mittat ab undis,  
Qualia pontus habet sub aquis & plurima pascit.*

Et alio loco, de reddita diuinitus tranquillitate:  
*Ἦ δὲ γαλιῶν  
Ἐπλέτο νεμεῖν, νόμιμο δὲ κίματα δαίμων.  
Tum venti posuerunt, stravitque aquora Dæmon.*

Hic Dæmonem appellauit vim vniuersalem, diuinam, vt si Deum ipsum nominasset,  
vt ante cum Orpheus, Vnus Dæmon, vna potestas. Similiter locutus est Aristophanes,  
quod Dæmon efficiat alios dominos, alios seruos, & parentes. Is enim Deus vniuersalis  
est. Homerus item cum Deum ipsum vniuersalem, Dæmonem, tum generatim quos  
Deos, eisdem etiam Dæmonas dicit. Vt quod Neptuneus profectus esset ad Æthiopas,  
-μετὰ δαίμονας ἄλλους, ad cæteros Deos. Et cum, in hymno Apollinis apud Iouem,  
-Ἐπίτα δαίμονας ἄλλοι Ἐῖθα κελίχισι, Dehinc alij Dæmones confedere. Hi enim  
Dæmones sunt, quos semper Deos appellat. Denique testatus est etiam Plutarchus, Ho-  
merū videri vt utroque nomine promiscuè, essēque quando Deos vocet Dæmonas. Pri-  
mum autem Hesiodum seorsum rationalia genera in quatuor diuiffisse partes, Deos, Dæ-  
monas malos & bonos, Heroas, & homines. Verum vt postea monstrabitur, illi apud He-  
siodū Dæmones, non sunt veri, naturalēque Dæmones. Thales Milesius, vt refert Athe-  
nagoras, primus partitus est naturam diuinam in Deos & homines. Hac ratione locutus  
est Aristoteles exordiens librum de Mundo, Semper ei Philosophiam visam fuisse θεῶν τι  
καὶ δαίμονων γένημα, diuinam quandam, & dæmoniam rem: Pro eodem dicens diuinam, &  
dæmoniam, alterū alteri simile. Idēque ait de insomniis, an fieri possit, vt per insomnia,  
futura cernantur: & si cernantur, an ea, quorum homo causa, ἢ ἄν τὸ δαίμονον ἐχέτω ἀίψαι,  
vel quorū causa est Dæmonium, Hic Dæmonū est Deus. Nam de hac ipse re loquens de  
diuina-

A diuinatione per insomnia, etiam sapientibus futuram ait hanc insomniorum diuinationem,  
nem, εἰ θεὸς ἢν ὁ πᾶμπων, si à Deo darentur. Et Plutarchus, quem alij diuinum Platonem,  
Dæmonium in libro de Educatione. Et quod ait solitum suo tempore mores & verba &  
viros vocari dæmonios & diuinos. Item de his, qui sero à Deo puniuntur, cunctationem  
Dei, ac tarditatem vocat βραδυτῆτα τῆ δαίμονος, Dæmonij, quem toto opere Deum dicit.  
In Galba, qui adoptare Pisonem, Casarēque declararet, tempestates, hymbres,  
tonitrua, tenebras fuisse, quasi Dæmonium declararet, adoptionem boni causa minime  
factam non approbare, ὡς κατὰ διλογ εἶπαι, μη̄ παρεσιέμενον, μηδὲ ἐπαμῆν το δαίμονιον, γανομένην ἄρα  
ἔσθ' ἀγαθῶ, τὴν εἰσποίησιν. Et inde discernendo ab adulate amico verum, adducit Euri-  
pidem dicentē, ὅταν δ' ὁ δαίμων εὐδιδῷ, τί δέει φίλων; Cum Dæmon bene dederit, quid amicis  
opus est? Hic enim Dæmon est Deus, Fortuna. Sic Aristophanes dixit Dæmonem facere  
seruos. Sic & ad Apolloniū tribus rebus prosperis nuntiatis Philippo, manus eum in cælū  
retendisse dicentem, ὃ δαίμων μέτερόν τι τέτοις ἀνθρώποις ἐλάττωμα, O Dæmon, moderatā his ia-  
cturam recōpenfa. Sic Græcus verus sermo beatos vocauit εὐδαίμονας, quibus esset Deus  
propitius. Eandemq̄ Fortunam, & Dæmonem dixerunt, Est enim Deus ipse, operans oc-  
cultē, Fortuna vocatus. Sic fortasse locuti sunt Epicurei & Stoici, diuo Paulo Iesum Chri-  
stum Athenis prædicāte, ἔγεναν δαμμωνίαν δοκεῖ κατὰ θελούς ἔναυ: Quod videretur peregrinorū  
Dæmoniorum nuntiator. Dæmonia enim Deos promiscuè vocabant, diuo Paulo nouum  
eis, & antehac inauditū Deum prædicante. Plutarchus item referens, quæ apud Tragicū  
Sisyphus ait fuisse sapientem quandam, qui diceret oportere sibi persuadere homines, ὡς  
ἔστι δαίμων ἀφίτηθα ἄλλων βίω, ὃς πούτ' ἀκούει, καὶ βλάπτει φρονεῖ δὲ ἄραυ: Quod fit Dæmon, immor-  
tali æuo beatus, qui hæc audiat, sentiātque mirum in modum. Hic enim Dæmon est, sicut  
apud superiores, Deus vniuersalis. Ibidēque profertur, quod dixerat Callimachus,  
εἰ θεὸν οἶδα, ἴαδι ὅτι καὶ δαίμωνι βέβαι πᾶν δυνατὸν. ἔ δὲ γὰρ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ποιῆν. Si Deum nosti,  
scito quod & Dæmoni faciendi cuncta potestas est. Sisyphus autem impius responder,  
Deum omnia facere non posse. Hic apparet pro eodem vniuersali, magnōque Deo, Dæ-  
monem esse, sicut apud Orpheum. In Politico Platonis est maximus Dæmon, & cæteri  
cum eo principes. Et in Eutyphrone dicit se accusāri Socrates ὡς κακοτομίςνται καὶ τὰ θεῖα,  
καὶ ποιητῶν τῶν θεῶν: Veluti nouos Deos introducētem fictorēque Deorum. Sentie-  
bat autem de suo Dæmonio. & Deum vocat Apollinem, quem fatentur omnes Dæmo-  
nem fuisse, vt & Plutarchus. Sunt alia per omnes scriptores exempla, ex quibus facilē  
cernas, sicut nomen Hebraicum Sadai, est omnipotentis fortissimique Dei, in numero  
multo Sdaim, sunt Dæmones sicut p̄ficus Græcis ipsum Dæmonis nomen designasse  
Deum omnipotentem. Secunda igitur Dæmonum significatio inoleuit apud posteros,  
vt dicerentur genera Deorum à primo illo maximo ac præpotenti Deo conditorum.  
Hoc autem significatu idem sunt Philone teste Dæmones, atque Angeli, vt quos Ange-  
los litteræ sacra vocant, hos Philosophi Dæmones, Angelos eos nunquam propemo-  
dum appellantes, sicut Dæmones nunquam sacra litteræ. Eisdēque omnia, quæ nostra  
Philosophia Angelis, dederunt. Nomen quidem Angeli in Philosophia cælesti, pro-  
miscuum est pro cælestibus Angelis, & pro eo, quicunque mitteretur, siue à Deo, siue  
ab hominibus, etiam verò pro potestatibus malis. Tertius Dæmonum significatus est,  
sicut in sacris litteris Sdaim malorum, sic semper malorum apud profanos. His ita sepa-  
ratis facilius de natura eorum, ex præca Philosophia differemus. Sunt autem ex Philo-  
sophis, qui Dæmones bonos & malos agnoscant. Quo perspicuum est, sentire Dæmo-  
nes eos, quos nostri Angelos: qui autem semper malos eos putauerunt, eo in loco ha-  
buerunt, quo sunt apud nostros. Semper enim pro malis sunt in nostra Philosophia. Ac  
vt ait P̄fellus de Chaldæis: καὶ ὁ κενὸν γαλδαῖος πιναι κενὸν τῶν δαίμονων ἀγαθῶν, πιναι δὲ κακῶν πιδεται,  
ὁ δὲ ἡμέτερος εὐσεβῆς λόγος, πᾶσι αἰς κενὸν εὐεῖεται ἐν τῶν σωφρονητικῶν ἁποσιλωμάτων, τῶν κελίων ἀνταλλα-  
ξαιδῆς τῆς ἀγαθότητος: Chaldæus, inquit, alios bonos, alios malos Dæmonas agnoscit:  
sacra vera, piāque Theologia nostra omnes definit malos, quoniam voluntariē peccau-  
runt, bonitate in scelus commutata. Hoc inquam quod Chaldæus habet, est etiam apud  
multos posteriores Philosophos, quibus sunt Dæmones boni & mali. Ac variant scripto-  
res ferme omnes, alij tantum bonos agnoscentes, alij bonos & malos, cæteri promiscuè,  
sicut Chaldæus: Platoni nunquam mali: Mercurio Trismegisto nusquam boni: Chal-  
dæo potius mali, quàm boni: nonnullis, vt Porphyrio, vtrunque. Quoniam autem sicut  
in omni Philosophia: quæstione, vetustiora cum primis rimanda, sic potissimum in in-  
G iij

*Mores, ver-  
ba, vni da-  
monij.*

*Fortuna Dæ-  
mon.*

*εὐδαίμονες  
quī.  
Fortuna, De-  
occulte ope-  
rans.*

*Deorum pere-  
grinorū nun-  
tiator appel-  
latus D. Pau-  
lus. Acto. 17.*

*Dæmonis no-  
mine, Deus  
vniuersalis  
intellectus.*

*Dæmon So-  
cratis.*

*Dij à supre-  
mo conditi  
Deo.*

*Angeli sa-  
cra litteris di-  
cti, qui demo-  
nes paganis.  
Angeli, nun-  
cij.*

*Dæmones bo-  
ni & mali,  
Philosophis  
agniti.*

*Varia de dæ-  
monibus do-  
ctrina.*

uestiganda Dæmonum natura facere conuenit: cùm primis autem Philonis præceptum oculis intentis obseruandum, molestissimum superstitionis pondus abieciuri, vt qua de Dæmonibus bona dicuntur apud veteres, ne malis tribuantur: sed ita de his eos locutos putes, vt si de Angelis sermo eis fuisset.

De vario genere Dæmonum apud Philosophos: & quòd non semper Physicè nomen hoc usurpent, transferentes nomen, naturamque Dæmonum ad alios. De Dæmonibus veris & fabulosis ex Platone, & Poëtis. Et quòd veri Dæmones sint aërij. Correctio eius, quòd situm aërium dicunt naturaliter Dæmonibus attributum.

CAPVT XXI.



NCIPIENS igitur à Platone, non vnam eandemque apud eum, nec physicam semper de Dæmonibus, sed fabulosam nonnunquam deprehendes rationem. Physica ratio, verèque Dæmonibus congruens est, cùm eos in Epinomide iuxta sensus omnium ante, & post eum Philosophorum, definit genus aërium. Nam de prioribus Diis, astris scilicet, quorum præclaram naturam pretiosissimamque docuisset, locutus, addidit: μετα δὲ τούτοις καὶ ὑπὸ τούτοις ἔχουσιν, δαίμονας, ἀέρον δὲ γένος ἔχον ἄραυ τελευτῶν καὶ μέσση, τῆς ἐπιμύθεας ἀστῶν, εὐχῆς τιμῶν, καὶ ἐὼν ἐὶ εὐφῆμια διαπορεύει: Post hos, ait, & sub his deinceps censendi Dæmones. Est autem genus aërium, habens tertium, ac medium locum interpretationum, legationumque autor: eosque honorare votis valdè operæpretium est, vt fausta sit eorum pro nobis legatio. Hæc Plato locutus subiicit: Horum duorum generum animalium, alterum ex æthere, alterum ex aëre, prorsus vtrunque non cerni, adesse nobis tamen, etiam non perspicuum, persuadere debemus: Essèque mirabili sapientia præditum, vtpote genus docile, ac memor, cognoscens omnem nostram cogitationem, mirabiliterque amplectens, qui ex nobis boni, probique sint, odio habens incredibiliter malos, ceu qui mæroris sint capaces: Deum enim supremam dignitatis arcem obtinentem, extra dolorem, & voluptatem esse, solum sapere & nosse dicendum. Cùmque mundus animalium sit plenus, eos ad inuicem, & supremos Deos omnes, omnia perferre, eò quòd animalia interiaceant, quæ mira celeritate in cælum, ac terras, omnemque mundum ferantur. Hæc Plato, recto, sanòque iudicio perpendenda: quoniam plurima vera multis fabulosis temperauit. Adiecit enim, quasi suum quendam ordinem secutus, genus aqueum, semideum, Tritones, Leucotheam, Matutam, Inous Melicertem, cæterosque id genus Poëtarum, non Naturæ Dæmones, à Poëtis, non à Deo factos. Vt autem in Timæo, & in Epinomide, in Dæmones recenset Iouem, Iunonem, quos homines fuisse constat, idque Poëtarum testatur descriptio, hi quoque dicendi sunt, in natura, & in hac Platonica superius definitione nullum habere locum. Cauendumque ne fabulis veræ Naturæ inquisitio deprauerit. Dæmonas igitur illos aqueos constat esse fabulosos, & poëticos, ab ipsismet Poëtis, non à Deo repertos, qua liceantia deificant flumina, fontes, arbores, antra. Itaque etiam Dæmonas illos Iouem, Iunonem non esse naturales, de quibus quærimus, Dæmonas, testantur hi, à quibus accepti sunt. Vbique enim Poëtæ demonstrant eos partim Deos, partim homines fuisse, non agnoscentes cum fabulosè loquuntur alios Deos. Quare etiam Apuleius, qui Platonem imitatus in his Dæmonibus censet Palladam, quæ Græcis ferret opem, palàm est à vera Philosophia ad fabulas delapsus. Quomodo enim persuadere sibi poterat Pallada Dæmonem esse, si cum cæteris, qui Deorum apud Poetas implent numerum, ex hominibus est in Deos relata? An igitur ante Deos, Dæmones non fuerunt? At Plato in Timæo censet Dæmones in principio rerum, imperio Dei homines creasse. Huc quoque pertinet, vnde sententiam hanc hausisse Platonem palàm est, quod idem ait in Cratylo, secutus Hesiodum, Dæmonas esse probos homines, quibus post mortem id præmij sit datum, vt Dæmones effecti custodes essent generis humani. Verù enimvero etiam hæc non naturalia, sed poëtica. Quærimus ipsi Dæmonas eos, quos genus, & natura separet ab hominibus, & quos oportuerit cum toto mundo fuisse creatos. Nam si ex hominibus assumpti, & tralati in Dæmonas fuerunt, nulli antequam

Plato de dæmonibus fabulosa quadam irradiat.

Genus aqueum semideum.

Cauendum ne fabulis vera & naturalis inquisitio deprauerit.

Dæmones, probi homines post mortem, dici non propriè.

Aantequam hi excederent è vita, Dæmones fuissent. Nos autem quærimus naturales Dæmones, exclusa vanitate, ac superstitione. Nam hæc Platonis in Cratylo, & Timæo sententia, etiam ipsius autoritate refellitur: quoniam & in Phædro, & in Republica censet eos dari custodes & duces, simulac nati sint homines. Ergo multi homines antequam homines in Dæmones referretur, sine ducibus fuissent. Testatur item in Legibus Deum adhibuisse humano generi custodes, non adhibuisse autem eiusdem generis: sicut nec nos mortales pastores pecorum, aliquam pecudem, vel capram, sed hominem adhibeamus: vt tantum inter duces illos interesse, atque nos statuatur, quantum inter homines & pecudes. Ad hæc cùm in Epinomide de naturali rerum ordine, mundanisque regionibus, & incolis loquatur, tribuens supremam ætheriamque Diis cælestibus, aëriam Dæmonibus, videtur illi naturale esse, vt cùm Deus crearet mundum, replens eum animalibus, simul impleuerit cælum, simul aëra, simul aquas, simul terras. Quòd si vera essent, quæ ex sententia Hesiodi disputat, aër in creatione suis animalibus caruisset, necesseque fuisset expectare, dum probi homines vita functi Dæmonesque effecti, aëriam regionem complerent. Quoniam igitur Plato & Apuleius cum Natura Poësin contuminarunt, pugnantia scilicet inuicem, effectum est, vt nihil rectè, & ex Philosophia eis successerit. Aut enim sequenda scorsum Poësis est, aut Natura. Si temperes, coinquines, nihil efficias clarum & certum. Examinanda igitur Platonis illa descriptio, amandata procul interim Poëtice: quoniam ipse quoque proponit quendam ordinem naturæ. B Plato igitur sentit Dæmonas aërij, etiam in eo fortasse Hesiodum secutus, qui ex hominibus in Dæmones commutatos ait:

Αἰετὸν ἑστάνθων πᾶντι φασίδων ἐπὶ δῆλον. Aeraque induti tota tellure vagantur.

Tribuit scilicet aërium corpus Dæmonibus, vt etiam Apuleius ex sententia Platonico-rum. Sed Plato & Apuleius etiam aërem eis tribuunt, non modò ex quo corpora eorum sint formata, exigua, tenuia, sed etiam quem habeant pro regione, & regno, existimantes nullam fuisse mundi partem, quam Deus animalibus non repleuerit. Sicut autem cælum plenum est syderibus, diuinis scilicet animalibus, vt ipsi censent: sic aërem fuisse animalibus natura, & Diuinitate, genere cælesti inferioribus repletum. Excluis igitur fabulosis illis, poëtisque Dæmonibus, naturales Dæmones priscorum omnium, ac Philosophorum est sententia, aërios esse, duabus de causis: quòd & in regione sint aëria proxime post Lunam, orbemque cælestem: & quòd sint corporibus aëris, sed propter tenuitatem, quales sunt soni & voces, & id genus spiritalia, inuisibilibus, quibus induti per omnem mundum inambulant. Hæc autem definitio erit omnium generatim Dæmonum tam bonorum, quàm malorum. Quod autem Plato de interpretatione, legationeque dicit, sanabitur illo documento Philonis, hoc munus Angelorum, non Dæmonum esse, quod eorum nomine significatur, quo in Hebraica lingua, & ab antiquissimo Mose, & ab antecessoribus eius sunt ab eo munere appellati: ab Ægyptiis, superioribusque Theologis, Platoni auditum, sed nomè immutatum: Aut dicemus eum secus quàm maiores prodidissent, fuisse locutum, ascribentem Dæmonibus, quod erat apud priscos, meliorum potestatum, quos fama, certaque scientia erat, creditis eis à Deo rebus humanis, à cælo in terras nuntios mitti. Hoc non Dæmonibus decuit ascribi, sed vt apud maiores fama increbuisse, Diis ipsis cælestibus, & Angelis, quos super scala, quæ solo fixa cæli cacumen tangeret, vidit ascendentes, & descendentes Iacob. Id officium in sacris litteris dicitur ἀγγέλλειν, nunciare, apud Philosophos ἐρμυνεύειν, interpretari. Inde Hermes, diuim interpres. Dicitur etiam παρεμβάειν, intercedere, perferre, transmittere. Definitionem igitur Platonis, quòd Dæmones sit gens aëria, non modò aëriis, inuisibilibusque corporibus, sed etiam regione, vt sint quasi mundani Dij, proxima cælo loca obtinentes, quoniam is est omnium ferme Philosophorum consensus, approbabimus. Sed officium, quod tribuit eis, dicemus iuxta Philonem, non ipsorum esse, sed Angelorum, quibus veritas cælestis, non aërem tribuat, sed ipsum cælum habitandum, diuinaque præsentia semper frui, exceptaque mandata proferre in terras, affirmat. Quod cùm sit ipsorum proprium, Dæmones à tam præclaro, vt ait Philo, munere excludemus, ne mala pro bonis accipientes, deceptique rerum similitudine, superstitionis pondus nostris ceruicibus imponamus. At dicemus vnam quidem gentem, vnum genus esse Dæmonas & Angelos, sed non omnes Dæmonas, duntaxat autè bonos legationibus fungi. Definitio

Error Platonis de dæmonibus.

Regio ætheria Diis cælestibus, aëria dæmonibus plena, Platoni.

Corpora dæmonibus tributa Platonis.

Legati dæmonum angeli boni.

ἀγγέλλειν in sacris, idè quod ἐρμυνεύειν Philosophis. Legatio Angelorum est, non Dæmonum officium.

*Dæmones pra-  
ni à sua digni-  
tate deiecti.*

*Dæmones aë-  
rij regione.*

*Non esse cre-  
dendū aërem  
Dæmonib. af-  
signatum na-  
turā à Deo.*

*Aërē plenū  
animis incor-  
porois, Philo-  
nis dogma à  
Mosis alienū  
doctrina.*

*Angeli non  
sunt aërij, sed  
caelestes.*

*Aër non ha-  
bet alia ani-  
malia quam  
volucres.*

igitur Dæmonum erit, quod aëriis corporibus regiones aërias incolant : legationes au-  
tem erunt Deorum aetheriorum, non Dæmonum, quibus morum prauitas dignitatem,  
decusque hoc eripuit. Veritatemque à fabulis, & mendaciis, attentis oculis, sic apud Pla-  
tonem, vt apud cæteros Philosophos secernentes, duabus correctionibus vtemur in ex-  
plicatione Platonica de Dæmonibus: primum reiicientes poeticos illos Dæmones, qui  
cum homines fuissent, separatim à Dæmonibus genus habuerunt, nominæque ipsa fue-  
runt hominum nuncupationes: secundum, vt legationem, custodiam generis humani  
non Dæmonum esse, sed eorum, quos Deos appellant, dicamus. Aut si demus bonos,  
& malos Dæmones esse, bonos, Angelos appellabimus, quorum sint legationes, & in-  
terpretationes. Sed definitio, quod sint aërij regione, quoniam Angeli, ac Dij in sacris  
litteris (nam nomen Dei Elohim, etiam Angelorum, sic etiam in profanis) legationibus  
fungantur, humano generi dati à Deo præsidet, & sunt caelestes, non aërij, nisi forte cor-  
pore, non congruent, nec erit eorum cum Dæmonibus miscenda natura. Separato igitur  
munere legationis, & interpretationis, reliquam definitionis partem accipiemus,  
esse eos aërios, à caelestibus aulis, commerciisque Deorum exclusos, & in terram, aëremque  
tenebrosam deiectos. Illud item videtur in Platone, Apuleio, fortè etiam Philone  
corrigendum, situm aërium datum Dæmonibus non naturaliter, ac quasi succedentibus  
inuicem sibi mundanis regionibus, quæ fuerint in creatione repletæ, cunctis elementis  
habentibus sua animalia. Nam si natura situs is Dæmonibus esset, nunquam mali, sed  
boni semper fuissent : quoniam tum autor omnia bona fecit, tum nihil est à Natura fa-  
ctum deprauatum. Nec Deus malis habitatoribus mundum suum repleuisset. Ille igitur  
aëris situs accidentalis fuit: non natura, nec fuit diuina dispositio, vt cælo diuinis animis  
repleto, completeretur, aër item suis incolis. Quod si Deus fecisset, bene fecisset, nec mali  
Dæmones essent, nec aërem, sed cælum incolerent. Relinquitur igitur has sedes datas  
vti malis, vel vt quibus non licuerit ad caelestia templa propter scelus aspirare. Quocirca  
quod Philo perhibet in libro de Mundo secutus Platonem, *ἀέρι μὲν τὰ πτηνὰ, καὶ δυνάμεις  
ἀλλας, ἀποθνήσκοντες ἐδαμῶν καὶ ἐδαμῶν καὶ ἐδαμῶν, φυχῶν ὁ θύατος ἕτος ἀπομάττων ἐστὶ, διακεκοσμη-  
μένους ἕσας αὐτοῖς ἐπιπέσειν*: Aëri, inquit, attribuit volucres, & potestates alias, quæ sensu  
non possunt percipi. Est autem is chorus animalium incorporatarum, per acies & ordines  
distinctus suos. Deinde infert, Quorum alias ratio probat corpora mortalia ingredi, certis  
temporibus rursus migrare, diuiniorem compagem fortitas, omnis terrenæ habi-  
tationis expertes esse, sed supernè ad ipsum aethera purissimas esse. Quas Græcorum  
Philosophi Heroas, & Dæmonas vocant, Moses recto nomine Angelos, legationibus  
fungentes, & nuntiantes à Principe bona subditis, & ipsi Regi ea, quibus indigent sub-  
iecti. Et in libro, quod infomnia sint à Deo, *ἀπὸ φυχῶν ἀπομάττων οἶκος*: Aër incorporeorum  
animorum domicilium. Quandoquidem omnes mundi partes replendas esse, pulchrum  
iudicauit opifex. Quocirca terram terrestribus, mari & fluminibus aquatica, cælo stel-  
las attribuit. Quarum singula non modò animal est, sed etiam purissima mens. Quare  
etiam in alia regione vniuersi, aère, *ὅσα γίνονται ἐν αἰθέρι μὴ κελαικῆτα, πύργοι, καὶ φυχῆ  
καὶ ἀόρατοι, καὶ μὲν εἰσὶν γὰρ ἀέρι, γὰρ μάλλον καὶ ἕδαλος ὡσπερ εἶναι*: Animalia creata sunt.  
Quòd si sensu non percipiuntur, quid mirum? Siquidem & anima inuisibilis. Atqui veri  
fit sumi? aërem multo magis quàm terrā animalia nutrire. Hoc igitur Philonis dogma,  
dicerent Theologi non esse planè Mosaicum, negantes esse in aère animas, antequam  
in corpus descendant, aëremque purissimos animos habitare non concedentes, qui lo-  
cus datus sit eis à Deo, tanquam naturalis, vt legationibus fungantur. Si enim accedunt  
ad Regem, certè caelestes sunt, non aërij. Et ipsi angeli confessi sunt se semper astare con-  
spectui diuino. Si sunt caelestes, vt clara ratio est, quoniam sunt Angeli, qui Dij dicun-  
tur à Philosophis, etiàmque in Theologia, superest eos etiam cælum habere pro regio-  
ne, còsque solos legationibus fungi. Eos autem qui tenent aëra, non modò non esse pu-  
rissimos, sed aliorum Theologorum testimonio inquinatissimos, vt pote vetitos propter  
impuritatē caelestes penetrare domos. Quare secutus in eo Platonem Philo, dogma  
proposuit non vsquequaque Mosaicum. Probarem enim testimonio Mosis, tum Ange-  
los caelestes esse, semper in aula regis sui commorantes: tum aërem non alia animalia,  
quàm volucres habere: nec aliud animantis genus aëri necessarium fuisse, quo replere-  
tur, nisi volucres & volatilia: sicut nec aquæ sunt alia animalia, nec terræ nisi corporea,  
& visibilia. Dæmones autem quoniam tantus est Philosophorum consensus aërios esse,  
dicerem

Adicerem non consilio creatoris, & natura situm hunc habuisse, sed casu & vitio fito, qui-  
bus cælum, quemadmodum cæteris animis, esset paratum. Eadem correctione vterer in  
Apuleio, selectis bonis multis, quæ de Dæmonibus sentit.

*Cur dæmones  
putandi sunt  
aërij.*

*Declaratur sententia Platonis de Dæmonibus, qua tribuit eis legationes,  
intercessionemque inter hominem, atque Deum. Et quòd hi sunt An-  
geli caelestes.*

CAPVT XXII.



**D**ECLARATVM est igitur, quod Plato prodidit in Epinomide. Cum  
ergo legationes, & interpretationes, non Dæmonum aëriorum, sed  
caelestium Deorum esse deprehenderimus, recognoscere, & in sedes  
suas restituere necesse erit, quod item Plato dixit in Symposio de Dæ-  
monibus: Etenim, inquit, omne Dæmoniorum genus interiacet in-  
ter Deum, & mortales, referens Diis res humanas, hominibus diui-  
nas: Hominum quidem preces, & sacrificia: Deorum imperia, & præ-  
mia sacrificiorum. Cùmque sit in medio amborum, efficit vt vniuersum sit inter se de-  
uinctum. Per hos tendunt omnia vaticinia, arsq; sacerdotum, eorumque omnium, qui  
B sacrificiis & initiationibus, incantationibusque & veneficiis insistant. Deus autem non  
habet cum hominibus commercium, sed per hos omnis fit legatio, & allocutio Diis ad  
homines. Vigilantibus item & dormientibus. Atque qui in his doctus est, vir dæmonius  
dicitur. Igitur hi Dæmones multiplicēs sunt & varij. Hæc Plato. Quæ quidem eodem  
atque superiore calculo examinanda esse, ne vel in suspensionem, vel indignam Philoso-  
phia hallucinationem cadamus, certum est. Tanta est enim propter separationem à cor-  
pore inter Dæmones bonos & malos, aut Angelos, & Dæmones similitudo, & quia mali  
sæpe transformant sese in Angelos lucis, vt eadem eisdem apud Philosophos tribuantur,  
deceptos eorum nonnullos, vt ait Porphyrius, ea similitudine. Quoniamque creden-  
dum est Platonem, sicut omnem aliam Philosophiam, sic de Dæmonibus hanc ab Ægy-  
ptiis, cæterisque Barbaris, etiam iudice Plutarcho hausisse, verisimile sit quæ de vtroque  
genere audisset, huc eum in commune attulisse. Dico igitur in hac Platonis relatione,  
etiam Platoniorum testimonio, cùm mista sit duplex natura, non congruere Dæmoni-  
bus omnia, separandaque esse recto sanòque iudicio: quoniam nihil est aliud miscere su-  
perstitionem cum religione, quàm indigna Deo, indigna malis, prædicare, vt siue bonis  
mala, siue mala bonis assignes, par vtrinque periculum adeas. Functio igitur illa, lega-  
tiones, & interpretationes, & inter Deum, hominēque intercessio, delatio mandato-  
rum Dei ad homines, precum, & benefactorum ab hominibus ad Deum portatio, non  
est eorum, quod ibidem incantationibus, & ei qui dicitur γόητα, maleficium, initiatio-  
nibus item, quæ sæpe fuerunt execrabiles, præfectos dicit, & quibus totam attribuit  
Magicem: sed est caelestium Deorum, & eorum, qui semper assistunt diuino conspectui,  
quos Aristoteles & Plato beatos in cælo prædicant ob hanc causam viuere. Quod longe  
quàm Ægyptiorum, & Græcorum Theologia Mosis vetustior, in qua Dij caelestes à sum-  
mo & Principe, ac Rege suo Deo monstrantur ad homines missi, rursus ab hominibus  
preces, & benefacta attulisse, probat. Ac vt taceam Mosen, de precibus clarum. Apud  
Tobiam inquit Angelus, Quando orabas cum lacrymis & sepeliebas mortuos, & relin-  
quebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepe-  
liebas, ego obtuli orationem tuam Deo. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt ten-  
tatio probaret te: nunc misit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui Dæ-  
monio liberarem. Ego enim sum Raphaël vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.  
Hæc ipse Angelus, addens se vesci cibo immortalis, inuisibili, qui ab hominibus cerni non  
possit. De sacrificiis autem in Apocalypsi: ascendit fumus Aromatum ante conspectum  
Dei de manu Angeli. Ergo non à Dæmonibus, sed ab ipsismet Diis functio hæc celebra-  
tur. Triaque sunt in hac Platonis assignatione corrigenda, vt Theologiæ transpositus  
ordo in suas regiones reuocetur: Quòd ait Dæmonas intercedere inter Deos & homi-  
nes. Nam qui inter Deum, hominēque intercedunt, quasiq; mediatores, & τῶν ἀνθρώπων  
existunt, non sunt Dæmones, sed ipsimet Dij: nec est cum Diis illis multis, quos & ipsos

*Dæmones in-  
ter Deum &  
homines me-  
di.*

*Similitudine  
decepti homi-  
nes, bonos &  
malos angelos  
eosdē esse sta-  
uerunt.*

*Periculosum  
miscere su-  
perstitionem  
cū religione.  
Bonorum an-  
gelorum offi-  
cium est offer-  
re preces ho-  
minum Deo.*

*Tob. 12.*

*Apocalip. 8.*

*Dæmones non  
intercedunt  
inter Deū &  
homines, sed  
angeli.*

confessus est Plato ab Opifice mundi creatos, intercessio: nec ad eos fit relatio, sed Deum D supernum, nec habent ministros, internuntios, & legatos. Qui enim sunt Dij illi, inter quos, & homines, medij, & internuntij Dæmones intercedant: Transpositus igitur est ordo corrigendus & restituendus à nobis, vñ quos dixit Deos, & quos Aristoteles prædicavit extra cæli vertiginem vivere beatos, quod etiam Plato ubique, descendant è cælo inter homines Deum q; altissimum intercedentes, digni qui vocentur, sicut in sacris litteris vocantur, Dij: Quos omnis vetustas etiam cognouit, & sensit, & audiuit, expertaque est ad homines venire. Namque Catullus, Qui cœtus humanos inuisant: & quod Plato in Epinomide, bonos & pios amplectitur: non aërios illos Dæmones, sed Deos cælicolas dixit, qui quondam sumptis pulcherrimis, visibilibusque corporibus, darent sese in cōspectum piis, ac iustis, vt Abraham, vt Mosi, vt Iacob, plerisque probatissimis viris post & ante eos. Scelera autem nostra auertisse, iustitiæ, probitatisq; amatricem eorum mentem à nobis. Hi sunt legati, interpretes, relatores, vltro citroque à cælo in terras, à terris in cælum, legatorum more reuolantes. Secundum corrigendum est, vt quemadmodum non est inter Deos, hominesq; intercessio, sed inter Deum principem, quem & ipse agnoscit, veneraturq; Plato, nec ponere fas est alium ordinem inter homines, & Deos: sic prædictio futurorum, legatio, & allocutio, Dæmonibus & aëriis illis potestatibus erepta, tradatur Diis melioribus, non nuntiis ex potestatibus, sed ipsiis nuntiorum munere fungentibus. Tertium, quod quemadmodum munus istud præclarum traditum Dæmonibus, restituitur veris possessoribus Diis: sic officium execrabile, veneficiorum, incantationum, teletarum, quæ sæpe turpissima, abominandaq; fuerunt, non bonis illis, & potentibus Diis, quibus mens est, vt Catullus ait, iustifica, tradatur, sed relinquatur aëriis istis Dæmoniis. Hoc igitur pacto fiet, vt datis suis cuique locis, ordo Theologiæ verus appareat. Habemus interim à Platone, Dæmones esse genere aërios, magicæ, veneficiis, incantationibus, oraculis præfectos. Legationes autem, vt ipsa ratio docuit, restituiimus Diis. Docet enim ratio, non inter Deos, sed maximum præpotentemq; Deum intercedere legatos. Ergo si sunt Dij cælicola: vt fatetur Plato, hi maximè parentes principi Deo legationibus funguntur. Sequitur item ex dictis Platonis, necessaria, naturaliq; deductione, Dæmones non esse bonos, idq; duabus rationibus. Sunt aërij, non admittuntur in cælum, non fruuntur diuina præsentia. Sunt item sceleratis maleficisq; artibus, teletis execrabilibus præfecti. Quo arguitur eos impuros esse, & inquinatæ mentis, nec eos delectari, quod in Epinomide dixit, bonis, odisse malos, quod est ipsorum Deorum cælicolarum, vt Catullus ostendit. Emendandum item aut declarandum, quod ait Deum vel Deos cum hominibus non habere commercium. In Gorgia sentit contrarium: φασι δὲ οἱ σοφοί, ὅτι ἕρπον, καὶ γῆν, καὶ θεοὺς, καὶ ἀνθρώπους, τὸ πῶν κωνανίαν συνέχου, καὶ τὸ πῶν φιλίαν, καὶ κοσμιότητα: Aiunt sapientes cælum & terram, & Deos, & homines habere societatem, & amicitiam & inter se ordinem. Hucusque possent sic Dæmones definiti secundum Platonem: Dæmones genere sunt aërij, id est, loco, & corpore: sunt malis affectibus, quia delectantur impuris veneficiis: præfunt incantationibus, quæ sine impuritate, & flagitiis non fiunt. Habemus etiam ex Platone, & Catullo definitionem Angelorum, siue Deorum, quod sunt cælestes, præfecti legationibus, inter nos & Deum intercedentes, imperia Dei nobis, nostras Deo preces perferentes. Delectantur mirum in modum bonis, adeunt domos castas, execrantur malos, auertunt sese ab eis.

Angeli aliquando visibiles.

Angeli internuntij & interpretes.

Veneficia & incantationes sunt malorum dæmonum.

Dæmones non sunt beati, & cur.

Dij cum hominibus societatem habere.

Separantur ea, quæ promiscuè de Dæmonibus aëriis & Angelis cælestibus locutus est Plato. Et, quod mirè cum sacris litteris consentit, de principibus humano generi datis.

CAPVT XXXIII.



Dæmones præfici hominibus ex Platone.

PLATO in Epinomide, & in Symposio confudit naturam bonorum, ac malorum, transfuditque Deos in Dæmonas: nos autem separat à veritate mendaciis, sua quibusque restituimus: sic faciendum est cæteris locis, in quibus de Dæmonibus est locutus. Quarto de Legibus hæc scribit, Cognoscens Saturnus, quemadmodum narrauimus, humana natura, cuius imperio subiecta cuncta essent, fieri non posse, quin iniustitia & iniquitate in gubernando vteretur, ἐπίτη βασιλείας γὰ καὶ ἀρχοντας τὰς πόλεις

Ἀπάσειν ἡμῶν, σὺν ἀνθρώποις, ἀλλὰ γένος θεοτέρου καὶ ἀμείνονος δαίμονος: Præfecit Reges, & Principes vrbibus nostris, non homines, sed alterius generis diuinius Dæmonas. Tum subiicit: sicut nos facimus pecori & omni domesticorum, mansuetorumq; animalium gregi, non boues bouum, neque capras caprarum principes, ac duces damus, sed nos dominamur genus quàm ipsa præcellentius. Sic videlicet clemens Deus genus excellentius Dæmonum præfecit nobis. Quod summa pace, & clementia, summaque erga nos prudentia, liberatam, abundantiam, modestiam affatim afferebat, efficiebatq; vt sine tumultu, beatæ res humanæ agerent. Ac vera hæc fama addit quoque, quibus vrbibus mortalis quis, non Deus imperet, nec malorum, nec miseriarum fore finem. Hæc & alia Plato. Hic quoque duplex necessaria vel correctio, vel declaratio, ipso etiam Platone nobis eam ostendente, quod hoc non fecit Saturnus, sed Deus, vt idem postremo profatus est, & docuit in Timæo, & in Politico. In Timæo mundanus opifex, summusq; Deus iubet Deos minores, quos Dæmones Græci, Latine Genios dictos putat Marcus Tullius, in corpus humanum, quod imperio eius collectis ex omni elemèto purissimis quibusque partibus effinxissent, anima, quam ipse creasset, inclusa, omnem dein generis humani curam eos suscipere, regentes ante vitam, in vita, post vitam. Quare non fuit is Saturnus, sed Deus Sempiternus, omnipotens. In Politico quoque dicit ad verbum: Sicuti nunc per loca idem fit à Diis principibus. Nam omnes mundi partes interceptas, & quidem etiam animalia, generatim & greges, veluti pastores diuini, partiti sunt inter se Dæmones, quorum quisque sufficit suæ gubernandæ prouinciæ, quam Deus eis credidit. Paulò post: Deus ipsos distribuit, præficiēs ipse sicuti nunc homo animal diuinius, cætera inferiora genera pacit. Ecce refert eadē hoc libro Plato, atque libris de Legibus, nominans apertè Deum, quem Saturnum in Legibus. Ipse igitur vel corrigit, vel declarat seipsum. Secundo loco emendandum, vel declarandum, quæ possit etiam ex Platone colligi correctio. Hoc munus mundi gubernandi, ac regendi, non fuisse à principe Deo Dæmonibus delegatum, sed Diis illis cælestibus, vt superius Catullus cum Platone prædicabat: possētque, quod ipse fortasse non grauiter acciperet, autoritate vetustissimi Mosi corrigi Plato, qui in suo diuino carmine longè ante natum Platonem cecinit, Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Dei. Quamquam Hebraica lectio est filiorum Israël. Item Daniel genere Barbarus (à Barbaris autem fluxit ad Græcos Theologia) multos natus annos ante Platonem, inducit quendam è cælitibus, nimirum Angelum Gabrielem, cui populus Hebræus creditus esset, dicentem restitisse sibi principem Persarum, venisse autem Michaellem vnum de Principibus primis in adiutorium suum. Ibidem est princeps Græcorum, & Michael item princeps Hebræorum. Hi sunt igitur quos Plato similiter dixit ἀρχοντας, Principes, mundi rectores, Præsides generis humani. Nec alia sentiebat ipse, quàm à Barbaris audita, nomine tantum dissensit, nec quæ Barbari docuissent, quoad decuisset, percepit. Possēmque ex ipso declarare, vel corrigere Platonem, qui cæteris libris non à Dæmonibus, sed Diis asserit curari genus humanum. In Phædone, vt alia loca taceam, Bene, inquit, illud celebrari, crebro quæ iactari, mihi videtur, θεὸς ἐναὶ ἡμῶν τὰς ἑπιμελιμένους, καὶ ἡμεῖς τὰς ἀνθρώπους ἐν τῇσὶ κτημάτων τοῖς θεοῖς ἐναὶ: Deos esse gubernatores, custodisque nostros, & nos esse Diis, quasi peculium. In Apologia quoque dicit non negligi res viri pij, ac iusti à Diis. Ergo correxit Platonem Plato, tulitque etiam pro veritate suffragium. Vt ergo fabulosè propè fuerat pro vero Deo Saturnus, sic pro veris Diis, aut Angelis, nominati sunt Dæmones. Sed corrigitur & autoritate Prophetarum, quorum vetustior est, quàm Platonis Theologia, & ipsiusmet testimoniiis Plato. Habes igitur præter supradicta nihil aliud, quidem de Dæmonibus: de Diis autem, quod concorditer cum vera Theologia, distributas partes omnes mundi à principibus suis Diis asserit Plato. Sicque potuerunt Dij definiti. Dij cælestes, quos Angelos & nuntios cæteri vocant, incolunt cælum, sunt legati Dei, inter Deum, & homines intercedentes: sunt item principes prouinciarum, vrbium, locorum rectores, ac pastores diuini quidam, à quibus tanquam ducibus & principibus gubernantur res humanæ. Hosq; distribuit præpotens ille Deus. Quare non sunt Dæmones illi aërij principes, quos dixit Plato, cum Dæmones magnis illis principibus longè sint inferiores & imbecilliores. In Tobia vidimus ab Angelo fugatum Dæmonem vt pote immundum, impurum, imbecillum, à sancto, puro, præpotenti. Hi sunt igitur veri principes, & hos verisimile fit ex Theologia Barbarorum audisse, & scriptis suis celebrasse Platonem. Et

Corrigitur Plato.

Dij minores, genij.

Angelo Gabrieli populus Israël creditus. Dan. 10. Michael, princeps Hebræorum.

Plato à Platone correctus.

Definitio Dæmonum seu Angelorum.

nos in suum locum theologiam restitimus, etiam non reclamante Platone: qui & in Politico hac ipsa differens, πάντες οὖν οἱ χεῖρ' ἰσχυροὶ συνάροντες τῷ μεγάλῳ δαίμονι θεοί, γινόντες τὸ γινόμενον, ἀφίσσονται ἀπὸ τῶν μερῶν τῆς πόλεως τῆς αὐτῶν ὀπιμείλειας: Omnes, ait, qui cum magno Deo per loca imperabant Dij, cognoscentes iam quod fieret, partes mundi suis gubernaculis destituerunt. Sic Deos appellat, quod alibi Dæmones. Mirabile quædamque principum propè oraculum apud Platonem, principibus diuinis creditas res humanas, eos & Principes appellantem sicut litteræ sacræ, & eam gerendam prouinciam demandantem, quam item litteræ sacræ, per omnia sanctæ Theologiæ conformis. Et Philone dicente, apud Philosophos Dæmonas esse, qui in sacris litteris Angeli, noscimus principes Dæmonas esse principes Angelos.

Dij, demones, angeli.

De Dæmonibus eligendis, eorumque præsidio, custodiaque hominum in vita, & post, à Platone tradita, in Deos, vel Angelos congruere. Quis sensus, cum aiunt iustos post mortem fieri Dæmones.

CAPVT XXIII.

**N**on item obseruandum suspiciendumque est, & vt fecimus etiam, declarandum, quòd aliis multis in locis de Dæmonibus tradit Plato, Quos vt docui tribus vitæ conditionibus, sortitos reshumanas, eas ad ministrare, ante vitam, in vita, post vitam asserit. Quæ dicta sunt, spectant ad conditionem, qua viuimus: quæ autem in Phædro, decimo de Republica, ante vitam & post. In Timæo quoque cum iubentur humano corpore formato animas diuinitus creatas inferere, & regere, atque alere, & consumptos sinu recipere, tradit ea, quæ cæteris libris. Et quod progressus in Timæo: πῶς δὲ θνητῶν τιλὴ γέσται, τοῖς ἐαυτῶν γενήμασι διμμεργεῖν προσεταξέ, οἷδ' ἐμυμένονοι τὸ δαλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τὸ τοῦ θνητοῦ σῶμα αὐτοῖς ἐπιεπινοῦσιν: Mortalium autem fatum & opificium suis filiis aut progenici demandauit: Qui quidem eum imitantes, acceptoque animæ immortalis principio, deinceps ipsi corpus effinxerunt, & adornarunt. Iuxta igitur hoc suum dogma in creatione hominis, quod auctoritate eius, aut corrigitur, aut declaratur, Plato multa aliis locis differuit. In decimo de Republica docet electionem Dæmonum, quos ipsi vitam ineuntes eligimus, vel ipsi nos eligant, nostram esse. Referendumque, vt dixi, ad Angelos & Deos caelestes, quos dari simul ac nati sumus, custodes nobis, omnes propè sacri scriptores consentiunt. Eliguntur autem à nobis, quòd quancunque viam, electionemque vitæ suscipere velimus, nostræ sit libertatis: vita verò suscepta, suscipitur, eligiturque Genius siue Angelus, qui diligunt, amplectunturque bonos, execrantur, auertuntque sese à malis. Cui iustitia, pietas, probitasque placuerit, Angelum sibi custodem, præsidemque elegit. Nam Plato & Aristoteles, ipsa quoque sacra doctrina bonos cum primis à Deo curari, diligi, foueri contestantur. Viroque iusto nec viuo, nec defuncto nocere quicquam ob illam custodiam posse asseruit Plato. Nostra igitur est electio, nostrum est decernere, vtrum piis castisque factis pueros illos, sanctos, & caelestes animos velimus aduocare & conciliare nobis, an sceleratis, impurisque auertere. Quod vbiq; in nostris litteris decantatur. Reuocabitur igitur & istud, quod ad statum ante vitam pertinet, in suum Theologiæ locum, aut mentem Platonis fuisse dicemus, quod aperte & in Phædone, & Politico, aliisque locis demonstrat, Dæmones esse Deos illos caelestes humani generis præfides à Deo datos. In Phædone quoque vbi loquitur de statu animorum post vitam, hæc ad alia habentur, referente ipso famam quandam priscam, Animam indigere custode, ὡς ἀρα τελευτήσαντα ἔχουσιν, ὁ ἐκείνου δαίμων ὡσπερ ζῶντα εἰλήχει, ἕτοιμος ἀγεῖν ὅτι χεῖρεῖ εἰς θνήσκον, οἱ δὲ τὸς ἐπιλλεγόντες διαδιχασομένους εἰς ἀδ' ἀπὸ πρῶτου: Scilicet, vnum quenque vita functum vniuscuiusque Dæmonem sicut viuentem sortitus fuisset, sic conari agere ad quendam locum: Quo collectos, oporteat ad inferos tendere iudicandos. Hæc Plato, addens quòd animas, quæ vel homicidiis aut iniuriis, vel alio scelere se commaculassent, earum duces execrati, & perosi, neque proficisci cum eis, neque duces esse velint. Ipsas ire vagas, & palabundas, donec certa temporis reuolutione peracta, à necessitate ad dignum sceleribus suis locum rapiantur. Quæ autem purè, ac sanctè, moderatèque

Dæmones qua conditione sortiti res humanas.

Angeli nobis dari custodes.

Genius siue Angelus bonorum.

Angeli boni auerantur sceleratos homines.

Aderatèque vixissent, vactas duces & comites Deos, in locum congruum deduci: ζυμεπάρων, καὶ ἡγεμόνων θεῶν τυχεῖσαι ὡκισε τῶν αὐτῶν ἐκείνη τὸ πᾶν προσέμουσα. Ipso igitur etiam attestante Platone, videmus duces illos, & comites animarum esse Deos. Apparètque venerabilis, primæua, per omnes ætates descendens, habens ortum à cælo Philosophia de Diis, siue Angelis caelestibus: Eos à Deo rebus humanis præfectos, quam natura hominum, superioris conditionis, iustos & antequam vitam incant animi, & cum in vita degunt, & cum excefferint, se qui, comitari, amplecti, regere veluti gregem. Traduntur eadem in Theologia, Quòd Michael princeps iustarum animarum: Et in Petro pulsante hostium suspicio, quòd Angelus eius esset. Et quòd ab his in terra vita nostra munitur. Et quòd ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu Domini: Et quòd Angelus eius nobiscum est: Et quòd Angelus meus præcedet te: Et in Tobia, Angelus Domini comitetur vobiscum: & quòd tradit Deus Michaëli animas sanctorum. In quibus apparent non res modò, sed nomina similia, duces, principes, comites, munientes, ferentes sacrificia, præcèque. Apud Platonem ζυμεπποροι ἡγεμόνες, ἐρμηνευταὶ, πορθεύοντες, Hæc apud Platonem Theologia, est illa sæculorum omnium, est ingens, quod semper cælo cum terra fuit commercium: quo, sicut cælites, & princeps ipse Deus, exploratas habuere semper res nostras, & claras, defixèque eas intuebantur: sic terræ propter id ipsum commercium, cum crebrò ante domos castas ventitant, nouerunt, videntur eos in omni sæculo, sicut apud Hebræos, & nostros, sic item exterarum gentes. Viderunt enim sumus filij Dei. Et prioribus illis sæculis nondum terra violata idololatria, sæpe Angeli in terris visabantur. Dogma verò, quod idem ducant, animas corporibus exutas, mirabile est, vt illis etiam perspectum fuerit. Sic vndique omni ratione concluditur eandem semper fuisse pietatem, religionem, Philosophiam, sed nominibus mutatis, & ordine Theologiæ transposito, aut ab aliquibus inepris, & male fanis temerato, primorum sæculorum sanctitatem caligasse: donec magna Mens, creatrix hominum, caelestibus aulis digressa in terras, eas larga bonitatis suæ luce repleuit, fecitque sapientia suæ fontibus exuberare omnia. Hactenus habemus seorsum ex Platone, nempe ex prisca Philosophia, eoque veriore. Nam & Plutarchus perhibet hæc à Chaldæis, Ægyptiisque manasse, quæ de mediis inter Deum & homines Dæmonibus posuit Plato, natura Angelorum, siue Dæmonum bonorum, sicut superius aërios illos à caelestibus separauimus, semouimus etiam fabulosos, & non naturales Dæmones poeticos scilicet à veris. Poetici Dæmones sunt homines, ex hominibus in Dæmones relati, Pallas, Minerva, Iuno. Qui cum non sint naturales, mirum est Apuleio, sed antea Platoni fuisse inductos. Quod poterit tamen rectè interpretari. Vt enim in nostris litteris homines pij fieri sicut Angeli Dei dicuntur, & vt ostenditur finis totius beatitudinis esse σπουδαίως, deificatio, vt efficiamur Dij, consortes imaginis filij Dei, & coheredes eius: sic tale quid innuebant illi, post mortem fieri bonos, ac iustos vti Deos, ac Dæmones. Sic etiam Plotinus credit malos animos fieri Dæmones malos. Sed Theologiæ, rerumque vitanda confusio. Quòd & Iatianus Philosophus admonuit: δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάσσοντες, οἱ εἰσὶν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς, πῶς γὰρ ἐν γένοντο δρακίνα, καὶ μετὰ τὸ σποτανεῖν, χρεῖς εἰμὴ εἶναι μὲν ὁ ἀνθρώπος; Dæmones, ait, qui hominibus imperant, non sunt hominum animæ. Quomodo enim essent operantes, post mortem nisi viuat homo? Hæc ille. Sed non placet auctoritas eius, quantum Chrysofostomi, & aliorum.

Primæua de Diis philosophia.

Dan. 10. Act. 12.

Act. 19. Baruc. 6. Tob. 3.

Dan. 10. 12. Attributa nomina angelis.

Quando angeli in terris visi.

Is est seruator noster Iesus Christus.

Dæmones poetici qui.

Homines fieri angelos, quid.

Separantur veri Dæmones à fabulosis, quos celebrant poetæ. Veros Dæmonas aërios illos esse.

CAPVT XXV.

**T**ria igitur, vt seorsum, separatimque cuncta tradantur, sunt apud Platonem Dæmonum genera, è quibus vna tantum natio sunt veri, naturalèque Dæmones, reliqui non naturales. Naturales & veri sunt aërij illi, isq; est omnium Philosophorum, totiùsque Philosophiæ consensus, esse naturales, quos Plato venificiis, incantationibus, Magicæ, γοητείαι, sacerdotumque artibus oraculisque præficit. A quibus ex vna parte separandi sunt Dæmones fictitij, & poetici, vt Matuta, Oceanus, Galacia, Phorcis, Satur-

Tria genera dæmonum apud Platonem.

Naturales dæmones qui.

*Caelestes Dij qui.* nus, Opis, Iupiter, Iuno, quos memorat in Timæo Plato, in libro de Vniuersitate Mar-  
cus. Ex altera parte caelestes illi Dij, quibus aërij Dæmones subiecti, reformidant, tremuntq; ad potentiam eorum, possunt q; variis cruciatibus ab eis torqueri: Et quos nonnulli Philosophorum ministros Angelorum, id est Deorum, dixere. Hac separatione facta, facilius omnia, quæ traduntur à Philosophis, & à Theologia vera cognoscemus. Tam verò sunt in Theologia seorsum Dæmones à superioribus, & ab hominibus distincti, quàm apud nonnullos Philosophos confusi. Confusum est igitur, primum quod Laërtius ait Platonem existimasse θεὸς ἐφοροῦν τὰ ἀνθρώπινα, καὶ δαίμονας εἶναι: Deos intueri, & regere res humanas, & Dæmonas esse. Dico Dæmones hic, non esse veros illos, aëriótique Dæmones, sed vt à principio demonstrari, ex cõmunicatione nominis Dæmonis, quod apud priscos erat etiam nomen Dei, vt exempla probant, Deos, id est Angelos, Dæmonas dictos. Dæmonium autem Socratis, cuius meminit totlocis Plato, cùm Socrates esset vir bonus, hortareturq; ad virtutẽ omnes homines, & ab ipso Dæmonio ad bonum semper vocaretur, fortasse non mali esset, sentire fuisse Angelum ipsius, qui & Balaam hariolo, & Mago apparuit, à sceleréque auertit. Quod autem dicit in Apologia Dæmonas, aut Deos esse, aut filios Deorum nothos ex Nymphis, dicendum est hos poeticos, & fictitios, fabulosóque Dæmones esse, non veros illos, ac naturales, & quos in Epinomis de genere aërios definiuit. Et nec filios Deorum Dæmonas, nec Deos esse posse. Præter naturam, solumq; poeticum, esse vt Deus miscetur cum muliere, indécque nascatur Dæmon. De quo postea. Sic quos dixit in Cratyllo ex sententia Hesiodi Dæmones, homines scilicet iustos vita functos, non minus erunt fabulosi, atque poetici illi: habebit autem res veri quandam similitudinem, si Dæmonas velut Angelos interpreteris, quibus post hanc vitam similes fiant homines, iusti, ac pij. Ad eandem rationem attinebit vocatus Trismegistus Dæmon, quasi Deus quidam, non Dæmon verus. Et quod Plutarchus ait, vti nonnullos mutationibus, vt quemadmodum è terra aqua, ex aqua aër, ex aère ignis fit, sic ex hominibus Heroës, ex Heroibus Dæmones, è Dæmonibus pauci in Deos abeant. Hæc ratio vera non est, Naturæ modos non seruat, datos, ac præfixos à Deo. De quo posthac. Ex genere quoque fabulorum, poeticorumq; Dæmonum erunt, quos ex sententia Hesiodi refert Plutarchus, proferens quædam ex eo carmina:  
Εἰνεία τοι ζῶν γενέας λατρεύει κορώνη  
Ἀνθρώπων ἠέροντων, ἔλαφος δὲ τέτυκτα κόρωνος  
Τρεῖς δ' ἐλάφης ὁ κόραξ ἡγεύσκειται, αὐτῶν  
Εἰνεία τὰς κόρακιες, δέκα δὲ ἡμεῖς τὰς φίνικας ὁ φοῖνιξ  
Νύμφων ἐνπλόκαμοι κέρα διὸς ἀργόχοιο.

*Nympha, deæ mones.* Quæ non curabo reddere carmine. Nouem, inquit, secula viuunt arguta cornix virorum adolescentium. Ceruus autem quatuor cornices. At tres Ceruos Coruus senescit. Verum Phœnix nouem Coruos. Decem autem Phœnices viuunt vos Nymphæ crinitæ, filia Iouis Ægiochi. Arbitratur enim Plutarchus has Nymphas ex sententia Hesiodi Dæmones esse. Dicendum igitur hos minime veros, sed fictitios, & fabulosos Dæmones, & à poetis introductos, sicut fontes, quercusq; Deos, reliquámque fictitiam Diuinitatem. Item erit falsa commentitiáque prorsus persuasio, vt superius, bonos viros in Dæmonas bonos migrare dicebant, sic quod à sanctissimis, & grauissimis Theologis nostris repudiatur, homines malos post mortem Dæmones redditos, nonnunquam corpus humanum vexare. Eo enim non esse credendum Chrysofostomus inquit, quoniam Dæmones ipsi deceptores sempérque mendaces id fateantur. In hac persuasione fertur fuisse Plotinus. Quod nisi similitudinem interpreteris, vt sicut bonis detur habitatio, quædamque similis Angelorum natura, animo, & corpore beatis effectis, sic mali sint Dæmonibus corruptis, & infelicibus pares, loco & sorte, aliàs violandus & transponendus ordo Naturæ non esset. Similiter quos ipse in tertio de Republica reiciit Dæmonas, Heroásque fictos ab Homero, pariter reiciemus.

*Veri Dæmones ostenduntur esse aërij, natura malefici, ingenio prauis, boni nunquam ipsismet Philosophis autoribus. Et quod etiam Aristoteles de Dæmonibus est locutus.*

C A P V T X X V I.

SELECTIS

**A** ELECTIS igitur, & accuratè cunctis sepositis, veri Dæmones, omnis Philosophiæ consensu, dicendi sunt aërij, malefici. De quibus Platonis etiam testimonio, hæc pronuntianda sunt, primum eos aërios esse habitatione & corpore, tum scelere, turpitudine delectari. Quod propositioibus ex ipso Platone prolatis probabitur, altera ex altera nascentibus. Prima propositio est, quod ait Dæmones præfectos ei, quæ dicitur à Græcis ρητέια, hoc autem est deceptio, qui decipiunt sunt mali, Dæmones ergo mali. In tertio de Republica: εἴποιε ρητέιαν πάντα ὅσα ἀπατᾷ: Videntur inquit Plato, facere præstigiū, quæcunque decipiunt. ergo ex Platone nihil est aliud ρητέια, præstigiū, quàm deceptio, cui præfectos dixit Dæmones. Secunda propositio est ex secundo de Legibus, vbi nititur omni conatu probare Deum esse bonū. Bonum autem non fallere, neque esse ρητέια, præstigiatorum. Ergo si Deus, quia bonus, non est ρητέια, vt loquitur ibi Plato, necessarid quicunque est ρητέια, est malus. Longè autem peior, qui præstet beneficiis, vel præstigiis. Dæmones igitur maximi deceptores, & implanatores, nec mali modò, sed etiã pessimi. Tertia propositio ex decimo de Legibus, vbi prohibetur ea, quæ dicitur ρητέια, & quæ ἐπαδάς, incantationes, vt quæ funditus vrbes euerat, suppliciaque ibi exercentibus adhibentur, ὡς θυσιῶν τε καὶ εὐχαῶν καὶ ἐπαδάς ρητέιοντες, ἰδιώταστε, καὶ ὄλας ὀπίλας, καὶ πόλεις, ρητέιαν χάριον ἑπιχειροῦσιν κατὰ κράτος ἐξαρῶν: Quasi sacrificiis & votis & incantationibus præstigiates, priuatos item & domos integras, atque vrbes pecuniæ causa conantur funditus euertere. Ecce docet Plato euentū, studiumq; incantationū, ac præstigiatarum, euerfionẽ nempe priuatorum, familiarium, & urbium, idq; ob pecuniã. Quicunque igitur hæc exercent, mali, execrables, quicunque præsumt, scelestissimi, nocentissimi. Itaque Dæmones ore ipsius Platonis, Platoniorumque sunt, quales testantur nostræ litteræ, inquinatissimi, scelestissimi. Denique, quæ nos ex coniecturis colligimus, Porphyrius aperta voce confessus est in secundo de abstinentia: Διὸς μὲντοι τῶν ἐναντιῶν ἢ πᾶσαι ρητέια συνέλειται, τῶτοις γὰρ δὴ μάλιστα, καὶ τὸν παρεστῶτα αὐτῶν σκητιμῶσιν, οἷα καὶ Διὸς ρητέιαν πάσι φαίνεται. Ἔτοι καὶ ἀπατῶν ἰσχυροὶ οἱ Διὸς τῆς τερατοργίας. δι' αὐτῶν φίλτρα, καὶ ἐρωτικὰ καὶ ταπεινώσεις οἱ κερκοδάμονες, πᾶσαι γὰρ ἀκολασία, καὶ πλεῖστον ἐλπίς καὶ δόξα, Διὸς τῶν καὶ μάλιστα ἢ ἀπάτη, τὸ γὰρ ψεύδος τῶτοις ὀκείων. βύλονται γὰρ εἶναι θεοί, καὶ ἡ παρεστῶτα δύναμις δοκεῖ θεὸς εἶναι: Per contrarios, ait, Dæmones, omne maleficium peragitur. His enim maxime eorum principem colunt, qui mala in maleficiis, aut præstigiis omnigenæ appetentiæ aucupantur. Hi & decipiendi artifices per oblatam oculis portenta. Per hos amatoris illecebras cõponunt miseri homines. Omnis enim intemperantia, diuitiarū, honorisq; spes, per hos est, maximeque deceptio. Mendacium est his proprium. Volunt enim esse Dij, & præsidens eis potestas videtur Deus. Ecce eos præstigiis præfectos, & per eos exerceri Porphyrius testis. Sic omnis deceptio, infandaq; cupiditas, Veneris, pecuniæ, dignitatis, quæ Platonis in Legibus, per eos fit. Mendacium esse eis familiare, idq; in portentis, falsisq; miraculis: & quod volent videri Dij, & princeps eorū Satanas est Deus huius seculi. Quare in contrarium & sibi contradicens quod in eisdem libris Plato: Ἐγὼ μὲντοι καὶ δὲ ἡμῶν θεόντε ἄμια καὶ δαίμονες ἡμεῖς δὲ αὐ κτήματα θεῶν καὶ δαίμονων: Coadiutores nobis Dij simul, & Dæmones. Nos rursum possessiones Deorum, & Dæmonum. Clarum est hæc in contrarium tendere Platoni. Nam præstigiatores confessus est vrbes euertere, multo magis qui præsumt diris his artibus. Non ergo auxiliares Dæmones, sed euerfores, hostes, inimici. Quarta propositio ex ipso Platone: ἐδὲις θεὸς δυνέει ἀνθρώπων: Nullus Deorum hostis homini. Ergo neque Dij sunt Dæmones, neque non inimici. Si enim præsumt maleficiis, & præstigiis, & incantationibus, odere homines: ex quo nascitur, vt non sint Dij. Ex primo nascitur odium, ex hoc secundo, quod non sunt Dij. Quinta propositio ex Homero:  
Οὐ γὰρ χέτλια ἔργα θεοὶ μάστιγας φιλέουσι.  
Ἄλλα δικὴν τίμωσι, καὶ αἰσιμα ἔργα ἀνθρώπων.  
Dij scelerata adamant haudquaquam facta, beati.  
Iustitiam sed amant, rebus letantur & equis.

Ex quibus existit euerfio suorum poeticoꝝ Deorum, qui noxij fuerunt omnes, vt Diana interficiens Actæonem, & alij, vt Mars: sequitur item Dæmones non esse Deos, neque etiam bonos, quia diligunt præstigiata, & incantationes, & sacrificia, quæ præ se ferunt odium, & mentem inquinatam. Quinta propositio, ex Euripide: εἰ θεοὶτι δρώσιν ὄστρον, ἔτι εἰσιν θεοί: Si quid turpe faciant Dij, non sunt Dij. Cùm Dæmones operentur vbique omnium

*Veri dæmones, id est mali angeli, qui & quales.*

*Dæmones incantatores & deceptores.*

*Bonus minime fallax neque præstigiator. Omnis incantator, malus. Incantationes exiiosa.*

*Dæmones scelestissimi.*

*Ministerio dæmonū genus omne maleficij fieri.*

*Mendacium & falsa miracula, familiaria dæmonibus.*

*Nullus deorū hostis homini.*

*Odyss. ε.*

*Poëtici Dij, noxij.*

consensu turpia, nefanda, certè nec boni sunt, nec Dij. Hæc item probantur ex his quæD multipliciter attulit, & in multa abeuntia, Plutarchus. Ex cuius dictis, bene animaduer- fis, nulla supererit dubitatio, quin Dæmones sint, quales induxit Plato, præfectos malefi- cii: tales autem existentes, quin necessariò sint mali, & impuri. Quæ & ipsa in suas pro- positiones distinguam. Primum quod ait de defectu oraculorum, stultum esse & pueri- le, ego impium dixerim putare Deum subeuntem viscera ventri loquarum, quæ Græcè ἐν σπέρματι, ex eorum ore loqui. Huic addit Chrysoctomus, eum qui partes impudicas mulierum, è quibus loqueretur, subiret, claram fateri solitum suam impuritatem. Ex his igitur efficitur, sicut ex illo Platonis testimonio, vt Dæmones sint omnium consen- su mali, & incesti. Prosequitur aliam propositionem Plutarchus, Magnis difficultatibus Philosophos liberasse, qui Dæmonum genus in medio Deorum, nempe Angelorum, atque hominum statuissent, qui quidem Dæmones πάθη θνητῶν, καὶ μεταβολὰς ἀναγκασίας, affectus mortales, necessariásque mutationes recipent. Ex his enim efficitur, vt affe- ctus mortales excipientes indigni sunt, qui vel Dij vel boni habeantur. Nam illi homi- nes, etiam Philosophorum consensu meliores, diuinióresque habentur, qui diligenter, prudenterque affectus hos humanos, ac mortales sopierunt. Deinde quòd interiorècti sint inter Deos & homines, ea causa fuit, quòd cum multa fieri vidissent à superiori, quàm humana potestate, sed ea mala, ac scelerata, Deóque indigna, mediam posuerunt pote- statem, cui malas affectiones has affigerent. Nefas enim putat Plutarchus, & qui cum eo super hac re philosophantur, humanis affectibus, malis scilicet, non bonis, admiscere E Deum. Ergo qui præfunt his, & per eos exercentur indigni, & Diuinitate, & nomine bonorum. Ac fatetur Plutarchus, sicut in hominibus, sic in eis inesse differentias virtu- tis, id est, potestatis, καὶ τῆς παθητικῆς, καὶ ἀλόγῃς, affectionum & irrationabilitatis. Ergo vbi & affectus sunt, & pars bruta & feritas, certè neque Diuinitas est, neque Bonitas. Rur- sum apertè Plutarchus asserit, Orgia quædam & humana sacrificia, multaque alia nefan- da, θεῶν ἕδνῃ, δαυμόνων δὲ φαιλῶν σκοτεινῆς ἕνεκα, Nulli Deorum fieri, sed causa auertendi Dæmones malos: Et quòd violenti Dæmones quidam expetant animam humanam, corpore circumdatam, cum qua per corpus misceri non valentes, tempestates, bella, se- ditionesque ciere soleant, donec potiantur. Ex quibus & illi cognouere Dæmones esse pessimos, interitus humani cupidos, animarum expetentes. Plutarchus item prædas, errorésque Deorum, fugas, occultationes, non Deorum, sed Dæmonum affectiones habendas ait. Denique concludit Cleombrotus apud eum, discrimen quo differant à Diis Dæmones, non posse monstrari, si & sine affectibus & peccatis sint, & non substan- tia, virtute, incorruptioneque differant à Diis. Hæc Plutarchi præpositio verissima. Omnis enim differentia, quæ constituit duo genera, alterum Deorum cælestium, alte- rum Dæmonum subcælestium, qua separatim cognita sunt à mortalibus hæc duo ge- nera, fuit probitatis & improbitatis. Et quòd cælestes illi semper boni, eoque humanæ salutis amantes, hi semper mali, incesti, debiles, polluti, deceptores, affectibus malis ob- noxij: Hoc fecit vt in omni sæculo dignoscerentur, separatimque prædicarètur. Denique F Plutarchus ait Dæmones malos, non Empedoclem solum scriptum reliquisse, sed etiam Platonem, Xenocratem, Chryssippum, quin etiam Democritum, qui cum precaretur bona spectra, mala quædam ex aduerso nosset. Ad hæc proponit dignam, quæ debeat attendi propositionem, soluens ea, quæ obiicerentur Empedocli de Dæmonibus malis, non posse sempiternos, & immortales esse malos. Affert exemplum in contrarium, Mul- tos malos diutius vixisse, quàm bonos. Hæc propositio necessaria, ne putes ideo bonos, Dæmones, quia incorruptibiles. Ex his igitur omnibus, sensim illatis, & inuicem se con- sequentibus, solum restat, Dæmonas esse malos, idque cognitum, & prædicatum non à nostris solum, sed etiam ab omnibus gentibus, præcipueque vetustissimis Philosophis: confessos esse Empedoclem, Platonem, Xenocratem, Chryssippum, etiam Mercurium Trismegistum, Chaldæos, Pherecydem, Syrum, omnes denique mortales, omnia secula vt duo dicta & prodita fuerint à cunctis, quæ quidem nec Aristoteles omnino negare possit, Dæmones esse cunctis ætatibus, omni religione consentiente, tum eos esse malos: Fuerat igitur Platonis superiorumque omnium sententia, Dæmones esse animalia aëria. ex aërio corpore constantia, quemadmodum terrestria ex terrestri. Nam Plato tum in cæteris locis, tum verò in Timæo ea maximè ratione Dæmonas esse corporeos innuit, quòd opifex mundanus iubens nouitiis Diis, qui sunt omnium consensu Dæmones, genij

Dij, omnium consensu mali.

Qui homines meliores & diuinióres.

sacrificia fieri solita ad auer- tendos dæmo- nas.

Dij à dæmo- nibus diffe- rentes.

Non boni dæ- mones, quia incorrupti- biles.

Dæmones ma- li, omnium cõ- sensu.

Agenij à Romanis appellati, vt ibi Marcus interpretatur, vt corpus humanum, animaliaque terrestria effingerent, partibus ex omni mundo, quibus corpora stiparentur, acceptis, ad- iecit, & τοῖς ἀλύτοις, οἷς αὐτοὶ ζυμῶντο δαυμοῖς: Non eisdem, scilicet, vinclis, atque eadem indissolubili compage, qua ipsi ligati essent, astringerent. Quibus Plato demonstrat cor- pora Dæmonum constare quidem ex elementis, sed ea compage, eaque temperie reuin- ctis, atque stipatis, vt sint indissolubilia. Eoque mundanus opifex alloquens hos ipsos no- uitios Deos, eos, quoniam creati sunt, & ex elementorum temperie compacti, pronun- tiat esse non omnino indissolubiles. Hinc Apuleius definiens Dæmonas, ait eos esse ge- nere animalia, corpore aëria. Hanc igitur Aristoteles præcorum superiorumque Theo- logorum sententiã declarans, & sentiens idem, atque illi, de Dæmonibus in quarto Me- taphysi scribit: Substantia, inquit, dicuntur simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & id ge- nus, omninoque corpora, & ea, quæ ex his constant, ζῷα τε καὶ δαυμόνια, καὶ τὰ μέρη τῶν, Animalia, & Dæmonia, & partes horum. Ecce igitur asserit Dæmonia constare ex ele- mentis, quemadmodum & animalia. Quo autem elemento, quòve corpore cõstent, eo- rum quis locus, aut regio, quæ gens item Dæmones, in primo de Anima cum superiori- bus consentiens, ὅτι ζῷα τῆς ἀέρος καὶ ἀέρος τῆς ἀέρος, ἢ ἐν τῷ ἀέρι ψυχῆ, τῆς ἐν τοῖς ζῷοις βελτίων ὄσῃ, καὶ ἀθανάτωτέρας: Querat quispiam, quam ob causam anima, quæ est in aëre, sit potior & magis immortalis ea, quæ est in animalibus. Hæc Aristot. quorum quanta cum nostris concordia, vel inde clarum, quòd dicta diui Pauli Græci exponentes aiunt, Β σαφῶς ἡμῶς ἐδίδαξεν ὡς πάλαι ὁ μὲν ἀψέκολος τῆς ἀέρος ἐνεπιπέθει πλὴν ἐξέσταται. φησὶ γὰρ τοῖς πνεύ- μασι ἢ ἐταίρειος ἀψ-τη-βῆ: Aperte nos docuit quòd olim Diabolo data est aëria potestas. Est enim natura spiritibus, aëria regio, regnumque. Hæc igitur animalia aëria sensit Ari- stoteles, Simpliciusque eius interpretes: ἀλλὰ ὁ μέγας ἰαμβλῆλιχος πολλὰ τὸ ἀφανὴ ἡμῖν ὀίεται εἶναι ζῷα, δαυμόνια τε καὶ κρείττω. Hæc Aristoteles, qui tamen improber eorum sententiã, qui putabant animam inesse omnibus mundi partibus. Improbatur autem, quoniam si ani- ma in omni parte mundi necessariò existit, anima in igne crit ignea, in aëre erit aëria, quia pars est similis toti. Volebant autem illi animam esse partem eorum, è quibus de- sumeretur. Improbatur igitur Aristoteles, si dicatur anima pars elementorum, quæ inhabi- tat. Ego autem pro præcis dico, eos non dixisse Dæmonas esse animas, quibus in effect vis aëria, sed quorum corpora ex aëre constantia ab animis excellentioribus inhabita- rentur. Propter corpus igitur aërij Dæmones dicebantur. Tertius locus est item in libris de Anima. Aliis, inquit, cogitativa inest, atque item mens, vt hominibus, & si quid aliud excellentius. Quem locum Simplicius explicans, τιμιώτερον δὲ εἶ καὶ δαυμόνιον ὑποπέθει γῆ- νος, ποτὲ, καὶ αὐτὸ εἰς παθητὸν καὶ εἰς σῶμα: Pretiosius, inquit, si genus Dæmonium statuatur vnquam progrediens & ipsum ad passibile corpus.

Corpora Dæ- monium.

Dæmonii defi- nitio ex Apu- leio & Ari- stot.

An anima in omni mundi parte necessa- rio existat.

C Dæmones esse gentem aëriam. Hoc sacram & profanam sentire Theolo- giam. Idem Platonem, Pythagoram, Aristotelem prodidisse. Testimo- nium etiam diui Pauli.

C A P V T X X V I I.



Hæc igitur vltima de Dæmonibus fuerit resoluta explicataque senten- tia, primum cunctis Theologis & Poëtis vetustissimis testibus esse Dæ- monas, esse item aërios, animi autem conditione malos, & improbos. Dæmones esse, & quales. Itaque quod ad genus eorum definitionemque attinet, credendū est Aristotelem, apud quem de Dæmonibus mirum silētium, innuere vo- luisset, quæ prior Plato, totaque præcorum schola prodiderat, vt supe- rius visum. Substantia, inquit, dicuntur tum corpora simplicia, vt terra, ignis, aqua, cæteraque id genus, omninoque corpora, tum ea quæ ex his constant anima- lia, & Dæmonia. Credendum est inquam Aristotelem nunc spectasse publicam quandã communemque inter omnes gentes de Dæmoniis sententiam, ea esse ex elementis cõ- munita, sicut animalia, quorum quo plus terræ corpora possideant, eoque visibilia, & tan- gibilia, tanto minus corpora Dæmoniorum solum aëria. Constant igitur ex elementis animalia & Dæmonia, sed animalia magis ex terra, Dæmonia magis ex aëre. Illa propter H iij

Cõmunis om- nium gētium sententia de dæmonibus.

terram visibilia, hæc propter aërem inuisibilia. Illa corruptibilia, quoniam magis composita: hæc incorruptibilia, vt simpliciora. Conueniunt igitur Plato, & Aristoteles in definitione Dæmonum, eos esse genere aërios: genere autem dico corpore, & sede, habitatione. Plato sedem expressit, Aristoteles crasim, cōpositionem. Hesiodus item crasim:

Ἐστὶν αἰθέριος.

Ἡ ἕρως ἡ ἑσταμένη πάντη φοιτᾷσιν ἐπὶ αἶαν. Αἰθέριος ἰνδύτι, tota tellure vagantur.

Nostrorum quoque vnus, idēque consensus, semper aëris potestates, Dæmones vocantur, siue quod in aëre morentur, siue quod corporibus sint aëriis. Sed qui statuat alterum, alterutrum statuat necesse est: vt si des Dæmonibus aërem habitandum, necessariò des propter corpus volucrum, sicut corpora terrena, tenent terram: siue des aërium corpus, necessariò des corpori volucrum conuenientem habitationem. Aristoteles igitur & Plato definiunt Dæmonēs aërios. Hac de causa putatur à Theologis ab Apostolo dictū, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed

Ephes. 6.

κατὰ τὴν κοσμοκράτορος τοῦ αἰῶνος τούτου κατὰ τὴν πνευματικὴν τῆς ποτείας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, Contra mundanos principes, tenebrarum harum, aduersus aërios, & spiritualia sceleris in caelestibus. Tria sunt nomina, vim, naturam Dæmonum declarantia.

Tria nomina vim & naturam demonum declarantia.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed κατὰ τὴν κοσμοκράτορος τοῦ αἰῶνος τούτου κατὰ τὴν πνευματικὴν τῆς ποτείας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, Contra mundanos principes, tenebrarum harum, aduersus aërios, & spiritualia sceleris in caelestibus. Tria sunt nomina, vim, naturam Dæmonum declarantia, quod sunt principes tenebrarum. Tenebrāsque aërem circum terras omnem caliginosum dicit, quidquid intra Lunam & terras interiaceret. Hunc ipsum etiam vocat ἐπουράνια, caelestia: cælum enim aër est Latinis, Græcis, Hebræis, in caelestia dicuntur, quæ in cælo hoc tenebroso. Sunt istæ potestates in caligine, sunt in aëre, vocatæ ob id ἐπουράνια, quasi aëriæ. Tertium nomen πνευματικῆς, spiritualia, ventosa, aëria, ex aëre, ex vento, qui dicitur πνεῦμα, non spiritualia, vt caelestes Angeli, ex ætheris serenitate, vt ait Calcidius, corpora tenentes, sed vt corpore vestita aërio, aut habitatione aëria, circa caliginem hanc terris incumbentem habitates, exclusi à consortio diuorum. Natura igitur, Dæmones iuxta sublimem Theologum, sunt aërij, loco, & corpore, sunt mali, scelerati. Sicque conueniunt sacra & profana, Dæmones esse aërias potestates, malas, sceleratas, vt Plato, vt Plutarchus, Chryssippus, Empedocles, & Philo superiores Theologos secutus, Platonem, Aristotelem, sed priores Ægyptios, Chaldaeos, Empedoclem. In libro de gigantibus ipse Philo: ὅς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους, μωσῆς ἐλάθεν ὀνομάζειν, ψυχὰς δὲ εἶναι τῶν ἀέρος πετόμενας: Quos, inquit, alij Philosophi Dæmones, Moses Angelos solitus est appellare. Sunt autem animæ per aëra volantes. Sed aduerte à Philo, quod isti per aëra volantes Angeli, nō sunt illi boni, ac caelestes, qui propriè dicuntur Angeli, nuntij Patris summi, sed quos superiores Philosophi dixere malos, incantationibus, veneficiisque præfectos, cum quibus nobis colluctatio. Eadem Eusebius, secutus Theologos, & Philosophos omnes, exiguum qui ex tanta bonorum Angelorum gente cecidissent partem, datam exercitationis causam circum aëra, & terras habitantem: ὡν βραχὺ τι καὶ μικρὸν σπασσασια γυμνασίης χρεὼν τῶν εὐσεβείας ἀλλοτρίης ἀμφι γλυῖ, καὶ τὸν ἄπο σελήνῃν ἀέρος, κατὰ λειψίην. Augustinus item super Genesim Dæmones dicit aëria animalia. Similia in oratione regia Eusebius, αὐτὰ γὰρ αἱ δυνάμεις, αἱ τὸν ἀέρον χῶρον ἀκαταπέχυσαν δυνάμεις ἐργασθὲν ἐβρωται: Hæ potestates aëriæ vel caelestes dictæ, quod aëria regionem obtineant. Cælum enim aër est in Theologia. Iterum Philo in eo, quod insomnia sint à Deo, αἱ ἄρ ψυχῶν ἀστομάτων οἶκος: Aër, ait, incorporearum animarum domicilium. Hoc suum dogma ea, vt superius dictum, ratione probant, quoniam cum omnes mundi partes complendas visum fuisset Opifici, terris animalia, mare piscibus, cælo sydera, quæ non modò animalia sint, sed etiam mentes vniuersales purissimæ, dedisse. Quocirca etiā in reliqua vniuersi parte animalia facta esse. Quæ etfi sensu non capiuntur, quid mirum? Siquidem & anima inuisibilis. Atqui verisimile est, aërem magis, quàm terra & aqua, animalia nutrire. Sic ille. Sed sciat Philo hunc non naturā disponentis, situmque rebus dantis Dei ordinem fuisse, vt quemadmodum omnia elementa sunt animalibus, sic suis & aer repleretur. Fuit alia recondita magis, & non cuius perpiscua ratio, cur aer datus sit illis pro domicilio. Sed nunc constet esse Dæmones aërios. Idem perhibet incorruptibiles, æternasque animas habere aërem. Ad hanc rationem videtur Pythagoras locutus, cum præcepit, venti flantis sonitum venerari. Quod explicans Iamblichus, ἀνίσταται γὰρ ὡς δὲ τῶν θεῶν ἕσσιον καὶ δυνάμειον τινὸς ὁμοιότητα ἀγαπᾷ: Innuit, inquit, oportere diuinarum substantiarum & potestatum similitudinem amare. Diuinas ergo substantias, quibus aërem similem dixit, fortasse Dæmones sentit, quanquam id patet latius etiam in supercaelestes. Eandem ferme adhibuit definitionem Fatianus: Dæmones, inquit, πάντως σάκκον

Dæmones animæ per aëra volantes.

Dæmones aëria animalia D. Augusti.

Cælum pro aëre.

Cur aër, sedes demonum nō liquet.

Ἀσάκιον ἐ κείνηται, πνευματικὴ δὲ ἔστιν αὐτῶν ἡ σήμερις ὡς πυρὸς ὡς ἀέρος, μόνος δὲ τοῖς πνεύματι γὰρ φρεσὶ μόνος εὐάνοητα καὶ τῶν δαίμονων ἐστὶ σῶματα τοῖς δὲ λοιποῖς, ἔδαμῶς. Quæ sunt, Ommino carnem non possident, sed eorum compositio spiritualis est, vt ignis, vt aëris. Solis autem his, qui spiritu Dei custodiuntur, conspicua sunt eorum corpora: cæteris haud ita. Eadem ferme Plotinus: καθόσον δαίμων μετὰ τινος σώματος, ἢ ἀέρος, ἢ πυρὸς εἶναι: Vt Dæmon, ait, est cum aliquo corpore, siue aërio, siue igneo.

Dæmones puri spiritus, sed corporei aliquantum.

Ex prisca Magorum Theologia, natura Dæmonum clara definitio. Eos esse maleficos incantationibus præsidentes, quod Plato asseruit: esse feras agrestes, Strygios canes, Vltros, carnifices malorum: affectibus malis delectari, domicilijsque impiorum: Transferre sese in Angelos lucis.

CAPVT XXVIII.



TSI Dæmonum propria sedes aer, quoniam sunt aëriis, volucrisque corporibus, dicitur apud antiquissimos tamen, datæ sunt eis, præcipuè inquinatissimis, subterraneæ partes, consentiuntque super eorum improbitate. Apud Mercurium igitur Trismegistum audies Dæmonas esse, & esse malos, sceleratorum carnifices, quibus Deus dignam suam natura demandat prouinciam. Sic & Chaldæi, & Magi à Zoroastre fatentur Dæmonas impuros, inquinatos, vltros hominum malorum.

Dæmonum officia.

Ac primum extant apud eos, quæ Plato ab eis accepit, eos incantationibus veneficiisque præfectos esse. Sententia Chaldaica, λέγει δὲ ἐργάζομενον δαίμονα κατὰ τὸν ἀθρήσας, θύε λίθον μνήζειν ἐπαυδῶν: Cum videris venientem Dæmonem terrestre, sacifica lapidem Mnuzirin, excantans. Hoc dogma Chaldaicum probat Dæmonas præfectos incantationibus, ideo malos. Sed Pfellus explanans, inquit, Mendaces, inquit, natura sunt Dæmones terrestres, vt qui procul à diuina cognitione summoti, & tenebrosæ materiæ impliciti. Quod si vis ab eis verum capere sermonem, præpara sacrificium, & offer lapidem Mnuzirin. Lapis autem is vim habet euocandi alterius Dæmonis maioris: qui obscure accedens ad materiale Dæmonem elicit veritatem eorum, quæ poscuntur, quam ille respondet sciscitanti. Dic etiam & nomen euocatiuū, cum sacrificio lapidis. Atque Chaldæus alios Dæmonas bonos, alios malos statuit: nostram autem pia Theologia, in vniuersum decernit malos. Hæc ille. Sed sciat Pfellus, nulla ratione Chaldæum decernere Dæmonas villos bonos, sed generatim omnes malos & inquinatos. Et hæc ipsa excantatio, aduentisque Dæmonis, probant eos esse scelestos, non probant esse bonos, quoniā præstò adfuit. Ex his Chaldaicis verbis apparet Platonem, qui hæc ipsa, teste Pfello, legit, præfuisse Dæmonas sacrificiis, præstigijs, incantationibus, ex quo nequitia eorum, & quam dant ei nostræ litteræ fallacia scelisque probatur. Nihil enim aliud innuebat in Symposio, cum Dæmones incantationibus præfecit Plato, quàm quod traditum fuisset ab his Chaldæis. Audiisti quoque Dæmonem materiale, terrestrem, feculentum, fordidum, humoribus foedis gaudentem, qui ambulans per loca arida, & inaquosa, nec inueniens humorem, reuertitur in locum pristinum. Sunt quidem Dæmones omnes generatim aërij, quia corporibus aëriis, inuisibilibusque, & per aera volant: sed nonnulli, quoniam magis petunt terram, humorisque terrestres, terreni, inquinatioreisque dicuntur. Ex Chaldæo igitur habemus Dæmones scelestos, & malos, duabus de causis, tum quia præfuit incantationibus, scelestisque præstigijs, tum quia terrestres dicuntur. Confirmaturque magis improbitas eorum, quam eis antiquissimi Philosophi tribuerunt, vt superius ostensum. Hoc item melius, & apertius duabus alijs sententijs Chaldæus declarauit: è quibus prior prædicat Dæmonas insidere corpus humanum, impurum, affectibus malis mancipatum: altera, quod veluti carnificibus hisce traduntur mali homines. prior, σὸν ἀγγέλιον ἦντες, θεοῦς ἀκλήσεις: Tuum vas feræ terrestres inhabitabunt. Quod explicans Pfellus, Vas, inquit, est composita vitæ nostræ cōstitutio. Feræ terrestres, qui circum terras vagantur Dæmones. Igitur nostram vitam scatentem malis affectibus, cæ feræ inhabitabunt. Siquidem hæc genera cum ipsis affectibus coalescunt, suntque eadem substantia, & sedem habent & ordinem materiale. Quocirca cum & ipsi affectionū sint pleni,

Dæmones terrestres, natura mendaces.

Lapis euocans dæmonas.

Matth. 12.

Dæmones aërij & terrei.

Dæmones occupare corpus humani affectibus malis mancipatum.



ad corporea, & incorporea affectiones, adiunguntur, & connectuntur, simile simili at-  
 D trahentes, cum habeant vim mouendarum affectionum. Sic Pfellus. Feras ergo terre, ve-  
 D tustissima Chaldaeorum Theologia vocat Dæmonas, in quibus feritas est, & crudelitas.  
 Et similiter in nostra Theologia vocatur, Leo rugiens, Draco insidiās, Echidna, Serpens.  
 Hi circum terram volutantur, sedibus æthereis exclusi, sed cum sint inuisibiles, & volu-  
 cres, feruntur per aëra inuisibiliter. Affirmauit autem Chaldaeus, & tradidit, hoc dicto,  
 quod toties habetur in nostris litteris, & quod ipse Deus dixit, Cum immundus spiritus  
 exierit ab homine, ambulat per loca arida, & inaquosa, querens requiem, & non inuenit.  
 Ecce enim & Chaldaeus docet inhabitare Dæmones humani corporis domicilium, ve-  
 rum non cuiusvis corporis, sed malis affectibus scatentis. Quod & ipse seruator dixit,  
 quod inuenit domum scopis mundatam: videlicet quasi per ironiam, aptam habitationi  
 Dæmonis, plenam malarum affectionum, quas Dæmones consecretantur, vt qui sunt etiā  
 ipsi affectibus huius detenti, pleni. Sunt autem affectus vel passiones, mediæ inter animā  
 & corpus, non sunt prorsus corpora, nec prorsus incorporei, Dæmones, & ipsi huiusmodi  
 quaedam præditi natura, qui nec corpora crassa sint, nec penitus incorporei, magnam  
 habent cum affectionibus affinitatem. Affectiones sunt motus impotentis animi, iræ,  
 cupiditates, vehementer in terram inclinatio. Hi motus cum vigeant cum primis in illis,  
 quibus in omnia scelera rapiuntur, feruētque mentis æstu, ardentibus cupiditate nocendi,  
 si quem eius generis hominem nacti fuerint, propter similitudinem associantur illi,  
 quorum est in humoribus, & omni mala materia, à qua affectus sæpe excitantur, sedes. E  
 Ad hos humores libenter inhærescunt, vniuntur, assident, alligant sæpe. Ex his igitur  
 etiam elucet magis natura Dæmoniorum, consentientibus omnibus, eos circum terras,  
 per aëra vagari, delatos vbique corporibus inuisibilibus, corpora malarum affectionum  
 redundantia insidentes. Quo & improbitas eorum noscitur, & quod ipse Deus apertè  
 pronuntiauit, Spiritus immundus cum exierit, &c. Sunt enim immundi, immundis, & in-  
 quinis domiciliis, terraque gaudentes, materiales ob hanc causam vocati: & confitentur  
 Philosophi nidoribus eos sacrificiorum delectari: incantationibus item, quæ plerun-  
 que sanguine fuso, suffumigationibus adhibitis celebrabantur, præfuisse. Vbi etiam in-  
 tentio nocendi. Apparetque omnium consensu Dæmonas esse malos, & immundos, quod  
 studium & delectatio declarat, aërios esse, quia corporibus aëriis πάντα φοιτῶσιν ἐπὶ αἴμα,  
 tota tellure vagantur, vt ait Hesiodus. Postremo ἐμπαθείς, affectos esse, affici semper. Et  
 quod Plutarchus superius, plenos ἀλόγου, irrationalitatis. Sed multo magis eorum im-  
 probitatem, naturamque mentiendi confessus est alia sententia Chaldaeus, affirmans ea,  
 quæ nostra Theologia: *ὅτι δ' ἀπο κάλπων γαίης ἰσχύονται ἄδόνιοι κύνες, ἕποντ' ἀλγίδες σῶμα βρο-  
 τῶ δεικνύοντες*: Ex sinibus terræ exiliunt canes terrestres, nunquam verum signum mortali  
 ostendentes. Quod explanans Pfellus, De Dæmonibus, inquit, materialibus est sermo. Et  
 canes quidem eos appellat, velut animarum vltiores: terrestres autem, vt è cælo lapsos, cir-  
 cumque terras vagos. Igitur isti, inquit, longè à vita beata semoti, intellectuque contem-  
 platione destituti, prædicere futura non possunt. Quocirca quicquid dixerint, & ostēde-  
 F rint, falsum est, & arbitrarium. Vident enim per phantasias præsentia: ad futura verò con-  
 iecturis incertis, & non clarè expressis, sed confusis notionibus vtuntur. Sic Pfellus. Superius  
 Feras, nunc Canes appellat: vetustissima Chaldaeorum Theologia Dæmones: quæ  
 cum præcipuè coluerit artem Magicen, quod ipsum Chaldaicum nomen indicat, cum  
 prima dicatur incantationibus malorumque Dæmonum euocationibus vsa, fatetur ta-  
 men ingenuè, venisse quidem eos vocatos è terra, sed veri nihil vnquam ostēdisse, quid-  
 quid prædixissent, ostendissentque, falsum fuisse semper & simulatum. Sicque conuenit  
 cum Theologia nostra, quam Deus ipse reuelauit, quod Diabolus est mendacium, & pater  
 inuentorūque ipsius mendacij. Etiam Cerberus ille apud veteres Poëtas, qui latraru  
 trifauci terret exanguis animas. Vt conueniunt cum nostra vetustissima Sapientia cun-  
 cta, quod feras crudeles, quod canes eos appellat, viperas, serpentes, leones, dracones?  
 Terrestres autem, tamen proprii sint aërii, quia corporibus aëriis circum terras vagan-  
 tur, tamen scelestiores eorum in altissimis cauernis immorari par est, fatenturque multi.  
 Ideo dixit eos emicare, emergere è terra vocatos. Sed an sit in eis differentia, quod Plu-  
 tarchus dixit, postea disquiretur. Alia sententia Chaldaeus expressit qui sint Canes & fe-  
 ræ: *ἀὰ τῶς δὲ θῶν καταρῶσται ἐς πάντα μέγεις*. Hoc est, Terra mugit, vociferatur a, contra  
 hos, ad filios vsque. Designatur hoc oraculo latratus Stygiorum canum cōtra scelerosos.  
 Ideo

Dæmonas vim habere mouendarum affectionum.

Math. 12.

Affectiones quid.

Spiritus immundi. Math. ibid.

Canes terrestres, dæmones.

Fallaces dæmones veri nihil ostēdunt.

1. Ioan. 3. Cerberus qui nam dæmon.

Terrestres cur dicit dæmones.

Stygi canes.

A Ideo terra mugit in eos, in subterraneis cauernis: Idque vsque ad filios, quando filij pater-  
 nas impietates persequentes, permittuntur vltioribus Dæmoniis. Hanc sententiam de-  
 clarans Pfellus, De impiis loquitur, inquit, quod vsque ad posteros extendit eis supplicia  
 Deus. Nam subterraneas pœnas ostendens oraculum, dicit in eos mugire solum, hoc est,  
 locum subterraneum in eos vociferari, & quasi leonis quendam rugitum edere. Quo-  
 niam, vt Proclus ait, eadem est animarum ex eadem profapia conditio. Et quæ non vin-  
 culis Naturæ sunt absolutæ, in consanguineorum suorum affectibus detinentur. Neceffe  
 igitur est, & has totius iudicij partem capere, & plenas propter naturalem affinitatem  
 piaculorum, expurgari iterum ab eis. Hæc ille. Supplicia igitur & pœnas subterraneas  
 Chaldaeus memorauit, quod traditur passim à nostra Theologia, vt vndeque patcat  
 improbitas Dæmoniorum: Esse iterum malos, impurosque eos, sed seipos in Angelos lu-  
 cis transformantes, videri quales non sint, mirabiliter cum nostra Theologia concordet,  
 iidem antiquissimi Magi pronuntiarunt, hoc oraculo:

Ἡ φύσις πᾶσι ἐστὶ τῶς δαίμονας ἀγνῆς.  
 Καὶ τὰ κακίης ὕλης, βλαστῆματα κελά καὶ ἐσθλά.

Natura suadet vt credas esse Dæmonas puros, & malæ materiæ germina pulchra, & bo-  
 na. Hoc oraculo designatur, naturam Dæmonum præstigiis, humanis oculis illudentem,  
 fallaque pro veris offerentem, adniti vt credas Dæmonas esse puros & bonos, quales cæ-  
 lestes animi, cum quibus ex parte similitudinem Dæmones gerentes sæpe mortales mul-  
 tos deceperunt, vt Platonem vidimus superius asserentem, nisi iuxta Philonem interpre-  
 temur. Persuadetque malæ materiæ, inquinatæque substantiæ genus se esse bonum, & ho-  
 nestum. Eos inquam, qui cum turpi & immunda cohærescunt materia, habere nitorem,  
 puritatem. Quod secus est longè, Influit, inquit Pfellus, in inuocationibus, multus Dæ-  
 monum chorus, & multiformes Dæmonum species excitantur. Abscedentibus autem  
 partibus mundi lunaris, & compositæ, ac partitæ, & iocundæ, & gratæ sæpe ostenduntur,  
 imaginem alicuius bonitatis ei, qui initiatur, simulant. Ex his igitur vetustissimis Chal-  
 dæorum sententiis, quas autore Psello, & ipsa ratione docente legit Plato & Aristoteles  
 (Platonici autem indefessè his abutuntur, quod vel maximè in libris Simplicij, & Procli,  
 Porphyriique videre licet) apparet, quid de Dæmonum natura sit sentiendum, & sen-  
 ferit antiquitas, vt si quid à posteris fuerit confectum, necessariò sit ad veritatem ponde-  
 randam, ad maiores recurrendum. Similia enim sensit, & tradidit Mercurius Trismegi-  
 stus: vt omnis Theologia Aegyptiorum, Chaldaeorum, Hebræorum, id est, quam colimus  
 ipsi à Mose primum, tum Christo, & Apostolis traditam, conueniat super declaratione  
 Dæmonum, primum eos esse, tum malos, impuros, coquinatos, immundos esse.

Supplicia subterranea. 2. Cor. 11.

Dæmones illusores.

Si quid scit de dæmonibus id ponderandū ad maiorū veritatem.

Ex Theologia Aegyptiorum vetustissima apud Trismegistum Dæmonas esse, & esse malos, malorum inspirationum autores. His esse omnia plena. Vltiores impiorum esse. Eos esse ex alijs aërios, vagos, per phantasias, & illusiones decipientes. In quibus cum nostra Theologia concordia.

CAPVT XXXIX.



M ERCVRIVS igitur in eo qui inscribitur, quod in solo Deo sit boni-  
 tas, de Dæmonibus eiusdem generis atque ea, quæ tradit nostra Theo-  
 logia, scribit, eos esse humanorum scelerum autores, cogitationes im-  
 probas, malorumque operum principia afflantes. Mens, inquit, huma-  
 na cum bonarum cogitationum acceperit à Deo, recta parit: *ἐναρτία δὲ ὅταν ὑπὸ πινος τῆς δαίμονιαν, μηδένος μέρους τῆς κόσμου καὶ ὄντος, δαίμονος τῶ ὑπὸ θεῶ παραποσμένα δαίμονι. ὅστις ὑπαέλθων ἕσσειρε τῆς ἰδίας ἐνεργείας τὸ σπέρμα, καὶ ἐκλύσει ὁ νῆς τὸ σπάρην, μοιχείας, φόνους, παρτοτυπίας, ἱεροσυλίας, ἀσεβείας, ἀγρόνας, χεῖ κρημνῶν χειραφορέας, καὶ ἄλλα πάντα ὅσα δαίμονιαν ἔργα*: Contraria verò, cum ab aliquo Dæmoniorum. Cum nulla mundi pars vacua sit Dæmone. Qui subiens tacitè mentem, propriæ operationis inseruit semen, & peperit ipsa mens, quod satum fuerit, videlicet adulteria, cædes, parentum verberationes, sacrilegia, impietates, stragulationes, per pre-  
 cipitia impulsiones, & alia omnia, quæ sunt Dæmonum opera. Ecce Mercurius nouit,

Effecta bonæ mentis.

Dæmonum opera.

Ioan. 8.

De testimonio anime.

Lib. 2. cap. 15.

Potestates invisibiles insinuant se humanis animis.

Scelerati manus sibi violentias afferunt.

Damon, sceleru princeps.

confessus est, vim, ingenium, studia, conatus Dæmoniorum, quod tacite subeant pectoris D arcana, sicut in nostris extat litteris, cum Diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas: omniumq; nostrorum est confessio, eos irritare cupiditates, conturbare stimulos nature, suggerere semper mala. Ac Tertullianus, ex quo pauca quædam in declarationem istius loci delibabo: Operatio eorū, inquit, est hominis euersio, sic malitia spiritualis à primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem & valetudines infligūt, & aliquos casus acerbos. Mentis quoque corruptelas agit furoribus, & amētis fœdis, ac obfcœnis libidinibus cum erroribus variis. Lactantius quoque in eandem sententiā pendet: Illicita, inquit, desideria immittit, vt aliena contaminent, quibus habere propria sine delicto licet. Obiicit quippe oculis irritabiles formas, suggeritq; fomenta, & vitiis pabulum subministrat, tum intimis visceribus stimulos omnes conturbat, & commouet, & naturalē illum incitat, atque inflamat ardorem, donec irretitum hominem, implicatumq; decipiat. Eadem sentit, & prodidit Athenagoras Philosophus Christianus: *ὅταν ὁ δαίμων ἀνδρὶ προσήκη κακῶς, τὸν νῦν ἐλατῆρα παρῶτον*: Cum Dæmon cuiquam suggerit malam mentem, labefactat prius. Eusebius item Cæsareensis, in Panegyrico: Et communis quidem omnium seruator, rebelles potestates, quæ circum hunc, qui terris imminet, aërem peruolantes humanis animis insinuabant sese, inuisibili, ac diuina potestate, velut feras agrestes, suarum ouium cœu pastor bonus, procul fugauit. Hic audis apud Eusebium insinuare se potestates illas inuisibiles in animos hominum. Tatianus etiam simile quid scriptum reliquit ad gentes in Apologetico: *δαίμονες εἰς πολλὰ κελκῆρα ἐξοκέλλαντες τὰς μεμνημένους παρ' ἡμῶν ψυχὰς ἀπὸ ἀγνοίας, καὶ φαντασιῶν ἐξηπατήρησαι*: Dæmones, ait, in multum seelus prolapsi, animas apud nos initiatorum per inscitias, & apparentias deceperūt. Sic ille. Talia superius Plato: Vt igitur alia complura taceam, apparet mirabilis consensus veterū Philosophorum, cum cœlitus reuelata sapientia, de prauitate Dæmonū, de potestate penetrādi in animas, & cōmouendi humores interiores, spiritales inspirandi cogitationes. Et quod accidit instinctu dæmoniaco Iudæ, vt strangulent sese mali, aut dent præcipites, vt agant & quatiant furoribus mentes, vt adulteria, homicidia suggerant. Audisti etiā vt Eusebius similiter atque Chaldaus, eos appellauerit feras agrestes. Quæ Trismegistus igitur dixit, sunt quæ Plato, Pherecides, Chrysiippus, Xenocrates, de prauitate Dæmonum fenserunt. Sic apud nos, quoniā omnium scelerum princeps, & inuentor est, per excellentiam vocatur *ὁ πονηρός*. Et Deus ipse docuit nos precari, Libera nos à malo. Quod Græcè, *ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*: A maligno, ab eo qui prauus, & malignus est. Et in Symposio septem Sapientum dictus est *δαίμων βλαβερότατος*, nocentissimus. Consentunt igitur Chaldaica, Ægyptiaca, Hebraicæq; Theologia super Dæmonū improbitate, & quod sint Dæmones. Quam quidem concordiam, priscorumq; tantam Theologiam, Aristoteles, nisi sit impudens, negare non possit. Meminit etiā Dæmonum Mercurius in Pœmādō, declaratq; summo cum ceteris consensu, vim eorum: A stultis, inquit, ergo Deus, prauis improbisq; inuidis, & auaris, & homicidis, & impiis procul facefso: *τῶν πῶ μωρῶν σκληροῦσας δαίμονι, ὅστις πλὴν ὀξύτητος τῆς πικρῆς παρεσβάλλων, ἠράσκει αὐτὸν ἀποθητικῶς, καὶ μάλλον ὅτι τὰς ἀνομίαις αὐτὸν ὀπλίσει*. *ἵνα τῆς μελέτης πικρῆς, καὶ πικρῆς, ἐπὶ ὀρέξει, ἀπλάτῃ πλὴν ὀπιθυμίας ἔχων ἀκόρετος σικοτομαχῶν καὶ τῶν βασιλείων ἐπὶ αὐτῶν, πῦρ ὅτι τὸ πλεον, ἀνέξων*: Vltori cedens Dæmoni, qui acumen ignis accipiens impellit, feritq; eum sensibilibiter, & magis ad impietates ipsum armat, vt assequatur maius supplicium, & non cessat in cupiditates infandas cupiditatem habens infatigabiliter, in tenebris pugnans, & hunc cruciat, & in ipsum ignem plus auget.

Dæmones nidoribus oblectari, ob id materiales appellari.

CAPVT XXX.

Dæmonas nidore sacrificio rii delectari.



**N**ALIO quoque consentiunt nostri & illi, scitūque dignissimum est, de Dæmonibus, Eos nidoribus sacrificiorum, libaminibusque oblectari: Quod ex nostris cum primis asseruerit Tatianus, Tertullianus, Lactantius, Eusebius, ex illis Porphyrius, fortēque etiam Plato. Nam cum eos sacrificiis præfecerit, & sub eorum tutela esse, & in eorum gratiam fieri, quas teletas dicunt, asseruerit, ea de causa verisimile fit, id statuisse, quod postea nostri, nonnullique Philosophorum melius explicauerunt, quia nidoribus illis

Aillis inquinatis delectentur. Eandem rationem fuisse putauerim, cur à multis nostrorum, & eorum, existimati fuerint circa materiam versari, vt eos materiales vocarent: & eorū principem, materiæ primum inuoluerint. Hæc materia, etsi possit omnis mundus, quatuorque elementa, quibus præfint Dæmones, intelligi, videtur tamen nidor ille sanguinis, & sacrificiorum præcipuè sentiendus. Quo crediti etiam, & vocati fuerint immundi, non modò videlicet ob peccatum, mentisque turpitudinem, flagitiosasque cogitationes (omne enim peccatum macula est, & turpitude) sed etiam ob nidores hos, & immundiciem, qua dicuntur oblectari. In hoc igitur conueniunt ferme omnes. E quibus Athenagoras. *δαίμονες παρὲς τὰ ἱερέια οἱ παρορθητικῶτες τῶ ἀπὸ ἱερέων αἵματι, καὶ αὐτὰ παρὰ λυχνῶν ἄνθρωποι*: Dæmones ad hostias assident, earum sanguine illecti, quem audivissimè captant. Paulo q; inferius, *οἱ παρὰ τὴν ἕλκω δαίμονες λυχνῶ παρὰ τὰς χυσιῶνας, καὶ τὸ τῆς ἱερέων αἵμα*: Materiales Dæmones gulosi circa nidores, sanguinemque hostiarum. Ecce materiales Dæmones nidoribus hostiarum illecti. Similia Porphyrius, addens, quod eo nidore eorum aëria, odoribusque similia corpuscula pinguescunt, in secundo de abstinentia: *ἔτοι οἱ χυρῶντες λοβῶν τε, κίοντες, δι' ὃν αὐτῶν τὸ σαματικὸν καὶ πνευματικὸν πίνονται*. *ἢ γὰρ τὸ αὐτῶν, καὶ ἀναπιμύσεις, καὶ ποικίλους ἀπὸ ποικίλων, καὶ δυναμῶνται*: Hi mali Dæmones, sunt qui gaudent libamine, & nidore, quibus eorum corpusculum, & aërium illud pinguescit. Viuit enim id vaporibus & fumigationibus, varièq; id, vt varia sunt ea, roboraturq; nidoribus. Et alia, quæ sequuntur. Quæ forte vera sunt, vt proinde locis humidioribus inhæreant. Sed mihi cum primis vestigantur, quæ multorum mortalium testimoniis confirmata, ob id veriora noscantur. Sic ambulantes per loca arida, & sine humoribus, & aqua, non habent vbi conquiescant. Tertullianus quoque, omnem paucis verbis hanc rationem aperuit: Renuntiant, inquit, se immundos esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine, & fumo, & putidis rogis pecorum & impuratissimis linguis ipsorum vatum intelligi debuit. Est igitur ex his ratio clara, cur & materiales vocentur & immundi. Nam quod melioribus eorum data sit inferioris mundi custodia, ob quam causam sint appellati materiales, non ad eò sicut superiori rationi, assentior: nec arbitror Christianæ Theologiæ congruere.

Dæmones immundi.

Matt. 11.

Quæ Dæmonibus nonnulli Philosophi attribuerunt, eos omni mundo præficietes, Angelis congruere, idque ab eis depradicari.

CAPVT XXXI.



**S**ED cum Plato Dæmonas tradidisset bonos, sed ex dictis eius prauitas eorum eliciatur, secuti sunt deinceps cæteri Platonici dicta eius, ea nò examinantes, quemadmodum decuisset, præceptoris autoritatem venerati, è quibus fuit Philo & Iamblichus. Posterior de se cetera Pythagoreorum, explicans ea, quæ de Dæmonis electione Plato tradiderat, ait, *αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιμένει τῆς τύχης καὶ δαίμονος πάξει, καὶ ἡμεῖς τὸν δαίμονα ἀφάμεθα, καὶ εὐδαίμονας αὐτοὶ ἑαυτῶν παρορθητικῶν*: Ipsi nobis ipsis sumus Fortunæ, & Dæmonis loco, & nos Dæmonem eligimus, & Eudæmonas, id est, Genij, aut Fortunæ bonæ beatos ipsi nos efficimus. Hoc loco scito Dæmonas ex sententia Platonis appellatos Angelos, qui nos fortiuntur, aut quos fortiamur ipsi: quia si bene statuiamus viuere, comitantur boni nobiscum: si male, continuo fontes assistent. Hocq; explicans fusius Iamblichus ex Pythagora: *δευτέρω δὲ ἢ τῶ παρορθητικῶ, καὶ συγκληροθετικῶ ἡμῶν ἀπὸ θεῶν δαίμονος δέξις ἐμφανής, καὶ δι' αὐτῶ πάλιν παρὲς τῆς θεῶν πάλιν ἀναγωγῆς. Ἐδὲ γὰρ ἄλλως τις δυναθῆναι παρὲς τὸ θεῶν αὐτῶ καὶ κελῶν αὐτῶ τῆς ἕστας, ἀναδραμεῖν, εἰ μὴ τῶ τοῦτο δαίμονι ἡγαμῶν πρὸς αὐτῶ. ὃν δὲ εἰ πάντα τὸν ἕσταν τῆς θεῶν γησιῶς ἀποχευάμεν, ἀφ' ἧ δὴ παρῶν τῶν ἕστων κακῶν παρὰ τῶν συμπεφυκότων; ἡμῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως, ἐπὶ τῶ γησιῶς ἡμῶν ἀληθινῶ παρὲς τῶ εὐδαίμονίας, καὶ μακροχρόνους ζωῆς, ὅσους καὶ ὅποια, μετ' ἧς ἀνοίοντες τὸ ἀρχαῖον γένος τῶν ἀνθρώπων κελῶν ἡμῶν, καὶ εἰς αὐτῶ ἐνδρῶντες τέλος ἕστων τῶ παρορθητικῶ ἀπὸ τῶ θεῶν, τοῖς ἀνθρώποις μακροχρόνους βίης*: Secunda, inquit, via rectè viuendi est, traditi, & sortiti nos à Diis, dæmonis manifesta demonstratio, & per eū rursum ad Deos reductio. Neque enim fecus quis possit ad diuinissimam, maximeq; propriam substantiam redire, nisi tali Dæmone duce vtatur. Quem omnem Deorū amatorē oportet legitime expiare, à quo prima erit malorum depulsio, quæ nobiscum ab exordio

Angeli boni & mali.

Dæmon, sive angelus dux hominis.

Error Iamblichii.

Custodia hominum non est à Diis data, sed à Deo.

Animalia aëria invisibilia demones putantur à Philone.

Ministri Dei, non Dei appellandi genij.

Societas inter Deum & homines per angelos.

Error Iamblichii.

Iosue.

cohætere. Tum perfecta nostri, & felicitatis, beatæq; vite, quanta, & qualis esse possit notio. Cum qua ascendentes præcipuum genus hominum intuebimur, in quo defixi, finem assequemur propositæ à Diis homini, beatæ vitæ. Hæc ille. In quibus is error, quod Dæmonas ipsi fortiamur, & quod hi sint humanæ vitæ duces, non erit omnino, intollerabilis: quia Dæmonas, Angelos sentimus. Illud prorsus Philosopho tanto indignum, quod ait hanc Dæmonis sortem datam hominibus à Diis, cum ipse Plato aperte fateatur Deum patrem, summumque parentem, dedisse, præfecisse certos hominibus custodes, duces, moderatores, non Deos id fecisse. Estq; obscœna in Philosophia idololatria, cum sit Iamblichus ubique confessus Deum caput, principem rerum humanarum. Quod tot exemplis poterit probari. Sed sufficit nunc, quod contra quam locutus esset Plato, custodiam hanc, & gubernacula à Diis data dixerit, quod ille factum à superno Deo confitetur, ut vidisti. Itaque longè sapientius Philo non solum in dicta Platonis intuens, sed etiâ à Moisaica sapientia adiutus: Aër, inquit, est animarum in corporearum domicilium. Quoniam omnes mundi partes replere dignum censuit opifex. Ob quam causam terræ dedit terrestria, fluminibus & mari aquatica, cælo sydera, quæ non solum animalia, sed etiam purissimæ in totum mentes esse dicuntur. Quo circa & in alia parte vniuersi aëre, animalia facta sunt. Quæ tametsi oculis non vsurpantur, nil mirum. Nam & anima est incomprehensibilis. Atqui verisimile est, quàm terram, & aquam magis aërem, animalia nutrire. Tum profequitur, Sunt aliæ animæ, purissimæ & optimæ, maioris diuiniorsque mentis, quas nulla terrenarum rerum attingit libido: sunt autem magistratus mundani, vniuersalisque principis veluti maximi regis aures & oculi, intuentes omnia, & exaudientes. Has ceteri Philosophi Dæmonas, Moses consentanea nuncupatione vocat Angelos. Si quidem iussa, & mandata patris ad filios, filiorum necessitates ad ipsum parentem perferunt. Hæc Philo. Longe quidem sapientius, & magis ex Platone, quàm ceteri Platonicis, quos vana superstitio in Deorum traxit appellationem. Duoque rectius Philo, quàm illi, quod datos hos custodes, & magistratus, & nuntios à Deo, qui inter nos, Deumque intercedant, ob quam causam non ministri Deorum, sed Dei sunt: quod Dæmonas Philosophorum, Angelos Moysis interpretatur. Et quoniam Angeli & litteris sacris, & profanis sunt Dij, hi certè erunt, qui imperio Dei res humanas administrant. Nec erunt duo genera Dij, ac Dæmones illi boni, purissimæq; mentes apud Philosophos. Quippe boni Dæmones, & nuntij, sunt Angeli, Angelij sunt Dij cælestes. Quare genus, quod post Dæmonas bonos sequeretur, erunt Dæmones mali: Vt boni illi Dæmones superius quidem habeant maximum imperatorem, regemque vniuersi, Deum, inferius Dæmonas malos, veluti mancipia, viliâque animalia. Eadem ratione sunt vel emendanda, vel declaranda, quæ Iamblichus idem eodem libro, Pythagoram priorem tradidisse, quod postea Plato tot locis afferuit: ὅτι ἕρπονθεν ἢ ἀλθροσισ, εἰς τε ἀέρα, καὶ τὸ ὅπτηγια φέρονται πύρην, καὶ ἐπὶ αἰθέρι τῆς εἰς τὸν ἕρπον ἀκαλοθίας πάντων, διεξήλθε γινώσκοντάς τε πάντας: Esse coelitus in aëria, & terrestria, traiectionem, ac transitum, rursus quod omnia in cælum reflecterentur, cunctis perspectissimum docebat. Loquitur enim Iamblichus de his quæ Plato, & Philo paulò antè tradiderant. Esse nuntios inter homines, ac Deum, esse transitum: vltro citroque commeare inter cælum, & terram Angelos, ut sit societas, & communio inter Deum, & homines. Sic Iacob vidit scalam, cælum quæ vertice tangeret, & Angelos Dei descendentes, & ascendentes. Transitus igitur is fit à Diis cælestibus, non Dæmoniis, & illi ferunt cælitus auxilia, non Dæmonia, quod ipse per errorem paulò antè dixit. Bellis sæpe sæuis, aut pestilentia grassante, aut fama, seu sterilitate, καὶ ἄλλοις δαιμονίων πινόν, καὶ θεῶν ἐνεργημάτων, ἐπειεῖτο συμπέθειν ὡς θεῶν θεῶν ἀπορία πάντων ἐλπίδα ἀνθρώπων, καὶ δύναμις ἀσπίδων: Quoniam accessissent præsentia quædam Dæmonia, diuinâque beneficia, conabatur persuadere Pythagoras, esse diuinam prouidentiam omnem humanam spem, & vim, superantem. Præclare locutus es Iambliche, sed vnum duntaxat corrigendum. Nam qui pestilentiam, bellâque depulerunt, non fuerunt Dæmonia, sed Angeli, Dij scilicet illi cælestes, ætherij, ut apud Iosue antiquissimum ducem legitur: Cùm autem, inquit, esset Iosue in agro vrbis Hiericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatam tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait, Noster es, an aduersariorum? Qui respondit, Nequaquam. Sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Hæc autoritas cum sit vetustissima, quam Pythagoras forte didicit ab Hebræis, ad montem Carmelum: longo tempore, eodem Iamblichio teste, Philosophatus, adorâda quoque Platonicis est, qui iu-

Aqui iuuenes semper, Theologiam à Barbaris didicerunt. In Maccabæis quoque visi sunt Angeli in acie pro suis dimicantes. Eadem sunt exempla de pestilentia. Quod si quid à Dæmonibus illis factum est quod prodesse videretur, magna quoque detrimenta erant adiuncta, aut humana sacrificia, aut obscœni ludi, ut facillè naturam tuam qui apparuissent, indicarent. Longè igitur nostri Philosophi melius hæc declarauerunt. Nam & Eusebius in libro de Euangelica ἀποδείξει, demonstratione, proponens ex sacra Theologia, quæ Pythagoras & Plato ab Aegyptiis, & Hebræis audita vehementer approbauerant, vulgarantque per omnem Græciam, scribit iuxta Philonem: Optimus, inquit, ille Rexq; omnium altissimus vniuersalisque Deus, ne bestiarum ritu homines sine principibus, & præfectis in terris agerent, præfectos eis & gubernatores, ceu pastores, gregumque ductores, diuinos Angelos, adhibuit, quibus omnibus præfecit vnicum, ac primogenitum suum Verbum. Hic subiicit Angelos & Archâgelos, diuinâque potestates, omnes immateriales, supercælestesque spiritus, velut vnum exercitum, partemque eius præcipuâ. Et quidem etiam animas piæ eorum qui agunt in cælo, qui quondam terras tenuissent. Hoc maximum mysterium, primus Theologorum Moses olim inter arcana docuit Hebræos, dicens, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi, Quando diuidebat altissimus gentes, cùm separaret filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei. Hæc ille, licet Hebraicè non sit, iuxta numerum Angelorum Dei, sed filiorum Israël. Hic igitur apparet quàm rectius, quàmque magis consentaneè Philosophiæ, à summo, ac principe Deo, constitutam hanc prouidentiam tradiderint, non à Diis, cùm Dij sint ipsi constituti, & nefas sit, alium vllum rem tam præclaram atque illum qui mundum creauit, fecisse. Vt qui situm locumque dederit elementis, multo magis superas Intelligentias ad gubernacula generis humani adhibuerit. Ministros autem malos, pœnis exercendis addictos, esse maioribus illis Angelis cælestibus subiectos, Asclepius in definitionibus afferuit ad Ammonem regem. Esse primum multos Dæmonum choros circum radios solares, variis exercitibus similes, non procul à superis. Inde fortiti regiones has res hominum attendere, καὶ δὲ ἑπὶ τῶν θεῶν ὅπτηγια φέρονται πύρην, καὶ ἐπὶ αἰθέρι τῆς εἰς τὸν ἕρπον ἀκαλοθίας πάντων, διεξήλθε γινώσκοντάς τε πάντας: A Diis imperata facientes, procellis, tempestatibus, conflagrationibus, terræmotibus, pestilentia, faméque, impietatem castigantes. Sic ille, concordans cum litteris sacris, immisiones per Angelos malos memoratus. Qui pœnas igitur exercent, in numero malorum sunt habendi, quos alij nomine Erinnyas dixerunt. De quibus scribit Iamblichus, ὁ ὅπτημίδης ὁ πύρην μαθητῆς μέγλων ἑπὶ τὸν ἀναμείωτον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐρηνυαῖς ἐπεκλεῖσται, καὶ τὰς πύρην θεῶν ἐποίησε τὰς ὅπτημίδης πύρην ἀναμείωτον, ἐπὶ αἰθέρι τῆς εἰς τὸν ἕρπον ἀκαλοθίας πάντων, διεξήλθε γινώσκοντάς τε πάντας: Epimenides discipulus Pythagoræ, cùm à quibusdam esset interficiendus inuocatis Erinnybus & Diis vltoribus, fecit ut omnes interficerent sefc.

Visi angeli in acie pro suis dimicantes. 1. Maccab. 7. 2. Maccab. 11. c. 15.

Præfecti angeli hominibus.

Angeli & Archangeli.

Officia angelorum, & demonum simplicia à Deo assignata.

Immisiones per angelos malos.

De Dæmonibus qui dicuntur se mulierum commercio contaminasse, aliisque Dæmones genuisse: Hos esse Dæmonas fabulosos, & quasi poeticos, non veros: & quod is fuit multorum error.

CAPVT XXXII.



IS ITA declaratis, illud quoque reiiciendum, separandumque à natura Dæmonum vera, & penè inter fabulosos Dæmones censendum quod non modò è nostris quidam, sed etiam profanæ Philosophiæ, professores plerique sibi persuaserunt, de filiis illis Dei, qui dicuntur apud Moysen filios hominum vidisse, accensósque in earum cupiditate, ex eis filios genuisse: qui cùm dicantur Hebraice Nephelim, ab Hebræis nescio quibus, & nostris, ut dixi, quinetiam externè Philosophis, Dæmones crediti sunt, qui partem diuinam, atque humanam mistam habuerint. Fueruntque multi, filios illos Dei, Angelos suspicati, è quibus cum multis Hebræis, Iosephus, in sua de Antiquitatibus Iudaicis historia: πολλοὶ γὰρ ἀγγελοὶ θεῶν, γινώσκοντες ἀνθρώπων ἀσπίδων ἐγέννησαν παῖδας ἀπὸ τῆς δυνάμει πεποθῆσιν. Quod est, Multi enim Angeli Dei mulieribus misti, contumeliosos filios genuerunt, ob virium fiduciam. Quanquam

Quibusdam reteribus male intellectus locus ex 6. Geneleos.

Vide Augustinum. 1. de ciuitate Dei. 2. c. 15. Euseb. 5.

Zonaras historicus excusat Iosephum : ὁ δὲ ἰώσηπος ἀγγέλους λέγει πρὸς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων λαβῆν, ἢ τὰ κελύσεις οἰμυ αὐτῶν ἰδὲ Σηθ, ὡς εὐαρεστούντας θεῶν, ἢ τὴν σκένον πολιτείας ὅτι τῆ δούλοσται: Iosephus autem Angelos dicit filias hominum accepisse, sic arbitror appellās filios Seth, vt Deo placentes & Angelorum vitam amulantes. Sic ille. Sed quidquid velit, fenserit Iosephus, certē alij fuere in ea suspicione, vt Lactantius. Videturq; antiquissimus error è libris Moſis, non rectè intellectis, haustus. Siquidem perhibet Plutarchus Pythagoram, Xenocratem, Platonem, Chryſippum, superiores Theologos sequentes, credidisse, Dæmones fuisse hominibus quidem robustiores, viribusq; longè præcellētes, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμειγρὸς ἐδὲ ἀκραιπνὸν ἔχον (αἰετὸς ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσιν καὶ σώματος ἀσθησιῶν συνελκομένη, ἰδὸν δὲ δευρομένη καὶ πρὸν): Diuinitatem, inquit, habentes neque synceram, neque puram, sed cum animæ natura, & sensu corporeo coniunctam, voluptatis & laboris capacem. Hoc etiam credit Athenagoras Philosophus Christianus, Iustinus item, idem Philosophus, & Tertullianus, omnes ambiguitate vocabuli ducti, arbitratiq; filios Dei, Angelos, purósque Deos, genitos ex eis, alij Dæmonas, alij Heroas, vocantes eos ἀπὸ τῆς ἐρώσεως amore illo, quo illi filij Dei in fœminas exarsissent, filiosque eximia virtutis, & audaciæ genuissent, quod in Cra tylo retulit etiam Plato & Athenagoras in legatione scribit: καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀγγέλους ἐν ὁμοίᾳ καὶ θεοῖσιν οἰοῦντο. οἱ δὲ ἄλλοι αὐτοῖσιν δὴ γέννησιν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς θεῶν ἐμμεναι, ἃς οἱ αὐτῶν ἐποίησε, καὶ διέταξεν ὁ θεός. οἱ δὲ ἐλευσάν καὶ τῆς ἐπίσης ἡσυχασίης καὶ τῆς ἀρχῆς. Et quæ sequuntur. Quæ sunt, Similis quoque conditio fuit Angelorum. Etenim cum essent omnes liberæ voluntatis, alij in ea, qua creati à Deo fuissent, conditione permanferunt, alij & naturam suam, & conditionem violauerunt. Is ergo Dæmon materia; & formarum, quæ sunt in ea imperator extitit, & cæteri, qui ex his circa primum æthera versantur. Scitis autem nihil absque testimonio nos prædicare, cum nitamur dictis Prophetarum. Illi igitur à carne victi, & in concupiscentiam prolapsi: is autem neglector, & prauus circa rerum sibi creditarum curam, est inuentus. Ex his autem qui in virgines exarserunt, nati sunt hi qui gigantes sunt appellati. Itaque Angeli lapsi de cælo, circa aërem, & terram, prohibiti deinceps cælum repetere, versantur. Animi quoque Gigantum circa mundū. Hæc ille. Tertullianus quoque eadem sentit. Sed quomodo, inquit, de Angelis quibusdam sua sponte corruptis, corruptior gens Dæmonum euaserit, damnati à Deo, cum generis autoribus, & cum eo, quæ diximus principe, apud litteras sanctas ordine cognoscitur. Hæc illi fenserunt. Quæ quidem meliores doctioresque Theologi, quibus filiorum Dei notior fuit appellatio, nunquam dixissent, non Hieronymus, non Augustinus, non Gregorius Nazanzenus, nō prudentissimus Chrysoſtomus. Nec difficile est erroris fontem agnoscere, nec durum probare solitas sacras litteras, filios Dei nuncupare dilectos illi, illumq; colētes. Vt de Israël, Ex Agypto vocaui filium meum. Et in Exodo, Filius meus Israël. In Psalmo quoque clara differentia, cum homines sunt filij Dei, & cum non sunt: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini. Ecce eosdem filios Dei, & homines appellat: sed filios Dei, quia creati ab illo, factique velut Dij, futuriq; si Deum coluerint: homines autem in terrenam fragilitatem delapsi, regis celestis imagine denigrata. Tales fuerant illi eluionis tempore filij Dei, bona progenies ex Seth, quæ commista cum filiabus hominum, scilicet corruptissimis fœminis, quæ, sicut yxor Adam, deincepsq; ferme omnes, sic maritos suos corruperūt, vnde corruptiores filij nati, origo mali, sanguinis pij cum impio commistio, propterea nati, bellicosi, superbi, contumeliosi. Hæc sunt veriora, à natura non abhorrentia, cum illa non absit à fabulis Poëtarum. Nec natura fieri potest, nec assentitur Philosophia spiritus corpore nudatos, amore fœminarum capi, aut ex eis generare potuisse. Habet enim fontem suum, & inferiores ortus, cupiditates, si desit causa, desit effectus. Vbi non sunt membra genitalia, non est amor coëundi. Vbi non est cibus, & potus, non est sperma. Vbi non fuit quærenda successio, & propagatio, non adhibuit natura cupiditatem generandi. Sicut spiritus nudi sitire, efurire non possunt, sic Veneris libidine nequeunt inflamari. Absurdum quoque esse duo genera Dæmonum, tum ipsos Angelos lapsos in concupiscentiam, tum animas gigantum. Fuerunt enim gigantes homines: nec ex hominibus faciendi sunt Dæmones: Nec casus eorum fuit, quod exarserint in amorem. Erunt igitur fabulosi Dæmones, tam quos libido rapuisset, quàm generati ex eis. Tales erunt, quales Hæctor, Achilles, Æneas, Hercules, ex hominibus, & Deis nati, apud poëtas.

Angeli appellati homines, Angelorum vitam amulantes. Dæmones hominibus præcellentes.

Angeli omnes creati, liberæ voluntatis.

Angeli, quomodo facti dæmones. Ex angelis de cælo lapsi natos gigantes, nonnulli nimium audenter asseruerūt.

Filij dei, qui appellati.

Spiritus corpore nudati non possunt mulieribus commiseri, & cur.

Fabulosi dæmones.

Apud

A Apud Orpheum cum sint Dæmones boni & mali, hoc nomen denique malorum potius esse, quàm bonorum, sicut in sacris litteris.

CAPVT XXXIII.



VM Plato Dæmonas solum bonos, ceteri ferme omnes, qui post eum promiscuè bonos & malos tradiderunt, videntur Orpheum, & Chaldaeos fecuti. Is enim tum bonos & malos eos induxit, tum varia eorū genera perhibuit, aëria, terrestria. Verū cum Dæmonas bonos appellat, vt principio docui, sentit quasi Deos quosdam, quemadmodū vocat Homerus Deos, Dæmonas, μετα δαίμονας ἀλλους: sed præcipuè malos sub hoc nomine concludit. Testatur ergo etiam Plutarchus, apud Homerū, & Hesiodum esse Dæmonas bonos & malos, mala & bona volentes, impulsores ad bona & mala. Hesiodū verò, custodes, diuitiarū largitores. In primo tantū nominis societas, secundum tralatum, non verum. Inuocat igitur in hymnis Orpheus:

Dæmonum nomine malos intelligi.

Dæmones boni & mali.

Δαίμονατ' ἠέραθεον, καὶ δαίμονα πῆμονα ἡμιτῶν,  
 Δαίμονας ἑραμνίς, καὶ ἠερίσ, καὶ ἐνυδρίσ  
 Καὶ θρονίς; καὶ ἄπο θρονίς, ἰδὲ ἀεφοίτῆς.  
 Δαίμονα que imploro sanctum, paritè que malignum,  
 Aërios, aqueos, cæli & conuexa tenentes,  
 Terrestres, infernosque, circum omnia euntes.

B

Hæc Orphei partitio id habet veri, quod ex præcorum constitit Theologia, vt Dæmones boni non sint in eodem genere: Vt in hominum genere, quemadmodū sunt boni, & mali, sic in genere Dæmonum, boni, & mali inueniantur. Sed Dæmones apud Homerū sunt Dij, idēque Angeli, quod supra monstratum est. Vtq; tyrannus commune fuit omnium imperatorum, regumque bonorum, ac malorum nomen, postea ad malos solos recidit, sic Dæmon commune cælestibus, exclusisq; è cælo nomen, recidit ad exclusos tantum, ac sceleratos. Dæmon igitur sanctus, & Dæmones cælestes sunt Dij. Dæmonas autē aërios, & aqueos, terrestres, ac subterraneos nullo genere, sed loco duntaxat differentes, agnoscunt etiam nostri, ratioq; ostendit, qui sunt aërij, qui per aëra ferantur, posse terras petere, totūque in mundo versari, quod ab eis appellatur ἀεφοίτῆς. Sceleratiores autem corruptioresque fuisse in Dæmonibus quosdam, sicut in hominibus malis, sunt alii alij nequiores, hisq; datas pro meritis infernas sedes, etiam nostra Theologia, ratioque agnoscit, Tenebras exteriores, earumq; habitatores Dæmonas appellans. Rursum non refugiens, imò docens esse Dæmonas etiam aërios, & in cælestibus, quod est in aëriis. Hæc igitur partitio vera est, si modò sanè, rectèque intelligatur. Illud adeo mirum in Orpheo, quòd totus denique inclinatur in sententiam, Dæmonas esse malos, eosque flagellis Deorum castigari. Nam in hymno ad Titanes:

Dij & Angeli idē Hetero.

Dæmones loco differentes.

Dæmones alij nequiores alij.

Dæmones mali, flagellis Deorum puniuntur.

C

Δαίμονασι δὲ σοδ ὀδοῖς μάστιγος ἀπειλῶ,  
 Δαίμονες, ἀνθρώπων δηλήμονες ἀργιόθυμοι.  
 Ψυχῆς ἡμετέρας διεροῖς καὶ πορσύνοντες  
 Ὅφρ' αἰεὶ κατὰ λάτμα βαρυσημαρῆσου βιότοιο  
 Σώματος ὁ τλέκῃσιν ἄπο ζυγῶδεσσι παθῆσαι  
 Υψιτέρας δὲ χέθωντο πατρὸς πολυφένεος αὐλῆς  
 Ἀλλὰ σὺ ψυχῶν ἀνοργῶν  
 Κέκλυθι δὴ καὶ μὲ κέθρον ἀμαρτάδος αἰὲν ἀπάσις,  
 Δέχουσο δ' ἰνεσίτω πολυδάκρυον, ἐκ δὲ μελυργῶν  
 Ρύσο κηλίδων.  
 Exhorrentque tuum rapidum, durumque flagellum,  
 Dæmones humani hostes, atque feri, atque maligni,  
 Qui nostris animis vacuis infanda ministrant,  
 Vt semper diram vitam cum crimine ducant,  
 Corpore peccantes, semper vinclisque retenti,  
 Excidat vt nobis summi fulgor patris aulae,  
 Sed tu dux animorum.

Vides eū Dæmones humani generis hostes dicere mala, nequitias suggerentes, volupta-

tibus, illecebrisq; mundi, animos irretientes, vt obliuiscantur curiæ cælestis, quam vocat D πολυφρον, luminosam, radiosam: orâque vt ei ab eorum infidiis liceat viuere securo.

Dæmonas ab antiquis Philosophis proditum, dare pœnas toto mundo persecutionem patientes. Nullum eos elementum admittitæ celo cadentes, ab Empedocle dictos. Pherecydem de eis scripsisse. Zoroastrem principem malorum quendam prodidisse. Nomen Dæmonis eis proprie malorum esse.

CAPVT XXXIII.



Dæmones scelerum dant pœnas, iuxta Empedoclem.

SE verum & constans priscos potius malos, quàm bonos Dæmones credidisse, etsi, vt Plutarchus quoque testatur, Homerus eo nomine vtatur promiscuè, ὅτιτε χρησίων καὶ φούλων, super bonis, & malis, apparet vel inde (estque mirabile, vt cum litteris sacris congruat) quod Empedocles priscus Theologus autore Plutarcho Dæmones vti nequam & malos, scelerum dare pœnas eorum quæ peccauerint, totoq; mundo exagitari, vndique repelli, nusquam admitti, scriptum reliquit: ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ διέως φησὶ δίδουσι τὰς δαίμονας, ὧν ἕξα μέρησιν καὶ πλῆμμελλήσασσι. Idq; Empedocles cecinit his carminibus:

Αἰθέριον γὰρ σφε μένος, πάντων δὲ διόκει  
Πόντος δ' ἔσθλονος θύρας ἀπέπλευσε, γαῖα δ' ἔς αἰθῆρας  
Ἡελίος ἀπέμεινεν, ὅδ' αἰθέρος ἕμπεδαλε δίνους.  
Ἄλλος δ' ἔξ ἄλλης δέχεται, σφύρασι δὲ πάντες.  
Aetherius motus in pontum deicit illos.  
Pontus at in terram pellit, sed terra remittit  
Ad Solem rapidum, is ubi fit conuersio cæli:  
Ex aliisque alius fugat, execrantur & omnes.

Nihil his carminibus Empedoclis diuinius. Ecce enim quod nostræ salutis autor: Videbam Satanam sicut fulgur descendentem de cælo. Et, Non est amplius inuentus locus eis in cælo. Quæ declarat ipse melius Plutarchus, comparans in libro de non fœnerando, eum qui fœneratur, Dæmonibus hisce vagis: ἀλλὰ πλάζονται καὶ θάλασσαν καὶ ἕρποντες οὐρανοῦ τῶν ἐμπεδοκλέους δαίμονας αἰθέριον γάρφει: Quemadmodum illi labentes è cælo, diuinitusque exagitati Dæmones Empedoclis, vagantur debitores fugientes conspectum eorum, quibus debent. Vides eum dicere Dæmones vagos, cæloque labentes. Addidit autem ex se Plutarchus (Neque enim par est Empedoclem retulisse) hanc persecutionem Dæmones, & fugam pati, donec castigati, & expiati, iterum locum naturalem, & ordinem recipiant. Credendum est, hoc eos perenniter pati, Nisi quod verissimum est, cum scelus perpetrarunt, cum homicidij, belli, mali alicuius fautores fuerunt, diuina sapientia tantas imponit pœnas ad supplicium, quanta fuit sceleris magnitudo, nec minus luunt pœnas flagitiorum quotidie quàm parata sunt impiis, pro nequitia, pondera pœnarum. Hic admirabilis est prisca Theologia. Ex hac igitur fertur & Pherecydes de casu eorum scripsisse. Ex eadem antiquissima Theologia, multa de Dæmonibus constant mysteria. Constat eos duntaxat malos agnouisse. Vt nostræ litteræ docuerunt esse cæli & terræ totiúsque Naturæ, omniumque bonorum, omnium rerum existentium autorem Deum, ex aduerso Satanam non quidem creatorem, aut opificem, & autorem alicuius rei, sed scelerum tantum, malarum suggestionum, qua ex re vocatur in nostris litteris κοσμοκράτωρ, princeps mundi, non scilicet cæli, terræ, Naturæ, sed malarum opinionum, errorum, scelerum, flagitiorum. Simile quid traditum est in Theologia vetusta Chaldæorum, ac Magorum, cuius meminit Plutarchus, sed malè postea à nonnullis intellectum est: Duos, inquit, Deos inuicem aduersarios, alterum bonorum, alterum malorum autorem arbitrantur. Aliique vocant hunc bonorum autorem ἀμείνωνος θεόν, τὸν δὲ ἕτερον δαίμονα, ὡς αὐτὸν Ζωροάστρης μάχης: Meliorem Deum, alterum autem Dæmonem, quemadmodum Zoroastres Magus, quem quinque milibus annis ferunt bellum Troianum antecessisse. Hæc igitur docent, Dæmones esse tantum malos, quorum princeps ab antiquissima Theologia, suomet nomine vocatus est Dæ-

Dæmones vagi, cæloque labentes.

Deus, auctor omnium.

Satã, cur princeps mundi appellatus.

A est Dæmon. Ex descriptione quoque noscitur, Dæmon ipse malus, scelerum autor, qua describit eum Zoroastres, vt appareat priscos de Dæmonibus, omnia ferme tenuisse, atque posteriores. Describit enim autore Plutarcho Zoroastres eum, quod primū illum summum Deum, rerum creatorem dicebant lucem, ardorem: aduersarium autem similem esse σκοτία καὶ ἀγνοία, tenebris, & inscitia. Sed superstitiosè iussit Zoroastres, & velut Magus propitia sacrificari priori, & in quibus haberentur gratia: posteriori autem hostias tristes, malorumque depulsorias. Et in sacrificio dicit Plutarchus eos inuocasse Ἰδην, inferum, & tenebras, cum sanguine lupi, in loco tenebroso. Eoque secundum apparet Satanam eis fuisse, quod pugnante bono, & malo, tandem superari à bono malum, & succumbere dicebant. Cætera, quæ non sanè intellecta Persæ & Manichæi super hac re confixerunt, relinquuntur illis. Nos veritatem à superstitione, & mendacio duntaxat separare conamur. Perhibet etiam Plutarchus, Pythagoricos Typhonem vim Dæmoniacam credidisse. Verè & restè. Est enim Typhon ventus turbulentus, tempestuosus, euerfor, strages edens. Talis est Dæmon pessimus. Proinde dictus Hebraicè shadaim, euerfor, destructor. Ex his igitur luce clariùs cõstat, ritè cunctis examinatis, nomen Dæmonis esse potius malarum potestatum. Constat etiam prisca Theologia audisse tradidisseque eos malos, scelerum autores, & inuocatos, odio haberi ab omni mundo, vndique velut immundos, nequissimos repelli, nusquam eis locum esse, quo consistant. Eoque simili modò Seruator dixit, eos ambulare per loca arida, & inaquosa, requiem B quærentes & non inuenientes. Constat igitur, Dæmonas etiam priscos potius malos quàm bonos fuisse. Communicationem nominis si quando bonæ potestates dicantur Dæmones, non esse communicationem, societatemque naturæ. Nec in eodem genere Dæmonum, bonos esse ac malos, vel eosdem, modò bona, modò mala volentes. Tantum nomen commune Naturæ seorsum variæ. Eorum prauitatem experti sunt homines sæpe. Eoque Xenocrates autore Plutarcho censuit, turpia sacrificia, neque Diis, neque Dæmonibus bonis congruere, sed esse quasdam in vniuerso naturas magnas, & fortes, δυσπρόσους καὶ σκληροπαις, peruersas, & truculentas, quæ delectentur istiusmodi sacrificiis, quæ consecutæ, nihil præterea mali faciant. Ex hac descriptione noscuntur Dæmones mali, vocati simili modo κοσμοκράτορες, à nostris, Principes mundi, tenebrarum harum. Et apud diuum Paulum, Deus huius sæculi. Hæc sunt Naturæ magnæ, & fortes, peruersæ, truculentæ. Quicumque igitur eos bonos putauerunt, partim ab ipsis de quibus sermo est, decepti sunt, partim nomine Dæmonum Deos ipsos appellarunt, velut non proprie homines vocantur Dij.

Dæmon autor scelerum.

Deus, lux, ardor. Dæmon, tenebrarum & inscitia nomine nuncupatus.

Typhon, vis demoniaca.

Marc. 12.

Alij boni, alij mali dæmones: sed postremi hoc dæmonum nomine rectius appellantur.

Dæmones sacrificiis delectantur. Ephes. 6.

Dæmonis nomen apud priscos malorum esse. Vera eorum descriptio apud Philosophos verèque cognitio: eos esse aërios, vagari per omnem mundum, Deo persequente dare pœnas.

CAPVT XXXV.



LARAE quoque coniecturæ ex Philosophis occurrunt, nomen Dæmonis eorum esse, quos scelerum ultores, truces impiorumque carnifices instituit Deus. Idem enim Plutarchus in eo, qui inscribitur de his, qui serò à Deo puniuntur, ait impios & malos: τῶν δὲ δίκη μετὰ τὴν τελευταίην ὁ δαίμων καθ' ἑαυτὸν δίδουσι, Iustitiæ, siue pœnis Dæmonem tradere, post mortem. Et quòd in Galba facit eos scelerum autores, cum Centurionem milites obiurgantem inducit, qui toties ad proditionem imperatoris mutarentur, nulla ratione, bonique delectu, sed modò Dæmonis alicuius impulsu: κατ' ἑδνα λογισμὸν, ἐδ' αἴρεσιν ἀμείνων, ἀλλὰ δαίμονος τινὸς, αὐτὸς ἐν ἀποδοσίᾳ εἰς ἀποδοσίαν ἐλαύνοντος. Et cum ait de generatione animæ in Timæo Platonis proponens sententias Philosophorum de principiis: Zoroastres, inquit, ponit θεὸν καὶ δαίμονα. Hic apparet Dæmonem ex aduerso opponi Deo, noménque hoc esse malorum. Et cum ait de Milesiis mulieribus, quibus insolitum malum accidisset, vt seipsas interficerent, καὶ τὸ κελὸν ἑδδικη δαίμονιον εἶναι, καὶ κρεῖττον ἀνηρωτικῆς βοηθείας: Dæmoniacam fuisse calamitatem & plustquam humanam. Et quod ait hominem per visionem, in regione pœnarum vidisse τρεῖς δαίμονας ὁμοῦ κατημένους ἐν χήματι τριγώνῳ καθὲς ἀλλήλους τὰ ρέματα μέτροις πῶν ἀνακ-

Dæmones, impiorum carnifices.

Dæmonem ex aduerso opponi Deo.

επιθυμίας, Tres Dæmones simul sedentes in figura triangulari, inuicem stagna illa, quibus animæ versantur, miscere, quibusdam mensuris. Et quod Dæmonas nescio quos perfectos suppliciiis, in stagna illa mergere & attrahere dicit animas, & πηγας εφεστάναι δαίμονας. Et quod ait in libro de non irascendo, τὸ δὲ καλοῦσθαι, ἐλευθερίας, καὶ δαίμονων, ἢ θεῶν δεῦδ' ἄλ' ἄμ'...

Dæmon Erinnyis.

Castigare, torquere, Erinnyum, & Dæmonum esse, non eorum, qui diuini sunt, cælumque tenent. Hoc constat, esse Dæmonem atque Erinnyum eundem, & qui torquent, vexantque, non Deos cælestes esse: tormenta, non esse bonorum. Ex his igitur claret, vexatores illos, ac tortores, carnifices, nec Deos esse, nec bonos, nec datam eis hanc prouinciam uti bonis, sed ut impuris, prauis, ministris immundis, quippe quos tormenta delectant. Eoque coarguitur falsum, quod idem Plutarchus in libro de defectu oraculorum: γίνεται γὰρ ὡς ἐν αἰθρώποισι καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφορὰ καὶ κακίας: Sunt enim sicut in hominibus, sic in Dæmonibus discrimina virtutis, & vitij. Dico ex tua sententia ὁ Plutarche, non esse verum. Facis enim Dæmones eosdem atque Erinnyas, suppliciaque exercere dicit eorum esse, qui cælum non habitent. Ergo non sunt hæc, neque possunt esse differentia, malis, fœdisque ministeriis fungentibus. Ex hoc etiam apparet vera eorum declaratio, & confutatio, quæ dicit in libro de defectu oraculorum. Primum cum ait Dæmones esse mediam naturam inter Deum, hominēque habentes affectus humanos, & potentiam Dei: ἢ δαίμονων φύσις ἐχέουσι καὶ πάθος θνητῶν, καὶ θεῶν δυνάμειν. Quomodo virtutem Dei, si tantum mali, improbi, nequissimi tortores, carnifices, ut superius dicebas, cum hoc fœdum ministerium negares esse Deorum? Nihil igitur te teste commune Deo, & Dæmoni. Dæmon tortor, Deus semper beneuolus, placidus. Sic falsum, quod eodem libro, tanquam in medio Deorum, & hominum, excipientes affectiones mortales, necessariaque mutationes, quos Dæmonas arbitantes, & nominantes, bene habent secundum morem patrum colere. O Plutarche, quo te rapit oratio, tibi ipsi te aduersari non cernis? Non sunt necessariae mutationes in Dæmonibus. Neque enim tales creati fuerunt, sed se tales ipsi reddiderunt, deprauantes naturam suam. Quid enim necessitatis habet in mundo natura hæc immunda? Ad quid ea opus est, si velut tortoribus impiorum, carnificibusque fuit eis opus? Iam hæc non est bona natura, nec ei cum Deo societas. Nec prouincia plectendi, animaduertendi, commune quid facit: quandoquidem tu ipse pronunciaſti, nulla ratione diuinum esse τὸ καλοῦσθαι, quod cruciat, vexat, torquet. Longè à Diis diuinctissimum, cælestia templa tenentibus. Norant igitur audierantque Dæmonas esse potestates improbas, malis inhiantes, sed causam cur tales essent, nesciebant, putantes eorum prauitatem, naturalem, non fortuitam, & ex deprauatione. Errorque est manifestus. Non enim Deus opera sua tam tristitia, tam dira, nefandaque fecisset, qualia norunt illi, confessique sunt esse Dæmones. Est ne probabile, Deum creasse monstrum illud, cuius à doctissimo vate natura describitur?

Error Plutarchi.

Nihil commune Deo Dæmoni.

Dæmones sui ipsi naturam deprauarunt, alij à Deo creati.

Dæmonum prauitas est fortuita, non naturalis.

Aenid. 7.

Tu pores unanimes armare in praelia, fratres, Atque odiis versare domos, tu verbera rectis, Funereasque inferre faces, tibi nomina mille, Mille nocendi artes, focundum concute pectus, Desiſce compositam pacem, seve crimina belli.

Superius autem, Lueticam Alecto, dirarum ab sede sororum, Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella, Ireque, insidiæque, & crimina noxia cordi. Odit & ipse Pater Pluton, odere sorores Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora, Tam seue facies, tot pullulat atra colubris.

Deus non est autor mali.

Veritas igitur est, eiusmodi naturam Deum minimè fecisse, sed eam se talem reddidisse. Neque enim Deus creauit homines rapaces, homicidas, violentos, improbos, sed cum boni, & sine crimine ancipitesque creati essent, & electionis liberæ, maluerunt esse tales, quàm boni. Veriora sunt igitur quæ eodem libro, ab eodem dicuntur, hæc improbitates nulla ratione diuinum quidquam habere. Et quod χηροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες ἔσαν τέλει οὖτοι ψυχῆν ἀνθρώπων παρ' ἐπιθυμίας σώματα, καὶ ἀφ' ἐπιθυμίας ὁ μιλῆϊο ἢ διωδόμενοι παύτη, λοιμὸς τε πόλεος, καὶ γῆς ἀφορίας ἀπάγεισι, καὶ πολέμους, καὶ στάσεις, παρ' ἐπιθυμίας, ἀρετῆς ἢ λάβωσι, καὶ τύχῃσιν ἢ ἐραδί. Quæ sunt, Fortes, & violenti Dæmones, expetentes animam humanam corpore circumdatam

Acundatam, & per corpora ei misceri non valentes, pestilentias vrbibus, annonæque caritate adducunt, bella, seditiones turbant, donec quam amant, potiantur. Hæc sunt veriora. Quo fit clarum nihil Dæmones habere diuinum, solumque hoc esse nomen malorum, improborum, noxiorum. Omniaque hæc conueniunt cum nostris, eo excepto, quod non expetunt animam Dæmones ut amatores, sed ut odio habentes, ut crucient, obſideant. Quod etſi Plutarchus hic non fatetur, aliis tamen fatetur locis, cæterisque congruunt, Chaldaei, Trismegistus, Orpheus. Vera sunt & illa, fugas, raptus, seruitia, non Deorum, sed Dæmonum esse. Malim tamen hæc neque Deorum esse, neque Dæmonum, se fabulosa. Ea veriora, Dæmones oraculis perfectos, τοῖς κατὰ τὰ μαντεῖα, καὶ χρησθηλα τεταγμένοις δαίμονοις. Et illa maximè vera, ἀλλὰ δαίμονας ὑπεριεταῖς θεῶν, quod Dæmones sint ministri Deorum. Hoc maximè verum, Sunt ministri, carnifices Dei, nihil cum Deo commune, sed tantum ministri, mancipia, iussi faciunt, permittunturque facere mala. Sed quod displicet Plutarcho, mihi placet, nonnullos sensisse iuxta superiorem Empedoclis sententiam, Dæmonibus inesse ἀμαρτίας καὶ ἄτης, καὶ πάνας θελάτης, peccata, & noxia mala, perfectionesque diuinas. Ideo autem placet, quia ratio docet esse verum. Et idem Plutarchus in eo, qui inscribitur de Iside, & Osiride, ostendit hanc sibi placere sententiam. Peccant igitur Dæmones, nocent, diuina potestas eos infectatur. Quod ipse Dæmon confessus est: adducitur à Lactantio:

Cur Dæmones animam expetant.

Dæmones, ministri & carnifices à Deo constituti.

Lib. 1. cap. 7.

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι κατὰ χθονὰ, καὶ κατὰ πόντον, Ἀχόματα, δάμναται ὑπὸ μάστιγι θεοῦ. Dæmones errantes per terras, & mare semper, Aeternas pendunt diuino verbera pœnas.

B

Hoc, ut vidisti, superius cecinerat etiam Empedocles: Vagantur per omnia dæmones. Quod noster expressit magis, ut sit mirus consensus: Aduersarius vester Diabolus circumquærens quem deuoret. Et Satanus in Iob: Circumiui terras, & perambulauit eas. Illud admirabile, quod externi Philosophi, ipsique etiam Dæmones confessi sunt se flagellis Dei, verberibusque torqueri, ut scelestos scilicet, & peccantes, nocentesque. Neque enim impune nocent mortalibus. Eodem libro Plutarchus dicit non solum Empedoclem, sed & Platonem, & Xenocratem, Chrysippum, & Democritum Dæmones malos credidisse: qui cum simulachra bona precaseretur, indicasse, alia praua esse, καὶ μοχθηρὰ, ἔχοντα παρὰ τὴν φύσιν καὶ ὄρμηαι, Et scelestas habentia electiones quasdam & cupiditates. Vera quoque & illa, ut stupeam Titanica, & Typhonica, quæ circumferantur, fuisse pugnas Dæmonū, contra Dæmones, fugasque superatorum, ἢ δικαιοσύνης ὑπὸ θεῶν ἔξαμαρτόντων, aut iudicia Dei, contra eos, qui peccauerunt. Hæc inquam vera. Ut congruunt cum nostris dicentes flagellis, iudiciisque Dei Dæmones exagitari? Quocirca superius vocabat eos θελάτης ἐργονοπέτης. Et illa vera, ut superius, ἀφιστάμενον καὶ ἀπειλητόντων τὰ χρησθηλα δαίμονων, Abscessisse, deseruisse Dæmones, oracula. ecce Dæmonum oracula erant. Hinc se præcipitem dedit, eodem autore, aliquando Pythia, dæmoniaci furore correpta. Idemque in eo, qui est de deuoratione carniū, declarat nomen Dæmonis malorum esse cum ait: τὸ γὰρ ἐν ἡμῶν ἀλογον καὶ ἀτακτον, καὶ βίαιοι ἢ θεῶν ἀλλὰ δαίμονων, οἱ παλαμὶ πταῖνας ἐγύμισται, καὶ τὸ τοῦ βῆ καλοῦσθαι, καὶ δίκην δίδόντος. Nam quod in nobis est irrationale, citra ordinem, violentumque, non diuinum, sed dæmoniacum, veteres Titanas appellarunt, Et hoc est eius qui plectitur, datque pœnas. Vides Dæmonem, violentum, irrationalem inordinatum. Hæc eorum natura, hæc naturæ descriptio. Ut possis eam sic ex Plutarcho describere, Dæmones natura sunt irrationalis, inordinata, temeraria, violenta, quæ dat pœnas semper, & castigatur. Id quoque euidētissimum argumentum, nomen Dæmonis, malorum potius fuisse prisca, non bonorum, naturamque prauam eorum cognitam eos habuisse, quod in Symposio septem sapientum idem Plutarchus dictum refert in conuiuio, optimam, utilissimamque rem Deum, βλαβερότατον δαίμονων, nocentissimam Dæmonem. Chrysippusque eodem autore de rebus Romanorum, φάσμα δαίμονια ἀενοσέειν, Errare circum, mala Dæmonia: quibus uti carnificibus, malorumque vltoribus vtatur Deus. Ex priscorum igitur Philosophia, hæc de Dæmonum natura scitu digna constant: Eos esse ætios, vagari, rapi, turbari per omnem mundum, persequente Deo fugere, peccasse, & peccare, scelerum luere pœnas, Dei flagellis verberatos, Exitiales, nocentissimos esse. Ex his item posset corrigi ipse idem Plutarchus, qui non animaduertit, quæ totis libris suis variè tradiderit. Nam in libro de fato, triplex esse fati genus dicens, de tertio scribit:

Dæmones vagantur per omnia. Math. 12. 1. Petr. 5.

Titanes, & Titanium nomen Dæmoniacum. Qualis natura dæmonum.

F

Mali demones non sunt hominum custodes.

Calumniam Deo facit, qui Dæmonas præfectos hominibus esse dicit.

Tertium inquit, fatum iure dicatur, providentia, curaque Dæmonum, qui circum terras præfecti sunt custodes, & prospectores rerum humanarum. Hoc igitur multipliciter eiufmet autoritate coarguitur. Tum quòd ubique cernitur ire in eam sententiam, Dæmones esse malos, hocque nomen ferè malorum esse & improborum, vt exempla superius docuerunt: Tum ipsa eius clara verba sunt, quibus hæc refellas. Hos enim Dæmones, quos dicit custodes, cum ferat circum terras versari, constat esse Dæmones illos vagos, caloque cadentes, Deo persequente terga dantes vbique, apud Empedoclem. Eoque dicuntur in terra versari. Boni tum in terris versantur, tum redeunt ad superos, suntque cælestes. Iam verò Dæmones hi sunt, quos ipse contra Chrysippum negat vt improbos rerum humanarum datos custodes, hæc dicens, τὸ δὲ φαύλης δαίμονας οὐ προσείας ἔστι τὰς ποιούσας ἑπιφαιάς κερβίρασιν πᾶσι ἐν ἔστιν ἐγγύθημα τῶ θεῷ. Et quæ sequuntur. Adhibitos inquit esse Dæmones improbos ad eiusmodi gubernacula, quomodo non est Dei calumnia, velut regis, malis, recordibusque satrapis, & prætoribus credentis prouincias, eosque permittentis, in optimos neglectos debacchari? Benedictus sis Plutarche, aurea verba fudisti. Cum Dæmones omnium ferè consensu Philosophorum sint improbi, rabidi, violenti, irrationabiles, vagi, calumniam Deo facit, qui censet eum rebus humanis eos præfecisse, in quibus neque ratio sit, neque providentia, sed furor tantum, truculentia, sitisque nocendi, vt leonibus, viperis. Vera igitur duntaxat quæ Chrysippus sensit eodem autore de rebus Romanorum: ἢ μᾶλλον ὃ λέγουσιν ἔνοι ῥωμαίων ἀληθῆς ἔστι, καὶ κερβίρασιν οἱ πᾶσι κερβίρασιν. οἷονται φιλόσοφοι, Et quæ sequuntur. An potius, inquit, verum est, quod quidam Romani sentiunt, & Chrysippus Philosophus prodidit, praua Dæmonia circumire, quibus Dij vt publicis carnificibus, aduersus improbos, impiósque homines vtantur? Sic lemuces & lares Erinnyci quidam sint infestique Dæmones domuum, rerumque gestarum exploratores. Hæc vera sentiebat Chrysippus ab anterioribus Philosophis manantia. Errantes igitur, circumque euntes illi Dæmones, sunt illi mali, improbi que carnifices hominum, nostris calumniis inuigilantes, merito vocati Diaboli, sitientes necem, cladesque, tanquam publicorum facinorum vltiores. Huiusmodi traduntur in sacris litteris, & hæc eorum munera feruntur accusandorum criminum, plectendorum malorum, in hoc quidem mundo multo validius in futuro. Vides quanta Philosophiæ cum litteris sacris concordia? Nam Chrysippus multis ante Euangelium floruit annis. Tradidit autem Seruator, prodiderunt Apostoli toto orbe, perspicuumque fecerunt, quod à Philosophis quidem, à sæculis superioribus veniens dicebatur, sed obscurè, dubiè. Nam super eo dubitat Plutarchus.

Diuinationem, vaticiniâque & oracula ab halitu terrestri fieri non potuisse. Aristotelem, Plutarchum, Ciceronem ista suspicatos, se ipsos declarare, contrarias rationes opponentes.

CAPVT XXXVI.



LIB. I. Magnam Panamortium Tiberij tempore, Plutarch. tradit, sed quam verè et Philosophicè, nostri vident. LIB. I. in super quod ab Aristotele, Plutarcho, nostro Cicerone affirmatur, disquirendum est, an diuination, quam Dæmones enuntiauerunt, quæque fuisse fertur in Dæmonibus, ex halitu terræ potuerit fieri. Nam Aristoteles refugiens fortasse Dæmones substantias separatas confiteri, redditurusque oraculi Apollinis rationem in libro de mundo, perhibet, exhalationes terrestres, varias efficere affectiones: ὅν τὰ μὲν ἐνθεσίου ποιεῖ τὰς ἐμπυλάζοντας, τὰ δὲ ἀποφῶν, τὰ δὲ χρησιμῶδῶν, ὡσπερ τὰ ἐν δελφοῖς, καὶ τὰ ἐν λεβαδίᾳ. Quarum aliæ diuinos furores iniiciunt appropinquantibus, aliæ cibi odium, aliæ faciunt vaticinari, vt oraculum Delphicum, & id quod est in Lebadia. Hanc Aristotelis autoritatem. Marcus noster in Diuinatione secutus, Nam terræ vis, inquit, Pythiam Delphis incitabat. pauld antè, Potest autem, inquit, vis illa terræ, quæ mētem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuisse vetustate, vt quosdam exaruisse omnes, vt in alium cursum contortos, & deflexos videmus. Sed vt vis acciderit, Magna enim quæstio est. Talia Marcus, Plutarchus, cuius tempore quòd oracula iam toto orbe siluissent, auditumque sub Tiberio Cæsare, magnum Pana, quem Dæmonem arbitrat, de-

Lib. I. Magnam Panamortium Tiberij tempore, Plutarch. tradit, sed quam verè et Philosophicè, nostri vident.

A tur, defunctum, voluit eam afferre rationem, quòd halitus ille terræ, quemadmodum omnia terrestria, vt fontes, vt metallorum venæ, potuerit deficere, & diuination oraculorumque, præcipuè Delphici, tanta celebritas interpolari: ἢ δὲ γὰρ πολλὰν μὲν δεινὰ μὲν πηγάς ἀνήσιν ἀσθράποις, τὰς μὲν ἑσπερῆσιν, καὶ νοσῶδεις, καὶ θανατηφόρας, τὰς δὲ χερσῆς, καὶ προσπίεσι, καὶ ἀφελίμης, ὡς δὴ λα γίνονται πείρα πρὸς τὸ γινώσκειν, τὸ δὲ μαγικὸν ψῆμα, καὶ πνεῦμα, θεότατον ἔστι, καὶ ὁσιώτατον: Terra, inquit, plurimarum aliarum facultatum fontes hominibus edit. Quarum sunt aliæ arripientes in excessum, aliæ morbosæ, & mortiferæ, aliæ vtilis, & clementes, & iuuantes, vt his qui periculum fecerunt, claret. Fluxus autè diuinatorius, & halitus, seu spiritus, diuinissimus est, & sanctissimus. Tum Plutarchus profequitur: Diuinissimus est, ait, is spiritus, siue per aëra, siue cum humida scaturigine feratur. Cōmistus enim cum corpore, efficit animis temperiem quandam insolitam, & inusitatam, de cuius proprietate clarè pronuciare, perdifficile, coniectari tantum ratio possit. Quippe caliditate, & diffusionem poros aperit quosdam, rerum futurarum imaginarios. Sicut cum vinum in caluisset, multas alias commotiones facere solet, reuelareque arcana quædam, & latentia. Nam debacchatio, & insania, plurimum ex diuinatione habet, iuxta Euripidem. Cum animis concalescat, & igneus, abiecit pudorem, quem mortalis prudentia inducens, sæpenumero auerit, & extinguit diuinationem, furorémque diuinum. Denique concludit Plutarchus, haud mirum videri debere, multis è terra exhalationibus surgentibus, has solas in Delphis animas ad diuinandum disponere, & ad concipienda futura. B Attestari enim huic rationi, etiam quæ de eo oraculo fama publica sit. Eam enim vim manifestam cuidam pastori, qui casu eò deuenisset, fuisse, deinde vocibus quibusdam diuinis editis contempnissè, qui accessissent, postea euentu probatis, quæ is dixisset, admirari cœpisse. Hæc & id genus multa proposuit Plutarchus, sed tam dubius, & varius, quàm varij, qui hæc apud eum differunt. Quorum non alia nobis petenda ex ratione con futatio, quòd apud eum ab alio in contrarium differente, dissoluuntur. Si vis terrestris, & exhalatio incitaret, cur non omnes accedentes, aut si non omnes, saltem è tot millibus, aliquot, cur sola virgo Pithia incitabatur? Quam tandem ob causam, in omni vitæ castam, & incorruptam eam seruarent? Cur non homines robustioris, meliorisque ingenij, ea vis arripere? Et pastor ille dictus Coretas, non erat cæteris multis pastoribus, & caprariis dissimilis, si modo id non sit inane commentum, & fabula, vt ipse arbitrat. Eam quoque rationem idem proponit, quòd cum tot bonorum autor fuerit illud oraculum bello & vrbibus condendis Græciæ, indignum sit referre temeritati hanc rationem. Hæc igitur est vera, sicut & superior, & valida ratio. Sicut enim mentem, & intelligentiam sapientissimi quique immortalem dixerunt, quòd à nullo elementorum haberet originem, & quòd operationes eius longe distent ab operationibus terrestribus: & Aristoteles in libris de Generatione animalium, & in libris de Moribus, mentem exterius venire, quoniam non à semine nasceretur, & quòd ex operationibus manifestis, facultates, & fontes occultos diiudicamus, pronuntiauit, easque operationes alterius generis, quàm ipsius compositi ostendit: sic ex oraculorum operationibus apparet terram tales halitus edere non posse. Spiritualis enim est omnis diuination, & mentalis: halitus autem etsi disponere animum, & in furorem agere, quemadmodum vinum possit, puritatem tamen illam vaticiniorum efficere vnquam. Furor ac dementia, & à sensibus abstractio fiat ab halitu, & à vino, at prædictio, quæ non solum mens est, sed & humana mente melius, à terrestri principio excitari, quis sibi persuadeat? Rationem igitur ex Aristotele ipso, & Plutarcho clarè deduces, si volueris Aristotelem refellere: Dicis ὁ Aristoteles in libris illis mentem solam diuinam esse, solam exterius ingredi, solam separari, cæteras animas non separari, sed à femine, & spiritu terrestri, qui est in femine, nasci. Id autem dicis ex operationibus mentis, quas diuinas, alteriusque omnino generis, quàm aliarum animalium, sensitiuæ, vegetatiuæ, cognoscis, & similes operationibus, quæ fiunt à diuinis, cælestibusque animis, præcipuè ipso Deo, quæ dicuntur, ratio, consilium, solertia, multiplex cogitatio. Diuination autem non solum hæc ipsa est, sed etiam diuinius, & excellentius. A terrestri igitur vapore non dependet. Neque enim etsi phrænetici, & melancholici, aut ebrii & dementes aliquid vnquam inusitatum dixerunt, protinus aut diuinant, videnturque futura, vt quod minimum est, & fortuitum, referas in rationem certam, ac stabilem, aut tales etsi similes, aliquo modo diuinantes erunt. Nam & Prophetæ à sensibus in aduentu numinis abstrahantur, cadebantque penè mortui,

Commentum id certè fuit & illustro cadæmonis.

Indignū fuit referre temeritati oraculū.

De generat. anim. 2. cap 3.

Spiritualis et mentalis est diuination oram, nō terrea.

Non pendet à terrestri vapore diuination. Prophetantes à sensibus abstrahantur.

1. de Divinatione.

tuncque prophetabant. Et Marcus ipse Tullius, refert eodem loco vim Naturæ Sibyl- lam, sicut vis terræ Pythiam, incitasse. Quæ est enim hæc vis Naturæ? Quæ differentia inter Pythiam, & Sibyllam? Et si Naturæ vis Sibyllam, cur non item Pythiam concitabat? Quid hoc ab illo segregat? Igitur satis his rationibus erit ad refellendam illam Aristotelis sententiam, ut Aristoteles Aristotelem oppugnet, & ex verbis eliciatur redargutio. Sic etiam est ratio apud Plutarchum in contrarium apud Ciceronem quoque ita loquentem: Quid tam diuinum, quàm afflatus ex terra mentem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum efficiat, ut non modò cernat multo antè, sed etiam numero, versùque pronuntiet: Eadem ergo vaticinij Delphici, ac Sibyllini ratio, ut quam des vni, necessariò des & alteri.

An oraculum Apollinis à bono vel malo Demone funderetur. Quod à malo, signaq; eius. Quod sæpe Deus spiritibus, hominibusque improbis vsus est ad prædictionem futurorum.

CAPVT XXXVII.



TONIAM huc devenimus, de oraculo Apollinis vestigandum. Nam multa bona bello, pacèque autore Plutarcho Græcis attulit: rursum multa obstant, quo minus in numero bonorum, spiritum illum referas. Leguntur quidem nonnulla, quibus benevolentiam, æquanimitatem, prouidentiam eius agnoscas: in contrarium multa deprehendas, partim imposturam oraculi, partim autorem eius non fuisse spiritum bonum, testantia. Prima igitur ratio, spiritum illum in numero bonorum non habendum, ab ipsis Philosophis exhibetur. Nam cum pudenda, ventremque muliercularum, aut Deum, aut animos diuinos subiisse, sentire nefas assueverent, oraculum autem Apollinis ex ventre mulierculæ funderetur, Philosophorum certe ratione, non erat spiritus ille è numero bonorum. Plutarchus igitur: *ἕνθεσ γὰρ ἔστι, καὶ παιδικὴν κομιδὴν, τὸ δὲ εἶδαι τὸν θεὸν αὐτῶν, ὡσαύτῃ τὸς ἑγχατρίμυθους ἐδεμύκτας πάλαι, νυκτὶ δὲ πύθωνας παροσσαρρονομήθους ἐν δρόμοις εἰς τὰ σάμαλα τῶν παροσσητῶν ἀποφθγγέσθαι τοῖς σκείνων φόμοισι καὶ φωναῖς ῥεώμιθων ὀργάνοις καὶ λαμυγνύς ἀνθρωπίναις ῥεῖλαις, ἢ φέδεται τὸ σερμότητος ἢ δὲ τηρεῖ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ μέγεθος αὐτὸ τῆς ἀρετῆς: Stultum enim, inquit, est & puerile admodum, putare Deum ipsum, sicut ventriloqui spiritus, qui Euriclei quondam, nunc autem Pythones appellantur, subeuntem in corpora Prophetarum, ore ipsorum, & vocibus ut organis utentem respondere. Qui si sese misceret vsibus humanis, non parceret grauitati, neque seruaret dignitatem, & magnitudinem virtutis suæ. Hæc verò ex intima Philosophia locutus est Plutarchus. Chrysofomus autem de Pythia vel Apollinis oraculo sic perhibet, λέγεται ποῖνον αὐτῇ ἢ πύθια, γυνήπις ἔσαι, ἔτι καθεύδου τῶν τριπόδι, διαυρίζουτε, εἴθ' ἔτι πνεῦμα πομπὸν χέστωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ ἀφ' ἧς γυναικῶν αὐτῆς ἀφ' ἀδρόμων μαρῶν πληρῶν τῶν γυναικῶν, τῆς μανίας, καὶ ταύτην πᾶς τῆς λύσαν, λοιπὴν σκῆλακχέουσαι τε καὶ ἀφρόν σκ τὸ σάμαλος ἀφίεναι. καὶ ἔτις ἐν παροιμίαις γενόμενον τῆς μανίας φηγγέσθαι ῥήματα. Dicitur, inquit, hæc Pythia fuisse scemina, quæ super Tripode cruribus diuaticatis, malignum spiritum inferius emissum, partesq; genitales subeuntem, excipiens, furore repleteretur, & crinibus passis, spumansque ore debaccharetur, funderetque insana oracula. Duobus his igitur testimoniis collatis, constat oraculū Apollinis, quoniam spiritus ille scemina pudenda ventremque subiret, à puro, sanctoque spiritu, Deo, vel spiritibus caelestibus non fuisse. Eritque verum quod idem Plutarchus adiecit, magnis difficultatibus homines liberaffe, qui Demones inter Deum, & homines medios statuissent, in quos referrentur ea, quæ neque vires humanas efficere posse constat, & quæ cum in maiorem quam humanam potestatem redigere necesse sit, sed alia ratio prohibeat, ne referantur in optimum Deum, similesque eius spiritus alios bonos, in eam potestatem redigantur, quæ tametsi superet humanam facultatem, res editæ tamen testentur eam neque Deum esse, neque mentem puram, diuinamque autoritatem. Signa maioris quàm humanæ potestatis, cum plura cum nostris illi collegerunt: in primis ipsa fuit diuinatio, præterea fascinoes, vexationes corporum, ægritudines iniectæ, pluraque alia nemini non nota. Sed signa potestatis improbæ, quòd cum*

Ab Apollinis oraculo multa bona, et impostura nulla.

Apollo, eacodæmon fuit.

Apollinis Pythia.

A cum raro beneficio homines affecerunt, tum verò modus ipse, ratioque prophetandi, naturam inquinatam declarauit. Magnis igitur difficultatibus, ait Plutarchus, homines liberarunt, qui medios hominum, atque Deorum, Dæmonum genus interiecerunt, siue à Zoroastre, Magisque fama hæc descendat, siue ab Orphæo Thræce, vel Ægyptiis, Phrygibusve, ut licet ex Teletis & Orgiis, quæ cum lanentis, debacchationibusq; celebrantur, cõicere. A Philosophis igitur datur ratio, oraculum Apollinis, Dæmonis oraculum fuisse, Dæmonis inquam, non Dei, vel spiritus alicuius puri, melioris. Sed quoniam sparsa per libros Philosophorum oracula, quibus velut diuinis documentis sunt eruditi homines, testantur spiritus eius bonitate, ut quod est in Xenophõte, qui ad bellum cum Cyro, contra Xerxem profecturus, sciscitatus est oraculum, irèrne reuersurus, respondit utrumque. Et quòd Socratem sapientissimum Græcorum iudicauit. Et Plutarchus de virtutibus mulierum refert Chiis, actis prodigijs caelestibus, oraculum respondisse, ut interficerent, qui interfecissent Regem Hippoclum: cumq; illi dixissent, totam urbem eum interfecisse: Omnes iussisse oraculum relinquere urbem, si sceleris cuncti participes fuissent, sicq; non paucos eiectos ex vrbe: Quo quidem apparet spiritum do cuius expiandi modum, quasi cædem execratam. Alium autem, qui matrem interfecisset, agereturq; pœnis, Hermias autor, oraculum iussisse, ut aliam terram quæreret: Illum insulam à flumine emersam sibi dari percepisse, ibiq; habitantem pœnis cruciari desuisse. Pluraque sunt alia, beneficium oraculi præ se ferentia. Horum igitur omnium, sicut à Philosophis exhibetur oraculi Apollinis demonstratio, sic à sacris litteris vera solutio. Est igitur solutio vera, quòd Deus uti bonus, & humanus, cum homines falsa vaticinia relicto Deo vero, suscitassent, ne per spiritum quidem aut homines malos dedignatus est respondere, vsus ad beneficium improbitate malorum. Huius assertionis vera sunt in sacris litteris testimonia. Balaam ariolo vno è Magis illis Persarum à Zoroastre (fuit enim Babylonius) qui fœdus cum Dæmonibus malis pacti, eorum auxilio multa facerent cæteris hominibus prodigiosis, quo vel opes, quemadmodum ipse Balaam, vel opinionem Diuinitatis sibi compararent, vsus est Deus ad prædictionem bonorum, verorumque oraculorum. Is enim prædixit, Orietur stella ex Iacob. Hunc autem, iubente Mose, in bello cum cæteris Israëlita interfecerunt, quia nefarius improbusq; monuerat fornicari Moabitidas cum Israëlitis, ut læso numine, caderent in bello. Est item testimonium in libris Regum, quòd ad Pythonem profecto Sauli dicitur Dominus respondisse per Pythonem, quemadmodum oraculum Apollinis Python erat. Est autem Apollo Pythius dictus ab interfecto dracone Pythone. Inde omne per os vaticinium, dictum Python, quasi Apollineum. Dedit igitur pœnas Saul, cum ob alia scelera, tum quia consuluerat oraculum, quod ipse iam dudum Zelo religionis sustulerat ut impium è terra. Et tamen respondit ei Dominus per Pythonem, misso Angelo sub persona Samuelis. Item est testimoniū in Ezechiele dicente Deo, Si adieris ad falsos Prophetas, ego tibi respondebo per illos. Dicendum igitur prædictionem futurorum, non per bonos duntaxat extitisse, quemadmodum nec miracula. Nec contra rationem esse ut vsus homine, vel Dæmone malo Deus, agat vel loquatur bona. Nam Caiphas, qui in necem Domini consensisset, prophetauit: pluresq; homines mali prophetauerunt etiam bona, vtilia. Autor insuper Plutarchus cum alijs, Erythræam Sibyllam oraculo Apollinis præfuisse. Ea tamen vsus est Deus ad prædictionem rerum futurarum, non earum modò, quæ à Romanis toto terrarum orbe gerendæ essent, sed etiam quæ Christus factururus, suprema quoque sæcula oraculis complexa. Et ipse Seruator testatus est, non admissurum se eos in regnum cælorum, qui dicant, Domine nõnne in nomine tuo prophetauimus, Dæmonia eiecimus? Quid? quòd exhibant Dæmonia clamantia, Tu es filius Dei. Veritatem scilicet clamantia, Vt autem Balaam qui aliquando bona prædixisset, scelestus fuit aliàs & improbus, sic oraculum Apollinis, etsi sæpe bona consuluit, multas tamen vbique fraudes, ambages item, & indignas spiritibus bonis voces apud scriptores deprehendas, quas ut notas prætereo.

Modus vaticinandi Apollinis Pythia, naturam inquinatam declarauit.

Oraculū Cyro iuniori redditum.

Aliud oraculum Chiis redditum.

Oraculum aliud Hermias redditum.

Deus, cur per malos spiritus oracula edidit permiserit. Balaam vaticinatus.

Num. 24.

Pytho, Saulis. Apollo Pythius. 1. Reg. 28.

Ezech. 13. Vaticinia non per bonos tantum sed & malos edita.

Ioan. 18. Sibyllæ Erythrææ prædictiones.

Matth. 7.

Balaam bona prædixit, & tamen scelestus.

Dæmones nunquam in consortio beatorum fuisse, non ex caelestibus gaudijs, quæ possiderent, sed possessuri essent, si rectè operarent, cecidisse. Peccatum eorum fuisse superbiam, inuidiamque.

CAPVT XXXVIII.





An damo-  
nes aliquando  
beati fuerint:  
Et quod tan-  
tum flagitium  
admisit, ut  
damnari me-  
ruerint.  
Caelestia prae-  
mia non amit-  
tunt iam ade-  
pti.

Demonas nū-  
quā gustasse  
dulcedinē vi-  
sionis diuinae.

Ioan. 8.  
Diabolus ini-  
tio cecidit, et  
nunquam bea-  
tam vitam cum  
angelis du-  
xit.  
Sapientia, pie-  
tatis fructus.

**D** T s i libris hifce profanam Philosophiam pertractamus, comproban-  
tes, vbi fieri possit, eam Philosophiæ caelesti conformem, tamen vt sit  
perfecta de Dæmonibus inquisitio, duæ superfunt examinatæ senten-  
tiæ: Prior, an aliquando fuerint in cælo, beato ac sacrosancto diuino-  
rum spirituum regno, gloriosi, felices, vnde propter scelus immane de-  
turbati. Tum quod scelus tantum, flagitiumque eorum extiterit, vt  
hoc decus amittere, damnari poenis æternis meruerint. Nam super  
vtroque variare sententias apud Theologos inuenies. Fuerunt igitur probatissimi Theo-  
logi, in quibus & Augustinus esse videtur, qui censerent nunquam Dæmonas in cælo  
fuisse, nunquam gloriam Dei vidisse, sed ancipites, suæque potestatis quales homines  
iam creatos non amisisse, quod iam possiderent. Quemadmodum non amittunt homi-  
nes præmia caelestia, iam adepti, sed quæ adepturi erant, si piè iustèque vixissent. Atque  
Dæmones non in cælo, regione beata, fuisse creatos. Nam si ibi fuissent aliquando, tum  
illuc ob aliqua merita peruenissent, tum nunquam inde repulsi fuissent, quia nec in loco  
perfectionis, perfectæque beatitudinis peccare potuissent, nec fuissent illic, quorum mens  
aliquando mutari contra autorem suum potuisset, qui que nondum mundi, perfecti, sa-  
pientesque haberi potuissent, tantisque præmiis digni propter futura peccata debuif-  
sent. Hanc igitur sententiam qui secuti fuerint, magnis incommodis liberabuntur, non  
assentiente ratione (& qui id cogitat turbatur) peccasse, qui visione Dei in cælo, quæ sa-  
pientissimos eos redderet, fruerentur: Peccasse tam turpiter, nefarièque eos, quos illa  
visio diuina omni sapientia, beatitudine perenniter imbutos, immutabiliter in se raperet,  
nequid aliud desiderare possent. Est igitur sententia vera, nunquam dulcedinem visio-  
nis diuinæ Dæmones gustasse, sed creatos infra cælum, & in hoc mundo, videlicet aëre,  
& sui arbitrij libertate abusos, peccasse. Quid autem peccauerint cum adhuc ancipi-  
tes essent, & ad bona, & ad mala possent, quemadmodum spiritus humani, declinare,  
inferius declarabitur. Nunc ea sententia verior habeatur, qua dicuntur in concilio,  
cœtūque beatorum nunquam fuisse, sed in hoc mundo creatos, sicut homines, liberum  
arbitrium peccandi, & non peccandi habuisse, indignos adhuc commercio beatorum.  
In qua sententia cum Augustinus referat fuisse Theologos quosdam superiores, ean-  
dem videtur ipse comprobare. Atque super Genesim: Quidam enim nostri non pu-  
tant eos caelestes aut supercaelestes Angelos fuisse. Non mirum, si post peccatum in  
hac caligine reclusi sunt. Rursum: Quidam enimenserunt non fuisse Diabolum in illa  
sublimi natura Angelorum, quæ supercaelestis est, sed eorum qui inferius in mundo  
facti sunt. Hæc Augustinus. Qui tametsi inferius videatur asserere, non posse ex scri-  
pturis demonstrari duo Angelorum genera, alterum supercaeleste, alterum munda-  
num, tamen nec ipsi diceremus duo genera, sed etiam supernos Angelos aliquando  
fuisse probatos, & admissos in cælum, quos aliqua pietas eò sublimasset. Cæteri quo-  
que Theologi consentiunt ipsum Augustinum in ea sententia permanisse, nunquam  
Dæmones gaudiis caelestibus interfuisse. Equibus Theodorus Theologus Latinus vnus F  
antiquorum, post Augustinum Theologorum, ingenio, & eloquentia mirus, ambages  
has & quæstionum sinus exoluens, dignus quem non oscitanter omnes audiant, scribit.  
Quis enim, inquit, credidit Diabolum in beatitudine Paradisi fuisse? qui mox vt con-  
ditus, lapsus est, dicente Domino in Euangelio, Ille homicida erat ab initio, & in verita-  
te non stetit. Augustino quippe asserente, nunquam Diabolus in veritate stetit, nun-  
quam cum Angelis beatam vitam duxit, sed ab ipso suæ conditionis initio cecidit. Fa-  
ctus enim, continuò se à luce veritatis auertit, superbia tumidus, & propriæ potestatis  
delectatione corruptus: Vnde beatæ, atque Angelicæ vitæ dulcedinem non gustauit,  
quia non vtrique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere deseruit, & amisit. Proinde  
nec sui casus præcius esse potuit: quoniam sapientia pietatis est fructus. Ille autem  
continuò impius, consequenter & mente cæcus, non ex eo quod acceperat, cecidit, sed  
ex eo quod acciperet, si subdi Deo voluisset. Quod profectò quia noluit, & ab eo  
quod accepturus erat, cecidit, & potestatem illius, sub quo esse noluit, non euasit,  
factusque est in illo pondere meritorum, vt nec iustitiæ possit lumine delectari, nec ab  
eius sententia liberari. Hæc scribit Theodorus. Duæ sunt igitur rationes eis, cur Dæ-  
mones non amiserint quod haberent, nec ex beatitudine ceciderint, quam nondum  
fuissent assecuti, quod sapientia, aut dulcedo vitæ caelestis, pietatis est fructus, est  
præmium

**A** præmium probatorum, præmium sempiternum, præmium quod nunquam amitti  
potest: non eorum, qui peccare possunt: non quorum mens adhuc in scelus anceps: sed  
firmissimorum, stabilium, quos virtus probatos confirmasset. Omnes igitur Angelos  
Deus arbitrio suo creatos, quemadmodum primos homines, reliquit, qui subdi Deo  
voluissent, qui caelestia præmia proposita magni æstimasset, in numerum suorum col-  
locauit, qui secus, exclusit, in aërem detrusit. Secunda ratio, quod Dæmon continuò  
creatus, sicut homo, peccauit, nec spatium fuit à creatione ad peccatum, vt aliquan-  
diu triumphis caelestibus, quæ paulò post amitteret interfuerit. Probant igitur iidem  
Theologi ex Euangelio, Diabolum ab initio creationis suæ homicidam fuisse, nimirum  
contra hominem peccasse. Continuò igitur creatus, peccauit. Quid autem Dæmo-  
nes peccauerint, tres sunt sententiæ, non quidem inuicem sibi contradicentes, sed quæ  
ferme possint omnes esse veræ. Quod Deo subdi noluerint, rebellisque extiterint:  
Quod homini creato, quem regere debuissent, inuiderint. Quod vti minores Dij, &  
mundo regendo præfecti, in concupiscentiam foeminarum exarserint. Communis qui-  
dem multorum Theologorum sententia, rebelles eos creatori fuisse, siue quod maie-  
statem eius affectauerint, siue quod non cum vti meritis est, coluerint, mandatisque  
eius obsecuti fuerint. Hanc sententiam maximè comprobantes ex dictis Esaia, Ponam  
sedem meam in Aquilone, & eò similis altissimo, Lucifer qui mane oriebaris. Qui  
quidem locus aperte non est de Dæmone, sed rege Assyriorum, qui habitat ad Aquilo-  
nem, qui se similem altissimo, & syderi matutino gloriabatur. Sed ego quidem à sum-  
mis Theologis non dissentio, cum quibus est Gregorius Nazanzenus, Augustinus,  
aliæque numina. Secundam sententiam, quod homini inuiderint, & hoc eorum fuisse  
peccatum, Græci complures secuti sunt, Athenagoras, Petrus Alexandræus, Au-  
gustinus quoque noster, qui super Genesim perhibet: Dicitur enim cecidisse, quia in-  
uidit homini facto ad imaginem Dei: Sed inuidia sequitur superbiam. Inuidia  
enim causa est superbia, qui est amor propriæ excellentiæ. Inuidia enim est odium fe-  
licitatis alienæ. Qui enim amat excellentiam, vel paribus inuidet, qui æquantur, vel  
superioribus, quibus non æquat, vel inferioribus, ne æquentur. Hæc Augustinus.  
Superius quoque dicebat Theodorus ex Euangelio, Dæmonem simul creatum pec-  
casse, quoniam fuit ab initio suæ creationis homicida. Plures Theologorum hoc ipsum  
asseruerunt. Hanc sententiam sequitur hoc incommodum, quod maxima quædam  
Dæmonum multitudo dicitur peccasse, & cecidisse, at hominem duntaxat vnus appe-  
tuit, decepit, impulit in fraudem. Si nihil igitur aliud Dæmones peccassent, quàm quod  
primos parentes decepissent, vnus duntaxat damnatus, non quanta fertur multitudo  
fuisset. Vnus, vt par est, tentauit, & fefellit. Solus igitur is cecidit, solus in aulam  
Dei non peruenit. Neque enim perhibet scriptura, velut quendam exercitum, atque  
agmine facto, Dæmones aggressos primos parentes. Vnus enim vni sufficere potuisset.  
Et vnus serpens dicitur tentasse. Quare priusquam Dæmon hominem tentasset, vide-  
tur aliquod per totam eorum gentem, qui damnati fuerunt, flagitium perambulasse,  
quo quidem admissio, cum meliores, qui consentire noluisent, iam prouecti fuissent,  
qui Cherubini dicuntur in ipso Genesim exordio, nequiores in aëre caliginoso cum sui  
sceleris macula, & amissa felicitatis dolore remansisse, & eo percitos dolore ne pri-  
mus homo, quem glorificandum sentiebant, felicitatis, & immortalitatis culmen  
ascenderet, in eandem damnationem protraxisset, misso è suis vno, quo non præstan-  
tior alter, \* seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. Sed hæc cum sint obscura,  
nec scriptura commemorauerit, longa diligentia inquiri non debent. Hoc tantum sci-  
mus, Dæmones fuisse damnatos, quia mali. scimus primis eos parentibus inuidisse.  
Num scelus aliud antea, puta superbiæ, vel aliud hominibus incognitum flagitium pa-  
trassent, scripturarum certè testimonio non est clarum, ratione duntaxat sit manife-  
stum, nec Deum creaturas suas malas, prauasque fecisse, nec qui damnati fuerunt, iniu-  
stè damnari potuisse. Videtur autem probabile, quoniam regnum cælorum, visioque di-  
uinæ claritatis est inenarrabile præmium, ad quod sine virtutis, & perfectæ pietatis  
probatione nefas sit attingere: sic Angelos omnes subito creatos, fuisse probatos à Deo,  
sicut mox homo creatus fuit probatus. Et sicut homo probatus & constans, diuinisque  
mandatis obsequens, immortalitatis honore decoratus fuisset, ad æternos triumphos ad-  
missus, & confirmatus, qui prius anceps esset ad vitam & mortem, sic Angelos, qui prius

Non spatium  
fuit à creatio-  
ne demonis  
ad peccatum.  
Ioan. 8.

Tres sententiæ  
cur demonas  
peccarint.

Dæmones cre-  
atori rebelles.  
Esaia 14  
Regis Assy-  
riorum super-  
bia.

Dæmon inui-  
dit homini.  
Inuidia quid.

Dæmon homi-  
cida ab initio.

Vnus serpens  
tentauit pri-  
mos parentes.

Dæmones cur  
damnati  
quomodo.

\* Virgil. 2.  
Æneid. de Si-  
none loquens.

essent ancipites, nec adhuc diuinis honoribus glorificati, nec ignominia damnationisD affecti, aliqua nobis incognita ratione fuisse probatos, aliquid præcipiente Deo, quo probare pietatem, benevolentiamque eorum voluisset, ostenso pietatis fructu, quem daturus esset, suis præceptis obsecutus. Qui igitur vt Augustinus ait, præmia illa fastidissent, contempserunt, quemadmodum contemnunt homines hodie, regnum cælorum, & vitæ beatæ, quam promississet Deus, contemptores, merito non perueniunt in cælum, & diuino fauore destituti, peiores quàm fuissent deinceps extiterunt. Hoc igitur etiam dicebat superius Theodorus. Vitæ dulcedinem non gustauit, quia non utique acceptum fastidiuit, sed nolendo accipere deseruit, & amisit. Nihil quidem Augustinus de hac vniuersali cunctorum probatione meminit, sed minores illos Angelos, nempe Dæmones ait arbitrium bene & male agendi habere potuisse. Tales enim, inquit, posset aliquid illicitum delectare, quam delectationem, si peccare nolissent, libero arbitrio cohibuissent. Hoc Augustinus dicens, videtur eorum proponere sententiam, quæ tertia est, qui putant Dæmones gubernaculis hominum datos, in scæmas exarxisse, quam nec ipse, nec quisquam bonorum Theologorum probauerit. Si quis igitur est, cui non placeat, fuisse cunctos Angelos probatos, nec ego cogam eos assentiri, nec assentiar ipse pertinaciter, vbique probabiliora secutus. Sicut autem Moses nihil de creatione scripsit Angelorum, sic nec de probatione, glorificatione bonorum, damnatione malorum, quod proposuisset de mundo nostro, & homine creato, probato, coronando, si fortiter egisset, scribere. Tertia igitur fuit sententia de casu Angelorum, quod scæmas appetiuissent, de qua dictum superius. Ostensumque filios Dei non semper esse in facris litteris Angelos, sed sæpe probos, pios: meros autem homines appellari, quibus humana tantum, fragilia, transeuntia placeant, quæ ob immoderatos amores diuinis præferunt. Tales illo sæculo. Sentit autem Augustinus cum cæteris facris, & profanis scriptoribus, Dæmones esse genus aërium, tum propter aërium corpus, quo vestiuntur, dolorum, vulnerumque capace, tum propter aërias, quas incolunt, vt constanter affirmabant superius omnes, sedes.

Opinio erronea de Angelis amore mulierum captis.

Nomine filiorum Dei, pios homines intelligi. Cur dæmones genus aëriū.

De Dæmonibus à cælo ruentibus, præcos quædam cognouisse, & prodidisse, Pherecidem, Empedoclem, Homerum, Plutarchum ruinam hanc designasse.

CAPVT XXXIX.



VO QUOQUE memorabilia sunt apud præcos gentium Poëtas de Dæmonibus: vt mirum sit vnde ad eos hæc fama manauerit: De superis illato ab eis bello, quo fertur à nostris Michaël eos superasse: tum eorum è cælo ruina. Nam casus è cælo, siue quod summo Deo rebelles extiterint, siue quod aliud scelus patrarint puta inuidiæ, cum primum hominem in fraudem impulisset, mirantur ab illis. Pherecidésque fertur de hac ruina scripsisse. Vetustissimus autem Empedocles vocat eos ἐρεινοπέταις, cælo ruentes. Homerus autem quæ de Ate, quæ Saranas est, à Ioue deturbata è cælo, cecinit, creditur à Theologis ex præca fama Dæmonum casum in his mysticè sensisse:

De casu dæmonum paganorum sententiâ.

Ate Homerica, est satanas. Hom.

Ἀντίχει δ' εἶλεν ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλαχέμοιο  
Χαόμενος φρεσὶν ἦσιν, καὶ ἄμμοσε κέρτερον ὄρκιον  
Μήποτ' ἐς ἔλυμποντε, καὶ ἔρχον ἄσπερόν τε.

Quæ durè quanquam, sic Latine sonant:  
Exemplò apprehendit Ate, de crime comanti,  
Atque animis iratus, formidabile iurat  
Sidereum cælum, summique cacumen olympi,  
Admittetur Ate non ultra, noxia cunctis.

Sentiunt igitur nostri, de Satana deiecto cælitus Homerum scripsisse. Bella quoque, quæ

Aquæ feruntur à nostris inter eos & Angelos gesta, videntur ab eis audita, cum Plutarchus aliique scribant, Typhonem, Gigantesque Dæmones esse malos, qui bellum superis intulissent.

Typhones & Gigantes, mali dæmones.

De Geniis, siue Angelis, singulo cuique custodibus datis, inter eos & nostros mirus consensus. Testes horum Menander, Empedocles, Plutarchus, Ariannus.

CAPVT XL.



VIr item de Dæmonibus, siue Geniis fama præca quædam cum facris litteris ex parte non abhorrens, Vnumquenque vitam ingressum, continuè Genios, alterum propitium, alterum aduersum comitari. Vetustissima, vt dixi, opinio, Plutarchusque refert Menandrum dixisse, ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστῆι εὐδὴς γενόμενος, καὶ τῷ βίῃ ἀγαθός: Omni homini Dæmon, siue Genius statim afficit nato, ductor vitæ bonus. Empedocles quoque eodem autore, διπλοὶ τινες ἡμῶν ἔχουσιν

Duo Genii cuique hominum dai.

τὸ δαίμων ἄνθρωποι, καὶ κερτέρουται μοίραι καὶ δαίμονες εὐθείαι, χθονίη τε: Duplices quæcunque natum excipiunt, ducuntque sortes, & Dæmones, diuina, terrestrisque. Et quod ait idem Plutarchus, Dæmonem siue Genium Antonij timere solitum Genium Augusti. Ariannus quoque super Epictetum, καὶ ὅτι τρεῖς ἕκαστος παρέστησε τὸν ἕκαστον δαίμονα, καὶ παρέδωκε φυλάξην αὐτῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν καὶ ἀσεβειῶν: Et custodem adhibuit vnicique proprium Dæmonem, & tradidit ei custodiendum, custodem peruigilem, & incorruptum. Nostri quoque magno hæc assensu comprobantes, quos Philosophi Dæmonas Angelos ipsi vocantes. E quibus Bassilius contra Eunomium: Angeli, inquit, singuli, quemadmodum eandem nuncupationem, sic eandem naturam sortiti sunt. Veruntamen eorum alij nationibus præfunt: οἳ δὲ ἐν ἕκαστῳ τῶν πτωχῶν, Alij singulo cuique piorum. Et quanto est vniuersitas ipsa mundi, vno particulari homine præstantior, tanto necesse est sit dignitas maior eius Angeli, qui nationi præest, quàm eius cui singulus quisque est creditus. Chrysostronus quoque similia sentit, τὸ δὲ συνέχει ἕκαστος τῶν πτωχῶν ἄγγελον, Adesse verò, inquit, vnicique fidelium Angelum, ceu pedagogum quandam, & pastorem, qui regat vitam. Nemo contradicet, respiciens ea quæ seruator dixit: Angeli eorum semper vident faciem Patris. Ex his igitur constat, quod Plato quoque perhibuit, famam hanc Angelorum siue Dæmonum datorum ad custodiam, vetustissimam esse. Tantum dissentiant nostri, & illi, quod Angelos dicent, quos illi Dæmones: discrimen leuis momenti, si quis documenta Philonis meminerit, Dæmonas Philosophorum Angelos esse Mosis Prophetarumque. In illo verò, apertè dissentient, quod non quemadmodum sit datus vnicique pastor, pedagogusque, sic datus sit aduersarius, deprauator. Tentant quidem Dæmones, & vnusquisque tentatur: sed non est ordo dati cuique aduersarij, quemadmodum adhibiti pastoris. Dicendum igitur datum singulo cuique pastorem, ducem, non datum maleficum pari sorte. Hostis est hominibus generatim malus ille. Seruius ergo Vergilij interpret super eo carmine,

Genium Augusti, alacrior Antonij genio.

Genius, custos hominis.

Angelus nationi præfatus.

Matth. 18. Vetustissima fama de custodibus hominum Angelis.

Nisus ait, Dij ne hunc ardorem mentibus addunt Eurialè, an sua cuique Deus sit dira cupido?

Aeneid. 9.

scribit, Apud Plotinum Philosophum, & alios quaeritur, vtrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates & consilia moueatur, an impulsu alicuius numinis. Et primo dixerunt mentes humanas moueri sua sponte. Deprenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos Genio, & Numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur, praua verò mente nos nostra, cupere & desiderare. Neque enim fieri potest, vt praua, numinum voluptate capiamus. Quibus nihil malum, constat placere. Ex his & aliis multis perspicuum fit tum sententiam de Geniis vel Angelis datis veram esse, & præcam, tum non omnes ex illis pari sorte, similique ordine datos malos aequè vt bonos asseruisse, vt vndequeque cum litteris cælestibus conueniant.

An impulsu alicuius numinis moueamur.

Calcidij de Dæmonibus sententiæ, Dæmones ætherios, quibus serena, puræve corpora tribuat idem, potius Angelos appellandos. Definitio Dæmonis iuxta eundem.

CAPVT XLI.



*Dæmon quid Calcidio.*

VAE verò Calcidius de Dæmonibus, super Timæo Platonis scripsit, non prius mihi probanda quàm calculis ponderata, ritèque discussa videntur. Primum multa Dæmonum genera quosdam Platonicos secutus proponit, ætherium, aërium, terrestre: Generis ætherij compagem (nam cunctis quædam corpuscula cōcedit) ex ætheris & aëris serenitate constituens, hac definitione concludit: Dæmon est animal rationale, immortalè, patibile, ætherium, diligentiam hominibus impertiens. Hac assignata definitione, non abscondit, quam ob causam dixerit eos ætherios: nimirum ex loco, & qualitate corporis, in definitione suppressum, num ex loco, an corpore nomen eis ætheriorum dedisset. Declarat autem corporis compagem non dissoluendam propter ætheris, aërisque tenuissimum, defecatissimumq; liquorem: Tum non conspicuum neque tactui renitentem, quoniam non adsit tantum ignis, neque tantum terræ. Hæc igitur omnia dixit de Dæmonibus ætheriis: eadem de aëriis, nisi quod hi mancant in aëre. Terrestris autem viles vltiores, & carnifices fatetur. Hæc igitur id habent veri, quod quos dixit ætherios, non sunt Dæmones, sed Angeli, rectiusque mensententia Calcidius, cui fuit notum nomen Angelorum (videtur enim fuisse Christianus) has nomenclaciones non confudisset. Exclusis igitur Angelis, nulli sunt Dæmones ætherij. Si placet ætherios Angelos esse, tum definitio vera fortasse fuerit, eos habere corpora purissima, ætheria, leuissima, volucra, plagis non obnoxia, non mortalia, non caduca, procurationis humanæ studiosos, peruigiles custodes, corporibus caelestibus vestitos. Dabiturque eis ætheriorum nomen, quod & corporibus ætheriis vestiantur, & quod sedes ætherias obtineant. veritas autem dilucida, claraque erit, euitabiturque omnis confusio, si Dæmones vero nomine, solisque ipsis congruente dicentur aërij, quibus omnis antiquitas, & corpora, & situs aërios concessit. Soli quoque Dæmones iuxta definitionem Platonis, ætherios, non Dæmones, sed Deos vocantis, aërium genus Dæmonas expressè vocantis. Tunc etiam definitio non dissonabit, eos esse animantia patibilia, rationalia, immortalia, aëria, non prouidentes, sed inuidentes hominibus, truces hostes: congruetque item similis definitio terrestribus & vltioribus eiusdem cum aëriis generis, & conditionis. Quapropter mihi quidem placent ætheriæ vestes, leuissima, tenuia, purissima corpora, quæ nobis ostendit Calcidius, Angelorum. Placebit item similes, sed non tam diuinas, & sacras, aërios Dæmonas habere vestes, corpora sub oculis non cadentia. Mistio verò nominum, cum clare Philosophi posteriores, Dæmones ab Angelis sciunxerint, præcipuè qui malos à bonis segregauerint, non placebit, cum verum, germanum, legitimumq; ætheriorum nomen, sit Angelorum: Dæmonum autem, quibus sub æthere: nec fitus tam sanctos, purósque, nec gloriosá, diuináque corpora datum est possidere.

*Dæmones aërij & terrestris.*

*Veri dæmones qui.*

*Dæmones invidi & truces.*

FINIS.



Augustini Steuchi Eugubini  
DE PERENNI PHILOSOPHIA,  
LIBER NONVS.

DE CREATIONE HOMINIS, ET IMMORTALITATE ANIMORVM.

Quod omnes consenserunt hominem à Deo creatum: animos venire diuinitus: & quomodo fuit hæc fama manans à priscis, temporum longinquitate apud nonnullos denigrata.

CAPVT I.



DISSERENDVM hoc libro de Creatione hominis, & animorum Immortalitate, cuius cum varias Philosophi rationes attulissent, illæ certè potiores, verioresque semper fuerunt, quæ ab antiquissimis sæculis vsque ab exordio generis humani descendentes, apud Platonem clariores, Aristotelem autem ceterosque Philosophos, occultiores extiterunt. Has qui viderit sapientiæ caelesti tantopere concordēs, cognoscet à magno quodam, diuinoque principio profectas, eademque ratione peruenisse ad homines famam immortalitatis animorum, qua creati mundi & vnus sempiternæ Diuinitatis scientiam. Eas ego sæpenumero mecum cum Theologia vera tantopere congruere admiratus, persuasi mihi, nulla vnquam sæcula, præcipuè vetustiora, caruisse ea, quæ nouissimis sæculis in omni mundo claruit, sapientia. Aduenisseque de cælo prolem diuinam, vt quæ foret occultior, sedata mendaciis, & temporum denigrata caligine, sapientia, claresceret, qua nobis initiatis, deletaque suo sanguine iniquitate nostra, nos, quod omnes sperarunt olim, in cælum reuocaret. Nec fieri potuit, quin reuelatum aut diuinitus esset, aut à primis hominibus per successionem traderetur, quod tam constanter ab omnibus Philosophis est creditum, & assertum, datos nobis animos à Deo, ex eius Diuinitate decerptos, habere nos cum eo similitudinem, inde fieri vt immortales simus, longe quàm res corporeæ, ratione creati. Illa quoque vetustissima fama, quod sint virtuti, & sceleri præmia post mortem, cum mirificè respondeat reuelatæ cælitus sapientiæ, similem quandam originem, fontemque ex quo fluxerit, autorem à quo manarit, habuisse necesse est. Ac quoniam in seipsa tota implicata, comprehensaque Theologia reuoluitur, vt sit narrationis perfectus ordo, repetentur nonnunquam, quæ superioribus libris dicebantur. Primum igitur quod de animis traditum, celebrèque apud omnes gentes, Chaldæos, Ægyptios, Hebræos, Græcosque semper fuit, erat eos esse diuinos, id est, societatem, communicationemq; habere cum Deo, à sedibus æthereis lapsos, ab ipso Deo creatos, venisse in corpora. Nam cum eorum ortum in terra reperiri posse negarent, nec à quibus terrenis corporeisque regionibus accederent in corpora, posset intelligi, nec cessariò diuinis à sedibus non lapsum, ac ruinam, vt plerique postea perperam suspicati sunt, sed ortum, ac originem innuentes, venire prædicauerunt. Cum autem mortales omnes,

*Fama immortalitatis animorum.*

*Christus seruator sapientiam, superiorum temporum caligine obscurata penèque omnino deletam restituit.*

*Animi humani à Deo creati, & cur eos de cælo lapsos in corpora creatum est.*

K iij

Aristotele autore, sedem summi Dei cælum arbitrarentur, animos quos à Deo creari, & D in corpora demitti dixerunt, senserunt diuinam ac cælestem, non terrestrem originem habuisse. Sed qui Paradisum illum Mosaicum, quem Chaldæi, Ægyptij, totiusque Oriens, tum in libris Mosis legerunt, tum per successionem nascentis ab origine mudi doctrina, audierunt, suspicati sunt fuisse cælum, sedemque diuinam: Adam, quem inde fugatū audissent, animam è calo in terram proiectam, corporique inclusam crediderunt, ad pendendas quorundam scelerum pœnas. Eoque ferebant corpus dictum σῶμα σῆμα, id est, sepulchrum animi: & fama antiqua peruenerat ad eos, ob magna quædam peccata, viuere homines in corpore, cuius meminit etiam Plato. Ecce idem prauus sensus ex libris Mosis, qui omnium antiquissimus, lectus ab omnibus ferme, inoleuit apud eos de terra inani, & vacua, quæ cum cælum, formæque rerum, omnemque ab infinito tempore creatione antecessisset, Deus acceptam, in ordinem speciei que rerum prius incompositam redegerit. Sunt alia multa, quæ si prudens paulum deuiantia in suum locum restituerit, verumque & vetustissimum sensum assignarit, videbit nostra esse, deteris que scabie, quam vel vetustas, vel prauus sensus intulisset, ab integris germanisque fluxisse nosset. Nam cum omnium antiquitas confessa sit à Deo genus humanum habuisse principium, qui corpus, & animum totiusque corporis opificium crearet, profecto declaratur eo, & Theologia Mosis, similem quandam à priscis sæculis descendente, sparsamque per omnes terras sapientiam, celebrem semper fuisse, firmamque in sensibus humanis radices egisse, cunctis originem, ortumque suum Deo acceptum referentibus, quo & creatio mundi, omnium confusione demonstratur, & prouidentia.

Ad de calo fugatus.

σῶμα quasi σῆμα.

Vetustissim scripturarum sensus verior.

Ut Pythagoras, & Archytas consentiant hominem à Deo creatum, etque super omnes animantes imperium datum. Et quod hæc fuit etiam totius scholæ sententia.

CAPVT II.



OMINEM igitur à Deo magnis dotibus insignem, omnium animalium principem conditum, quod prodidit Moses, Archytas Tarentinus, qui præcipuus è Pythagoreis fuit, pro tota familia Pythagoreorum, diuinis verbis testatur: quæ etsi prolixiora sunt, vt tamen, & mirabilem consensum, & vnam semper fuisse religionem intelligamus, proponam: Iamblichus autore, de secta Pythagoreorū: ἄνθρωπος πάντων ζώων ἐστὶ πολλὰ γέγονε σοφώτατος, θεωρητικὸς γὰρ δυνατός ἐστι, τὰ εἶναι, καὶ ὄντως εἶναι, καὶ φρονῶσιν, λαβὼν ἐκ τῆς ἀπάντων, παρὰ καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐπισημίαν τοῦ θεοῦ αὐτῶ, τοῦ πατρὸς λόγῳ συστήματι ἐν ᾧ τὰτε εἶδεν πάντα τῶ εἶντος ἐνδεσφῶ, καὶ ταῖς σημασίαις τε τῆς οὐνομάτων τε καὶ ῥημάτων, τοῖς μὲν γὰρ φθόγῳ τοῖς φωναῖς πόπος ἀφάραται φανέρωσιν, καὶ τῶμοι, καὶ ῥίνες, ὡς ἀπὸ τῆς φθογῶν, δι' ἧν, τὰ ὀνόματα τε, καὶ ῥήματα, τὴν πύδνα συμμεταγέγονεν ἄνθρωπος ὄργανον, ἔπειτα δὲ καὶ τῆς νοημάτων, ἐν τοῖς εἶντες ὅπτι ζῶντοισι ἔργον σοφίας, τὸτο δοκεῖ μοι ἡμεῖς πᾶσι ἀπὸ καὶ γέγονε, καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὄργανα δὲ, καὶ δυνάμεις εἰληφεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Quæ sunt, Homo omnium animalium sapientissimus est creatus, potens res confiderare, & scientiam, ac prudentiam capere ex omnibus. Quoniam impressit, & indidit ei Deus omnium rationum plenitudinem, in quibus vniuersæ rerum species continentur, & omnium nominum, ac verborum significationes. Nam sonis locus vocis decretum est guttur, & os, & nasus: sicut autem vocum, quibus nomina, & verba formata significantur, factus est homo organum, sic item intellectuum, seu cogitationum in rebus visis est opus sapientie. Hoc mihi videtur fuisse aliquando factus fuit, quod creatus sit homo, & organa, facultatæque accepit à Deo. Hæc Archytas, in qua sententia credendum est, omnes Pythagoreos, ipsimumque principem Pythagoram fuisse. Quod & ipse Iamblichus aperte est confessus, dicens, καλῶς ἄρα κατὰ τὴν τῶτον λόγον πύδαρτος ἔργον, ὡς ἐστὶ τὸ γινώσκον καὶ θεωροῦν πᾶσι ἄνθρωπος ἔστω τῶ θεῷ συνέστα. Bene, inquit, secundum hanc rationem loquutus est Pythagoras, quod ad cognoscendum, & intelligendum omnis homo factus est à Deo. Hæc igitur est illa Theologia, quæ & ex successione per omnes atates descendit, & ratione, iudicioque docente fuit comparata, mirabilem membrorum & ad loquendum, corporeisque actiones exprimentū, & ad

Hominis ortus, ex Archyta Tarentini sententia.

Iamblichus de hominis ortu.

A& ad cogitandum fabricam, opus esse cuiusdam longè maioris, quàm humanæ sapientie. Tradiderat autem prior Pythagoras, omnes corporis actus, omnem positum, formamque membrorum spectare quidem in diuersos, quibus vita sustinetur, & agitur, vltus, sed rursus omnia eodem reuolui, vt viuentes cogitemus & intelligamus. Eò autem omnem cogitatum tandem resoluendum ac finiendum, vt eum cogitemus, qui nos omniâque nobiscum condidit, quod tanta sapientia factum fuit, vt nihil prætermisum ab eo sit, quod sapientis animalis, & intelligentis ædificium postularret: Qui potuerit effingere, formare, aperireque locos, quibus & voces formarentur inferius, ex earum significationibus acceptis, diuersæ quas cernimus actiones existerent. Hoc quicumque casu, & absente sapientia factum existimet, nã ille longè ab omni sapientia absens est. Eò igitur omnis humana denique spectat confessio, ab omnibus sæculis auditum, & rationis instinctu perceptum, vnum singularem esse Deum, autorem, patremque generis nostri, à quo tota humana propago sumpsit exordium, qui debeat coli, adorari, cognoscique à creaturis suis, gratias immortales omnes illi persoluere, qui nos vitæ, lucis que participes, longæque omnium animalium fecerit sapientissimos, eosque dominos eorū. Ecce enim quod traditum est à Mose, Datum à Deo super omnibus animantibus super omni terra, dominatum homini. Qui, si rectè perspicias, est is, quem dixit Archytas σοφώτατος, sapientissimus omnium, quod potest sapientiam & prudentiam capere, quod aptus formatus est ad cogitandum, ad intelligendum. Hæc illa magna super omnibus animantibus excellentia, is dominatus. Nam cum & viribus corporis, & sensuum sagacitate illæ longè nos antecellant, sola ratione omnium principe, & domina à nobis superantur. In qua cū Deus maximè regnet, domineturque, sapientie, prudentieque princeps, cui dedit rationem, ac sapientiam, dedit ei similitudinem, & partem eius quod ipse est. Sicque est apud Archytam, & Pythagoram, quod apud Mosem, Ad imaginem suam fecit eum. Appellat autem Deum Archytas primo τὸ θεῖον, secundo τὸν θεόν. Itaque & Aristotelem vidimus, videbimusque illud ipsum τὸ θεῖον, creatorè hominis ab Archyta prædictū, declarasse: & quod Archytas de facultate loquendi, & intelligendi pronuntiauit ab Aristotele de situ membrorum genitalique societate, quod & ipsum fuit summæ sapientie, pronuntiatum.

Proprium hominis cogitare & intelligere.

Sola ratione superat homo belluas.

Confer huc Lactantiana è 7. cap. 5. & de Opif. D. cap. 2. & seq.

Quod hæc Pythagoreorum, de homine diuinitus creato Theologia ducitur ab Aegyptiis: Et quod Mercurius Trismegistus eam latinus expressit.

CAPVT III.



ANC Pythagoreorum de homine à Deo creato Theologiam, alios fontes, aliam originem habuisse, ab altioribus sæculis fluxisse, ad eos autem tanquam minores, Barbarisque posteriores, velut hæreditaria descendisse, declarat Mercurius Trismegistus, à quo forte Pythagoras, quem viginti duos annos in Ægypto peregrinatum refert Iamblichus, edidit. Trismegistus igitur latius in hanc Theologiam, velut loquendi dulcedine raptus, inundauit, veluti dilatans ea, quæ Moses inuicem compendiosè, vt integerrimus historicus, scripsit. In eo qui inscribitur, quod Deus inuisibilis, sit ex operibus manifestus: νόσον ᾧ τένον διμυεργέμενον ἐν τῇ γαστρὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς διμυεργείας ἀκριβῶς πλεῖν τέχνῳ ἐξέτασον, καὶ μᾶλλον τῆς διμυεργείας πλεῖν καὶ πλεῖν τῶν ἰσχυρῶν εἰκόνα. τίς ὁ τῶν ὀφθαλμῶν ἀκριβῶς. τίς ὁ τῶν ῥίνων, καὶ τὰ ὠτα πευπῆσαι, τίς ὁ τὸ σῆμα ἀφροδίτης, τίς ὁ τὰ νεῦρα σκτένας, καὶ δεσμεύσας, τίς ὁ ὀχετεύσας τὰς βλέφαρας, τίς ὁ τὰ ὄστια στεροποιήσας, τίς ὁ δέρμα τῆ σαρκὶ ἀειβαλῶν, τίς ὁ τῶν δακτύλων διελῶν, τίς ὁ τοῖς ποσὶν βάσιν πλατύνσας, τίς ὁ διορύξας τὰς πόδας, τίς ὁ τὸν ἀπλῆνα σκτένας, τίς ὁ πλεῖν καρδίαν πυραμειδῆ ποιήσας, τίς ὁ τὰ νεῦρα συνθεῖς, τίς ὁ τὸ ἥπαρ πλατύνσας, τίς ὁ τὸν πνεῦμον συεργάσας, τίς ὁ πλεῖν κοιλίαν εὐρύχωρον ποιήσας, τίς ὁ τὰ μιμῶμεθα εἰς τὸ φανερόν ἐκτυπῶν, καὶ τὰ ἀσχετὰ κρύψας. ἴδε πόση τέχνη μίας ὕλης, καὶ πόσα ἔργα, μὲν ἀειγραφῆ, καὶ πᾶσι ἀειεὶ καὶ πᾶσι μεμετημένῳ, πᾶσι δὲ ἐν ἀφροδίτῃ, τίς πᾶσι ἀειεὶ ἐποίησε. ποῖα μητὴρ, ποῖος πατὴρ; εἴμῃ ὁ ἀφανὴς θεός, τῶ εαυτῆς θελήματι πᾶσι διμυεργήσας, καὶ ἀνδριανθεῖ μὲν, ἢ εἰκόνα, καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἢ ζωγράφῳ εἰδὲς φύσιν γαρονόμου. τὸτο δὲ διμυεργεῖα καὶ ἀνδριαντοποιῶν γέγονεν; ᾧ τῆς πολλῆς τυφλότητος, ᾧ τῆς πολλῆς ἀσεβείας, ᾧ τῆς πολλῆς ἀγνωμοσύνης: Quæ sunt, Cogita ὁ fili hominem in vtero materno compositum,

Pythagoras in Ægypto peregrinatus duos & viginti annos.

Dei maximū opificium, homo: & quæ qualisq; corporis humani structura.

totamque opificij artem diligenter perpende, & discere quis sit opifex, qui hanc hominis pulchram, diuinamque imaginem fecerit, quis oculos formauerit, quis nares, & aures terrebauerit, quis os aperuerit, quis nervos tetenderit, & ligauerit, quis venas irrigauerit, quis ossa solidauerit, quis pellem carni circumdederit, quis digitos distribuerit, quis pedibus ingressum, vel plantam dilatauerit, quis poros aperuerit, quis lienem tetenderit, quis cor figuram pyramidis habere fecerit, quis nervos composuerit, quis pulmones cauernosos fecerit, quis ventrem dilatauerit, quis honestiores partes in propatulo posuerit, obscenas absconderit. Aspice quot artes vnus materix, quot opera vna circumscriptione, cunctaque pulchra, cuncta cum mensura, cuncta seorsum. Quis hæc omnia fecit, quæ mater, quis pater, nisi inuisibilis Deus, qui sua voluntate cuncta operatus est? At statuas, vel imaginem, sine artifice, aut pictore, nemo dicet extitisse. Hoc ergo opificium fuit sine opifice? O cæcitate incredibilem, o magnam impietatem, o incredibilem ingratitude. Hæc & alia pleraque Trismegistus, quæ vidisse, imitatumque Pythagoram, Pythagoreosque, verisimile est, sicut vidit, & secutus est magna ex parte Plato. Similiter Trismegistus, quod in primo libro positum fuit diuinam hanc edidit vocem: ὁ δὲ πάντων πατήρ ὁ θεός, ὃν ζῶν καὶ φύσις ἀπεκάλυψε τοῖς ἀνθρώποις αὐτῶ ἴσον, ἔ κρησθη ὡς ἰδίῃ τοῦτου: Omnium, inquit, pater, genitrixq; Mens, cum sit vita, & natura, peperit hominem sibi similem, quem tanquam propriam prolem dilexit. Ægyptia igitur, Græcæque Theologia, conspirant cum Hebraica, de homine creato à Deo. Verisimile autem est eam scientiam ab ipso generis humani principe ad omnem posteritatem propagatam, tradentibus inuicem eam sibi priscis, plenamque eius omnium aures fuisse, nulli non perspicuam, non celebrem, nulli nationi, ab vno cunctis natis, non perceptam extitisse.

Mens creauit hominem sibi similem.

Poetas antiquos, quos secutus est Ouidius, Mosaicam de homine diuinitus creato, sententiam confirmasse, idque etiam Cornutum asserere.

C A P V T I I I I.



ANC famam item à Mose primo manantem, apud omnes autem tum ex eo libro nobilem, tum ex illo primogenito, tot quibus vixit sæculis vociferante se manibus diuinis compositum, corpus ex illo primæuo limo sumptum, animum autem diuinitus inspiratum, declarat ea, quæ tanquam fabula habita est apud Græcos: sed si quis & nomen artificis, & rationem totius rei, tum sapientum testimonia noscat, non fabula, sed à primordio rerum fama vera, à primis genitoribus in omnes ab eis fatas nationes sparfam, de Prometheo, qui corpus humanum ex limo iuxta Theologiam Moïsi informarit. Hunc igitur fuisse verum Deum, Deum inquam illum Mosaicum, & Platonicum, vniuersitatis artificem, cuius suprema in tota creatione manus fuerit humana creatio, declarat & ipsum pulcherrimū, mirabilēque nomen. Siquidem Græcè Prometheus, est sapiens, prouidus, vnde προμηθεΐα, insignitus à priscis hoc nomine, ob mirabilem illam, quam Trismegistus expressit sapientiam, tum ipsa sermonis ratio. Nam in hunc modum loquitur veteris huius famæ interpretis Ouidius:

Vera & perennis de homine creato fama, fabula apud Græcos. Prometheus quid.

1. Metamorph.

Sancitius his animal, mentisque capacius alæ  
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.  
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit,  
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto,  
Aethere cognati retinebat semina cæli,  
Quam fatus Iapeto, mixtam fluuijalibus undis  
Finxit in effigiem dominantum cuncta Deorum.

Mundus melior.

Duas de creatione hominis proponit sententias. Prior est, vt ab eo ipso, qui fuit mundi melioris, id est, eius mundi, qui post Chaos successit, origo, diuino semine fuerit fatus. Semen autem diuinum, cæleste, ætherium, non terreste intelligas: Altera, vt è terra recenti, quæ paulò antè à cælesti materie dirempta, retineret adhuc calorem, cælestemque bonitatem. Nec in hac duplici sententia diuersitas est opificis, sed materix, ex qua creati potuerit homo. Illum igitur, quem melioris mundi dixerat originem, asserit humanum corpus

A corpus non ex diuino semine, sed terrestri materie creasse, appellans postea Prometheū, quem paulò antè mundi melioris originem. Nam si fuit mundi melioris origo, maxima autem melioris mundi pars est humanum genus: etsi certos ventis, & mari terminos ad hominum vtilitatem, & vt terra compleri posset, dedit, certè is quoque fuit humanæ naturæ repertor. Etsi item, eodem Poëta autore, is prouidit,

Corpus, è terrestri materia.

Neu regio foret vlla suis animalibus orba,  
Astra tenent caeleste solum, formæque Deorum,  
Cesserunt nitidas habitanda piscibus undæ,  
Terra ferax cepit, volucres habitabilis aër.

Ouid. ibid.

Quibus ostenditur, eum omnes mundi partes animalibus repleuisse, piscibus aquas, feris terras, cælum syderibus, aëra volucris. Cur non etiam humanam stirpem, qua passim terrarum omnia loca latè replerentur, sine qua deserta omnia, plena feris, dumisque, inculci quoque agri erant futuri, condidit? Cui tribuis igitur creationem, quæ clamas mundi melioris originem, & quem facis autorem cæterarum rerum, eundem stirpis humanæ principatum in cunctis obtinētis, facias necesse est. Qui fecit vniuersalia, qui formas rerum maiorum, qui terminos, sitūsque omnium rerum præscripsit, oportet & particularia fecisse. Cogere etiā, nisi aberrare, falli velis, illius ordinē sequi Theologiæ, à qua cætera quoq; didicisti. Didicisti autè hæc ab Ægyptiis, & Phœnicibus, hi ab Hebræis, & Chalæis, à Mose, Abraham, Noè, multarū gentium progenitoribus. Hi tradiderant ab eodem mundano opifice totam rerum gentem, nouissimè autem, tanquam regem in palatium, ex ædificatum, aulais, rerumq; varietate decorum, hominem, quem creasset introductū. Sed hæc notissima. Et Græci priscorum Theologiā, in qua sub scyris, & ænigmatibus sublimia, grandiaque latitant, enodantes, testantur Prometheum esse diuinam prouidentiam.

Post rerū omnium informationē, nouissimè hominem creatum. Idem Lactant. lib. 2. ad finem. cap. 9.

E quibus Cornutus: ὁ θεὸς δὲ διδραμὸν τοῖσι μὲν ἐθετο ὅτι ὁ προμηθεὺς ἐπλασεν ἐκ τῆς γῆς τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος, ἑσπονθήτερον προμηθεὺς ἐποίησεν ἀπὸ τοῦ ἀέρος. ἰδὲ ἐκάλυψε οἱ νεώτεροι προμοίαν. καὶ γὰρ παύσειν, τὰτε ἄλλα ἐγένοντο, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἐφύσαν οἱ ἀνθρώποι ὅτι τῆς γῆς πρὸς τὸ ἐχούσης κατ' ἀρχαίς, τῆς τῶ κρόμου συστάσεως. Quod autem traditur Prometheum finxisse è terra, omne hominum genus, intelligendum, Prometheum appellatam prouidentiam animæ vniuersalis, quam iuniores vocarunt Prouidentiam. Secundū enim hanc homines è terra sunt nati, aptè sese in mundi exordio habente. Hæc ille. Sed non prorsus omnia verè. Nam nec Ouidius, neque Græci, neque Phœnices aut Ægyptij tradiderant homines è terra natos, sed Prometheum acceptum limum finxisse ad imaginē Elohim, id est, dominatoris, Dei Omnipotentis, illius scilicet, qui potèter omnia creatat. Illud verò mirabile est, vt Mercurius Trismegistus, Archytas, Pythagoras, Poëta vno consensu pronuntient. Nam quod ait Poëta præcipuè illum hominis formatorē cogitasse, vt esset ei os sublime, cælumq; contra quam aliæ animantes suspiceret, est quod Archytas paulò antè, hominē omnis scientiæ, & intelligentiæ capacē factum à Deo, & Pythagoras à Deo creatum ad contemplandum: pressiusq; idem admonens iubebat Iamblichō autore φιλοσοφῆ τὸν ἕρπον ὄραθι, philosophare cælum suspèctans. Quod fecit vates diuinus, erumpens in hanc vocē, Cæli enarrant gloriam Dei. Mercurius autem docens, quod Deus inuisibilis sit ex operibus manifestus: εἰ θέλεις αὐτὸν ἰδεῖν, νόησον τὸν ἥλιον, νόησον τὴν πύξιν, νόησον τὴν ἀσπιδίαν, νόησον τὴν ἀσπιδίαν: Si velis eum videre, aspice Solem, suspice Lunæ cursum, considera astrorum ordinem. Hoc igitur est, cur Opifex os homini sublime dederit, & erectos ad sydera vultus, vt artificem cæli, tantorūque luminum, tantæ rationis, & moderaminis inuentorem, in ipso mirabili opere, qui natura sit inuisibilis, nec tangi potens, agnosceret, repeteretque artificem suum. Et Plato, maximam vtilitatem oculorum à Deo datam. Rerum, inquit, optimarum cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam hæc, quæ est habita de vniuersitate ratio, à nobis haudquaquam esset inuenta, si neque sydera, neque sol, neque cælum, sub oculorum aspectum cadere potuissent. Nunc verò dies, noctesq; oculis cognita, tum mensium, annorūque cōuersiones, ad numerum machinatae sunt, & spatium temporis dimensæ sunt, & ad quæstionem totius Naturæ impulerunt. Eadem Tullius: Qui primum eos humo excitatos, celsos, & erectos constituit, vt Deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent. Sunt enim è terra homines, non in colas, atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atque cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sic Græcè dicitur ἀνθρωπος, asperctus in altum, sublimis aspectans. Quoniam igitur datur à Poëta Deo mundanum opifi-

Promethens quid.

Creatus homo ad contemplandum. Psal. 18. Deus ex operibus manifestus.

1. Legum.

ἀνθρωπος homo dicitur, quasi ἀναβίωων

sursum ere-  
ctus: vel à  
vultu à s' am-  
contemplas que  
vidis.  
Homo, postre-  
mus creatus.

ciū, datur litis, ac discordiæ, qua pugnabant inter se turbabanturque elementa, con-  
cordia. Hanc Deus & melior litem Natura diremit. Dicitur item eius cura, & providen-  
tia, in varias cælum, ac terras distinctas plagas: distinctas autem ad habitandum, quo-  
niam dedit temperiem duabus, calore & frigore adhibito, certè idem fecisse hominem  
necesse est, cui fecerit, paraueritque antea commodum ad habitationem, locum. Pro-  
pterea nouissimè fatus est homo, qui dominari inter cætera posset. Si autem Deo tribuis  
ignobiliora, locum, sedemque mundi eum posuisse, animalia bruta creasse, cur detrahis  
omnium creationem? Sed necesse est eum, cuius cogitatio in eo potissimum insisterat,  
vt alicuius causa poneret, & distingueret orbem, compositisque rebus, locisque cuique  
suis designatis, esset pulcherrimus, & habitabilis mundus, ipse idem manum imponeret  
cogitationi, quæ fuit vt propter habitorem, qui creatorem item ipsum suspiceret, pa-  
raret, vt sic dixerim palatia, domosque mundi. Ecce igitur mirabilis cum vera Theolo-  
gia, quæ mater fuit Græcis, iunioribusque Latinis sapientiæ, consensus. Scribit Moses, Et  
homo non erat, qui operaretur terram: Poëta verò:

Ouid. ibid.

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ  
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.

Apud Mosen, Non erat: Apud Poëtam, Deerat adhuc. Operari autem terram, quod col-  
lere, qui possidere, inhabitareque vt dominum designat, est quod Poëta, Quod dominari  
in cætera posset. Idcirco & apud Mosen, Replete terram, subiicite eam, dominamini pi-  
scibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur in terra. Quid E  
clarius, & conformius? Sanctum autem animal, quia mentis capacius altæ, quod caperet  
illam altissimam, æternamque Mentem, quæ mundi fuit origo. Mentis item altæ capa-  
cius, alterius ingenij, maioris animi, ratione plenum animal: vt Marcus, vt Plato in Ti-  
maeo, ζῷον τὸ θεοειδέστατον, animal piissimum, Dei colentissimum, imago Dei. Proinde is  
finis, ea suprema cogitatio, vt nasceretur qui coleret Opificem, admiraretur, sydera suspi-  
ceret, Solem, Lunamque intueretur, non vt Deos quidem, sed vt à Deo sapientissimo crea-  
ta, vt retro omnes: vt ex visibilibus inuisibilem nosceret. Et, vt ait Philo, τῆς μὲν ἄλλων τῶν  
ἰσχυρῶν ἀεὶ ἐπινοῶν καὶ τῶν κινήσεων, διὰ νέου καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀνθρώπων δὲ ἐμπληρῶν ἀνθρώπων ἵνα τὸν ἑαυτῶν  
καταδέσται. Cæterorum, inquit, oculos interius depressit, eoque nutant in terram: contra,  
vultum humanum eleuauit, vt cælum aspiceret.

Sanctum ani-  
mal homo.

Homo, animal  
piissimum.

Quod etiam Chaldaica Theologia confirmat hominem à Deo creatum, ani-  
mæque exterius infusam in corpus. Et quod idem asserunt Aegyptij Phi-  
losophi, & item oraculum Apollinis.

CAPVT V.



RACVLA Chaldæorum, Sibyllarumque non aliud vociferantur, F  
quam hominem à Deo creatum. E quibus est illud, quod à Platonis  
item profertur: Ἐδὲτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δὲ οἱ ἐψύχαστο: Hæc pater co-  
gitauit, mortalis autem est ei animatus. Est autem sicut apud nostros,  
sic item Platonis & præcos omnes, ipsum quoque Aristotelem, co-  
gitatio, siue intellectio diuina, operatio. Omnis enim operationis ini-  
tium à cogitatione sumitur. Hac mouente manus, manibus organa,  
operationes nostræ peraguntur. Sed Deus, qui tum manibus non indiget, tum immensa  
potestatis est, cogitat quidem & ipse, & vult, transit autem sic in omnem naturam cor-  
poream, per quam omnem diffusus est eius cogitatio, sicut subita nostra cogitatio, ac vo-  
luntas peruenit ad manus, & pedes: perinde autem res omnes subiectæ sunt, paréntque  
Deo, terrestres, & cælestes naturæ, sicut corpus cuiuslibet suum, cuius mouendi initium est  
voluntas. Sic autem licebit illa diuina percipere, si voluntatem cogitationemque huma-  
nam, minimam & imbecillam, conferas cum vasta illa, immensaque Dei, ad cuius mo-  
tum possint omnia concitari: Etsi item cernas multorum hominum voluntatibus ex con-  
sensu vna effectis, tot corpora vt vnum mouentem fieri subitò ingens aliquod opus: Sic  
voluntas, cogitatioque diuina, longè quàm multorum mortalium cõiurata voluntas ex-  
cellentior, ad cuius motum multo plura, ac maiora corpora cieri possint, operatur ingen-  
tia, in-

Operationis  
initium à cogi-  
tatione.  
Dei cogitatio  
quàm efficax.

Atia, incredibilia, admiranda. Hoc ait oraculum, Patrem, opificemque mundi hæc omnia,  
quæ cernimus, in quibus est humana progenies, cogitasse, voluisse, subitòque creata ap-  
paruisse. Subito mortalem animatum, exemplò creatum Adam, diuina voluntas eum  
protulit in lucem, inspirauit in faciem eius, & factus est in animam viuentem, quod Chal-  
dæus ἐψύχαστο, animatus est. Inspirationem Chaldæus intimè in Philosophiam, & initia  
rerum penetrans, interpretatur voluntatem illam, cogitationemque diuinam. Hoc igitur  
testimonio, duo, quæ docuit Theologia Mosaica, noscuntur, corpus seorsum, & ani-  
mam ab vno, eodèque Deo, mundanòque opifice creata. Corpus à Poëtis, sicut ab ora-  
culo dicitur Græcè βροτὸς, mortalis, deuorabilis, tempori subiectus edaci. Illud videlicet  
quod sumptum est ex limo terræ, & quod in cinerem reuertitur. Hoc, inquit, animatum  
fuit à Patre, sicut dicitur in Mose, & Pater mundi, fuit item hominum, qui corpus eorū,  
& animum procreauit. Hæc item fuit præcis vulgata Theologia. Eòque Asclepius Theo-  
logus in ea, quæ appellatur Hymnodia, ad Animonem regem inquit: θεῶ μὲν πανακρότερον  
καὶ πατεὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ μὲν σωματικῶν καὶ φανῶν, πλὴν ἐσθητικῶν ἀναφέρεται καὶ ἐπὶ  
Deo, inquit, vnde quæque incorruptibili, & patri nostrorum animorum ab omni lingua,  
& voce, gratiarum actionem referri cõuenit. Ecce patrem animarum vocat, & creatore.  
Videlicet quod Chaldæus animatorem, viuificatorem, fontem nostrorum animorum.  
Iustinus item testatur oraculum, ὅτι τὸ παρ' ὑμῶν χρησθέντων ἀξίωθεν ἑκάστου πινός, ὑμῶν πάντων κρότο-  
ρος οὐκ ἔνευ θεῶ, ἔτι καὶ ἐν μέσῳ τῶν ὑμῶν ἔφη, ὅτι καὶ ὁ πῶτος πλάσσει μερόστων ἀδάμ δὲ χαλέσσει, καὶ τὸ πῶτος  
B ἔφη τὸν ὑμῶν καὶ πολλοὶ, οἱ ἰσμεν, συμβαίνει: Quod apud vos oraculum rogatum à quodā vt  
hymnum Dei omnipotentis cõcineret, sic in medio hymni dixit, Quod primus hominū  
formator Adam vocauit. Et hunc feruari hymnum, apud multos quos scimus, contingit.

Adam quo-  
modo creatus.

Corpus mor-  
tale.

Sententia Platonis de homine diuinitus creato, & quod in Timæo formatio-  
nem corporis attribuens minoribus Diis, poëtice potius dixit, in alijs locis  
tribuens totum opificium summo Deo.

CAPVT VI.



Subit admirari, vt multarum in sacris litteris traditarum retum  
fama in omnes gentes progressa, quoniam & à longinquis temporibus  
descenderet, & autorem apud eos certum non haberet, adulterata fue-  
rit, præcipuum Græcorum vitium, qui Barbarorum vt maiorum The-  
ologiam æmulati, male perceptam, temporum diuturnitate iam obfo-  
letam, fabulis sæpe peruerterunt. Veluti quod paulò antè de Prom-  
etheo, & Gigantibus, quod turris ædificium fuit, congestos montibus montes fuisse di-  
uulgarunt. Et columbam ex arca à Deucalione, quod Plutarchus retulit, emissam. Et  
Clapsum animorum in hunc mundum è Paradiso in corporis carcerem, ad poenam sce-  
leris in cluforum. Igitur & Plato, cum ex sacris litteris audisset, Deum creaturum homi-  
nem, quasi circumstantibus quibusdam dixisse, Faciamus hominem ad imaginem, & si-  
militudinem nostram, ipse qui totam Theologiam suam à Pythagoreis, & Aegyptiis, cer-  
tisque per omnes sermonibus obambulantibus deducebat, introducit mundanum illū  
Opificem cum Diis iunioribus, quos ipse paulò antè procreasset, loquentem super ho-  
minis creatione, iubentemque eis accepta ab se immortalis anima, in corpus, quod ipsis  
effingere mandasset, inferere, humanæ creationi ferme duos adhibens opifices, supre-  
mum Deum animi creatorem, & Deos iuniores, quibus idem iubeat corpus informare.  
Hæc eleganter, vt omnia, Marcus Tullius, qui Timæum Platonis fecit Latinum, è qui-  
bus pauca delibabo: Tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatur, Hæc vos, qui Deorum  
fatu orti estis, attendite, vt mortali generentur conditione, vos suscipite, quorum vo-  
bis initium, statimque traditur à me. Vos autem ad id, quod erit immortale, partem at-  
textote mortalem. Paulò post, Post autem eam sationem Diis, vt ita dicam, iunio-  
ribus permisit, vt corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex hu-  
mano animo, quod deberet accedere, id omne & quæ sequentia essent, pepsolirent, &  
absoluerent. Itaque cum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitan-  
tes genitorem, & effectorem sui, particulas ignis, & terræ, & aquæ, & aëris à mundo,  
L

Fama anti-  
quissima in-  
certo autore,  
adulterata fa-  
bulis.

Genes. 1.  
Plato ex sa-  
cris litteris ac-  
cepit hominis  
formationem.

Liber est, de  
vniuersitate.

Genes. 1.

Dij, non fuerunt adiutores in creatione.

Homo, animal nobiliss. & sanctiss.

Diuinum corporis opificium.

Plato, interdum fabulator.

Iecoris formatio.

quas rursus redderent mutuabantur, easque inter se copulabant, haud iisdem vinculis quibus ipsi erant ligati, sed talibus, quæ cerni non possent, propter paruitatem. Aliasque multa profequitur Plato. Totusque locus sumptus est ex libro Moysi, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Siquidem etiam nonnulli Hebræi ferunt eum cum Angelis, quos paulò antè creasset, tunc locutum. Et Philo Iudæus, quos Philosophi Dæmones vocent, Angelos dicit in sacris litteris appellari. Imaginem autem, & similitudinem, imitationem illam credidit Plato. Hanc igitur eius sententiam, qua separatur creatio, ut aliud fecerit Deus maximus, aliud Dij minores, manifestæ rationes coarguent. E quibus erit prior, quòd ipse sibimet contradicit: secunda, quòd præter Theologiam maiorum, à quibus edidit, hanc fabulam confinxit. Demum quòd ratio his quæ dicit apertè refragatur. Coarguat igitur Platonem Plato, cui refellendo sufficeret, quòd quæ Barbari docuissent non clarè percepit, suspicione ad alia longè declinante, quàm fons ipse, cuius riuulus fluxit Theologia Græcorum, sapuisset. Quippe si vel concedam illum apud Mosem parentem mundi, cum iunioribus Dijs fuisse locutum, non protinus eos asciuisse adiutores ad creandum, opemque quasi eorum implorasse contendam: Aut eum dedignatum corpus attrectare, collectisque ex quatuor elementis particulis, fabricari, eam ministris suis prouinciam delegasse. Probarem enim optimis, naturæque maximè consentaneis rationibus, nihil esse in toto mundo homine nobilissimæ conditioni manus. Omnibus enim elementis melior est homo: corpore verò cælestia cum manifestò deseruiunt humanis commodis, quia facta sunt etiam autore Platone, ut lucerent super terram, ac motibus eorum perceptis, temporibusque distinctis, hominum negotia in terris regerentur, essetque rebus humanis certus ordo, profectò videtur id melius, ac nobilius esse, cuius utilitas impulit autorem ad creationem cæli. Qui si cælum creauit, multasque corporeas formas exemit ex illa congerie, certè fecit etiam quòd esset animal nobilissimum, ac sanctissimum, ut idem asseruit. Ad hæc non videtur vnus eiusdemque rei separanda, duobusque quasi opificibus tradenda creatio. Nam cum nulla causa verisimilis afferri possit, cur sapiens ille Deus transfugerit humanam conditionem, nisi videlicet quòd corpus humanum corruptibile sit (indecorum sit autem summum opificem rei incorruptibilis autorem fuisse: quod quidem nihil ad dedecus Opificis spectat) sanè veritati plurimum consentit, ut sit animi, ac corporis quorum est admirabilis coniunctio, idem artifex. Est autem diuinum corporis opificium, fuitque sapientibus semper stupori, & admirationi. Ac nisi quòd incorruptibilis naturæ est cælum, ad sapientiam certè artificis, nihil illic est humano artificio excellentius: Nemòque fuit, vel ante, vel post Platonem, cui fabula hæc in exponenda hominis creatione arriserit, nec à summo Deo præclara conditione creatum senserit hominem, cuius corpus, etsi mortale est, prouisum tamen mirabili sapientia fuit, quod etiam est Aristoteles confessus, ut in re corruptibili, sempiterna quædam esset successio, dum semen inuicem sibi corporibus tradentibus, existit hominum perennis progenies. Quod æquè diuinum est, ac si in vno eodemque corpore æternitas fuisset. Sed non est mihi contra Platonem super hac re differendum, quem quasi poëtice potius, & ut pleraque, sub fabulis scripsit, quàm physica, constantique ratione apparet locutum. Nam neque sermo ille Opificis mundani cum minoribus Dijs, verus est, neque materiæ cælestis, ad eum, quem tradidit modum, sectionem fas est intelligi. Dij quoque minores nusquam sunt: quia ut docuit antea, non Dæmones illi, sed homines fuerunt. Ipsum duntaxat aliter & in Timæo, & aliis locis loquentem, & Deum autorem hominis consistentem, iuxta superiores, quibus operam dedit, Philosophos, rationibus ommissis, audire satis erit. Licet igitur Plato tradat Deos minores à Deo paulò antè factos ipsius imperio, corpus humanum finxisse, vbi que tamen quasi veritate eum à superstitione reuocante, tribuit hoc mirabile opificium summo Deo. E quibus est in eodem Timæo, quòd Deus fecit iecur aptum ad excipiendas rerum futurarum imagines: τὸ δὲ δι' ἑσπερίων ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιτελεῖσθαι, αὐτὸ δὲ τὸ ἡπατος ἰδέαν ἐμύνησε. & quæ sequuntur. Videlicet, Hoc igitur Deus considerato, ipsius iecoris formam fabricatus est, & posuit in eius constitutione densitatem ac læuorem, & perspicuitatem, dulcedinemque & asperitatem. Paulò etiam post, hunc ipsum summum Deum refert medullam, in qua animæ essent, ex elementis collectam, composuisse. Hæc, inquit, elementa Deus singula à suis generibus

A generibus secernens, miscensque ad proportionem inuicem, satum vniuersalem omnis mortalis generis excogitans, medullam ex eis operatus est, & deinde ei genera animarum demisit inserta. Hic audis totam materiam, Deum componentem, & optimam quamque elementorum partem in medullam, quæ animarum fundamentum esset, vbi spuma genitilis, miscentem, ac temperantem. Paulò post exponit quomodo noster κηροπλαστής, formator, fictor, composuerit carnem, & ossa & neruos, ex quibusque elementis, quantaque proportione. Vnde factum, ut fluxiorem, sed quæ magis contendere posset, quàm carnis, molliorem autem quàm ossium, vim nerui habuerint. Quibus, inquit, ossa circuducens & medullam alligans ad inuicem neruis, demum carnibus ea operuit desuper. Deinde ipsum eundem dicit neruos ad extremum capitis adligasse: Ἀλλ' ἄρα τὰ, καὶ ἕπεται ὁ θεός, ὅτι ἐχάπτει κεφαλῇ πειρήσας. & quæ sequuntur. Neruos ob hæc, & hac ratione, Deus ad extremum caput circumactos, circa collum simili modo deuinxit. Et extremas mandibulas eis alligauit sub faciem, reliquos in omnia membra distribuit, alligans articulum articulo. Demum Plato dicit, Deum, quòd traiceret humor ex ventre ad venas, abusum aëre, & igne. Totamque interiorem illam membrorum rationem diuinitus explicat, referens in Deum. In quibus euidentissimè vniuersam illam superius positam à Mercurio Trismegisto hominis creationem declarauit, secutusque est ad amissum, explicans, aperiensque, quæ breuiter Mercurius pronuntiauerat, ex hisque in admirationem Opificis, omnes incitasset. Quo circa cum & in Timæo, B & vbi que fateatur animam à Deo creatam, & habere cum eo similitudinem, & affinitatem, quod etiam affirmat Aristoteles, videtur planè rationi consentaneum, ut qui fecit meliorem partem, etiam ipsum mirabile, sapientissimæque intelligentiæ opificium construxerit. Hoc veritate cogente non modò in Timæo, sed aliis locis confessus est, ut quod in secundo de Republica tradidit à Deo nata, & facta omnia, cælestia & terrestria, Deos, & homines. Et in septimo de Legibus diuinitus sic est de Deo, & homine, & quod interesset, locutus: Natura Deum quidem esse omni beato studio dignum, hominem verò ludum quendam esse Dei, verèque id optimum eius fuisse. Hæc Plato. Cuius videtur esse sensus, in Deum, resque diuinas, omne studium esse conferendum. Dignum enim eum esse, in quo colendo omnibus conatibus, & studiis vtamur. Hominem autem esse longè Deo inferiore, quippe qui sit res ab eo veluti iocularis effecta, ut quasi luderet, cum machinatus eum est, veluti si pictor, aut statuarius aliquod opus effingeret. Græcè enim ποιῆσαι, ludere, videtur esse etiam creare, gignere, vnde παῖδες, filij, proles, dicti pignora Latinis. Sic fuit homo, quasi filius, & proles Dei, sed μεμαζυμβύος, machinatus, fabricatus, factus. Idque ait Plato fuisse omnium, quæ Deus facere posset, optimum, ac præcipuum. In tertio quoque de Republica, non Dæmones, sed Deum supernum innuit hominem creasse, cum ait, quòd Deus formans homines, aliis aurum id est, mentem, admiscuit plurimum, aliis argentum: ἀλλ' ὁ θεός πλάσσει, ὅσοι μὲν ὑμῶν ἰχθυοὶ ἀρχὴν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει συνέμειξεν αὐτοῖς. διὸ τιμιώτατοι εἰσιν. ὅσοι δὲ ὀπίσσω, ἀργυρον, σιδήρον δὲ καὶ χαλκόν, τοῖς τε γυναιξὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι: Deus, ait, fingens qui ad imperandum creabantur, aurum in eorum satum admiscuit, eoque sunt pretiosissimi, qui custodes & adiutores argentum, ferrum, porro & æs agricolis & cæteris opificibus. In sexto quoque, non Dæmones asciuit, sed ut Moses, & Trismegistus priores, verum Deum hominis opificem. Hunc ait sensum videndi fecisse copiosissimum, multarumque rerum capacissimum, videlicet quod omnes, os sublime dedit, ut caperent notionem Dei. Nunquid, ait, ἐν νεότητι ποτὶ τῆς ἀποδείξεως διήμερον, ὅσα πολυτελεσάτω πλεονεξία ὁρῶντες καὶ ὁρῶντες δύναμιν ἐδημιουργήσαν; Quod est, Considerasti sensum artificem, quàm locupletem fecerit videndi facultatem? Sensit igitur cum superioribus Theologis, totaque ante eum hominum Philosophia.

Carnis, ossium, neruorum fabrica.

Mandibula.

Anima à Deo creata & Deo similis.

Homo, res iocularis à Deo factus. παῖδες dicti à ποιῆσαι.

Quòd Aristoteles mirifice consentit cum Theologia Mosaica, hominem à Deo conditum, formatumque corpus, datamque sexus varietatem, animam autem exterius inspiratam.

In Peripateticis quibusdam quo plus insitiae eo plus arrogantia.



ENSIT etiam quæ superiores omnes, si quis prudenter dicta eius pendat, non pertinacium tempestatis huius Peripateticorum more, in quibus quo plus est inscitiae, plus etiam temeritatis, & arrogantia, mordicus dogmata certa eius defendat, aut verius deprauet Aristoteles. Triaque sunt præclara, euidencia, manifestaque de creatione hominis à Deo siue animi, siue corporis, apud eum testimonia. Vnum vniuersale, duo particularia: Ex his duobus alterum ad animum spectans, alterum ad corpus. Quæ et si produximus superius, poscit tamen ordo, ut huc reuocentur. Dicebat in libris de Generatione & interitu, quod cum res terrestres & corruptibiles plurimùm distarent à principio Deo immortali, & incorruptibili, nec capere res terrestres in indiuiduis immortalitate possent, Futurum fuisse, ut res creatæ breui circumactio temporis interuallo, migrarent à vita. Huic malo sapientissimum Deum sic prouidisse, ut inchoato à primis illis indiuiduis ordine, deinceps altera gignerent altera, essetque in vnoquoque, semen, in quo, Platone docente, inuisibilia quædam animalia continerentur, quæ in vteris animantium confota coalescerent. Sicut in vtero terræ semina plantarum. Quo consilio nunquam perpetuæ creationis deficeret ordo. ἐπεὶ γὰρ ἐν ἀπαισιν αἰεὶ τὸ βέλτιον ὁρέγεσθαι φαμὲν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, τὸτο δ' ἐν ἀπαισιν, ἀδύνατον ὑπάρχειν, ἄλλ' ἐν τῷ πῶρῳ τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι τῷ λειπομένῳ τῶσπι, συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. Quod est: Nam cum in omnibus semper desiderare melius naturam dicamus, melius est autem esse, quam non esse, hoc autem in cunctis erat impossibile, quoniam à principio plurimùm distarent, qui supererat modò compleuit vniuersum Deus, perennem faciens generationem. Hæc, ut sæpe admonui, in præteritis temporis verbis pronuntiat Aristoteles, fecit, compleuit, ut non innuat continuam dependentiam, sed vt magister Plato, omnisq; vetustas, principium quoddam. Proponuntur enim duo inter se contraria, è quibus cum alterum sequi Deus posset, elegit potius alterum, vt esset perennis ordo. Quod si contendas, & proteruus insistas, ne sibi contradicat Aristoteles, eum temporis initium non spectasse, ego ex aduerso dicam imprudenti, & ad mendacium, fictumque alibi dogma minime attendenti confessionem veritatis excidisse, cuius non imperitos, efferatosque in dogmatis eius Peripateticos, sed prudentissimos quosque velim consideratores. Hoc igitur mirabili, venerandoque Aristotelis (sic enim appellare libet) oraculo declaratur, & continetur, quod præcones theologiæ nostræ toties vociferantur: Manus tuæ fecerunt me, & Ante & retro formasti me. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Quomodo enim fecerunt, aut creauerunt nos manus eius, qui tantum distamus à primo illo, quem diuinæ præsentis fecere manus? Videlicet quod ipsi nos Philosophi, sæpe Theologiæ cælestis interpretes, docuerunt. Permanuit ad nos vsque à primo perennis generationis à Deo excogitatus ordo: qui non solum creauit primos illos, crexitque è nihilo in pedes, sed vasa quoque membraque molitus est in eis, in quibus genitale semen contineretur, femini autem eam indidit vim, vt quod ait Plato, exigua quædam & propter breuitatem inuisibilia animalia ei ineffent. Aptauit quoque membra, vt fieri posset generatio. Et quod mirabile suspiciendumque maximè est, vt esset copiosissima satio, mutua cõiunctionis magnum excogitauit ardorem. Et quod admiratus explicuit deducens totam rem à Deo Plato, Descendere, inquit, fecit per collum à capite semen. Quod veluti animal, accepta respiratione vbicunque respirando fluxit, vitali cupiditate animali ingenerata, gignendi amorem absoluit. Quocirca genitale virorum membrum, vtpote sui iuris, rationisq; impatiens omnibus effrænata cupiditate conatur potiri: Similiter quæ vulua in mulieribus dicitur, cum sit animal ob hæc ipsa, procreandorum filiorum avidum. Et reliqua, quæ persequitur Plato, deducens, vt dixi, mirabilem hanc arcanamque nascendi sapientiam omnem à Deo. In his igitur continetur quæ Aristoteles dixit ἐντελεχῆς γένεσις, Perpetua, continuataque successio. Quam si voluisset explicare, dicenda ei fuissent, quæ prior Platone: quæ cum magister ipse ingenuè tribuat Deo, certè & Aristoteli vt tribuit, tribuenda fuissent, confitendumque fuisset, Deum autorem tanti operis. Ille igitur idem posteros nos creauit, qui priorem illum, creans nos in illo, faciens perpetuū successiois ordinem, dans apta membra ad generationem, & vtrique sexus mutuam appetentiam: Et hoc est quod apud Mosen dicit, Crescite, & multiplicamini. & Producat vnumquodque iuxta genus suum, habens semen in femetipso. In Politicis itè loquens de mutua viri, & mulieris coniunctione: ἡ μὲν δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ τὰ ἄλληλα, τὸ αἰεὶ εἶναι, ἔπειτα καὶ ἁ ἐπιμόν ἢ δυνατὰ, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι

Semina vis in animalibus.

Melius est esse quam non esse.

Job. 10.

Membrorum situs & ratio.

Continua successio.

Gen. 1.

Αρχὴ καὶ τὸ εἶδος, ἔτι τὸ ἰσχυρότερον ἢ τὸ ἰσχυρότερον ἢ φύσις τὸτε ἀσπρόν, καὶ τῆς γυναικὸς τὸτε ἰσχυρότερον. Quæ sunt, Simul autem & natura, inquit, supplet hoc circuitu, perenniter esse: quandoquidem non secundum numerum, sed secundum speciem id fieri poterat. Sic prouisa fuit à Diuinitate vtriusque natura, viri, & mulieris, ad societatem. Cernis vt sibi consentiat, Confitens à Diuinitate prouifum fuisse, non solum nunc prouideri, imò ideo prouideri, quia prouifus fuit sexus viri, & fœminæ. Nōne hæc est Theologia Mosaica? Masculum, & fœminam creauit eos. Et dixit, Crescite, & multiplicamini. Ea est periodus, & ἐντελεχῆς γένεσις, Factum à Deo, Moses: Factum, & Aristoteles. Factum aliquo temporis initio, Moses: idem & Aristoteles: apud vtrunque Fecit, Creauit, Repleuit Deus, Necessè igitur est Aristotelè hic sensisse, quæ maiores, Plato, Pythagoras, omnisque Græcia prodiderant, cum & sermo id declararet, & habuerit antea quos sequeretur. Tertium testimonium de creatione animi est, cum in quarto libro de Generatione animalium, omnem aliam animam interire, quia coniuncta sit cum elementis, à quibus etiam oriatur, & ab eis separari non possit, quia non sit aliud quàm ipsa, fatetur. Solam autem mentem, aut intellectum, exterius accedere, quia separabilis sit, & alterius generis, vt in libris etiã de Anima, differit: ὅτι καὶ ἡ ψυχή ἐστι ἐν τῷ ἀδύνατον ἔτε γὰρ αὐτὸς καὶ ἑαυτὰ εἰσέναι οἶοντε ἀχρῆστοις ἔσται, ἔτ' ἐν σώματι εἰσέναι, τὸ γὰρ ἀσπρῆμα ἀπὸ τῆς μεταλλαγῆς γαστρὸς ἐστὶ, λένεται δὲ τὸν νῦν μόνον ἡ ἐσθὲν ἐπεισέναι, καὶ ἔστιν ἕνα μόνον, ἔδὲ γὰρ αὐτὸς τῆ ἐνεργείᾳ κοινῶν ἐπιματικῶν ἐνεργείᾳ: Quocirca, inquit, impossibile est, vt exteri ingrediatur anima sensibilis. Neq; enim ipsas per se ipsas ingredi cõu inseparabiles datur. Est enim semen excrementum corporis, à quo continetur. Superest autem solam mentem exterius ingredi, & solam diuinam esse, cuius operatio non communicat cum actione corporea. Hæc Aristotelis dicta, qui æqua lance, synceròque iudicio ponderet, colliget hominem, quæ vetustissima nostra Philosophia, sensisse, quòdque ex successione, reuelationeq; sensit nostra, hoc Aristotelem ratione & iudicio prodidisse, ratione cum veritate cælesti consonante. Priora exempla fati superque declarabant creationem artificiumque humani corporis, opus fuisse diuinæ sapientiæ: hoc postremum validissimè clamat ab origine diuina, fatum nostrorum animorum. Si enim mēs sola separabilis, sola à natura corporis absoluta, necessarid est origo eius à Deo, quoniam à nullo corpore, supra corpus enim est natura diuina. A solo igitur Deo. Quod ipse etiam confiteri non erubuit. Superest, inquit, solam hanc esse diuinam. Diuina sunt, quibus vel ortus à Deo, vel similitudo cum Deo. En totum hominem ab vno eodémque Deo dixit Aristoteles creatum, consentiens cum prisca Philosophia, cum Ægyptiis, Chaldeis, Pythagoreis. In cuius dictis, si penitus euoluas, rei caput attingas, rerum creatio, quantum velint torqueant hic sese Peripatetici, continetur.

Non secundum numerum, sed speciem animalia perennia.

Anima befiarum mortalis.

Semen quid.

Diuina quæ.

Quod Aristoteles de animi immortalitate, ac diuinitate sensit, ac dixit, quæ superiores, Chaldei, Pythagoras, Aratus, Mercurius Trismegistus, exinde Philo, & Marcus Tullius.

CAPVT VIII.

VERISIMILE est, vt dixi, maiores Theologos Græcos, & Barbaros, ratione quoque, iudicioq; accedente, in hac præclara, de aduētu exterioris animi nostri assertionem Aristotelem fuisse secutum. Quæ si hodierni Peripatetici tenerent, fortasse melius & hoc loco, & omni Philosophia eius Aristotelem interpretarentur. Veri inquam simile est, nunc Philosophum dixisse, quæ cum cæteri, tum Chaldaicū oraculum, quod solet etiam Platonicis proferri, prius ediderat:

Κρῆ σε ἀσπρῆν τὸ πρὸς τὸ φῶς καὶ πατρὸς αὐγῆς, Ἐἴθε ἐπέμφθῃ σοὶ ψυχὴ πολλῶ ἐσθρα, ἰδὲν νῦν. Quæ sunt, Accelerare opus est te ad lucem, & patris splendorem, Vnde tibi est animus missus, multa indutus mente.

Hoc oraculum explicans Pifellus Philosophus, ἐπειδὴ οὐκ ἐστὶ ἀσπρῆμα τὸν ἡ ψυχὴ τὴν ἀσπρῆμα ἔλαθει, ἔδ' ἐν σώματι τῆς ὑφείκει κρῆσει, ἀλλὰ ἀναθεὶ τὸ πρὸς τὴν ὑπάρξιν ἔχῃ τὸ πρὸς ἐκείνον καὶ ἐπιτρεθῆναι, & quæ sequuntur. Posteaquam, inquit, non ex seminibus accepit substantiã anima,

Non à semine est anima substantia.



neque corporeis subsistit temperamentis, sed à Deo supernè habuit esse, ad illum etiam conuertatur oportet, & ad lumen diuinum faciat ascensum. Magna enim vestita intelligentia huc descendit, hoc est induta est à creatore, & patre, reminiscencias diuinorum conditionum, quando huc accepit descensum. Hinc per easdem illas reminiscencias iterum illuc reuertitur. In his Psellus, etsi nimium Platonice de animorum descensu locutus est, verus tamen sensus est, animos esse diuinos, his à sedibus descendentes, vbi consensus omnium mortalium prædicat esse aulam Dei, qui tametsi per omnem mundum intentus cælum, ac terras implens, vt noster ait Propheta, proprius tamen vbi magis colluceat maiestas eius locus, dicitur Cælum. Ab illa aula, quoniam nec à mundo corporeo, nec ab illis elementis veniunt, dixere nostras animas descendere, formatas ab ipso Deo, similes autem sibi formatas, nullo ex corpore depromptas, solo Deo earum origine, & fonte. Propterea Philo pro omnibus Philosophis, animum esse ἡ ἀπὸ πνεύματος, ἢ ἀπὸ λόγου, Abscissionem aut radium à Deo. Salomon, ἰδιότητα, proprietatem. Oraculum Apollinis, μελέδα, particulam. Moses, afflatum. Tullius, decerptos ex mente diuina. His modis est anima demissa cælo, diuinitus data, diuinitus decerpta, mirabili modo formata. Quas autem dixit Psellus reminiscencias, non illas scilicet Platonicas dixit, nisi rectè sentias, sed naturalem ad cælum suspectum, & conuersionem, vnde fuit origo, similitudinem cum Diuinitate, & quòd animus decerptus, aut afflatus est ex mente diuina, naturali cupiditate desiderans fontem genitorem suum: non quòd antea, quàm in corpus intrassent, in cælo fuerint animi, sed vno momento creati, diuinitusque dati, coguntur conditoris sui reminisci, semper ad propriam regionem suam animorumque loca, vbi Deus inuisibilis, regnumque eius florentissimū, suspirant, cum nec terra, nec aqua, nec aër, nec ignis possit animis placere, quippe qui nec è terra, nec aqua, nec aère, nec igne, sed à regno Deorum, à locis immortalibus, inuisibilibus, incorruptibilibus venerè. Huius regni recordantur animi, lumen sempiternum sentiunt instinctu naturali fulgentissimum, mirabile, iucundissimum, alacritatis ineffabilis, incognita mortalibus, solis his, qui adsunt, nota gaudia. Hæc sortes, aut conditiones meliores, de quibus sæpissime Plato, & nostræ litteræ. Magnam autem mentem etsi Psellus illas reminiscencias interpretatur, mihi tamen videtur oraculum similitudinem Dei, & id ipsum, quo diuina est anima, sensisse, illamque Diuinitatem designasse, quam sedibus ætheriis descendens tulit anima secum. Hæc magna, hæc multa mens, plena diuinæ nature, instinctusque beati, notionisque cælestis. Hoc quis neget Aristotelem sensisse, asseruisse, cum nulla sit in hoc mundo regio, nec locus, nec corpus, à quo aduentare animus potuerit? Et tamen exterius eum ingredi dixit. Vidisti quoque, vt Psellus proposuerit, penèque declarauerit locum superius adductum ex Aristotele: Non subsistit anima corporeis temperamentis, vt quidam in Phædone suspicantur: nec femini, spumæque illi, substantiam debet suam: non eodem, atque corpus fati feminatur: sed habuit diuinitus, & supernè substantiam. Id igitur Aristoteles dicebat, ex femine, quod excrementum, vel spuma corporis sit, sensitiam, corporeamque animam creari: solam autem mentem alterius rationis esse, cuius omnis incorporea sit operatio. Ob id eam esse diuinam solamque exterius accidere. Quod quidem cæteri Philosophi communibus suffragiis omnes decreuerè. Vidimus enim apud Platonem, Opificè mundi, se principium, & fontem animorum confitentem, cuius, inquit, initium traditur vobis à me. Et quòd Dij minores acceptam, genitamque à Deo animam, in cluserint in formatum à se corpus. Aliaque plura, quæ post referentur. Igitur, & Pythagoras aperuit, propalauit, vociferatus est, quod Aristoteles occultè designauit: cuius dictum, animum exterius accidere, est quod Pythagoras omnibus prædicabat.

Descensus animorum.

Anima à cælo demissa.

Anima extrinsecus adueniens.

Genus humanum, diuinum esse.

Legibus.

Homo immortalis.

— Οὐδὲν, ἐπεὶ θεῶν γένος ἐστὶ βροτοῖσι.  
Aude, nanque genus diuinum mortalibus extat.

Genus diuinum esse nobis etiam mortalibus, propter corpus, vt Chaldaeus superius: animi autem origo, inquit Pythagoras, est à Deo. A quo genus ducimus, inde natus animus, propterea cognatus, & quod ait Aristoteles, συγγενέτατος, affinis, gentilis, vt Marcus. Tenemur agnatione diuina. Genus nostrum, id est, eius, qui verè homo est, nempe animus, non est à corporeo, corruptibilique mundo, sed à Deo. Propterea diuinum genus est nobis, vt haudquaquam timere, quasi morituri, debeamus. Imò fidendum est maximè, magnaque cum alacritate viuendum, quibus non sit cum his quæ moriuntur, & intercunt, agnatio, sed cum Deo immortalis. Cernis autem Pythagorà eodem nomine atque Aristote-

Aristoteles vt? Relinquitur, inquit Philosophus, mentem solam extrinsecus aduentare, solamque esse θεῶν, diuinam: Pythagoras autem, diuinum genus, satus diuinus, diuina cognatio, natura, origo, ortusque diuinus nobis, propterea non mortalis. Eadem deprecantem, & quid senserit Aristoteles declarantem nostræ Theologiæ antistitè, etiam Arati testimonio, qui similiter atque Aristoteles, & Pythagoras, licet Aristotele prior, fuerat locutus, allato, considera: Ipse, inquit diuus Paulus, Deus cum sit Dominus cæli & terræ, non in manufactis templis habitat, neque manibus humanis colitur, alicuius indigēs. Ipse dans omnibus vitam & spiritum in omnibus, creauitque ex vno sanguine omnem humanam gentem. In ipso, inquit paulò post, viuimus, & mouemur, & sumus, sicut quidam è Poëtis vestris dixerunt, Huius enim genus sumus. Genus igitur cum sumus Dei. & quæ sequuntur. Visum quid sentiat Aristoteles & Pythagoras. Diuinè quoque & similiter atque hi omnes, animi substantiam, & fontem declarauit Trismegistus ad Asclepium: ἡ νῆς ἐν ἑκῆ βῆτιν ὑποπερμημίως ἐσιότητος τῆ θεῶ, ἀλλ' ὡσαύτῃ ἡ πλάσμιος καὶ ἀθάνατος τῆ ἡλίου φῶς: Mens, inquit, non est abscissa ex Dei substantia, sed quasi explicata, sicut Solis lumen. Quis est igitur tam infelici iudicio, tanta impudentia, quanquã habent os hodierni Peripatetici, & frontem perfricere, non omnes dico, qui non videat Mercurium, Pythagoram, Aratū, Paulum, Chaldaeam aperientes, quòd obscurè protulit? Aristoteles, exterius animū ingredi, videlicet ortus illi diuinus est, genus, generatio, natales diuini, non mundani, non corporei, corruptibiles, diuina stirps. Hoc item clarius exposuit Marcus, vt qui sententiam Aristotelis super eo verbo θύραθεν, à foribus, vel non intelligant, vel deprauet, id de intellectu vel Dei, vel vniuersali quodam exponentes, aut de intellectu, siue intellectiōe, & doctrina, quæ paulatim exterius aduenet, sit locutus, merito cæteros magnos viros audientes, à pertinaci, stultaque hac sua persuasione dimoueantur. Quid enim verisimile sit aliud Aristotelem sensisse, quàm quòd est apud Marcum in Tusculanis, & in consolatione? Animorum, inquit, in terris nulla origo inueniri potest. Nihil est enim, inquit, in animis mistum, atque concretum, quòd ex terra natum, atque factum esse videatur. Nihilque humidum, aut flabile, aut igneum. His enim innatum nihil inest, quòd vim memoriæ, mētis, cogitationis habeat, quo & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti possit præsentia, quæ sola diuina sunt. Hæc ratio Marci nostri de immortalitate animi latior, verbisque Latinis declarata est, quàm sæpe Græcè, & ad morè Philosophorum posuit Aristoteles in secundo de Generatione animalium. Nam cum diuisisset, omnes animæ species, aut separatas esse, aut non separatas, aut quasdam separatas, quasdam non vel nasci, & esse in femine maris, non exterius ingredientibus aut in semen maris ingressas: aut exterius accedere omnes, vel non: quòd non omnes prius fuerint, quàm ingrederentur, clarum esse hac ratione: Quæcunque enim principia habeant operationes corporeas, ea sine corpore esse non posse, vt incedere sine pedibus, vt id non possit exterius accedere. Neque enim ea principia ipsa per se introire posse, vt inseparabilia, neque corpus introire. Semè enim excrementum ventris esse. Solam igitur mētem ingredi exterius, solamque diuinam esse. CNeque enim cum operatione eius vlla ratione cōmunicare operationem corporeā. Hæc ratio est, quam Marcus attulit, memoriæ cogitationis, prouidentia. Hæc enim sunt operationes incorporeæ, ab incorporeo principio nascentes.

Art. 17.

Mens non abscissa ex Dei substantia, sed quasi explicata.

Tuscul.

Animarum distributio.

Quòd confirmavit Aristoteles eandem sententiam alijs locis, quibus sensit aperteque pronuntiauit animum à corpore segregatum, idemque restantur Peripatetici eum sensisse.

CAPVT IX.



ANC item Aristotelis verè sententiam fuisse, non is modò, & omnis qui in libris de Anima est locus, sed & ille in Moralibus, ab alijs etiam animaduersus, cui mille tenebræ ab inimicis veritatis offundi possint, abunde testatur. Est autem in decimo. Illic perspicuè duas ostendit confiteturque hominum vitas: alteram, qua viuunt secundum compositum: alteram, qua secundum mentem, ac intelligentiam. Virtus item, & operationes esse duplices, alteras secundum compositum, quæ propriè vocentur ἀνθρωπινὰ, humanæ, quasi corporeæ, & in hac vita: alteras separatas, mentis & intelli-

Duplex hominis vita.

Perfecta felicitas in quo sita maxime.

Vita vera secundum mentem.

Operationes animorum quae.

Dij beatè vivunt.

Beatitudo non est composita.

Contemplationes nostrae plerumque fallaces.

gentia: ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἔστι ἀρετὴ ἀνθρώπων καὶ ὁ βίος δὲ ὁ κατ' αὐτοὺς, καὶ ἡ εὐδαιμονία, ἡδὲ τὴν κατὰ εὐδαιμονίαν. Quae sunt, Virtutes, inquit, compositi humanæ, vita quoque quæ secundum eas agit. Sic item felicitas. At verò virtus, & felicitas mentis, est separata. Hæc Aristoteles. Superius autem veram perfectamque felicitatem, declarauerat mentis actionem, ac contemplationem: sed eiusmodi maiorem esse, quàm secundum hominem. Neque enim quatenus homo sit, sed quatenus diuinum quiddam in se habens, eam vitam ab eo agendam. Quanto autem differat hoc à composito, tantopere differre operationem eius, ab operationibus, quæ fiant secundum alias virtutes. Quod si mens sit respectu hominis diuinum quiddam, etiam vita, quæ secundum hanc transigetur, diuinam respectu humanæ vitæ fore. Neque verò audiendos esse, qui nos hortentur, vt qui homo est, humana curet, & sentiat mortalis mortalia: sed pro viribus conandum immortalem effici, omniâque facere vt viuas secundum id quod optimum est. Denique concludit, vitam secundum mentem esse veram vitam ac felicitatem, quandoquidem is homo maxime sit. His Aristoteles verbis omnia continentur, quæ cæteri de immortalitate planè, & aperte attulerunt, Hominem esse plenum rationis animal, memoriæ, cogitationis, prouidentia. Quod animorum nulla in terris origo inueniri possit, quod sint separati, vt loquitur Aristoteles: separatos autem esse, operationes incorporeas, & separatas, & à corporeis operationibus omnino differentes, attestari. Tullius autem, quod in his nihil sit mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum, atque factum esse videatur. Nihil humidum, aut flabile, aut igneum, nihil ex quatuor elementis. Quia in elementis, & E corporibus nihil in fit quod memoriam, recordationemque præteritorum, futurorum prouidentiam contineat. Hæc Latine sunt, quæ apud Aristotelem, quod sint animi separati, quod operationes eorum, quæ sunt recordatio, memoria, cogitatio, speculatio, prouidentia, sint separabiles, videlicet à corporibus elementisque disunctæ, non habentes ab elementis principium, ac dependentiam, sed alterius generis diuinius, quod non inueniatur in terris. Hoc Aristoteles appellat separabiles. Atque cernis eum, eadem loquentem in moribus, atque in libro de Generatione animalium. Illic quod animus solus, siue mens, quem cæteri dicunt intellectum, est diuina, sola ingreditur extrinsecus, sola separabilis est à corpore, nullum cum corpore coniugium habens: non nascens è spuma prolifica. Idque rationibus, quæ sint facultatum, ipsarumque substantiarum indicia, colligebat. Hic variis modis separat animum à corpore, quod verus homo sit animus, quo felicitas humana vera sit non secundum corpus, aut secundum compositum ex animo, & corpore, sed secundum animum seu mentem solam, qui verus homo sit, cuius virtus, felicitas, & beatitudo sit separabilis. Quod hæc beatitudo sit maior, melior, quàm humana, videlicet terrena. Quibus verbis prudentissimus quisque noscet, Aristotelem hæc loquentem spectasse, mentemque fixam habuisse ad eam beatitudinem, quam in primo de Cælo, de his qui degant extra cælum beatè, prædicauit: quanquam in eisdem Moralibus, iuxta consensum mortalium, Diis immortalibus attribuit, qui dicantur viuere beatè. Cum autem beatitudo non sit somnus, & dormitio, sed actio maxima, ac beatissima, Deos autem à corpore separatos nihil agere corporeum, necesse sit, relinqui duntaxat eos contemplari. Quid autem contemplentur, idem Aristoteles prope modum cognouit, & passus est. Hanc igitur animorum vidit, & spectauit in Moralibus felicitatem, similem videlicet ei, qua Dij fruuntur, à coniugio corporis segregati. Eiusmodi enim animos esse nostros, quales Deorum innuebat, etiam in corporibus separabiles à corpore. Nam quod hanc vitam beatam senserit Aristoteles, liquidd verba eius ostendunt. Si enim, quam proponit, beatitudo, felicitasque non est compositi, dum autem sumus in corpore, sumus in composito, certè spectabat eam felicitatem, quæ quidem in corpore nemini contingere possit, nisi munere diuino, in ecstasim raptus, sopitisque sensibus, videat arcana Dei. Huc adde quod nulla in corpore fruimur clara, lucidâque speculatione, qua possimus esse beati. Nec potest animus occurrere nostris, sed que aspectabilem exhibere, quod eos fatiet perfecto solidoque gaudio. Non cælum, terræ, maria, terrestria, cælestia. Tum in loco sumus, vbi nulla vnquam eiusmodi contigit contemplatio, quæ redderet quenque perfectè beatum. Quid quod nostræ speculationes plerumque falsæ, fallacesque, vel ipsius Aristotelis testimonio, qui sæpe priscos illos carpit Philosophos, arguitque erroris? Quid quod speculationes, vel à nobis ipsis oriuntur, generantur, vel à libris, monumentisque aliorum? Sed sibi quisque pessimus magister: libri

A libri ferme cuncti scaten erroribus, & fabulis. An Aristotelis libros legens, & sciens que tradit, ero beatus, non potius ærumnosus? Quæ quidem beatitudo ei priori, qui ista tradit, contigisset, quem nunquam ego puro fuisse beatum. Cum igitur omnis humana, & in corpore speculatio cuiuscunque modi neminem possit beare: Perfectam autem beatitudinem Aristoteles statuit in animo cognoscete: certè non potuit aliam spectare beatitudinè, nisi diuinam, de qua locutus est vberimè Plato in Phædro. ipse quoque Aristoteles vidit eam in libris de Cælo, asserens eos, qui sunt extra mundum, nec tēpori nec casibus subiacentes, nec locis inclusos, viuere perenniter beatos. Aliis autem locis hos ipsos asserit nulla corporea voluptate, sed intellectuali, semper beatos. Aliàs definiuit Deum supremū cognoscendo seipsum beatum. Hæc igitur est omnium animorū beatitudo, sicut Dei, sic cæterarū mentium: contēplantur primum illum, ibi philosophantur, speculantur, illinc omnem voluptatem decerpūt. Hanc Aristoteles necessariò, non aliam beatitudinè vidit, siquidem in terris non inuenitur. Beatitudinè enim non esse rem vanā, & quæ nūquā sit, necesse est. Ex hoc igitur loco cognoscitur. iterū Aristoteles separatos animos, ac diuinos dixisse. Idque agnouerunt eruditi. E quibus Michaël Ephesus eo ipso loco: βέλτιον μέλλον, καὶ ἀθροιστὸν λέγει τὸν ἕν ἡμῶν. τὸν γὰρ ὄντως καὶ μάλιστα ἀθροιστὸν ἐν λογικῇ ζωῇ πηθεταί, καὶ διττὸν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀποφύγεταί. ἓνα μὲν τὸ ἐν ψυχῇ, καὶ σώματος, ἕτερον δὲ τὸ ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν, ἐν τῷ κατὰ τὴν ἀρετὴν εἶπε τὴν εἶναι ἐν τοῖς μεγάλοις ἡθικοῖς. καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶνδε βιβλίων. ἄλλον δὲ τὸν ἀρώτως καὶ ὄντως ἀθροιστὸν τὸν ἐν ἡμῶν ἕν. ὑπερὶ ἧ περιέχον ἐπὶ χωριστοῖς δὲ τῷ σώματος ἔστιν αὐτὸ τὸ ὄντως ἔστιν. καὶ διττὸν καὶ ἐν τῆσδε, ὡς οἱ λέγοντες τὸν ἀριστοτέλη, θητικῶν διὰ τὴν πλὴν ψυχῆν, ἔστιν τι λέγεσθαι ἀληθές: Particulam, inquit, meliorem, & hominem dicit mentem nostram. Siquidem verum maximèque hominem in rationali vita constituit. Eumque duplicem in his ostendit: Alterum ex animo & corpore, cuius beatitudinem definiuit in magnis Moralibus, & in primo huius operis libro, viuere secundum virtutes. Alterum autem qui primo, ac verè homo sit, mens nostra, de qua profecquens differet. Quidquid autem hoc est, à corpore segregatum est. Ex his item fit perspicuum, eos qui dicunt Aristotelem opinari animam mortalem, nihil verè loqui. Hæc ille.

Beatitudo perfecta in animo cognoscete.

Bonum maximum in vita rationali.

Ex his quæ scripsit in libris de Anima & de partibus animalium similis probatio: & quod hoc ipsum interpretes Græci contendunt Aristotelem sensisse.

C A P V T X.



ADEM apparent ex libris de Anima. Quo loco operæpretium est nosse quæ etiam magnorum virorum est sententia, aliud esse apud Aristotelem ψυχήν, animam, aliud quæ dicitur νῆς, mens, intelligentia. Priorem, quia corporis perfectio & actus est, corporis inquam organici, naturalis, cum corpore censet interire. Quasi corporis harmonia, quemadmodum in Phædone Platonis quidam disputant, cessans cum corpore, sicut cum cithara perit harmonia. At eam quæ dicitur mens, etsi in anima in sedeat tanquam vehiculo, & separabilem à corpore vbique dixit, & alterius omnino generis, cuius actiones, & operationes nulla cum actionibus compositi, aut corporis, & harmonia communicatione sociantur. Separatum prorsus, aliudque omnino rerum genus, vt ætherium corpus ab aliis corporibus longè distat. Hanc igitur mentem vbique prædicat immortalem, diuinam, similemque naturæ Deorum. In libris de Generatione animalium, ab elementis non nasci, segregarique, exterius aduentare. In Moralibus separari, seiungique à corpore, & à composito, vt quæ ab eo nihil gerat, aliunde nata. Verus homo, pars diuina. Cuius duntaxat sit felicitas vera. In libris de Anima multus est in separando alteram ab altera. Atque de mente clarissimè pronuntiat: καὶ ἕτοις ὁ νῆς χωριστὸς καὶ ἀμειγρὸς, καὶ ἀπαθὴς τῇ ἕστει ὧν ἐνεργεῖται. Atque, inquit, hoc modo mens est inseparabilis, & impermixta, & impassibilis, substantia existens actu semper, & operans. Paulò autem potest clarius, & apertius, vt nulla superfit dubitatio: χωριστοῖς δὲ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὑπερὶ ἔστι, καὶ τῶν μόνον ἀνάμεικτον, καὶ ἀίδιον. Separatus, inquit, & segregatus est animus, quidquid est. Et hoc solum est immortale, & sempiternum. Quid apertius? Rursus eodem libro: Quæ igitur, inquit, vocatur intelligentia, siue mens in anima (dico autem intelligentiam, qua intelligit, opinaturque anima) nihil est actu omnium antequam intel-

ψυχή & νῆς: anima & mens differunt.

Mens immortalis.

Verus homo, pars diuina.

Intelligentia.

mens duplex.

ligat. Quocirca verisimile fit, eam cum corpore non esse permixtam. Quod enim fit è D corporibus. Hæc Philosophus. Sciendum verò apud Græcos duplicem esse mentem, siue intelligentiam: alteram, quæ intelligit: alteram, quæ intelligitur: vocitantes mentem ipsam rem intellectam. Hæc propriè dicitur διάνοια, discursus, cogitatio. Hanc postremam dicit corruptibilem, ipsas scilicet intellectiones, animo nunc inhærentes, nunc abscedentes, & evanescentes. Priorem, quæ est ipsa potentia, substantiâque mentis, incorruptibilem. Clarè quoque & apertè dixit in secundo: *ὅτι δὲ τὸ νῦν, καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως ἔδει παρὰ τὸν ἄλλον, ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. καὶ τὸ τοῦ μόνου ἐνδέχεται χωρῆσθαι, καὶ ἄλλοι τὸ αἰδιον τῆς φαντασίας, τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς ψυχῆς, φανερόν ἐστι τῶν ὅτι ἐν ἑβὲ χωρεῖται.* De mente, inquit, & facultate speculatiua nondum perspicuum est. Sed videtur aliud animæ genus. Et hoc ipsum solum potest separari, tanquam sempiternum à corruptibili. Cæteras animæ partes, ex his manifestum est, non esse separabiles. Hic clarè, & apertè, vt cogar admirari, qui contraria sentiunt, Aristoteles quid inter mentem & reliquas partes animæ interfit edocet. Declarat etiam quid sit separabile, nempe sempiternum, incorporeum, incorruptibile. Talis est, inquit, mens, & ea, quæ dicitur vis speculatrix. Separatur à corpore, perinde ac res incorruptibilis & sempiterna à corruptibili. Ipsa incorruptibilis, reliquæ partes corruptibiles, post corpus non remanentes, sola illa remanente. Agnoscis igitur ea, quæ Tullius noster ex his & aliis Græcorum fontibus. Animorum, inquit, in terris nulla origo inueniri potest. Nihil est enim in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum, atque factum esse videatur, aut quod humidum, aut stabile, E aut igneum. Vbi est igitur quorundam malefactorum, qui sibi impiè philosophando, supercilium, sapientiâque arrogant, doctrina, non religionis modò, sed Philosophiæ bonæ deprauatio? Luce clarius est quid sentiat Aristoteles, cæteris Philosophis apertius, quod occultius ille, differentibus. Probant item Græci Aristoteli separabilem à corpore diuinamque esse, & immortalem mentem, ex illo in vltimo de partibus animalium loco. Vbi dicit: *πότερον φησὶ ὅτι πᾶσι ψυχῆς τῶ φυσικῆς ἐστὶ ἀσχεληθῆναι, ἢ ἢ ὅτι πᾶσι, ἀλλ' ὅση μὴ ἀνεὺ τῆς ἕλης ὡς οἱ δὲ ψυχῆν χωρεῖται τῆς ἕλης: Vtrum, inquit, de omni anima, Physici est differere, an non de omni, sed solum de ea, quæ sine materia est. Ex quo, inquit Græci, animam separabilem à materia sensūt. Simplicius quoque afferens Aristotelis testimonium super hoc, Quod enim Deus est semper, inquit ipse Aristoteles in vndecimo Metaphysicæ, *τὸ τοῦ ἡμῶν ποτε καὶ τὸ δυνάμην διὰ δὲ ἡμῶν τῶν τῶν. χωρεῖται δὲ ὁ θεὸς αἰεὶ, καὶ ἡμῶν δὲ, εἰ καὶ ποτε.* Hoc sumus nos aliquando, videlicet pro viribus nostris. Segregatus autem est Deus semper, etiam nos igitur, tametsi aliquando, hoc est, anima à corpore, disiuncta. Sic ait Simplicius in libris de Anima: vt vndique fiat perspicuum separatæ naturæ mentem Aristotelem sensuisse. Super his item verbis, quæ paulò antè produximus, Et hoc solum immortale, & sempiternum, Simplicius, *ὅτι τῆς αἰετῆς ἀξίον τῶ παντὶ λόγῳ, θεῶν δὲ τῶν ἐσιώδη τῆς ψυχῆς νῦν, ἀθάνατον καὶ αἰδιον ἔσποφάμεται, ἵνα καὶ ταύτη, πλὴν τῶν πλῆθονα αὐτῆς συμφωνίαι ἔμα θαυμάσιον: Animaduertere hoc verbum operæpretium est. Substantialem animæ mentem immortalem, & sempiternam pronuntiat, vt & hac ratione, concordiam F eius cum Platone simul agnoscamus. Hæc Simplicius. Super eo item, vbi Aristoteles dicit in libris de Anima: *ἢ μνημονεύου μὲν δὲ, ὅτι τὸ τοῦ μὲν ἀπαθῆς, ὁ δὲ παθητικὸς νῦν, φανερὸς, καὶ ἀνεὺ τῶν ἑδῶν νοεῖ:* Non recordamur, inquit, quoniam hoc quidem impassibile est, mens autem passibilis, corruptibilis est, & sine hoc, nihil sentit. Hæc declarans Simplicius, non recordamur, inquit, *τῶν τῶν τῆς γενήσεως, eorum, quæ ante natiuitatem, vel antequam nati essemus: quia descendens animus in corpus, erat sine phantasia. Nihil intelligit autem non simpliciter, nam animus substantia est, ἐνέργεια, operatio, sed in corpore sine phantasia. Hæc ille. Quibus probatur Aristotelem mentem sentire à corpore segregatam, vt quæ esset, antequam in corpus intrasset, eiusdem futura naturæ post discessum. Quæ separata sentiebat sine phantasmate, pura, in corpore autem sine phantasmate cognoscere non potest, ideo non recordatur eorum, quæ vidit antequam venisset in corpus. Quanquam alius codex habet non recordatur eorum, quæ post mortem. Quod quidem esset clarius. Ex quo probatur, eandem eius atque Platonis super animi separatione sententiam. Probat eum sentire, quæ superius Chaldaus, Missa est nobis anima magna induta mente. & quod Poëta:***

Trist. i.

mens fuit ante corpus.

Ouid. 3. de arte. Tristul. 1.

Sedibus ætheris spiritus ille venit.

Et quod Tullius, Animorum in terris nulla origo inueniri potest. Simplicius item in hanc

Ahanc sententiam de immortalitate sic apparet propensus, vt dicat optimos Philosophos, qui hoc senserint. Videtur, ait super libris de animis, loquens de Alcmacone, optimè Philosophatus, vt licet ex his quæ Aristoteles adducit cognoscere: *ἀθάνατον γὰρ λέγει τὴν ψυχῆν, ὡς ἐοικυῖαν τοῖς ἀθάνατοις:* Immortalem enim dicit animam, vt quæ similis sit immortalibus. Et apud Platonem, inquit, dicitur immortalibus *ὁμόνομος:* Super primo quoque Physicorum idem sic perhibet de intellectu: quorum alter dicatur intellectus, potentia, alter intellectus actu: prius coniunctus cum irrationalitate, alter segregatus, *τὸ δὲ χωρεῖται, οἷος ὁ ἐνεργεῖαι λεγόμενος νῦν.* Velut animus, siue mens actu. Est autem, si quis rectè consideret verborum Aristotelis, quibus dixit, solam, quæ dicitur mens, ingredi exterius, solamque diuinam esse, sensus, & interpretatio, qua Marcus Tullius pro Rabirio dixit, Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes diuinæ mihi, atque æternæ videntur esse. Agnoscis duo Aristotelis verba, quorum alterum, Mentem diuinæ, & quia diuinæ, æternæ: Quod ab Aristotele dicitur *θεῖον χωρεῖται*, in libris de Anima *αἰδιον*, diciturque de cunctis mentibus humanis, non vna, exterius affidente, quod ne fieri quidè potest.

Intellectus duplici modo accipitur.

Quod Marcus Tullius pro cunctis Romanis animum & corpus affirmat à Deo Supremo creatum, ipsumque animum esse ad imaginem, & similitudinem Dei: & quod cum Mose iure consentit.

B

CAPVT IX.



GITVR priores considerationes fuerunt, hominem totum, siue animum, siue corpus à Deo creatum, veluti lucem immortalem in creatione, quod Trismegistus, Philo, Pythagoras differebant, radiasse: postremò quod cum eiusmodi naturæ sit, nihil habet corporeum, sed à corporibus seiunctam, segregabilemque naturam. Hæc autem cunctorum consensu comprobantur. Probatur enim Aristotelem, corpus, opificiumque humanum, quæcunque eum cogitatio tenuerit, opus Dei iuxta Theologiam Mosaicam confessum. Item quoniam confessus est, animum, seu mentem exterius ingredi, potuit probari, ipsam quoque mentem diuinitus affari eum dixisse, nisi velit eam, quod tamen magna incommoda sequentur, ingenerabilem, & incorruptibilem. Tum quoque monstratum, separatam, æternamque substantiam, & immortalem animi naturam eum asseruisse. Quæ sunt omnia in Theologia Mosaica. Denique quod apud omnes declaratum animos immortales, est quod, vt Moses scripsit, sunt ad imaginem, & similitudinem Dei: Et quod Aratus dicebat assertum à diuo Paulo, Genus eius sumus. Id etiam Aristoteles confessus, vt totam animorum Theologiam veram appareat eum comprobasse. In decimo de Moribus mentem, siue animum vocat *ἀείρον, οὐρανόειστον θεοῖς*, optimam, Diis quoque maximè finitimam, & consanguineam, eiusdem maximè generis, similis naturæ. Et hac similitudine retenta, & exulta, vocat sapientem, qui excolat, & ornet animum, *θεοφιλέστατον*, Deo charissimum. Vides igitur eum asserere, vnum genus hominis esse atque Dei. Moses diceret, vnam imaginem, vnam similitudinem. Hæc similitudo immortalitatem declarat. Designatur enim animorum naturam nullam cum corporibus, elementisve, omnique visibili mundo, societatem, similitudinemque gerere, sed cum natura diuina modo. Eoque separabiles eos dixit, & sempiternos; eorumque eandem atque Deorum supremam felicitatem censuit. Nam felicitatem Dei pronuntiat esse, *ὡς τὸ θεῶ ἐνέργεια μακρολόγησι ἀφ' ἐφ' ἑρῆσαι, θεωρητικῆ δὲ εἶναι:* Speculationem beatitudine mirabili. Huiusmodi quoque tribuit animis humanis beatitudinem. Prosequor igitur cæteros etiam, & factos à Deo animos nostros, & simili natura imaginèque insignitos prodidisse. Nam Tullius pro cunctis Romanis, quorum in Philosophia, rerumque magnarum cognitione facile princeps, antequam illucesceret veritas hodierna mundo, diuino naturæ instinctu, & hac ipsa, de qua loquimur, quam dedit nobis Deus Diuinitatem, Est igitur, inquit, quoniam nihil est rationem elius, ea quæ & in homine, & in Deo. Prima hominis cum Deo, rationis societas. Deinde, vt homines agnatione, & gente teneantur. Ad hæc, quod aliquibus cohæreant homines, hoc est, societatem habeant cum hoc mundo, è mortali genere sumpsisse, animum esse

Repetitio eorū qua de anima disputata sunt hæcenus.

Anima dijs finitima.

De natura Deor. 2.

ingeneratum à Deo. Ex quo verè vel agnatio nobis cum cælestibus, vel genus, vel stirps, appellari potest. Eisdem libris, Nunc quoniam hominè, quod principium rerum reliquarum esse voluit, generavit, & ornauit Deus. Ecce Marcus omnem primum Mosaicam, exinde Peripateticam Philosophiam Latinis verbis luculentius aperuit. Agnoscis illud Aristotelis *θεογεν*, extrinsecus animum ingredientem: Scilicet generatus est à Deo. Nam fragilia quæ sunt in homine, vt Moses quoque perhibuit, è terra sumpta sunt; animus solus generatus à Deo: Moses diceret, afflatus. Princeps Peripateticorum, exterius ingrediens. Vnde ingrediens, nisi generatus à Deo? Agnoscis item declarationem nominis Græci apud Aristotelem *συγγενής τῶν αἰθέρων*, scilicet Latinè vel agnatio, vel stirps, vel genus cum cælestibus. Et diuus Paulus superius ex Arato, Genus, inquit, cum simus Dei. Et Pythagoras, *θεῶν γένος ἐπι βροτοῖσι*. Vides tot declaratores Hebraicæ Theologiæ, & nouissimorū temporum veritatis, antequam nuntius cælestis eam differuisset, humanis animis impressa. Denique Marcus idem concludens, & ea quæ Moses super à Deo concessa homini similitudine sua prodidit, mirabili consensu pronuntians dicit, lam verò virtus eadem in homine, ac Deo est, neque villo alio ingenio præterea. Est autem virtus nihil aliud, quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura. Est igitur homini, cum Deo similitudo. Nonne vides eandem Theologiã naturæ, atque Mosi; omniumq; gentium, quam Deus reuelauit? Alteram prodidit, attulitque de cælo Deus, alteram docuit Natura. Sed eadem vtraque est. Natura docuit hominè à Romanis sapientissimum, quod verissimum fuit, eoque naturale declaratum à Mose, hominè factum ad imaginem Dei. Moses ex notione, scientiæque diuina, vt priore, cæteri signis, & coniecturis, vt posterioribus acceperunt. Ex his igitur constat, vt Aristoteli fuit extorta prædicatio, locis inter se collectis, Deum corporis & animi humani autorem fuisse, animumque ipsum profectū exterius in corpus; eumque esse separatū à corporibus, ac immortalè: sic Tullium eandem scientiam de animo, & corpore docuisse. Siquidem non solum animum vt tam multis exemplis, sed etiam corpus, omnèque corporis opificium probatur eum autorem Deum clara voce prædicasse. Nam vt etiam in creatione animi insitam, quod Moses simplici verbo prodidit, Deum ad imaginem, & similitudinem suam, hominè creasse: Marcus Tullius perinde ac si Mosè interpretari Latinis decreuisset, dixit in primò de Legibus, Non faciam longius, huc enim pertinet animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominè, præclara quadã conditione generatum esse à supremo Deo. Ecce homo generatus à supremo Deo. Generari autem Latinis, non solum procreare est, sed etiam facere. Non est ab alio generatus; & creatus homo, nisi à supremo Deo; non à Sole vt impius, dementissimusq; Iulianus, non à minoribus Diis, vt secum dissentiens videtur in Timæo asseruisse Plato: sed à supremo Deo, quam ob causam, antiquissimus Poëtarum, patrem hominum, atque Deorum semper clamat. Ab illo supremo Deo est generatus, qui propter supremam virtutem, ac potentiam, cælum creauit & terras. Et quod eum ad similitudinè suam creasset, factus est animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij. Hæc enim est similitudo, imaginèque illa diuina. Quod autem corporis quoque Deū, quemadmodum & Moses, prædicauerit autorem, ei tribuens omnè membrorum, iuxta superiores, præcipuè Trismegistum, Archytam Tarentinum fabricam, adèd pulcherrimum est nosse, vt explicatiorem ferme super eo Theologiam tradiderit, quàm ipse Moses, qui compendiosè, succinctèque scripsit. Loquens igitur de quibusque pulcherrimè constructis à Deo membris, deque venis & arteriis, per quas sanguis & spiritus per omne corpus diffunditur: Vtræque autem, inquit, crebræ, multæq; toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis, diuinique testantur. En opus artificiosum, opus item diuinum, quemadmodum & Lactantius, dicit corpus humanum, venas & arterias per omne corpus frequentes esse, non nisi diuini operis exemplum. Tale quid innuebat breuiter succinctèque Moses, cum dixit, Deum tulisse limum terræ, inq; humanam effigiem eam finxisse, venas, & arterias adhibuisse. Totum retulit paucis Moses: Tullius cum cæteris, partes omnes. Nam prosequitur, Ad hanc prouidentiam Naturæ tam diligentem, tamque solertem adiungi multa possunt, è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à Deo, quàmque eximia tributæ sint; qui primum eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt Deorum, hoc est, stellarum cognitionem, cælum intuentes capere possint. Ecce Marcus, quod alius ex illis:

Virtus quid.

Homini pulchra ex Cicerone descriptio.

Homo, imago Dei.

Humani corporis fabrica. Vide Lactanti. cap. 9. lib. 2.

Oshomini

Ouid. 1. Metam.

A Os homini sublime dedit, cælumque videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Nonne subscribunt omnes ad vnum Hebraicæ Theologiæ, cum tot res datas hominibus à Deo fatentur, data interius, & exterius cuncta commoda, vt nusquam prouidentiam dormitasse, sed cuncta beneuolentissimè prouidisse iure dicendum sit? Atque vt membrorum apparatus omnem iam præteream, ipsam corporis staturam, quod erecta, & excelsa, ab humo que excitata sit, contemplanis, eò pertinere docentibus eis intelliges, quod homines decreuit, contra quàm cæteros animantes, cælum suspicere. Hoc Deus inuenit, fecit, cogitauit. Hæc q; non modò in secundo de Natura Deorum, tam sapienter, mirabiliterq; confessus est Marcus, sed repetit etiam in primo de Legibus, Figuramque corporis, inquit, habilem & aptam ingenio humano dedit. Nam cum cæteras animantes abiectissimè ad pastum, solum hominè erexit ad cæli cognationem, domiciliique pristini conspectum excitauit. Hæc tamen Naturam, superius autem Deum fecisse confitetur, agnoscis tamen eodem in loco eum habere Naturam, atque Deum, cum tribuit eadem opera vtrique, sicut Aristoteles, Deum atque Naturam semper in Philosophia sociat. Et Natura sine ratione, ac mète temeritas, & casus est, ratione autem prædita, quod ipse docet, operansq; cum sapientia, solus Deus. His igitur facile cernitur, eandem esse super humana creatione, omnium gentium, atque ipsorum etiam Romanorum (Nam Marcus cunctis eis ferme doctior, & eloquentior pro cunctis perhibet) atque Mosaicã, Hebræorum, ac nostram Theologiam. Omnis enim is de creatione hominis, de pulchritudine totius opificij, de membrorum venustate, multiplex apud eos sermo est, eorum explicatio, quæ paucis, & ad morem Hebraicæ linguæ prodita sunt à Mose de imagine, & similitudine diuina, de dominatu super omnes animantes, & omni terra: Cum primis, quod ipse creaturus Deus accessit, manus suas admouit: quæ diuinitus illi quoque prodiderunt.

Natura, Deus idè apud philosophos.

B

Varia, multiplicesq; Seneca sententia de immortalitate, originèque animorum. Fateri eum delibatos, aut fusos eos à spiritu diuino. Futuros in æterna requie inter beatorum choros post à corpore discessum. De eorum cum Diis cognatione, de sempiterna luce, fortunatorum sedibus.

CAPVT XII.

C IRABILIS igitur est Romanæ, quemadmodum Græcæ Theologiæ cum Hebraica, de conditione animorum concordia, siue sit eorum designandus ortus, atque origo, siue natura, proprietâsque, siue futurus eorum post à corpore discessum, status. Huius Theologiæ Romanæ diuinus alius interpres Seneca, omnia ferme scripsit, de animis, quæ sacra litteræ, vatesque cælestes philosophari solent, clarus assertor, explicatorque eorum, quæ Plato ante eum Aristotelesque scripserant de natura animorum. Si quis enim scire velit, quid Aristoteles senserit, cum dixit solam mentem, quæ Græcè dicitur *ψυχη*, Latinè vel intellectus, vel animus, vel mens, venire exterius, ab alia origine ad corpus, Seneca tibi plene declarabit. Siue quæ Plato de beatitudine animorum, vbi corpus deseruissent, Primumque cum dubitationem de anima in Epistolis iniectisset, quemadmodum Aristoteles, & Plato soliti sunt, demum totum se dedit in assertionem immortalitatis, magnisq; verbis æternitatem eorum, puritatem, beatitudinem declarauit. Quod ergo dubitat in Epistolis dicens, Itaque de illo querendum est, num possit immortalis esse: Hoc quidem certum habe, si superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse perire. Propter quod non perit, quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quicquam noxium æterno est. Quod ergo Seneca dicit nunc dubitanter, quanquam dicat animum non perire, deinceps omni dubitatione depulsa, totis libris suis constanter affirmat, animos æternos, primum ad Gallionem: An illud verum sit, & à me probatur maximè, homines diuini spiritus esse partem, ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terra reluxisse, atque ex alieno loco exisse. Audis verbum Aristotelis, quo dixit animos ingredi in corpus *ψυχαί*, exterius. Declarabit tibi dicetque Seneca, ex alieno loco, deinde à spiritu diuino, vt clarius intelligas. Et Marcus,

Aristot. de generatione animal. lib. 2. cap. 3.

Seneca, de animo.

Homines, diuini pars spiritus.

M

*Mens, radiatio Dei.* Nec inuenietur vnquam vnde veniant, nisi à Deo. Dicit etiam animi creationem, fuisse radiationem, scintillam, quemadmodum Moses appellat insufflationem, afflatum. Et hanc Moses à Deo, Seneca à spiritu diuino. Dicit autem Seneca animum esse partem spiritus diuini, non scilicet substantiæ diuinæ partem, sed quod postea expressit, particulam, radium quendam, scintillam proiectam à luce sua: Sicut Moses flatum: Altero lucis exemplo, altero insufflationis vte. Vtitur enim etiam Philo Theologus Hebræus fulgoris exemplo, dicens animum esse ἀπυρόσματα quandam scintillationem. Quo declaratur spiritualis animorum creatio. Ostendens etiam Seneca diuinam, non terrestrem, fragilem, corruptibilemque animorum originem, & quod Marcus ait, Animorum in terris nulla origo inuenire potest: sic dicit ad Lucillum, Animum, inquit, excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quidquid timemus, optamusque ridentē, cælestis potentia agit. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Itaque maiore sui parte illic est vnde descendit: quemadmodum radij Solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, vnde mittuntur: sic animus magnus, ac sacer, & in hoc dimissus, vt propius quidem diuina noscamus, conuerfatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Illinc pendet, illuc nititur, ac spectat, nostris tanquam melior interest. Audis & hic quoque, Vnde descendit? Demissus in hunc mundum, in hoc corpus. Audis origini suæ inhæret? Eoque Deus est finis noster, & desiderium. Semper illum naturaliter respicit animus, recognoscens originem suam. Repetit, inculcâtque tertio eandem sententiam Seneca, non in terris esse quemadmodum Marcus ait, sed alibi originem animorum. In Consolatione, Facilius, inquit, ad superos iter est animis ab hac conuersatione dimissis. Minus enim fœcis ponderisque traxerunt, antequam obducerentur, & altius terrena conciperent. Liberati leuiore ad originem suam reuolant, & facilius quidquid est illud absoluti transfluunt. Nec vnquam magnis ingeniis chara in corpore mora est. Sentis & in his item ad originem suam reuolantes animos? Audis iter animorum ad superos? Vides eos asserere cum Mosè, non esse de terra, aut aqua quemadmodum aliorum animantium, quos iussit Deus terram aut aquas producere, animorum originem, sed ipsum Deum qui creaturus animum alio creationis genere, venit ipse daturus de spiritu flatuque suo? Hæc origo fuit animorum. Dicitur à Mosè diuinitus edocto, dicitur & ab his, quos ipsa ratio prudens, & natura docebat. Inculcat de filio Martiæ, Ipse quidem æternus, meliorisque nunc status est, despoliatus oneribus alienis, & sibi relictus. Hæc quæ vides ossa circum nobis, neruos, & obductam cutem, vultumque, & minifras manus, & cætera, quibus inuoluti sumus, vincula animorum tenebræque sunt. Obruitur his animus, fugatur, arcetur aduersis, omne illi cum hac carne graue certamen est. Ne abstrahatur, & findatur, nititur illo, vnde dimissus est. Ibi illam æternam requiem manet. Hæc mirabilis Philosophus. In quibus sentis instinctum, qui fuit à Deo, cunctos homines docuisse, quæ docuit Philosophia cælestis, Quod hoc corpus ergastulum, & carcer est animi. Ob quam causam magnus ille Theologus clamat, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Audis etiam Philosophum profanum, nempe non Christianum, Æternam requiem animorum decantantem, cum solutis vinculis liberiores erimus. Audis etiam, Vnde demissus est, Moses, quemadmodum multi Philosophi, diceret A Deo dimissus. Audis quod ait sapiens, Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Addit eodem loco, Iacent, inquit, ossa, cineresque, non magis illius partes, quam vestes, aliâque tegumenta corporum. Integer ille animus paulum supra nos commoratur, dum expurgant inhærentia vitia, situmque omnis mortalis æui excutit. Deinde ad excelsa sublatus inter felices currit animas, excipitque illum cœtus sacer, Scipiones, Catones. Hactenus Philosophus ille diuinus. Certè nihil in his est, quod non penè videatur è thesauris sapientiæ hodiernæ depromptum. Totius Philosophiæ confirmatio. Eorumque omnium assertio, quæ principes Philosophorum Plato, & Aristoteles & omnis ante eos cœtus priscorum de animis æternis, puritate eorum, limpidaque sublimitate, variis modis cecinerant. Vides nullos egregios Philosophos, quos ingenij sublimitas separat à vulgaribus, non conuenisse super animorum immortalitate. Ecce integer animus, nihil terris relinquens. Quare nihil relinquens? quia, vt ait alius eminentissimus Latij Philosophus, Animorum in terris nulla origo inueniri potest. Ecce dicitur à Seneca, quod à nostræ sapientiæ, salutisque principe: Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cælorum. Is est

*Animi origo cælestis.*

*Anima separatio à corpore illecebrata.*

*Corpus, animi carcer. Philip. 1.*

*Sap. 9.*

*Magni Philosophi consentiunt inter se de animorum immortalitate.*

**A**Is est enim cœtus iustorum, beatorum cælicolarum, qui venientes è terris iustos triumphantes excipiunt. Ecce item philosophatur, vt mirabile sit, Seneca, de expurgatione quæ sentiuntur à nostris, quod foribus ex terrena habitatione contractis purgatur animus in locis, quos Deus ipse nouit: purgatus admittitur ad superos: purgatur autem non diutius, sed paulum, situmque mortalis æui excutitur. En felices animæ inter quas currunt animi iustorum sociæ canentes vnâ, triumphantisque. Amplius dici de beatitudine, æternitateque animorum non poterat. Hæc verò senserunt antea Plato & Aristoteles, sed Plato clara voce, Aristoteles obscurius. Addit item Seneca eodem libro, Erubescere quicquam humile, & vulgare, & mutatos in melius tuos flere, Æterna rerum per vasta, & libera spatia diuisi, non illos interfusa maria discludunt, nec altitudo montium, aut iniuæ valles, aut incerta vada sirtium. Tramites plani, & ex facili mobiles, & expediti, & inuicem peruij sunt, intermissique syderibus. Hæc ille. Vides & nunc animos mutatos in melius. Sentis descriptam libertatem animorum corpora egressorum, quos nec montes coërceant, nec maria discludant, quo minus inter se vitro, citroque commeet, alloquentur, seque inuicem fruantur. Asserens autem eandem sententiam, quod animi sacri mutentur in melius, beatique omnes æternis voluptatibus, socij se videntes, noscentisque fruuntur, dicit, cur in domo nostra diutissimè lugetur, qui felicissimè moritur? Coimus in vnum omnes, videmusque non alta nocte circumdati. Sic ille. Idem de animo nostro, quem Aristoteles vocat ψυχη, eodem libro, Animus, ait, contemplator, admiratorque mundi, pars eius magnificientissima, propria nobis, & perpetua, tandiu nobiscum mansura, quamdiu ipsi erimus. Cernis & hic perpetuam animorum naturam. Exprimens item apertiusque omnia, quæ apud Aristotelem, cæterosque habentur, differens, eodem libro, Ideoque nec exulare vnquam potest liber, & Diis cognatus, & omni mundo, omni que æuo par. Nam cogitatio eius circa omne cælum, & in omne præteritum, futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia, & vinculum animi, huc atque illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse sacer, & æternus est, & cui non possit iniici manus. Sic ille. Ecce sunt hic omnia Platonis, Aristotelisque de immortalitate animorum verba, sententiæ. Aristoteles in moralibus vocat animum Diis αἰγιόχοιοι. Seneca dicit Diis cognatum. Idem Aristoteles quarto de Generatione animalium, de aliis animæ partibus locutus, subiicit, Relinquitur igitur vt is, qui dicitur ψυχη, Latine animus, solus sit diuinus, & exterius aduentans. In libris de Anima, Immortalis, æternus. Audis etiam Senecam asserentem quæ noster Seruator: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Seneca dicit, Cui non possit iniici manus. Asserit etiam ore pleno, quæ Moses de similitudine animi cum Deo prodidit, dicens, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Seneca verò in eo, quod in sapientem non cadit iniuria, Sapiens autem vicinus, proximisque Diis consistit excepta morte, similis Deo. Quod autem de morte corporis sentiat, apparet, cum in eodem libro de consolatione scribit. Tunc peragratis humilioribus, ad summa prorupit, & pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, æternitatis suæ memor, in omne quod fuit, futurumque est, euadit omnibus sæculis. Ecce memorat animorum æternitatem. Declarans autem hæc omnia plenius, nec vllam ambagem relinquens de beatitudine, æternitateque animorum, congruensque cum Theologia nostra, sic scribit, in libro de Breuitate vitæ: In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari nauigantibus, nullus portus nisi mortis est. Ne itaque inuideris fratri tuo, quiescit, tandem liber, tandem tutus, tandem æternus est. Fruitur nunc aperto, & libero cælo, ex humili atque depresso in cum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas, beato recipit sinu, & nunc liberè vagatur, omniâque rerum naturæ bona, cum summa voluptate recipit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem fortitus est. Omnibus illud nobis commune iter est. Quid fata dessemus? Non reliquit ille nos, sed antecessit. Quid his mirabilius? quid aliud qui cælesti spiritu fuisset afflatus, cecinisset? Ecce igitur animus æternus. Ecce locus ille beatus, quem sentit, sed appellare non audeat. Est enim Deus, est regnum cælorum, est sinus Abrahæ. Ecce lux æterna, longe nostra melior. Ecce non relinquimur à nostris, sed illi nos antecedunt. Et hæc dixit non Christianus, non Hebræus, sed Romanus lingua, quem litteræ cælestes non imbuissent, sed ipsa

*Animus, contemplator mundi.*

*Matt. 10.*

*Sapiens, similis Deo, excepta morte.*

*Portus tempestatis huius vite, mors. Consolatio pulcherrima, de morte fratris.*

ratio duceret. Mirabile certè hodiernæ veritati, & in declarationem totius Philosophiæ D  
testimonium. Sui quoque similis, & in eadem confessione persistens, in Quæstionibus  
naturalibus ait, Surfum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admitti-  
tur. Et ita si minimum ex corpore secum tulit, si sordidum omne deterfit. Et expeditus,  
levisque, ac contentus modico emicuit. Cùm illa tetigit, alitur, crescit, ac velut vincu-  
lis liberatus, in originem redit. Et hoc habet argumentum Diuinitatis suæ, quòd illum  
diuina delectant, nec vt alienis, sed interest vt suis. Illic demum vixit, quod diu quæ-  
sivit. Illic incipit Deum nosse. Hæc ille. Quæ quidem rationes, Aristoteli quoque prio-  
ri placuerunt, cùm dixit in moribus speculationem animi, facultatèque intelligendi  
diuinam, alterius quàm omnes alias operationes generis esse. Dixit animum Diis pro-  
ximum, cognatum, dixit solum hunc esse diuinum, immortalem, sempiternum, incor-  
ruptibilem. In argumentum Diuinitatis eius accepit ipsam speculationem, quæ sola  
diuina sit, sola beatitudo animi, qui est verus homo: qua etiam Deus, qui est purus ani-  
mus, sit beatus.

Speculatio ani-  
mi, alia quam  
omnes alia  
actiones.

De sempiternis animis haustus ex origine diuina, ex eodem Seneca. De eorum  
diuina stirpe, atque natura. De natali die, quo peruolabunt ad superos. De  
vita beata post mortem, eiusque diuina descriptio.

C A P V T X I I I.

**D**ENIQUE non his omnibus, quæ pectore pleno, & velut copiarum cornu  
effudit contentus, in Quæstionibus naturalibus, & originem diuinitus  
eis esse, & immortalitatem asseruit, sic memorans: Animus verò diuina  
origine haustus, cui nec senectus vlla, nec mors onerosi corporis obstat,  
vinculis exolutus, ad sedes suas & cognata sidera reuertitur. Sic ille. Si  
quis igitur nosse vellet, quid Aristoteles sentiret, cùm dixit, Animum  
qui Græcè dicitur *ψυχή*, ingredi *ψυχῶν*, extrinsecus, nonne sentiet eum respexisse, quod  
apertius, & audacius is Philosophus exclamat, diuina origine haustus Moses sua lin-  
gua, diuino afflatu? Id Aristoteles quoque dixit, cùm mentem vocauit *νοῦς*, ex  
eodem maxime genere atque *Διὸς*, ex eodem fonte hausti. Marcus Tullius, vt appareat  
omnium sapientissimorum concordia, Animos ait decerptos delibatosque ex Diuini-  
tate. In libro quoque de Consolatione pulcherrima immortalitatis argumenta decan-  
tat. Mobilis enim, inquit, & inquieta mens homini data est. Nunquam se tenet: spargi-  
tur, & cogitationes suas, in omnia nota, atque ignota dimittit: vaga & quietis impatiens  
est, & nouissimarum rerum lætissima. Quod non miraberis, si propriam eius originem  
aspexeris, non ex terreno, & graui concreta corpore, ex illo cælesti spiritu descendit.  
Hæc argumenta, Aristoteli quoque mirificè placuerunt, ea omnibus libris suis vsurpan-  
ti. De Generatione animalium, quòd non sit ex semine, & graui concreta corpore. In  
libris de Anima, & in Moribus, quòd animo sit intelligendi diuina facultas, in omnia  
penetranti, æterna, spiritualia noscenti. Quibus rationibus adductis pronuntiauit  
eum, & omnes eius operationes *χωρῶν*, separatas, segregatas à concrezione mortali,  
non corporeas, non materiales, solum animum, seu mentem diuinam esse, exterius  
ingredientem. Clarissimè quoque sui similis semper, in Epistolis ad Lucillum pronun-  
tiat animos non extinguere, dissiparique in morte. Videturque etiam de resurrectione  
nescio quid effari. Epistola trigesima sexta, Et mors, ait, quam pertimescimus, inter-  
mittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Arbitror hic  
Senecam rerum reparationem, quam ab antiquissimis sæculis, & oraculis Sibyllarum  
audissent, innuere, quam & nostræ litteræ protestantur, cælum terrarumque nouam  
concinentes. Ab illis, & nostris vocata *παλιγενεσία*, regeneratio, reparatio: sed in me-  
liorem statum, quod illi fortasse non adeo cognouerunt. Refert igitur ad corpoream  
vitam, cùm ait, Mors intermittit, non eripit vitam. Cùm autem mos omnium sum-  
morum Philosophorum fuerit, vt super rebus abstrusioribus asserendis, cautè (nec-  
dum enim lux veritatis omnis apparuerat) incederent, præcipuè in hac de animorum  
immortalitate, eam denique sententiam, super his eorum, constitit esse, quam pluribus  
locis

Animi ori-  
go, & mi-  
gratio.

Animi actio.

Locus Seneca  
de renouatio-  
ne sæculi, lib.  
5. epist.  
Idem omnino  
sentit Nemo  
cap. lib. de Cō-  
solatione ad  
Martianum.  
Philosophi  
dubide rebus  
grauius as-  
firmarunt.

Alocis appertioribusque verbis postea confirmarunt. Quod ergo dubitanter ait Epistola  
sexagesima quarta, & fortasse, si modo vera fama est, recipitque nos locus aliquis, quem  
putamus periisse, præmissus est. Et quod paulò procul inde, Adice nunc, quòd si mo-  
dò corporibus solutæ animæ manent, felicioribus illis status restat, quàm est, dum ver-  
satur in corpore. Item, Magnus animus Deo pareat, & quicquid lex vniuersi iubet,  
sine cunctatione nunc patitur, aut in meliorem emittitur vitam, lucidius, tranquil-  
liusque inter diuina mansurus, aut certè sine vilo futurus incommodo, naturæ suæ  
remisecetur, & reuertetur in totum. Hæc inquam quæ cum dubitatione nunc pro-  
feruntur, multis aliis locis grandibus vocibus affirmantur, tota animi contentione,  
pulsis ambagibus, asseruntur. Exprimens enim animi diuinam, incorruptibilemque  
naturam, ait in eisdem Epistolis, libro octauo, Ratio autem nihil aliud est quàm in cor-  
pus humanum pars diuini spiritus mersa. Dicens rationem partem spiritus diuini, sen-  
tit quasi scintillam, afflatum, haustum, similitudinem: creationem animi declarans esse,  
non qualem corporum ab elementis corruptibilibus, sed ab origine diuina, iuxta Mo-  
saicam philosophiam, incorruptibilem, immortalem propter hanc ipsam originem.  
Audi autem aureos sacroque è pectore spirantes super æternitate sermones, in eisdem  
Epistolis: Tunc animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cùm emissus his tenebris,  
in quibus volutatur, non tenui visu, clara prospexerit, sed totum diem admiserit, & red-  
ditus cælo suo fuerit, cùm recepit locum quem occupauit forte nascendi. Surfum vo-  
cant illum initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac custodia exoluatur, cùm vi-  
tia discerit, purisque ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. En Seneca dicit ini-  
tia animi surfum esse, quo reuocetur semper animus, quibus vel in corpore purè, iuste-  
que viuendo intèresse possit, inchoans in terris Paradisum. Eadem affirmat, omnibus  
modis ingerit, cùm ait in ipsis Epistolis, Si cui virtus, animusque in corpore præsens,  
hic Deos æquat, illò tendit, originis suæ memor. Nemo improbe eò conatur ascende-  
re, vnde descenderit. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere,  
qui Dei pars est? Totum hoc quo continemur, & vnum est, & Deus, & socij eius su-  
mus, & membra. Capax est noster animus, perfertur illò, si vitia non deprimunt.  
Nam si aliena vi ad summa niteretur, magnus erat labor ire in cælum. Hæc ille. nunc  
etiam partem Dei dicens animum, eodem, quo superius monstrauimus, sensu intelli-  
gendus est. Quòd autem dixit, totum quo continemur esse Deum, visum superius, cùm  
de Deo loqueremur, Non scilicet mundanum corpus, sed omnem vitam per omnem  
mundum diffusam, diuinam rationem, potestatem vbiq; præsentem, per quem om-  
nes viuimus, à qua natus animus, natus autem non ex illa substantia diuina, sed emis-  
sus, efflatus ineffabili modo. Eoque ait, ferri animum ad autorem suum, nisi vitia de-  
presserint, graui pondere in terram detraxerint. Dicit item de eo qui nunquam que-  
stus est, qui paret legibus Dei. Habebat perfectum animum ad summa sui adductus,  
supra quam nihil est, nisi mens Dei, ex qua pars & in hoc pectus defluxit. Maximum  
inquam Lucili argumentum animi ab altiori venientis sede, si hæc in quibus versa-  
tur humilia iudicat, & angusta, si exire non metuit. Scit enim quòd exiturus sit, qui  
vnde venerit meminit. Hic quoque est ea Philosophia, à mente diuina fluxisse in  
hoc pectus particulam, natò & fato corpore ex semine mortali, cælitus animo demis-  
so, corporique deuincto, parte diuina immortalis, cum terrena mortali copulata. Flu-  
xisse autem ex mente diuina, ineffabili & incognito nobis modo, clamat item ab al-  
tiori venisse animum sede. Hoc illud Aristotelis *ψυχῶν*, exterius, extrinsecus, à  
porta, nempe ab altiori sede. Idem non rationibus modò de fonte naturæ petitis pro-  
bat, & animos oriri cælitus, ab immortalis fonte, & post discessum in immortalita-  
tis regna restitui, sed & hac ratione lætatur, qua Plato, & Marcus, Epistola cente-  
sima octaua, cùm inquit: De animarum æternitate differimus, non leue momen-  
tum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut Deos colen-  
tium. Sic ait. Hoc quidem argumentum, vt dixi, placuit etiam Platoni, Cicero-  
ni. Denique Seneca totis effusus habenis, omnibus disiectis ambagibus, nusquam  
amplius hæstans, sed plenis velis, immortalitatis portum ingressus, canit æternita-  
tem, requiem animòrum: & quasi de terris suspiciens eos sinu diuorum receptos, mi-  
ratur, exultat, inuitat ad hos triumphos omnes: vt penè miraculum sit, philosophum  
profanum velut ex adytis cælestis sapientiæ prædeuntem mysteria tanta pectoribus

Ratio, pars di-  
uini spiritus  
mersa in cor-  
pus humanum.

Beatitudinis  
animorū de-  
scriptio.

Signum ma-  
gni animi,  
mortem non  
metuere.

Consensus ho-  
minum.

Seneca Verba de animorum beatitudine.

plenis effundere. Epistola centesima secunda, Cum venerit dies ille, qui mistum hoc hu- D mani, diuinique fecernat tempus, hic vbi inueni relinquam, ipse me diei reddam: nec nunc sine illis sum, sed graui, terrenoque pondere detineor per has mortalis æui moras. Illi meliori vitæ, longiorique præluditur. Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus vterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partum, alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum cælum nisi ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quidquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas spectata. Transeundum est. Dies iste, quem tanquã supremum reformidas, æterni natalis est. Quid ista sic diligis quasi tua? istis operatus es? Veniet qui te reuelet dies, & ex commercio fœdi, atque olidi ventris educat. Aliquando naturæ tibi arcana reagentur, discutietur ista caligo, & lux vndique clara percutiet. Nulla serenum umbra turbabit, æqualiter splendebit omne cæli latus. Dies, & nox aëris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse dices, cum totam lucem & totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias obscurè intueris, & tamen admiraris illam procul. Quid tibi videbitur diuina lux, cum illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil fordium animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum testes ait. Illis nos approbari, illis in futurum parari iubet & æternitatem proponere. Quam qui mentem concepit, nullos horret exercitus, non terretur turba, nullis ad timorem E minis agitur. Huc vsque diuinus vates (sic enim aueo dicere) velut vnus è nostris, à naturæ secretis profectus, quem docuit prudentia, ratio, verus instinctus, imò spiritus ipse sanctus, qui sæpe profanis dedit cælestia loqui. Quæ nostri vates, nuntij certissimi, vocibus æthereis, per omnes generis humani sedes inuulgarunt, perspicua, notissima fecerunt, eadem ipse canit. Audis hic nobilissimas, Apostolicas penè voces: Alia origo nos expectat. Dies vitæ supremus, æterni natalis est. Ad aliam natiuitatem præparamur. In alium naturæ sumimur partum. Hora illa fatalis, non est animo suprema, sed corpori. Sentis quàm consonet cum diuino Paulo? Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Audis etiam lætitiã, felicitatem animorum, cum lux æterna, lux diuina tota clarebit. Cum igitur dicant hæc illi, qui non fuere Christiani, certè confitatur, solam illam esse, quæ supremo tempore cælitus fulsit, veritatem, cui Philosophorum, sapientissimorumque omnium voces consonarunt.

Nostra hac vita, peregrinatio. 2. Cor. 5.

De similitudine, & imagine animorum cum Deo, ex Platone, qui tota sua Philosophia hoc idem perhibuerit: Et quod hanc causam immortalitatis eorum asseruit.

CAPVT XIII.



IMMORTALITATEM animorum comprobendam prima, præcipuãque ratio, ex cunctorum mortalium cõsensu proposita fuit, quod non sunt ex mortali natura, elementorumque progenie: sed cum & à Deo, & ad imaginem Dei creatos eos asserant cuncti, doceri possemus omnes gentes Theologiam Mosaicam aut secutas, & comprobasse, inde præclaras has de nostrorum cum Deo similitudine animorum, sententias haurientes, aut ipsam rerum, quam Deus in primordio fecisset, veritatem hominibus apparentem, se declarasse, & ad sui confessionem ignaros eos fortasse Philosophiæ Mosaicæ, vocasse. Nam omnes superius mirabili consensu, de diuino genere animorum loquebantur: alij eos scintillas, quæ quasi ex Deo fulsissent, aut abscissiones quasdam ex eo: alij delibationes, & haustus: alij afflatus: alij genus eius, & stirpem eos appellantes. Et vt Aristoteles eos vocauit maximè consanguineos Deo, vt sic loquar, siue ex eadem agnatione, & gente, ex quo cunctis hæc erat fitma immortalitatis eorum ratio, sic Plato Philosophorum eximius, sæpe dixit idem, & vsus est hoc cum primis de immortalitate argumento. Moses ergo (vt Platonem cum eo conferam) scripsit, Deum ad imaginem, & similitudinem suam, hominem fecisse, eaque est ratio immor-

Homo, ad imaginem Dei factus.

A immortalitatis: in Phædone autem, hoc est, in libro de Anima, Plato, τῷ μὲν θείῳ, καὶ ἀθά- νάτῳ, καὶ νοητῷ, καὶ μορσιδῆι, καὶ ἀδιεργάτῳ καὶ ἀειώσαντι, καὶ καὶ ταυτὰ ἔχει, εἰαυτῷ, ὁμοίω- ται εἶναι ψυχῆν: Nõnne, inquit, censēs, animum esse simillimum ei, quod diuinum est, & im- mortale, & intelligibile, & vniforme, & indissolubile, & semper eodem modo similiterq; in se permanet: Ecce animus simillimus ei quod est diuinum, immortale, ceteraque, quæ sunt descriptio Diuinitatis, quam solet semper definire Plato, vt est in Timæo, & Politico, multisque aliis locis, eodem modo semper habentē, vniformem, indissolubilem. Quia solus, vt inquit ille, habet immortalitatem veram. Ad hæc νοητὸν, intelligibile, id est, quod sola mente possit intelligi, considerari, non oculis vt corpora, omniãque sensibus corpo- reis subiaccntia. Dicitque in Politico, τὸ καὶ ταυτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχει ἀεί, καὶ ταυτὸν εἶναι, τοῖς πάντων θεοτάτοις παρρητικῶν μύθοις: Habere similiter semper & eodem modo, idēque esse, solis diuinissimis congruit. Huic rei, simillimus est, ait, animus. Vides quanta cum Aristotele, & Platone, & horum cum Mose concordia? Aristoteles mens siue animus est Diis συγγένετος, propinquissimus. Plato, ὁμοίωτος, simillimus. Moses, Ad imaginem, & simi- litudinem Dei fecit illum. Marcus Tullius, Est igitur homini cum Deo similitudo. Idem multo mirabilius in Tusculanis, Ergo animus, qui, vt ego, diuinus, vt Euripides audeat di- cere, Deus est. Ex hac ratione Plato vult animos redire, vbi à corporibus emigrauerint, ad suam stirpem, genus, ad parentem, ad fontem suum, eodem loco, εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέρχεται τὸ θεῖον καὶ ἀθάνατον, καὶ φρόνιμον. Nempe, Ad diuinitatem, immortalem, sapien- tem. Et παρὸς τὸν ἀγαθὸν, καὶ φρόνιμον θεόν, Ad bonum, sapientemque Deum. Ac si quis re- èt iudicet, eadem de animi immortalitate est sententia Platonis, atque Aristotelis. Nã Aristoteles in libris de Anima, vt visum est superius, & tot aliis locis, animũ dicit χωριστὸν, separabilem, segregatum. In eo libro, & in libro de generatione animalium vocat θεῖον, Ex quo, inquit, relinquitur, solum animum, siue mentem venire exterius, & hanc solam θεῖον εἶναι, diuinam esse. Immortalem denique & sempiternam pronuntiat, καὶ τὸ το μόνον ἀθάνατον, καὶ αἰδῖον, Et solum immortale esse, & sempiternum, inquit de Anima. Omnia igitur, vt vides, aperta, clara, nullaque ratione ambigua apud Platonem, vt similius & conformius loqui non potuerint, vt alter ex ore alterius excepisse videatur. Rursus eo- dem libro expressius appellat animum θεοειδῆς, Deiformem. Eaque etiam Sibyllarum est nuncupatio. In Politico quoque eadem sensit, & pronuntiauit, cum ait veritatem in eadem sensit, & pronuntiauit, cum ait veritatem in animo, rerumque bonarum, ac mala- rum in eo notionem esse, θεῖον ἐν δαίμονι γίγναι, Rem diuinã in genere dæmonio, hoc est, in genere diuino, appellans genus diuinum, siue dæmonium, ipsam mentem. Quemad- modum in Phædone multis verbis, & vt Aristoteles sapissimè. Ibique partem animæ di- uinam, videlicet ipsam mentem vocat ἀειγενῆς, generis sempiterni, dicens, καὶ τὸ ζῴηεν, τὸ ἀειγενῆς τῆς ψυχῆς αὐτῆς μέρος. Vt in hac æterna animæ parte sit res ei similis, nempe no- tio, veritas. Ex quo probatur eandem esse de immortalitate mentis Philosophiam Ari- stotelis, atque Platonis. Sicut enim Aristoteles semper appellat mentem, separans eam à C reliquis partibus animæ, diuinam, immortalem, sempiternam, Diis simillimam, ac propin- quissimam, sic Plato τὸ ἀειγενῆς μέρος ψυχῆς, Sempiternam animi partem, simillimam rei diuinissimæ, perpetuæ. Vt idem ipse Aristoteles, loquens de anima corporis, vitæq; corporeæ informatrice, separat semper mentem, quæ sapit, intelligit, recordatur, ei tri- buens omnia, quæ testentur eam immortalem, nunc diuinam dicens, nunc separatam, nunc exterius venientem, nunc ex genere diuino, sic quoque Plato, quem prorsus con- stat secutum Aristotelem, in Alcibiade clarissimè fatetur: ἐρχομαι ἐν ἐπιείῃ τῆς ψυχῆς θεώτερον ἢ τὸ το, καὶ ὁ εἰδένεται καὶ φρονεῖν ὅτι ἐρχομαι. τῷ θεῷ ἀγαθῷ τὸ το εἶναι αὐτῆς, καὶ τις εἰς τὸ το βλέπων, καὶ πᾶν τὸ θεῖον γινῆς, θεόντε, καὶ φρόνισιν ἔτω καὶ εἰαυτῶν ἐν γνοίῃ μάλιστα. Possumúsne igitur, inquit, dicere quid sit in anima diuinius? an hoc, circa quod est ipsum nosse, & sapere? Nequaquam, inquit. Ergo diuinitati, hæc pars animæ similis est, & qui in hanc respiciat, totamque Diuinitatem, Deumq; & sapientiam, sic & seipsum sanè maximè noscat. Hæc quoque non Aristotelis modò, sed Mosis Theologia est, Ad imaginem Dei fecit il- lum. Nõnne vides eadem clamantes, asseuerantēque maximos Philosophos, aliorum Philosophorum antesignanos, ac principes? Docebat enim eos hanc Natura Theologiã, quam Mosen instruxit priscòsque doctor ipse Deus. Nec mirum, inueniri qui Aristotelis intimam hanc Philosophiam profundè non percipiant. Non enim fontem Philosophiæ huius agnouerunt, eoque nouis dogmatis repertis, dicta eius, quorum sunt ferè parum

Animus, se- parabilis, di- uinus, deiformis, etc.

Mens separa- ta à reliquis anima parti- bus.

Consanguinitas hominum cum Dijs.

Sola mens, diuina.

Auerroës impius, alij nonnulli Peripateticis, qui vnicum intellectum, & animam cuiusque mortalem impudenter asseruerunt. Aristotelis doctrina e fontibus Platonis ducta.

capaces, deprauarunt. Eadem Plato quæ superius, cum Mose mirabiliter consentiens retulit in Protagora de agnatione, generis propinquitate inter hominem, ac Deum, quæ post Aristoteles, inde Marcus, atque alij usurparunt. Refert eo libro Plato ea, quæ apud Moysen, & Ægyptios reperta vctustissimi Græcorum, paulo secus, quàm in fonte esset, tradiderunt, de homine ficto à Prometheo: επειδή δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέχει μοίρας. τῶν δὲ ἑστὶν αὐτῷ τῆς θεῆς συγγένειαν, ζῶν μόνον θεὸς ἐνόμισε. καὶ ἐπεχείρει, βάλμας τε ἰδρύεσθαι, καὶ ἀγάλματα θεῶν: Cum autem homo, diuina particula particeps effectus esset, primum quidē propter consanguinitatem, agnationemque Dei, solos Deos ex animantibus opinabatur. Aggressusque aras erigere, & statuas Deorum. Vides hic partem Dei, & propinquitatem, illud ipsum, quod Aristoteles usurpauit nomen, θεοῖς συγγένεσθαι. Ostendit Philo Iudæus hanc esse Theologiam Mosaicam: πῶς ἄνθρωπος, καὶ μὴ πῶς ἀθάνατος ἀνέσται θεῶν λόγῳ, τῆς μακροχρόνου φύσεως ἐπιμαρτυροῦν ἢ ἀπειρασίαν, ἢ ἀπαύραστον γένος: Omnis homo secundum mentem assimilatur, domesticus est, Verbo diuino, naturæ beatæ imago, vel abscessio, aut radius factus. Et diuus Paulus, Genus ergo cum simus Dei. Ex quo animorum immortalitas comprobatur. Hanc ob causam perhibet idem in Gorgia priscos Poëtas, qui diuini essent, vnanimiter immortalem animam dixisse: φασὶ γὰρ πῶς ψυχὴ τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἀθάνατον. Ea fuit priscorum sapientia, cui quid recentiores poterunt obuiare? Similiter in nono de Repub. vt Aristoteles, solam mentem diuinam dixit, sic ipse, τὸ θεῖον ἐν αὐτῷ ἄρχειν, Diuinitatem, vel partem diuinam in vnoquoque homine imperantem. Ibidem, τὸ θεῖον, diuinissimam vocauit rationem, prudentiam, sicut cupiditatem feram agrestem: Illam quia ex genere diuinorum, ex immortalis genere. Vique igitur ad rauim vociferatus est, prædicauit animum esse ad imaginem, & similitudinem Dei, totisque suis libris, vbi locus is tractandus esset, asseruit, hoc in primis vtens ad immortalitatem argumento. Itaque in decimo de Republica repetit ea, quæ dixerat in Phædone, ceterisque libris: Oporteret, inquit, de anima cernere, εἰς πῶς φιλοσοφίαν αὐτῆς, καὶ ἐπιθεῖν ὅταν ἐφάπτεται, καὶ οἷον ἐφίεται ὁμιλίῳ, ὡς ζῆντος ἕστα τῶν τε θεῶν, καὶ ἀθανάτων, καὶ ἀει ὄντι: Quænam Philosophia eius, & cogitare quæ contingat, & optet consuetudines, & colloquia, vt quæ consanguinea sit, diuinæ, & immortalis, semper existenti rei. En igitur testatur animum esse propinquum, affinem, cognatum, connaturalem rei diuinæ & immortalis. Sumus enim genus eius, tanquam ab eo nati, procreati, facti. Eoque à terra creato corpore, spiritum dimisit à se ipso. Ex hisque denuo constat, & constare constantissime, fortiterque quisque poterit asserere, eandem Platonis, atque Aristotelis esse de animi immortalitate sententiam, eisdem nominibus, eodem sermone ab vtroque descriptam, declaratam, definitam. Quibus rationibus, & fonte Peripateticæ Philosophiæ reperto, quem Auerroës, alijque Peripateticorum aut nescierunt, aut non animaduertuerunt, erroris eos sui coarguimus, ostendentes dogmata, quæ ad tollendam animorum immortalitatem excogitarunt, ex summa imperitia, & impudentia eos confinxisse, siue vnicum in cunctis intellectum, siue singulum cuiusque, mortalem asserentes. Dicemusque eos nesciisse, Aristotelis de animæ parte diuina doctrinam, Platonis fuisse prioris, qui talia dicens, de mente, vel animo, & ad immortalitatem eius probandam dixerit, & animo prodigiosam illam cunctorum animorum vnitatem non spectarit. Quæ nec Aristotelem oporteat considerasse, attendisse, cuius omnis de mentis immortalitate, ac diuinitate sermo fluxit ex fontibus Platonis. Siquidem in Timæo quoque ad hanc eandem rationem spectat, quod dixerit animam φῦτον ὅτι ἐγένον, ἀλλὰ ἐράνιον, οὐκ ἔστιν γὰρ, ὅθεν ἢ τῶν ἄνω τῆς ψυχῆς γένεσις ἐφύ: Plantam non terrestrem, sed caelestem, quod inde primum animi exordium fuerit. Videlicet quod Marcus Tullius: Animorum, inquit, in terris nulla origo inueniri potest. Et quod Aristoteles: Corpus, ait, & anima sensitua à spuma ventris nascitur, animus autem solus est diuinus, & solus separabilis, solusque ingreditur exterius. Quid exterius sit, declarat Plato: sed & Moses prior, A Deo demissus in corpus. Inde natus, inde satus, & plantatus. Quis non intelligit, eandem trium summorum hominum esse Philosophiam, fluentem primum à Platone ad Aristotelem, ab his ad Tullium? Addit Plato, quod Aristoteles item, & Tullius secuti sunt, ea quæ sapiunt, necessariò immortalia esse, & diuina, φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄναρ ἀλθειας ἐφάπτεται, πᾶσι ἀνάγκη ποδ. Hæc enim ratio semper est apud Aristotelem. Sunt immortales animi, non ad vnum vniuersalem intellectum redeuntes. Nam summi viri nunquam vnum illum intellectum agnouerunt. Recentiorum Philosophorum inuentum: quos operæpretium esset errorem suum agnoscere, si pertinaces sint, veluti fu-

Aluti furentes, malè que sani ex omni Philosophorum Republica exturbadi. Neque enim vel ratio, vel præceptoris autoritas eos ad hæc flagitia concipienda deduxit, sed inepta persuasio. Aristotelem hominem mortalem, & qui, vt ceteri homines falli posset, defendendum esse, ne sibi contradixisse videatur. Contraria verò sunt, dogma de æternitate mundi, & animorum æternitate. Malueruntque cadere, obscurarique veritatem, quam hominem mentiri, ac falli potuisse. Quod cum sit summæ dementiæ, eam suis professoribus relinqueamus, bonos, & sanos ad hæc consideranda inuitantes. Addit enim similis vbi que sui Plato in quinto de Legibus, Omnium, quæ nostra sint, post Deum, siue, vt mos loquendi temporis eius fuit, post Deos, diuinissimam esse, simillimamque ipsis Diis animam nostram: πῶτον γὰρ καὶ αὐτῶν κτημάτων μετὰ θεῶν, ψυχὴ θεῶν, οὐκ ἔστιν ὅν. Vides cum appellatam animam familiarissimam, propinquissimam ipsi Deo, quod Aristoteles in Moribus, συγγένεσθαι. Sic quoque in sexto dicit hominem educatum sapienterque innutritum, esse animal mitissimum, ac θεῖον, diuinissimum. Haud secus etiam de diuinitate animorum, & cum Deo propinquitate, perhibuit in decimo, loquens cum eo, qui Deos esse putaret: ὅτι μὲν ἡ γῆ θεῶν συγγένεια τις ἵσως σε θεῖα πᾶσι τὸ ἐξυμνεῖται ἀγει, τιμᾶν καὶ νομίζου: Quod quidem Deos arbitraris, fortasse quædam agnatio, affinitasque diuina te ducit ad simile colendum, & credendum. Idem sermo, idem nomen atque apud Aristotelem in decimo de Moribus, vt constat cum hinc didicisse. Denique Plato, autore Plutarcho de Placitis Philosophorum, vocalissimè pronuntiavit animam, & diuinitatem natam, & immortalem. Plato inquit, τὸ μὲν λογικὸν ἀθάνατον, καὶ γὰρ πῶς ψυχὴ, ἢ θεῶν, ἀλλὰ ἔργον αἰδίδε θεῶν ὑπαρχειν: Partem rationalem esse immortalem. Etenim animam non Deum esse, sed opus æterni Dei. Quanta cum Mosaicæ Theologia similitudo?

Anima, non Deum, sed opus æterni Dei.

De Phocylide vctustissimo Poëta, qui dixit animam immortalem, digressamque à corpore fieri Deum. Et quod similia confessa est antiquissima Theologia Magorum.

CAPVT XV.



PHOCYLIDES è priscis illis venerandis Græciæ, qui ante Philosophos floruerunt, vaticibus, mirabiliter omnem Mosaicam Christianamque Philosophiam de animi creatione, & immortalitate, & quod ei sit imago diuina, confirmat, in suis de vita degenda præceptis: Corpus, inquit, sumptum è terra:

Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήροσ, ζῆ ἀφθ. πάντος, Sed viuunt animi, semper sine morte, senectaque.

Animi immortales.

Quid hac sacrosancta prisca, cui merito posteriores assurgant, Theologia venerabilis? Autor autem Suidas è carminibus Sibyllinis, hanc Theologiam Phocylidem haussisse. Addit idem:

Δένδρα σπογγόμορμον, ὅτισσι δὲ θεοὶ τελέθονται. Defunctus superest vita, & Dij deinde creantur.

Aspicias reliquias defunctorum, quorum tametsi intereant corpora, viuat tamen animus, & adeo viuat, vt Deus existat. Erunt enim, vt ait Christus, omnes æquales Angelis Dei.

Luc. 20. Ioan. 1.

Et, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Addit quoque Phocylides,

Ψυχὴ γὰρ μὴ μύνησιν ἀλλοιοὶ ἐν φθιμύοισι, Incorrupta manet anima nam luce carentum.

Quid quod vel resurrectura corpora prædixit à Sibyllis edoctus, vel ab his tenebris prædicauit animos abituros ad lucem, hoc carmine?

Καὶ τάχα δ' ἐν γαίης ἐλπίχομεν ἐς φάος ἐλθεῖν. Atque breui è terra speramus scandere ad auras.

Esse autem animum ad imaginem, & similitudinem Dei, iuxta Theologiam Mosaicam, sic idem asserit,

Πνεῦμα γὰρ ἐστὶ θεῶν ἡγεῖσις θητοῖσι καὶ ἐκῶν. Spiritus est usura Dei, mortalibus atque imago.

Hæc autem Phocylidis & Græcorum de immortalitate animorum sententia, fuit etiam



Chaldæorum, quos Græci sequebantur. Nam Magi, quorum dogmata, paucis quibusdā  
 versiculis comprehensa circumferuntur, quæ Platonē, Platonicosque legisse desumpsisseque  
 ex his multa, Philosophi Græcorum testantur, quorum testimoniis vtuntur Proclus &  
 Simplicius, ad alia hæc habent de immortalitate: *Ζήτησον ὅθεν εἰσὶν τὸν ἀμφοτέρωθεν τῆς ψυχῆς*  
*Paradisus, animorum se-*  
*des.* *ἔσται: Quære Paradisum, clarissimam animorum regionem. Ecce vocat, dicitque animos*  
*esse cælestes, quorum regio sit flagrantissima, diuorum patria. Hoc declarat Pletho Gem-*  
*istio Platonicus, animam dicit iuxta Platonem, & Pythagoram indiuiduam substantiam,*  
*à materia prorsus segregatam, quemadmodum mentes supercælestes: οἷς καὶ συγγενῆ πῶς τοῦ*  
*ἔργου. Σπινθὴ δὲ αὐτῆς, ἢ ἀπὸ καὶ κενώσας ἐφαπτομένη καὶ ἀπὸ τῆς τῆς ὄντων διηγήσασθαι, καὶ ἰσχυρῶς*  
*ἀγνοεῖ καὶ αὐτὴ τὴν ἀνωτάτην γῆν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνώγειρον: Quibus similes operationes efficit attingens*  
*ad eadem atque ipse, nempe rerum notioncs, & contemplationes, vsque ad ipsum*  
*supremum Deum. Eoque incorruptibilis. Audis rationem Chaldæorum, eandem & Pla-*  
*tonis, atque Aristotelis, qui cū operationes mentis considerassent cælestes esse, ac di-*  
*uinas, censuerunt, quæ tales efficeret, immortalem, ac diuinam, corpore quidem vesti-*  
*tam, latentemque sub cortice mortali. Rursus eadem Magica vetustissima sententia,*  
*quas Pythagoras & Plato deflorarunt: ψυχὴ ἢ μερόπων θεὸν ἀγχεί πᾶς εἰς ἐαυτῷ, ἐδὲν ἡμετέρας*  
*ἔσται, ὅλην θεοθεν μεμύθηται, ἀρμονίαν ἀγχεί γὰρ, ὅφ' ἢ πέλε σῶμα βροτέον: Anima hominum Deū*  
*ferè astringit ad se, nihil mortale habens. Tota diuinitus ebria facta est. Harmonia enim*  
*Anima, ebria*  
*falsa diuini-*  
*ritus.* *gloriatur, sub qua est corpus mortale. Hæc declarat Pletho, Anima, inquit, humana,*  
*Deum ad se quasi aduinciet, siue fortiter assimilabit, nihil habens per se mortale. Tota*  
*diuinitus inebriata est, siue repleta est, τῆς θεῶν κελῶν, diuinorum pulchrorum, vel diui-*  
*norum bonorum. Nam tametsi huic mortali corpori est deuincta, at & sic harmoniam*  
*nempe vnitionem nobilitat, vel non deturpat, sub qua mortale existit corpus. Sed & sen-*  
*tit aliquid in seipsa velut ipsa existens, quæ talem toti administrationem administret:*  
*ὡσεὶ τῆς ἡμετέρας τοῖς ἀθανάτοις, ἐν τῷ ἀθάνατῳ εἰς μέδωσιν, ἔτω καὶ τὸ πᾶν ἐς μίαν πᾶσι ἀρμονίαν συγγροτέει-*  
*σται: Quocirca vnitis in homine mortalibus, cum immortalibus, factum est totum vna*  
*velut harmonia. Sic Pletho. Clarus igitur sensus oraculi. Eadem Magica logia sic iterum*  
*clamant: ὅτι ψυχὴ πῦρ δύναται πατρὸς ἔσσαι φαεινὸν, ἀθάνατος τε μένει, καὶ ζωὴς δεσποτὴς ἔσται, καὶ ἴσχει*  
*κόσμον πολλὰ πληράματα καὶ κολῶν: Est anima ignis clarus ex virtute paterna. Incorrupta ma-*  
*nens, & vitæ est regina suæ. Atque sinu retinet mundi loca plurima sola. Hæc declarat*  
*supradictus interpres, Virtutem, inquit, & potentiam, & virtutem eius intelligibilem, &*  
*mètem paternam, eundem secundum Deum oracula hæc vocant vbique. Primū omniū*  
*aliorum, ex patre, & superno Deo profectum. Dicitur igitur quòd ab hac paterna pote-*  
*state facta est immediatè anima, existens ignis lucidus, siue diuina quædam substantia,*  
*manetque immortalis, ἀπὸ τῶν θεοτήτων τῆς ἐσῆας, καὶ διαποτὴς ἔσται, Propter diuinitatè substantia-*  
*Anima, vita*  
*domina.* *, & domina est vitæ videlicet suæ, vtpote non habens vitam abiiciendam. Nam quæ*  
*habemus, quæ possunt abiici, ac dimitti, horum domini esse non possumus. Et continct*  
*anima videlicet, καὶ τῶν ἐαυτῆς ἀιδότητων. Secundum suam aternitatem, multas plenitudi-*  
*nes mundi sinuum, siue variorum locorum suorum in mundo, quæ ad rationem eorum, F*  
*quæ hic vixit, vbique assequitur. Sic illi, ferentes animam esse lucem æternam, purissimā.*  
*Quod testatur etiam Plutarchus Philosophos sensisse, φῶς τῆ ἐσῆας νομίζουσιν: Putant animā*  
*nonnulli Philosophi lucem esse natura. In eo quem inscribit, an rectè dictum sit, viuendo*  
*latita, tum aliis coniecturis, tum quia tenebras execratur, iucundissimā sentit lucem. Rur-*  
*sus Chaldæus alio prodidit oraculo: Ὄντενας πλεονὸν νῦν, ἔργον ἐπ' εὐσεβείας, ρευστὸν καὶ σῶμα σαώσης:*  
*Extendens igneam mentem, ad pietatis opus, seruabis & fragile corpus. Igneam, lumi-*  
*nosam, vt vides, vocat mentem, corpus autem fluxum. Quicumque vixerit piè, resurget*  
*cum corpore ob pietatem, quam coluisset, efficiens, vt etiam corpus, quod natura fragi-*  
*le, fluxumque est, maneat incolume. Est autem vaticinium de resurrectione corporum.*  
*Ignis mentalis est mens, nō corporeus. Ideo falebantur, quos memorat Plutarchus con-*  
*tra Epicureum, quosdam existimasse animas nunc in cælo, nunc in terra multis annorum*  
*curriculis vagatas, demum resolui in mundo cum Sole & Luna, εἰς πῦρ νοερὸν ἀναφθεῖστας, In*  
*ignem mentalem accensas. Sed non potest mentalis ignis, in ignem corporeum resolui.*  
*Tum ignis mentalis est indissolubilis. Generatio igitur, siue creatio animæ à Deo, dicitur*  
*quasi radiatio, scintillatio, vt cūm ex igne excutitur nitor, aut scintilla. Simplicius*  
*primo Physicorū idem perhibet: καὶ γὰρ ἢ ψυχὴ ἀπὸ θεῶν ἐλλὰμπεσται λέγεται: Dicitur enim*  
*anima à Deo radiare. Vera igitur sunt, quæ totis hîc commentationibus admittimur*  
*probare,*

Aprobare, meliorem, synceriorēque esse quo magis vetusta sit Philosophia. Multa sunt  
 autem priscorum monumenta, quorum vestigia quædam ab his, quibus temporum vici-  
 nitas ea videre dedit, quæ longinquitas nobis non permisisset, exhibentur nobis. Ecce  
 Clemens Alexandrus in Stromatis testatur familia sensisse vetustissimum Poëtam Epi-  
 charmum de immortalitate animorum, atque Phocylidem, prolatis his ex eo: *ἐνσεβῆς νῦν*  
*περὶ αἷς ἔ παύσας ἐδὲν καὶ κατὰ βαλὸν, ἀνο τὸ πνεῦμα ἀφ' αὐτῶν κατ' ἕρπον, ψυχῆ δὲ ἀσεβῶν ὑπε-*  
*ρβῆσι ὅτι γὰρ περὶ τῆς ἀλγῆσι φοβίοισι, ἔσται ζῆλας ἀφ' αὐτοῖς καὶ αἰῶς. εὐσεβῶν δ' ἔστι ρεῖσι νεῖσι*  
*κολποῖς μακρόν, μέγαν ἀέδουσαν ἐν ἕμοις. Si pietatem animo coluisti, defunctus mali nihil*  
*patieris. Surfum in cælo permanet spiritus. At impiorum animæ sub cælo vagæ, dolori-*  
*bussæuis, cruciatibusque æternis exagitantur. Animi piorum cælestes, sinu beatorum*  
*recepti, iubilant hymnis. Hæc vt reperi produxi, meliora fortasse in suo fonte,*

Lib. 4. Stromat.

*Epicetum in Philosophia cunctis admirabilem, creatum animum à Deo ad similitudinem suam fuisse confessum: quòd membra corporis idem dissipauerit, animo libertatem dederit.*

CAPVT XVI.

**S**ED dimisso Platone priscisque vatibus, cæteros Philosophos audiamus,  
 cum Deo, eorumque ab ipso creatione iuxta Theologiam Mosaicam nobiscum congruentes,  
 ac pietatem, quam si mali homines, & ignari veritatis, post multa ab eius ortu  
 sæcula corruerunt, ea cum non culpa fuerit eius, hominum bonorum diligentia  
 repurgata, pristino decori suo reddatur, principe, ac duce veritatis Deo cunctos  
 instruente, & illuminante. Arianus igitur proponens sententias Epiceteti, quem  
 suæ tempestatis homines plurimum admirati sunt, multa ad hæc rationem pertinentia  
 loquitur: *εἰς τῷ δόγματι συμπιθῆσαι κατ' ἀξίαν δύνατο, ὅτι γὰρ ἡμεῖς*  
*ἔσται τῶν πάντων ἀπορησῶμεθα, καὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἔσται, τῶν τε ἀνθρώπων, καὶ τῶν θεῶν,*  
*οἱ μὲν ὅτι ἐδὲν ἀγνοεῖς, ἐδὲ παπῶν ἐδουμῆσται, καὶ ἐαυτῶ: Si quis ad hoc dogma, & opinionem dignè af-*  
*fici possit, quod facti simus omnes à Deo, & Deus pater est hominum, atque Deorum,*  
*nihil arbitror de se ipso infame ac degener, humilisque sentiet, & cogitabit. Ecce siue*  
*Arianus, siue Epicetetus, cuius sententias compilauit Arianus, neuter Christianus, sed Phi-*  
*losophus duntaxat, agnouerunt, prædicarunt omnes homines factos à Deo, eumque esse*  
*patrem hominum atque Deorum, nempe Angelorum. Quemadmodum verus, ac legiti-*  
*mus filius eius docuit in mundo homines precari, Pater noster. Et, Estote similes patri*  
*vestro, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos. Hoc vtique continetur rerum*  
*primæua, hominum cum primis, atque Angelorum creatio, & congruit cum Theologis*  
*veris Epicetetus, hortantibus vt homo suæ dignitatem noscat naturæ, & vt attendamus*  
*ad petram vnde excisus sumus. Hinc fore, vt nihil de nobis vile, atque humile sentiamus,*  
*per videntes nos esse ex genere diuino, habere patrem optimum, clementissimum. Rur-*  
*sus omnem corporis, atque animi creationem, in summum Deum perinde atque Ar-*  
*chytas, & Trismegistus referentem cernere potes Epicetum, & Arianum. Vt enim Ar-*  
*chytas superius interiores corporis, atque animi partes, organaque ad rerum notioncs*  
*capicndas necessaria diligenter explicans, à Deo formata, positaque memorabat: & vt*  
*Trismegistus, omnes ad amissum humani corporis artus executus, ex his gloriam Dei,*  
*antiquumque hominis opificium diuinis manibus elaboratum prædicabat, excitans tar-*  
*dos & stultos ad considerationem artificis, explicantisque vterque quàm compendiosè*  
*Moses prodidisset Theologiam, ad eandem rationem Arianus vel Epicetetus persequun-*  
*tur, quæ tam artificiosè in mundo, & in humano corpore fabrefacta, nisi sensu & ratione*  
*careamus, clarè de ipso possint artifice testari. Num, inquit, Deus colores fecit, faculta-*  
*tem autem, quibus colores viderentur, non fecit? Quæ igitur fuisset vtilitas? certè nul-*  
*la. At rursus, si facultatem videndi quidem fecisset, res autem quæ caderent sub ocu-*  
*los non fecisset, quæ demum vtilitas? certè nulla. Quod si vtraque hæc fecisset, lumen*  
*non fecisset, ne sic quidè vtilitas. Quis igitur aptauit illud ad istud, & istud ad illud? Quis*

Matt. 6.

Humani corporis fabrica ad admirationem diuinæ sapientie nos excitat.

aprauit gladium ad vaginam, vaginam ad gladium? An nullus? Atqui ex ipsis operibus...

Humani corporis harmonia opificem Deum arguit.

Benedictio in femine.

Job. 10.

Arbitrium liberum.

Alia

Alia super eodem, Epicteti sententia, quod animus abscissus, siue radiavit a Deo: et quid abscissio aut radiatio animorum.

CAPVT XVII.



PICETVS, siue Arianus non contenti semel superiora de similitudine, & affinitate Dei & hominis predicasse, quoniam hoc erat totius doctrinae fundamentum...

Act. 17.

Vna veraque religio polluta quidem hominum errore, sed in sapientum re- tentia ammis.

Omnis Stoicorum theologia aut nostra aut e nostris.

Act. 17.

Error Philosophorum qui ab Aristotele toti pendunt.



Quodd Philosophi duplicem hominem assignauerint: sed verum ipsum animum, hunc immortalem, & similem Dei.

CAPVT XIX.



MNES igitur mortales, quocunque siue cupiditas ad speculandum, siue Natura ad veritatis agnitionem adduxisset, Græci, Chaldaei, Egyptij, immortalitate animorum vna cuncti ducti ratione perhibuerunt. Ea ratio variis nominibus, eundem sensum resonantibus apud omnes designatur, nunc à corporeis segregatio, manifestumque à corporibus discrimen, & omnino rerum aliud genus. Nunc agnatio, familiaritas, nunc similitudo Dei, nunc symbolum inter eum hominemque, nunc cognitio, sapientia, scientia. Eaque omnia clarè dicuntur ab eis de mente, siue animo, quem verum hominem esse, cum Plato, & Aristoteles post multa sæcula nosset, prodidissent, Trismegistus ante eos plurimos annos natus, hominibus inuulgauit, vt appareat omnium eandem sententiam, consensumque admirandum fuisse. Igitur qui prius dixerat, Deum creasse hominem sibi similem, eamque vti propriam prolem dilexisset, deinde separans, animum, & corpus, hominem alterum corpus ipsum mortale, alterum ipsam mentem immortalem, hancque esse substantialem, verumque hominem: ἀνθρώπος διπλῆς ἂν τὸ σῶμα ἦν, ἀθανάτος δὲ ἂν ψυχὴ, τὸν ἑστώδην ἄνθρωπον: Homo, inquit, est duplex, propter corpus mortalis, immortalis propter animam substantialem hominem. Vt igitur Aristoteles in decimo de Moribus, mentem propriè appellat hominem, & βέλτιον μέρος, meliorem particulam, dicitque id optimum, iucundissimumque esse cuique, quod ei proprium natura sit, καὶ τὸ ἀνθρώπου δὴ ὁ χρὴ τὸν ἑν βίος, εἴτε μάλιστα τὸ ἀνθρώπου: Etiam homini, inquit, vita secundum mentem fore eiusmodi, quandoquidem id maximè homo est. Ecce Mercurius Trismegistus ipsam animam seu mētem vocat, ἑστώδην ἄνθρωπον, nempe verum, substantialemque hominem. Et quemadmodum hunc Aristoteles solum diuinum, exterius aduentantem dicit, sic Mercurius, hunc immortalem, corpus autem corruptibile. Duo sunt igitur æquali à cunctis prædicatione celebrata, nos & à Deo creatos, & generis affinitate cum eo sociatos, qui nobis symbolum, proprietatemque naturæ suæ indiderit. Hoc illi senserunt, locuti sunt, quia per successionem à primis hominibus, penes quos fuerunt ea perfectissima, descenderunt in posteros, vt quod procedas antierius in retro actas ætates, liquidius, maioreque cōsensu deprehendas celebrata. Ferunt igitur Græci scriptores sacri quod Thales, ἕλεγον ἀδελφοὶ εἶναι ἡμῶν, ὡς ἂν τῶ ἐνός θεῶ καὶ ἐνός διδασκάλου: Dicebant nos fratres esse ceu scilicet qui ex vno Deo, & præceptore. Illud verò contemplatione dignissimum est, vt Plato partim rationem, partim præcæ Theologiæ descensum secutus, cuius hæres quasi legitimus fuit, pronuntiauit, esse animum verum hominem, solumque diuinum, & immortalem, creatum à Deo longè alterius, quàm corpus, conditionis, utq; hoc discrimen apud omnes Philosophos extat. Quemadmodum igitur duplicem hominem dixit Mercurius, sed veram, totamque hominis substantiam, ipsam mentem, vel animam: Aristoteles autem hunc duplicem hominem in libro de Generatione animalium luculenter expressit, ac distinxit corpus, & omnem à corpore inseparabilem animam nasci dicens ex elementis, spuma, spermate, semine, corporis excremento, mentem autem exterius aduentare, genus aliud, diuinum, & incorporeum: sic Plato in cuius sententiam prorsus iuit Aristoteles, eamque aliis verbis declarauit, ad eò distinguit animum, & corpus, velut duos homines, in Timæo, vt duos eorum statuat creatores, creatorem animi Deum supremum, corporis demones, Deos nempe minores Angelos. Atque est mirabilis Theologiæ Mosaicæ interpretatio, vt sit operæpretium cernere conformitatem super creatione animi cum Mose. Vt Moses humum illam lutulentam, cœnosam, madidam, imagine humana informatam, sed ante pedes Dei mortuam, exanguemque iacentem, afflatu Dei dicit animatam, dantis ex se ipso, atque inspirantis vitalem substantiam, erātque corpus, quando non erat animus præsens, corpus de humo terræ sumptum, animus dimissus à Deo: sic prorsus Plato creatorem animorum facit supremum illum opificem: Quorum, inquit, initium traditur vobis à me: Græcè, πείρας καὶ ὑπαρχέμενος ἐγὼ: Quorum, ait, satus, & initium traditur vobis à me. Quas ait ego seminavi, & inchoavi tradam vobis, loquens de animis. Et nos ad id quod erit immortale, partē attexitore

Homo duplex.

Dij minores, angeli.

Cur animus corpori colligatus.

Anima immortalis quo argumento intelligitur.

Aattexitote mortalem. Formasse scilicet corpus Angelos, animum ex seipso immortalem, sui similem dedisse. Ligatumque fuisse mortale cum immortalis, quod dicebat Trismegistus duabus rebus, altera mortali corpore, sumpto è terra & elementis, altero animo immortalis diuinitate misso. Hicq; est tum creatio animorum, & satus à Deo, tum eorum immortalitas. Similitudo quoque diuina, vt in Mose, quia vocat eos ibidem Plato, ἀθανάτοις ὁμῶνιμον, vniuocum cum immortalibus, vt sunt inter se animalia. Et, δι' ἑμὸς ἑστώδην γένεσθαι, καὶ βίβη μετὰ χρόνον, θεοὶς ἰσὼς ζοῖτ' ἂν: Hæc, inquit, per me creata, scilicet animi, vitamque affecuta, Diis æquabantur. En admirandus cum Mosaica Theologia consensus, cunctis prædicantibus animos à corporibus separatos. Moses quia fuisset corpus, quando non aderat animus, quia missus animus à Deo, corpus è terra desumptum. Plato, satus animus, & informatus à Deo immortalis, cum corpore mortali consociatus. Marcus Tullius, Nec inuenietur vnquam, inquit, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo, loquens de animis. Hæc q; est, quod Aristoteles ἑστώδην, exterius, Marcus dicit, à Deo.

Quodd ob hanc causam dixerunt animum è caelo cecidisse in corpus, in quo viuat in pœnam: & quodd hæc suspicio non sit vera: & quodd alio sensu intelligendum, quod præciprodiderant: Et Plotini sententia super immortalitate animorū.

CAPVT XX.



X HAC causa factum est, vt hanc immortalis rei, cum mortali consociationem, commistionem, animorumque cum corporibus colligationem, ex quodam rumore non bene percepto, ad pœnam, & supplicium ipsorum, & ob quædam grauius scelera datam arbitrentur, audientes ab antiquissimis progenitoribus, prius corpus fuisse, inde animum exterius infusum, atque alligatum. Itaque Philolaus Pythagoræus: μαρτυροῦνται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι καὶ μαρτυροῦντες ὡς ἀφ' ἑστώδην πτωματικῆς συνέζωται, καὶ κεθάσθαι ἐν σώματι τὸ πτωματικόν: Testantur, inquit, præcæ Theologi ac vates, quod propter supplicia, anima cum corpore est alligata, & quasi in eo sepulta. Hæc igitur suspicio, quæ principium verum habuisset, non sanè intellectum, ipsorum quoque testimonio destruitur. Nam Plato creationem animorum & corporum describens in Timæo, vbi amandare superstitiones oportebat, physicæque ratione agere, scripsit sic naturaliter, & consultò, diuinam prouidentiam animum corpori colligasse, sicut naturaliter & vtiliter creauit cælum, & terrā. Sed huius famæ vera causa fuit, quod Paradisum, quemadmodum Chaldaei mysticè interpretantes, etiam hominem è paradiso fugatum, animam scilicet è caelo deiectam, inclusamque in corpus, propter peccatum, quod, & ipsum mysticè senserunt, exponebant. Qui quidem error autorum suorum rationibus postea destruitur. Illud modò constat, diuinam animorum, separatamque à corporibus naturam, atque societatem cum Diis habere, omnes agnouisse, prodidisse. Plotinus etiā his respondit, qui mētem sæpe & memoriam, sensumque impeditum, turbatumque cernentes de immortalitate dubitarunt, ipsi cæci, cœnosòque iudicio & caliganti: Anima, inquit, cum Diis habet commercium, immortalis: facileque id posset à nobis agnosci, si puram, limpidaq; eam, vt ait Plato, videremus. Nunc autem sæpe labefactam cernentes, neque diuinā, neque immortalē arbitramur. Sedenim cum naturam rerum ponderamus, puritatem earum inspicere fas est. Quandoquidem quod adiectum est, semper esse solet impedimento ad eius perfectā notionē, cui facta accessio extrinsecus est. Itaq; consideret demptis, ac detractis alienis, se quisque: καὶ πείρας ἀθανάτος εἶναι, ὅταν ἑαυτὸν θεώσῃται ἐν τῷ νοστῷ, καὶ ἐν καθαροῦ γαλακτιδίου. ὅφει γὰρ ἑνὸν ὁρῶντα, ὅτι αἰσθητόν, ἐπὶ τῷ ἡμῶν τῷ νοστῷ, ἀλλ' αἰδέσθαι, τὸ αἰδῖον κατανοῦντα, πᾶσι τὰ ἐν τῷ νοστῷ, κόσμον καὶ αὐτὸν νοστῶν, καὶ φαινοῦν γαλακτιδίου: Credetque se immortalem, cum se ipsum viderit in natura intellectuāli, ac pura. Videbit enim mentem aspiciere, & nosse, nihil sensibile, neque rem mortalem vllam, sed cum rem sempiterna, sempiternam rem intelligentem, omniāque in natura intellectuāli, mundumque seipsum intellectualem, & luminosum esse. Sic Plotinus. Eius igitur sententia est, vt cernis, animos immortales, & sempiternos esse, quia solis his res æternæ, & immortales noscantur, sicut sensu mortali mortalia capiuntur. Eam facultatē, qua res sempiternæ,

& incorporea comprehenduntur (quæ est tota ratio Aristotelis) incorpoream sempiternam esse. Sic colligit Aristoteles, animum esse sempiternum, & incorporeum, quia solus sentit res sempiternas, & incorporeas. Animumque esse intellectuale lumen, sempiternum. Simili ratione vsus Plato, ut constitit superius. Fieri quoque potest hac admonitione quisque cautior, ac firmior, cum viderit animos imbecillos, vacillantes, affectos, Abscinde, inquit Plotinus, tolle non sua. Videbis diuinum, magnum, lumen longè, latèque spiritaliter progrediens animum. Ea quæ sapiunt, noscunt, cogitant, proderant, prouident (cui subscribit Aristoteles) sunt incorrupta, immortalia. Diuinum quoque esse animum, eumque verum hominem, iuxta superiores, datamque ei præter cæteras animantes, particularem sortem, luculenter super Epictetum prædicauit Simplicius: ὁ δὲ ὄντως ἀνθρώπος ἐναι βελόμητος, καὶ τὴν εὐγένειαν, τὴν αὐτῆς ἀσθενήτου ἀνακτισησάσθαι, καὶ ὁ θεὸς παρὰ τὸ ἄλλα ἄλογα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἐχρῆσατο, ὅπως ἀπεδέξῃ τὴν αὐτῆς λογικὴν ψυχὴν ὡσπερ ἐργε φύσεως, ἔπειτα ζῶν: Qui verè, inquit, homo esse vult, dignitatèque generis sui cupiat redimere, quam Deus præter animalia bruta hominibus largitus est, is studet ut animus suus rationalis sic degat, ut natura habet. En verus homo, generosus, insignis supra cæteras animantes: quod Deus ipse largitus est. Nihilque interest inter Simplicium, & Mosen hoc loco. Moses, Et creauit Deus hominè ad imaginem & similitudinè suam ut præesset piscibus maris, & volatilibus cæli. Hæc gratia diuinitus data est, similitudo, proprietatque diuina, data ratio, qua dominamur brutis. Is verus homo.

Gen. I.

Alexandrum Aphrodisæum, animum immortalem sensisse. Separare eum animam corpoream, ab anima diuiniore. Animi agentis dignitatem primè Summo Deo, tum intellectui nostro tribuere, utrumque incorruptibilem affirmantem. Alexandri clara verba de intellectus humani incorruptibilitate.

CAPVT XXI.

**S**æpe solet & in scholis Philosophorum, & in omni propemodum vite actione, error is accidere, ut adfuit qui grauis alicuius viri sententiam, aut vocem perperam excipientes (ut sumus omnes in malum, quam bonum propensiores) faciant ut fama inualecat, viros eos simile quid sensisse, quale ipsi interpretantur. Accedit item ignorantia, cum libros eorum aut oscitanter legimus, aut omnes legere non curamus, contenti pauca quædam vidisse, & ex his iudicium scriptorum fecisse. Hoc cum primis euenit de Alexandro Aphrodisæo, qui cum putetur passim animi immortalitatem repudiasse, qui scripta eius omnia legerit, ponderauerit, perpenderit, inuenierit vel eum secus sensisse, quam fama est, aut si sensit, habebit vnde ex dictis suis eum abunde coarguat. Quatuor igitur rationes, ad omnem hanc probationem præstè sunt, quarum priores indicium quoddam faciant, non sensisse Aphrodisæum, animam mortalem. posteriores dilucidè, perspicuè, nullis obumbrantibus ambagibus hoc ipsum prædicabunt. Sensit igitur Alexander cum cæteris, cum qui dicitur animus aut mens, Græcè νῆς, immortalem. Primaque ratio. Quia definitio, qua dicit, animam esse crasim & actum, formamque corporis, & ut eius utar verbis, ἐν τῆς ποιῆς μίξεως καὶ κράσεως τῆς σαρρῶτων, Ex quadam mixture, & temperatione primorum elementorum, est definitio animæ corporeæ, corporeæque vitæ, qua viuunt animal hoc corporeum, terrestre, corruptibile, mortale. Quod ipse paulò post his verbis declarat: γίνεται δὲ ἡμῶν ὡς ἀσθενήτων ὁ λόγος παρὰ ψυχῆς τῆς τῆς ἐν γενέσει καὶ φθορῇ ταύτης γὰρ καὶ ὁ ἀσθενήτου ὁμοιωτός: Fit, ait, nobis, quemadmodum prædiximus, sermo de animæ eorum, quæ sunt in generatione, & corruptione. Hæc igitur est anima, quæ dicitur ab Aristotele, actus corporis organici. Secunda ratio, quod animam diuiniorem, quæ propriè dicitur mens, siue animus, quò sapiamus, res inuisibiles, arcanas, æternas apprehendimus, non vult inclusam esse sub hac definitione, quia dicit ibidem de anima Deorum: ἢ γὰρ θεῶν ψυχῆ, εἰ καὶ ταύτων δὲ ψυχῆ καλεῖν; ὁμοιωμένος ἀν ταύτη, ψυχῆ λεγομένη: Nam animam Deorum, inquit, si modò ea vocitanda sit anima, æquiuocè cum hac diceretur. Volens ferme dicere Alexander, animam Deorum incorruptibilem, immortalem, non eius generis esse, cuius sunt ea, quæ cadunt, intereunt. Quod autem animus noster sit ex

Iurare in verba magistri non semper tutum. Oscitantia in legendo quid afferat.

Rationes Alexandri Aphrodisæi, quibus animas immortales probat.

Anima actus corporis organici.

Anima Deorum incorruptibilis.

Afit ex hoc genere diuino, docet ipse Peripateticorum princeps, appellans in Moralibus, mentem ἢν θεοῖς συγγενέστατον, Diis cognatissimam, propinquissimam, ex eodem maxime genere. Vidimus item superiores vnanimiter cunctos consentientes esse homines diuini generis. E quibus Pythagoras ad omnes clamabat,

Hominiū genus, diuinū.

Θάρσθ', ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτῶν. Esto alacer, nam nobis est diuina origo.

Et Aratus,

-Τὸ γὰρ καὶ γένος ἐοικέν.

Quod cum diuo Paulo placuisset, excepit his verbis, Dei ergo cum simus genus. Seneca quoque vir magnus, In homine, inquit, quid optimum est? ratio, hac antecedit animalia, Deos sequitur. Audis, Deos sequitur? Duobus maxime locis affirmat Aristoteles constare ex hoc diuino genere mentem, siue animum nostrum. In Moribus vocat συγγενέστατον. De generatione animalium, Relinquitur, inquit, solam eam, quæ dicitur mens, ingredi exteriori, καὶ θεῖον εἶναι μόνον, Et solam diuinam esse. Paulò infra, τὸ μὲν χρεῖστον ἐν σώματι, ὅσοις ἐμπέδωτα μεταβάλλεται τὸ θεῖον, τοῖσδε δ' ὅστιν ὁ κελεύμενος νῆς: Nam quod segregabile, separabileque est à corpore, quibus diuina pars adiuncta est. Ea est autem quæ mens, siue animus dicitur. Vides Aristotelem vocare mentem nostram θεῖον, diuinam partem, diuinum nempe genus, stirpem diuinam, ex eo genere, quo anima Deorum: Et hanc dicere segregatam à corpore. Cum ergo dicat Alexander definitionem animæ corporeæ, qua viuunt animal hoc corruptibile, non conuenire animæ Deorum, mentem autem nostram affirmat Aristoteles cum cæteris omnibus esse sicut animam Deorum diuinam segregatam à commercio corporis, cui corporis interitus nihil noceat: profectò velit, nolit, eadem sentit, asserit Alexander. Nam qui prudenter diiudicet, idem sermo est, & esse debet Alexandri, atque Aristotelis: Cum Aristoteles de anima sensibili, de semine principio animæ corporeæ, de spuma, excrementoque corporeo, super quo fundatur totum animal, omnisque anima corruptibilis locutus. Deinde segregat ab hac corruptibilitate, corporeaque natura, partem diuinam exteriori venientem, nihil ab illo spermate habentem. Tale quid sentit Alexander, cum primum differit de anima, quæ fit, ut idem ait, ex crasi, & mixture elementorum. Dein veniens ad diuinum genus, non corporeum, non corruptibile, dicit animam Deorum æquiuocè cum hac anima appellari. Sic igitur etiam æquiuocè dicitur & animus siue mens nostra, quæ est diuina, cum illa corruptibili anima. Tertia ratio erit, quod nulla dubitatione interposita, videtur Alexander clara voce fateri, eam, quæ dicitur ab Aristotele mens actus, mens operans, Græcè ὁ ἐνεργεῖν νῆς, ὁ ποιητικὸς νῆς, immortalem, incorruptibilem, alterius generis, quam omnia corpora. Ac primum ait: τὸ ἀεὶ αὐτὸν εἶδος, νῆς, ὁ κωλύει τε καὶ κατ' ἐνεργεῖν: Forma igitur immaterialis est ea, quæ propriè dicitur mens, & secundum actum. Paulò post: καὶ ὅστιν ὁ ποιητικὸς νῆς, χρεῖστον τε καὶ ἀπαθῆς, καὶ ἀμνηστικός: Et est huiusmodi intellectus, segregatus, impassibilis, impermissus alteri. Hæc Alexander. Verum attendendum est, quod hunc intellectum agentem, dicit ipsum Deum, & primam causam, appellatum ab Aristotele,

In homine optimum, ratio.

Animal quibus constat.

Mens actus, mens operans, incorruptibilis.

in quo grauius reprehenditur à Themistio, & ratio, quæ dicitur ex verbis Aristotelis (si sentit simpliciter id Alexander) apertè reclamatione. Perspicendum igitur hoc loco primum, quod Alexander mentem agentem, mentem, siue animum indefatigabiliter noscentem, semper in actione cognitionis existentem, quæ dicitur ab Aristotele, intellectus actus, siue animus operans, sentit, clamat, vociferatur, segregatum, impassibilem, incorruptibilem. Secundum, quod huius intellectus, qui semper intelligit, fontaliter omni luce cognitionis impletur, principatum, primam dignitatem, tribuit intellectui diuino, qui dicitur prima causa, qui seipsum noscit, intelligit, fruiturque autore Aristotele, speculatione maiestatis suæ. Secundum gradum, & locum tribuit intellectui nostro, dicens intellectum agentem primo, ac principaliter appellari debere primam causam, omnis animi originem, secundo minus principaliter, intellectum nostrum, incorruptibilem & ipsum. Si bene igitur cernas, si spectes altè, videbis Alexandrum non simpliciter prædicare, quod Deus solus sit intellectus agens, sed quod ipse primus fruatur hoc honore, ipse mens infinita, inexhausta sapientia, lumen immensum. Secundo loco, & quidem longè inferius, debilissimumque lumen præ illo, est intellectus noster, immortalis & ipse similiter, & intellectus agens, & similiter incorruptibilis, immaterialis, impassibilis, incorporeus, quemadmodum magnus ille. Quod autem hoc sentiat Alexander, ex verbis eius liquidò constat: Talis, inquit, nempe immaterialis, incorruptibilis, ostenditur

Deus, non solus intellectus agens, sed primus.

ab Aristotele, πρώτων αἰτιών, prima causa, qui & propriè mens, eoque pretiosior nostra, & quæ cum corpore est. Dicit etiam Alexander, quod mens, quæ intelligit sempiterna, immortalis & ipsa est. Hæc autem nostra est. Demum Alexander in fine totius rationis, Intellectus is, inquit, ὁ θεῶν καὶ ἡμῶν γινώσκων καὶ ἀφθαρτός. ἀφθαρτός δὲ ὅτι ἡ φύσις αὐτῆς τοιαύτη, ὅ ἐν γινώσκοντι, ἀφθαρτός ἐν ἡμῶν ὡς ὑπὸ ἑστί, ὅτι γινώσκοντι ἐν ἡμῶν ὡς, ἐν καὶ θεῶν ἀεὶ ἀφθαρτός λέγει. ὡς ὁ θεῶν γινώσκων ἐν ἡμῶν. Quæ sunt, Est exterius aduentans nobis, & existens, & incorruptibilis. Incorruptibilis autem, quoniam ea est natura eius. Igitur intellectus, qui intelligitur, incorruptibilis in nobis is est, quoniam est segregatus in nobis intellectus, quem & Aristoteles exterius venientem vocat, intellectus exterius existens in nobis. Sic Alexander. Hæc igitur veritas est, cui nemo possit contradicere, quod Alexander intellectum, quem Aristoteles in libris de Anima vocat operantem, siue intellectum actum, in libris de Generatione animalium appellat γινώσκων, exterius aduentantem, sentit, fatetur, constanter appellat immortalem, incorruptibilem, à natura corporis segregatum. Quod si quis putet intellectum illum exterius venientem, Alexandrum alium quam nostrum dixisse, ecce verba ipsius auctoris sunt in propatulo, quibus ait intellectum in nobis segregatum, incorruptibilem, venientem ad nos extrinsecus. Ipse & Aristoteles cum de tota anima humana loqueretur, omnesque corporeas facultates à corporeo principio nascentes, inseparabiles corpore, & cum eo corruptibiles pronuntiafset, demum conclusit, reliquum esse solum eum, qui dicitur mens in nobis diuinam esse, segregatam à corpore, solamque ab alia origine, quam mortales illas facultates, venientem. Loquitur ergo de quodam intellectu nostro; eum tribus nominibus ab omni culpa mortalitatis vendicans, quod sit separabilis à corpore, inconcretus, quod diuinus, quod extrinsecus aduentans. Hunc autem Alexander cum affirmet, fateatur incorruptibilem, certè animum humanum, qui dicitur intellectus agens, exteriusque aduentans, fateatur incorruptibilem, segregatum à corpore.

Quod idem Alexander Aphrodisæus animum immortalem asseruit, & dubitationem de mortalitate resoluit. Et quod Plato prior & Aristoteles hoc ipsum docuerunt, ostendentes organa labefactari posse, animo incorrupto & inuiolato.

CAPVT XXII.



MAGNÆ profectò sunt his habendæ gratiæ, qui labore studioque suo perfecerunt, ne diutius per scholas Philosophorum, quos aliorum inficitia inuexisset, debaccharentur errores. Ecce aliud Alexandri admirabile de animi immortalitate testimonium, quod non vidisse Peripateticos hodiernos, vt rarò solent fontem veritatis adire, palam est. Secundo Problematum, ostendens temperaturas & crases bonas, facere vires naturales, atque animæ, vt nonnulli sentiunt, aut quod verius, organa ipsarum. Non pro ædificio organi, operari facultatem. Sic enim chordis in cithara, aut foraminibus in tibia benè positis, artificem optimè operari, prauè autem habentibus, non operari bene, ipsum verò nihil pati, sed habere in potentia τὴν τέχνην. organa adificio, facultatè operari. σωζομένων, καὶ ἔτι ἐνέργειαν, artem seruatum, & non secundum actum. Sic si quis, verbi causa, cerebro deprauato sit ob intemperiem, non operaturamque quidem, καὶ λογιστικῆ, καὶ ἐαυτῶν δὲ ἀρετῆτος ἀφθαρτοῦ δυνάμει τυγχάνουσα καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἀφθαρτὸν ἀβλαβῆτον, εὐπρόσθετον δὲ πάλιν ὀργάνον εὐκράτους, τὴν δυνάμει εἰς ἐνέργειαν παρεσθάλλει χελεῶς: Animam rationalem, sed per se tamèn immutabilem permanere, facultate & potentia, existentem in actu, propter immortalitatem. Rursùmque natam organum temperatum, potentiam in operationem proferre bene. Ecce sui similis Alexander. En explicatio, declaratio, cum vel infantes & pueros cernis non sapere, vel ætate prouecta viros insanire, non mentis, inquit, animivæ ea causa est, sed organi male affecti, virtute, & ipsa matre operationum potentia, immota, incorrupta, immortalis. Cuius maximè indicium est, quod iterum nata organum bodi, expurgatâque feculentia, operatur vt solita erat. Si mens abiisset, cum operatione destructa, nunquam redire potuisset. Manet, inquit, anima immutabilis,

organum adificio, facultatè operari.

Abilis, propter immortalitatem, qualem, vt ait Simplicius, creauerat eam Deus, prudentem, sapientem: sed accidit dementia, vel nobis volentibus, ac prauè ratione vtentibus, vel organo deprauato, ipsa mente propter immortalitatem, incorrupta, immota. Hinc respiciens, & poenitens fit alia, aut redit in seipsam. Hæc Alexander sentit etiam in libris de Anima. Coëgit igitur veritas eum fateri quod erat. Sciendum autem, quod hæc Alexandri ratio, est etiam Platonis in decimo de Republica: Nónne nosti, inquit, animam nostram esse immortalem? Nam si corporis ægritudo, prauaque affectio non efficit animam prauam, & ægrotam, nunquam poterimus dicere ab vilo malo eam perire, sine deprauatione, maloque suo. Itaque neque à febris, neque ab alia ægritudine, aut cæde, neque si quis toto corpore cæsus sit frustillatim, ob hæc, animam interire dicet quisquam, nisi prius comprobet, quod ob corporis hæc mala, ipsa vel iniustior fiat, vel sceleratior, quæ sunt animi mala. Sed cum malum alienum affuerit in alio, non adfit autem proprium, ne animam quidem quidquam perdere dicemus. Nemo verò probabit animas intereuntium, ob mortem fieri deteriores. Tum concludit: Bene igitur dicis. Nam si proprium animi malum, non poterit animum interficere. (Siquidem iniusti, & scelerati, non modò ipsi viuunt, vt auferre cæteris vitam soleant) vix erit malum, quod afferrat animo perniciem. Ergo si neque à proprio domesticove, neque alieno malo læditur, διλονότι ἀνάγκη αὐτὸ εἶναι ἐὶναι. εἰδὲ αἰὲν ἐν ἀθανάτων, Liqueat vtique necessariò cum semper esse. Quod si semper, etiam immortalem. Hæc Plato. Deinde subiicit ea, quæ Plotinus B de immortalitate, vt consideretur animus, qualis natura est, non vt à corpore, communicationeque corporis, & cæteris malis offensus, impeditus, sed purus, syncerus, qualis debet esse, & esse solet animus sapientium, similis animis cælestibus, quos immortales nemo dubitat, retinens nobilitatem diuinam, & talis existens qualem creauit eum Deus. Nunc autem videmus eum veluti Glaucum illum marinum Deum, aut fractis corporis partibus, aut fluctibus attritis, aut multatis, hærentibus ostreis, aut alga, lapillisque vt verius monstro similis sit, quam qualis natura esset, neque quisquam priorem figuram recognoscat. Huiusmodi cogitemus animum, inquit, infinita malorum copia circumobscutum. At eò respiciamus, quibus cogitationibus euehitur, quorum inspector, contemplator esse solet, quibuscum similitudinem gerat. Hæc igitur & ab Aristotele visa sunt, & comprobata, & à Peripateticis, qui post eum floruerunt, declarata, explicata præsertim Alexandro, cui multum tribuunt cæteri Peripatetici. Nam animus, qui purus, cælestis, similisque naturæ diuinæ prius esset, exinde corpore aggrauante, sensumque deprimente, malisque affectionibus obsidentibus, oppressaque diuina similitudine, bonitatèque immortalis, non apparet. Sed Alexander è ratione Philosophiæ docet eam culpam, & fraudem vel organi esse, vel alienarum ab anima rerum, ipsa incorrupta, inuiolata. Cuius si dignitatem, immortalitatèque nosse velis, ad ea respicias, quæ monuit diuinus Plato. Seiunge, quæ non sunt eius. Vide quantum sapientiæ, prudentiæ. Tu, inquit Marcus Tullius, cum siue Deus, siue mater, (vt ita dicam) rerum omnium Natura C dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinus, sic te ipse abiicias, atque prosterne, vt nihil inter te, atque quadrupedem aliquid putes interesse. Et, Animal, inquit, hoc sagax, memor, plenum rationis, cæteraque bona, quæ videmus ab optimis possideri, vt Dij, & filij Dei meruerint appellari. Hoc attende, hic insiste, Similitudinem, cum optimus quisque similem in se Deo reddit, agnosce. Consimilis ferè ratio est in Phædone. Vt enim superius Trismegistus, duplicem esse hominem asserbat, alterum mortalem, corruptibilem, alterum immortalem: Et vt Aristoteles hos duos vidit & ostendit homines, alterum separabilem, alterum inseparabilem: Simplicius autem meliorem illum, nihil à dignitate sua degenerantem induxit: Plotinus & Plato obscurum meliorem corporeis pestibus, sed operationibus suis elucescere. Has autem operationes sæpe, quemadmodum Aristoteles cum cæteris, sapientiam, scientiam, prudentiam, memoriam dixit. In Phædone eas accepit, quibus tanquam duo in vno eodemque homine cernantur, alteri iubens, & imperans, alteri obtemperans, affectiones corporis comprimens, frænansque tanquam alteras à se libidines, & sopiens. Quo non modò, affectiones corporis animam non esse, & quasi cõtemperationem, harmoniamque demonstrat, sed prorsus seiunctam ab eo, atque diuisam. An, inquit, eorum quæ sunt in homine, quicquam aliud imperare dices, quam ipsum animum, præsertim sapientem? Et si non aliud, an id imperium exercet, obsequens aut aduersans affectionibus? Dico videlicet

Anima non fit ob mortem deterior.

i. Paradoxo.

i. De Legib.

duplex homo.

Pars iubens, & pars obtemperans.

simile quid, vt si vrgente siti, æstûque, in contrarium tendat, recusans bibere: Similiter D fame premente, nolit manducare, cæteraque id genus innumera, in quibus constat animam corporeis cupiditatibus aduersari. Quibus non corporis harmonia, & contempe- ratio aduersatur. Nam harmonia nunquam chordis, & citharæ obstat, sed talis est cuius- modi corpus harmonicum, sequens ipsum, non imperans ei. Constat igitur animum in contrarium vbiq; ferè aduersari corpori, eique omnibus modis tota vita dominari. Asperius nonnunquam & cum dolore, vt in omni exercitatione, & in medicina: non- nunquam mitius. Interdumque minitans furori, & cupiditati, aut timori, interdum monens, & suadens, vt alius prorsus existens cum altera persona loqui videatur: vt Ho- merus facit in Odyssea, vbi de Vlysse refert,

Animū ad- uersari cor- pori.

τέταρτον δὴ κερδὴν, &c. Odys. v.

Tum secum, & cordi, percusso pectore, fatuit. Cor patere istud, nanquæ hoc & grauiora tulisti.

Animus non est tantū cor- poris harmo- niā.

An, putes eum, inquit, hæc loquentem, credidisse animam esse harmoniam, & actum cor- poris organici physici, cui corporis affectiones dominantur, non potius quæ agat, domi- neturq; , multo quàm harmonia diuinius quiddam? Hæc Plato. Quæ est eadem atque su- perius ratio: vt quemadmodum ex sapientia, memoriaq; animi, falsam persuasionem de- struebas oblatam ex organis deprauatis, operationibusq; cessantibus: Sic ex imperio, do- minatūque super omnes cupiditates, & cõtra se propè minaciter tendere: Vel cum cor- pus ipsum vrgemus, & impellimus, neque cupiditatum suggestionibus acquiescimus, comprobes imperatorem animum esse, sciunctum à natura corporis, prorsus ei dissimi- lem, tanquam dominum, cui nulla cum cupiditatibus, & actu corporis sit societas. Ra- tio Aristotelis, cogens eum fateri, cum cætera in homine non separantur, solum hunc separari, tanquam facultatem, substantiamq; diuiniorem. Sapientia igitur, & prudentia, memoria, prospectus, cogitatio, solertia, probant animum incorruptibilem, immortalè, diuinum. Probat etiam dominatus, imperiū super cupiditatibus, supra seipsum, resistere sibi, sese regere, impellere corpus, exercere si vel recuset, sitienti potum denegare, Ve- nerem appetenti non acquiescere, formidantè increpare, obiurgare, irascenti & furenti frænum imponere. Quæ quidem probant, aliud omnino esse qui imperat, aliud cui im- peratur, & tanquam asino calcar, vel frænum adhibetur. Denique superior Platonis sen- tentia, quam Alexander explicuit, fuit etiam Aristotelis, si quis prudenter inspiciat. In primo de Anima, Mens autè videtur inesse substantia quadam existens, & non interire. Maximè enim interiret ex imbecillitate senili. Nunc autem quemadmodum in sensibus contingit. Si enim sumeret senex oculum iuuenis, videret quemadmodum iuuenis, Quocirca senectus non euenit propterea, quòd anima sit aliquid perpeffa, sed id in quo fit operatio. Quemadmodum in ebrietatibus, & morbis. Itaque & intelligere ipsum, & speculari, labefactatur, alia re exterius labefactata. Ipsa verò potentia, est impassibilis. Cogitare autem, & amare, aut odisse, non sunt affectiones eius, qui habet illud, vel illud habet (videlicet animi) Quamobrem, & hoc pereunte, neque recordatur, neque diligit, neque enim illius erant, sed communis, quòd perit. Mens autem forte diuinius quiddam, & impassibilis est. Ex his vides eandem Platonis & Aristotelis, Plotini, & Alexandri esse de immortalitate sententiam, qui soluunt etiam, nubemque quasi terram ob oculis de- pellunt dubitationem de organis deprauatis, cum quibus pariter anima depruari, labe- factarique videbatur.

Quomodo probatur ani- mum non esse interitū ob- noxiū.

Rationes Plotini de immortalitate: & quòd idem iterū Aristoteles & Plato sunt confessi, animam esse incorpoream, quemadmodum Deum: Et epilogus eorū, in quibus mirè cuncti fermè Philosophi cõueniunt super immortalitate animorū.

CAPVT XXIII.



LOTINVS item omnia, quæ vel Trismegistus, vel Plato, aut Archy- tas, sed ante omnia quæ Moses, de diuina animorum similitudine, eorūque immortalitate tradidissent, verbis penè diuinis explicuit, declarauit. Expiatæ, inquit, animæ, assident optima sapientia, omnisq; alia virtus ei domestica. Si igitur talis est anima, cum se collegerit, & in seipsam redierit, πῶς ἔφύσεως ἐκένεός, οἷον φαρμῶν τῶν θείων καὶ αἰδῶς παντός ἐννοῖ. φρόνις γὰρ καὶ ἀρετῆ ἀληθῆς θεία ὄντα, ὅτε αὐ ἐγγένοιτο φάρμακον καὶ θνητῶν παράγωγα. ἀλλ' ἀνάγκη

Αἰνάγκη, θεῶν τὸ ποιεῖν ἐννοῖ, ἅτε θείων μετὸν αὐτῶν ἀφ' ἐγγένειας, καὶ τὸ ὁμοίον: Quomodo non naturæ illius erit, qualem esse rei diuinæ, ac sempiternæ omnis dicimus? Nam sapientia, & vera virtus, quæ sunt diuina, haudquaquam rei vili, atque mortali infint. Sed necesse est diuinum esse eiusmodi, vt cui soli sit cum diuinis societas propter affinitatem generis, & substantiæ. Hæc ille. Cautè quidem & rectè audio, quòd animam dicat Deo ὁμοίον, Et quale prodidit Moses, ad imaginem & similitudinem. Ipsi enim se ipsos declarant, vt superius Trismegistus. Igitur hoc quòd Plotinus effatus est, est quòd Trismegistus, ἦς ἐν ἀνθρώποις θεός, Mens in hominibus Deus. Quòd verissimum esse, declarat omnium, qui hæc scruta- ri institissent, consensus. Vt cum non didicerint, sed instinctu quisque suo pronuntia- rit, didicisse tamen alter ab altero videatur. Similia enim eo ipso de generatione anima- lium loco, inculcauit Aristoteles: τὸ μὲν χεῖρον δι τὸ σῶματος, ὅσοις περιλαμβάνεται τὸ θεῖον, ποῖτον δὲ βῆν ὁ χειρὸς μὲν ἦς, τὸ δὲ ἀρχαῖον, τὸ το σπέρμα: A corpore separabile est, cui diui- nitas inest. Talis autem est mens: inseparabile autem est ipsum sperma. Sentis quanta inter Platonem, Aristotelem, Platonicos, Peripateticos de animorum diuinitate, ac im- mortalitate concordia? Nam Laërtius prodit de Platone: δοκεῖ δὲ αὐτῶ, πρὸ θεῶν ἄς καὶ τὴν ψυχὴν ἀσώματον εἶναι, ἕτε γὰρ μάλα ἰσα φροῦς καὶ πάθος ἀνεπίδεντον ὑπάρχειν: Videtur ei Deum, quemadmodum & animam esse incorporeum. Sic enim maximè interitus & affectionis incapax esse. Eadem ergo & Marcus Tullius: Tu verò enitere, inquit, in somnio, & sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Nec enim is es, quem forma ista de- clarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum igitur te esse scito. Siquidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præ- uidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum, princeps ille Deus. Et vt ipse mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus: sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Quantus consensus? Aspicias quid natura de pectore sapientum, quàmve consonum, iugiter eruit? Hi loquuntur na- tura, rationeque magistra, quòd litteræ sacræ oraculo: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Et Plutarchus de quætionibus Platonis, ὁ ἦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. Quomodo autem sentiant animam nostram, esse Deum, declarat idem de placitis Philosophorum. Pla- to inquit, τὸ μὲν λογικὸν ἀφάρτον, καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἔ θεῶν, ἀλλὰ ἔργον τῶ αἰδῶς θεῶ ὑπάρχει: Ra- tionem esse immortalem. Etenim animam, non Deum, sed opus æterni Dei existere. Vides mentem siue animam, non Deum summum, sed quasi opus magni Dei. Et hæc Mosaica Theologia. En verus ille homo apud Aristotelem, vera diuina imago. His con- sonè Chaldaeus item ait, ἡ ψυχὴ ἀσώματον πῦρ, Anima incorporeus ignis. Duobus ferme millibus annorum ante Platonem tradiderat Moses, animum simulachrum esse Dei, paulò ante Aristotelem Plato, ante Plotinum trecentis, & plus annis, ante Marcum Tul- lium ferme ducentis Aristoteles. Successit per omnes ætates hæc Theologia, omnia tem- pora obambulauit, nullius sapientis pectus non insedit, mutuis sententiis, suffragiisque corroborata. Magna res est, & nemini non admiranda, tantus omnium sæculorum, atque hominum ex omni genere, latè terras incolentium, linguis, moribus, ætatibusque inter se diuisorum, consensus, in eandem rationem, ducente natura, conspirantium. Marcus igitur idem, iterum sui, veterumque Philosophorum memor, Humanus, ait; animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc est fas dictu, com- parari potest. Quòd dixit Decerptus, Philo, & Epictetus, vt sæpe monui, ἀπάρτασμα, ἀπαύγασμα, Moses, Aflatus. Sic quoque quòd Moses, Ad imaginem, & similitudi- nem, Marcus idem. Siquidem, inquit, vel Dij ipsi, vel cum Diis futuri sumus. Eandem sententiam, & sententiæ causam proposuit de animorum immortalitate in orationibus: Itaque, inquit, cum multis aliis de causis, virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi, & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. Hæc ratio Platonis, Aristotelis, Plotini, Alexandri Aphrodisæi, omniumque fermè Philosophorum. Quid illud quoque, quòd ait in Tusculanis de animo cælum cognoscente? Quorum, inquit, astrorum conuerfiones, omnisque motus, qui animus vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus est in cælo. Vides vt viderit, assensusque fuerit, ex ar- gumento vero, animum similem esse Dei, similem eius, qui sydera fabricatus est in cælo, quæ sapiens artifex sine diuino ingenio imitari non potuisset: sicut sine Deo moueri

Sapientia & virtus non cadunt in res viles & mor- tales.

Mens in ho- mine, Deus.

Corpus mor- tale hominis, nō homo ipse, i. mens. In somnio Scip.

Anima non est Deus, sed opus Dei.

Oratione pro Rebur. per d. reo.

1. Tuscul.

cælum vna conuersione dissimillimis motibus nequiuisset. Idem in Tusculanis, quod mirabile videbitur omnibus (cogor autem repetere) Nec inuenietur, inquit, vnquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo, loquens de animis. Ecce non modò conformitas animorum cum Deo, sed etiam conditio, missio eorum ab ipso, duo videlicet Mosaica, Ad imaginem, & similitudinem suam: Et, Insufflauit in faciem eius, dato à se ipso viuenti spiritu, quem animum, mentémve Latini, Græcique dicunt. Eodem diuino consensu Plutarchus de virtutibus moralibus, rationem, quæ sit diuina, & prudentiam perfectam summam rationis partem, fas esse imperare, dominari parti irrationali. Sapientiamque esse circa puram, impassibilem mentem, cui insit scientia diuinissima, ac beatissima: φρόνη γὰρ θεωρητικὴ θεῶν ὄντα τῶν λογισμῶν ἡγεῖσθαι καὶ ἀρχεῖν τῶν ἀλόγων, ἀλλ' ἢ μὲν ἀπεσοδῆναι τῶν ἀλόγων, καὶ περὶ τοὺς ἐλλογιμῶν καὶ ἀπαθῆναι τὴν συνεισθημένην σοφίαν αὐτοτελῆς τῆς βίης, ἀκρότης τῶν ἀλόγων, καὶ δύναμις, ἢ τὸ θεότατον, καὶ μακροχρόνιοι.

Gen. 1.

Epilogus rationum, quibus visus est sapientibus animus immortalis.

CAPVT XXIIII.



ONSENSVS igitur omnium, qui Naturæ vox putatur, præcipuè maiorum, declarat animos sempiternos. Idq; etiam assert Marcus Tullius: Vt, inquit, Deos esse natura opinamur, qualésque sint, ratione cognoscimus, sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium. Omnes itaque præci, & omnes qui post eos secuti sunt, animos æternos dixerunt, Moses, Trismegistus, Musæus, Orpheus, Homerus, Pindarus, Phærecydésque Syrus Pythagoræ præceptor, qui primus, vt ait Marcus, dixit animos sempiternos. eamque opinionem discipulus eius Pythagoras maximè confirmauit. Ipse Plato, qui vt Pythagorea disceret, in Italiam nauigauit, primum de animorum immortalitate non sensit idem modò quod Pythagoras, sed rationes etiam attulit. Hæ rationes teste Marco, plures sunt, vt qui legat librum eius, amplius quid cupiat, non habeat. Sed illa maior omnibus, & claritate mirabilior, ad quam rapti sunt vniuersi homines, vt quasi Mosen cuncti legisse, discipulique eius esse voluisse videantur. Ea est, quòd ex ea natura, quæ Deo consensu omnium tribuitur, existit animus. Ergo animus, inquit, nunquam satis laudatus, idem Latinus Plato, vt ego, diuinus, vt Euripides audeat dicere, Deus est. Putat audaciam animum dicere Deum: diuinum autem appellari, hoc est, similem naturæ diuinæ naturam gentem, fas esse, castigatius, & rectius. Similitudinem autem, proprietatemque esse, quòd vt illa natura cælestis terra vacat, & humore, sic humanus animus est expertus. Secundò, quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, cælestis, diuinumque esse: Ob eamque rem æternum sit necesse est. Terriò, quòd quemadmodum Deus non alio modo intelligitur à nobis, nisi mens soluta quædam, & libera, segregata ab omni concreatione mortali, omnia sentiens, & mouens; ipsaque prædita motu sempiterno, hoc è genere, atque eadem è natura, esse humanam mentem. Dico hoc è genere, vt paulò antè diuinitus emendarat Euripidem, non vt Deus, sed vt diuinum genus. Sunt enim alia, quibus nullam habet homo cum Deo societatem. Igitur conuenere omnes, omnisque vetus, ac noua Philosophia sacra, & profana, animos esse è genere diuino, diuina natura, & incorporea. Nihil eos habere corporeum, mistum, dissolubile, mortale, dissipabile. Esse quàm hæc omnia, quæ cernuntur, alterius omnino naturæ. His igitur dictis, ad alia quædam progrediamur.

Pherecydes primus animi docuit immortalitatem.

Quid diuini sit.

Ex lib. de Consolatione, M. Tullij, Lactantij lib. 1. cap. 5. & lib. 7. cap. 3.

Contra rationem, qua putarunt animos retrò sempiternos: & quòd errarunt, omnipotentiam, maiestatemque summi Dei, qui solus sit præditus motu sempiterno, imbecillis animis tribuentes: & quòd animi humani non sunt per se principium omnis motus, sed solus Deus.

CAPVT XXV.

Hoc



OC omni opere id cum primis egimus, & eò mens defixa fuit, vt tum totius philosophiæ bonitatem, & cum cælesti conformitatem ostendentes, tum si bonorum illorum assertores, aliqua exinde suspitione (nondum enim claritas cælestis exorta omnem caliginem ex animis dispulerat) à vero exciderunt, ad bonitatem illam suis eos præfidiis reuocare, admonitos vt dicta sua diligenter pensitantes, se vanis illis suspitionibus inuolui non pariantur. Id in hac de animâ Theologia, cum primis occurrit. Nam cum in Philosophia sempiternum, immobileque decretum positum sit à Philosophis, Quod immortale sit, & incorruptibile, nullum vnquam habuisse principium, hoc ad animos transferentes, sicut eos immortales, quia nature diuine participes, sic sine principio, nunquamve natos crediderunt. Sed cum mens fluctuaret, multa q; non ambigua modò, sed absurda, eo posito, occurrerent, ceu veritate labentibus porrigente manum, natos iterum eos à Deo intrepidè pronuntiarunt. Cum q; si nati sunt à Deo, retro non fuerint semper, sed aliquo diuino, & nobis incognito oriatur modo, quoties eos sine principio protulerint, repetemus eis dicta sua, admonebimusq; in re ambigua, non tantum meliora sequi, sed ea etiam in quæ propensiores ipsi fuisse videantur. Marcus igitur Tullius (vt hinc incipiam) cum Platonis illam rationem euolueret, quæ de principio motus proponitur, diciturque de animis, nullum motus sui eos habere principium, quod à seipsis moueantur: Sempiternum autem esse, quod ipsum nunc per se moueatur: Quia quod ortum sit, ab alio habeat motum. Ergo quod nunc per se, & à se mouetur, necessariò semper motum habuisse, quia nunquam ipsum sibi defuisse. Et nisi semper motu fuisset, ne nunc quidem moueri posse. Et si moueretur, ab alio mouendum non à se ipso. Quo desinente moueri, ipsum quoque deficeret. Sicq; non esset animus, quod Græcè dicitur, ἀποκίνητον. Habere autem animos eiusmodi naturam, vt à se ipsis moueantur, sicq; semper tales existentes nunquam natos. Concluditque Marcus, Neque nata certè est & æterna est. Plato verò & in Phædone, & in decimo de Republica, hac ratione examinata concludit: ἔτε γὰρ αὐτῶν ἐλάττω γίνονται, μηδεμίνας ἀπολλυμένων, ἔτε γὰρ πλείους. εἰ γὰρ ὅτι ἐν τῷ ἀθανάτῳ πλείον γίνονται, οἷός' ὅτι ἐν τῷ θνητῷ αὐ γίνονται, καὶ πλείους ἐν τελευταίῳ ἀθανάτῳ: Neque pauciores inquit, vnquàm erunt animi, nullo pereunte, neque plures. Si quid enim immortale plus fieret, nosti quòd ex mortali fieret, omniâque deficientia essent immortalia. Hæc igitur illi dicunt. Probabitur autem non modò in dictis eorum esse discordiâ, vt suis verbis erroris admoneantur, sed etiam ex his malis, & absurdis, quæ sequuntur, hanc eorum opinionè esse veram non posse. Etenim si sunt animi ingenerabiles, euertitur tota Platonis Theologia, primum cum euidentissimè creat omnem mundum in Timæo, non solum corpora, sed etiam animos, & Deos: Quorum, inquit, initium traditur vobis à me, loquens de animis. Græcèque si bene meministi, ἀείρεται καὶ ὑπαρξάντων ἐγὼ τῶν ἀθανάτων. Ego, inquit, initium, & fatum animorum dabo. Eos fatos demittam in corpus. Prædicat ergo Deus apud Platonem se fatorem, seminatore, informatoremq; animorum. Quomodo ergo stat, animos esse sempiternos, nunquamve natos, atque seminatos à Deo, & informatos, cum in corpus immitterentur? Platonè igitur Plato coarguat. Eadem discordia in Marco Tullio. Neque, inquit, certè nata est, & æterna est. At ô Marce, non recordaris te paulò antè, animos decerptos ex mente diuina, alibi haustos dixisse? Si sunt decerpti, nonne antequam decerperentur, aut delibarentur, non aderant nati postea? Quorum natiuitas dicitur delibatio, & haustus ex mente diuina. Ad hæc cum in consolatione quæres originem animorum, dixisti in terris eam inueniri non posse. Neque inueniendum vnquam vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo. Eos igitur à Deo venire dixisti. Quid aliud venire, nisi nasci, oriri? Nam si fuissent sempiterni, non venirent à Deo, nec eorum originem requisisses. Venire igitur dixisti, quod alibi, delibari, hauriri. Hæc igitur cum apertè Marcus & Plato scripserint, si nullis aliis rationibus vterer, his contentus esse possem. Similis error, & inconstantia Simplicij nunc dicentis animum ingenerabilem, nunc à Deo creatum, & factum, vt visum est superius. Hoc igitur contentus esse possem, si vellem. Sed latius prouectus, doceo primū, rationem illam, quæ non conueniat naturæ animorum, sed soli naturæ diuinæ, eos non rectè collocasse. Iam si ingenerabiles essent animi, tot consequi mala, quorum nullam inueniat solutionem Philosophia. Animos ingenerabiles, consequitur quod ait Plato, nec plures eos vnquam fuisse, nec pauciores, hoc cōsequitur miseranda illa, vt dicam quod verum est, exeuntiu,

An verum illud, Quod immortale sit, nullum vnquam principium habuisse: & an animi æterni.

Tuscul. 1. & in somnio Scipionis.

Si animi decerpti à Deo, ergo & creati.

O



redeuntiumque semper calamitas ad corpora, & à corporibus animorum. Hoc igitur D  
 animi fecerunt in omni aeternitate, semper è cælo ceciderunt in terras ad animanda cor-  
 pora. Vbi igitur, ô Plato, beatitudo animorum quam toties decantasti? Vbi præmia iu-  
 stitiæ, post hanc vitam? Si redeunt animi semper (redeunt autem, quia dixisti eos nec pau-  
 ciores esse nec plures vnquam) & si certus ille numerus discessit à corporibus olim tot  
 sæculis, quomodo corpora, quæ subsecuta sunt animata fuerunt, nisi redeuntibus eis,  
 semperque in hoc ludibrio versantibus, & è cælo labentibus? Si hoc, vbi beatitudo, vbi  
 gloria bonorum, iustorumque honores post mortem? Hæc opinio, nõnne confusio Na-  
 turæ? Demonstramus igitur fefellisse eos priorem rationem, vnde, quæ fieri nequirent,  
 animo conceperunt. Quanquam Marcus Latinus, de redivit animorum reuolutione que  
 illa dedecorosa prudenter nihil scripsit, quod ei credo nunquam placuisset. Si non pla-  
 cuit, tollatur genitrix eius prima ratio. Dico igitur malè coniunxisse eos naturam diui-  
 nam, supremamque Diuinitatem, cum natura animorum, qui tametsi diuini sint, diuini-  
 tus & nati, & similes Dei, fragiles tamen, & errantes sunt, hallucinantes, ignari multa-  
 rum rerum, in errores propensi. Non igitur habuerunt motus sempiternam durationem,  
 infinitamque aeternitatem. Habuit solus Deus, solus ipse principium, ipse à nullo morus,  
 vitæ suæ ipse sibi origo, verus ἀποκίνητος, per se viuens, per se motus. Animi autem per se  
 non mouentur, quia tum tempus fuit, cum non essent, tum ad nascendum moti sunt ab  
 alio, non à seipsis. Alioqui non modò ingenerabiles essent, sed etiam Dei æquales, nõ ab  
 illo, sed à seipsis originem sui trahentes, cætera quoque diuina possiderent, non pecca-  
 rent, non hallucinarentur, non vacillarent, non afficerentur morbis, impassibiles, summa  
 præditi Diuinitate. Non sunt hæc vnquam, non æquant ergo Deum: quem æquarent, si  
 vitæ motusque sui sibi forent principium: non æquantes, nec per se moti sunt, nec sibi ori-  
 go vitæ, & motus. Ab alio omnipotenti, quem nullæ res mouerunt, nihil dedit ei vitam,  
 ipse est sibi vita, sibi motus, verus ἀποκίνητος, principium, fons omnium motionum, exorti,  
 ad vitam incitati. Ab ipso mouetur cælum & terra, omnisque natura, ipse fecit vt animi  
 per se mouerentur facti similes sibi. Quapropter hoc nomen ἀποκίνητος, non propriè, sed  
 simulatè conuenit animis. Est autè, ἀποκίνητος, sicut ἀποφυγής, ἀποπαράτης, ἀποτελής, ἀποζωή:  
 quæ nomina nullus vnquam Theologus soli Deo non concessit. Igitur illa ratio, quam  
 explicat Marcus ex Platone, quanquã in Tusculanis, in Senectute, in Somnio vsurpauit,  
 non congruit animis, qui non sunt Deus, non principium, sed moti ab illo omnipotenti  
 fonte motionum, vitarumque omnium, non solum cum nascerentur, sed ei nunc subie-  
 cti, mouentur omni tẽpore. De Deo igitur duntaxat hoc verum est, quod ait. Nam quod  
 semper mouetur, æternum est. Quod autem motum affert alicui, quod ipsum agitur  
 aliunde, quando finè habet motus, viuendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod  
 sese mouet, quia nunquam ne moueri quidem desinit. Quin etiam cæteris, quæ mouen-  
 tur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principio autem nulla est origo. Nam ex prin-  
 cipio oriuntur omnia. Ipsum autem nulla ex re fieri potest. Nec enim esset hoc prin-  
 cipium quod gigneretur aliunde. Quod si nunquam oritur, ne occidit quidem vnquam. F  
 Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. Siqui-  
 dem necesse est à principio omnia oriri. Ita fit vt motus principium ex eo sit, quod ipsum  
 à se mouetur. Id autem nec nasci potest nec mori. Vel concidat omne cælum, omnisque  
 natura consistat necesse est, ne vim vllam nanciscatur, quæ à primo impulsu moueatur.  
 Cum pateat igitur æternum id esse, quod à se ipso moueatur, quis est hic, qui hanc naturã  
 animis esse tributam neget? Inanimatum est enim omne, quod impulsu agitur exter-  
 no. Quod autem animal est, id motu cietur interiore. Nam hæc est natura propria ani-  
 mæ atque vis, quæ si est vna ex omnibus quæ sese moueat, neque nata est certè, & æter-  
 na est. At ô Marce, qui sapientissimus vbique probaris, quique in his quæ à Græcis ad La-  
 tinos transferebas, summo delectu, nec Platonem sæpe, nec Homerum, quod & Vergi-  
 lius, sequi voluisti, sed bonis assumptis, quæ non probares eis reliquisti, cur etiam hac in  
 ratione errorem Platonis non animaduertisti, qui supremam Diuinitatem, ingenerabi-  
 lem, incorruptibilem, à nulla re mobilem, fontem motionum, ad animos fragiles, inscios,  
 transtulisset? Quorsum enim spectat quod ais? Vel concidat omne cælum, omnisque natura  
 consistat, necesse est. Num animi nostri mouent cælum, omnem naturam cient, quibus  
 non mouentibus, cælum sit casurum, ad quos rationem hanc applicasti, & quæ Dei sem-  
 piterni, omnipotentis erant, fragili, impotenti animo tribuisti? Verba igitur eorũ apertè  
 clamant,

Malè coniu-  
 xa à philoso-  
 phiis natura  
 diuina & hu-  
 mana.

Quod semper  
 mouetur, æ-  
 ternum: de  
 Deo duntaxat  
 intelligi.

Error Cice-  
 nis idem qui  
 Platonis.

A clamant, diuinam hanc admirandamque rationem, non animis nostris, sed animo summo,  
 præpotenti, aliorum animorum fonti congruere. neque enim cælum Naturam que mou-  
 ent animi nostri, nec deficientibus nobis, concideret cælum, omnis natura consisteret,  
 sed deficiente Deo. Tum verò nec Sol moueretur, molesque cælestes, natura quoque de-  
 ficeret omnis. Hæc igitur eorum ratio necessariò concludit aliquem animum omnipo-  
 tentem, sine principio, sine impulsu alieno, vniuersalem, præsidem, omnis vitæ motorem.  
 Efficatque ratio, naturaliterque demonstrat, nisi esset principium æternum, à nullo depen-  
 dens, à seipso cuncta bona, totamque potentiam agitandi, viuificandi, non aliunde sumes,  
 casurum omne cælum, omnem Naturam interpollandam. Is solus nunquam deseritur à  
 se. Hic solus nunquam caruit motu, vitæque sua, omnis largitor vitæ. Et quia principium  
 verum est, ei nulla fuit origo, natis omnibus ex eo, ipso à nullo nato, quia principium. Is  
 verè nunquam ortus, solus ob hanc causam, habens immortalitatè, vt inquit ille, & quia  
 nunquam potuit nasci, nunquam poterit deficere. Hæc omnis de Deo necessaria, natu-  
 ralis, admirandaque Philosophia. Cum verò infers, & concludis: Cum pateat igitur id  
 æternum esse, quod à seipso moueatur, quis est hic, qui hanc naturam animis esse tributã  
 neget? Ego is sum, ô Marce, qui nego tributam hanc animis naturam. Nihil enim inter  
 nos, Deumque distaret, si cuncta, quæ differuisti, possideremus. Si ipsi nobis essemus causa  
 vitæ, nullum aliunde motus nostri habentes principium, ne Deo quidem subiecti essemus,  
 nec ab eo quidquam habuissemus: quot facit Deus, totidem & nos faceremus: Vt ab illo  
 B mouetur cælum naturaque omnis, moueretur etiam mouerique posset à nobis. Sed vbi  
 motus ille noster sempiternus, vbi perennitas, qui tam fragiles sumus, imbecilli, inconstantes,  
 cæci, vt fragilitas suspicionem mortalitatis attulerit: sed res clara est. Non mirũ  
 si ex falsa illatione, & conclusionem, nascebatur absurdus, applicata animis diuina natura.  
 Est autem animus, vt idem Marcus, sapienter corrigens Euripidem, diuinus quidem, sed  
 non Deus: similis illius, at aeternitate, omnipotentia, principio motionum, bonitate, longè  
 dissimilis. Primus igitur error, genitor secundi, quem vtrumque detestatur natura, pa-  
 tefactus, dissipat secundum, ineptamque persuasionem vero fundamento non innitentem  
 demonstrat, animorum retro aeternitatem. Qui vel eo quoque patet, quia Plato in de-  
 cimo de Legibus de anima cæli, non anima prorsus nostra rationem hanc induxit: Ibi  
 probans animam principium motus, nec sine anima quicquam moueri potuisse, eamque  
 omnium antiquissimam esse: cælum ab anima gubernari. Nouissimè, ἀγαθὸν δὲ ψυχῆ  
 πάντα τὰ κατὰ ἔρρον, καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ αὐτῆς κινήσει, αἷς ὀνόματι ἐστὶ βίβλασται, σποσπίσται,  
 ἑπιμελῆσται βυβλέσται, δὲ ἐξ ἑνὸς ὁρθῶς: Agit, ait, anima omnia quæ in cælo, & in terra, &  
 mari, suis motibus, quibus nomina sunt consulere, opinari rectè. Hæc igitur non conue-  
 niunt animis nostris, sed soli Deo. Hanc sententiam testatur Aristoteles etiam Alcmanis  
 fuisse: φησὶ γὰρ αὐτῶν, ἀθάνατον εἶναι, αἰετὸν τὸ εἶναι τοῖς ἀθανάτοις, &c. Ait enim immortalem  
 esse animam, quia sit similis immortalibus: id autem esse, quia semper moueatur. Moueri  
 autem semper diuina, Lunam, Solem, astra, totumque cælum.

Animus di-  
 uinus, non  
 Deus.

C Quod ratio, qua sibi persuaserunt animos ingenerabiles, non est vera: & quod  
 errauit Panætius transferens ad animos, legem rerum corporearum. Et quod  
 etiam Philosophi consentiunt non omnia nata occidere, è quibus Plato cen-  
 suit mundum factum non interiturum. Tum ex ratione, decretum hoc Phi-  
 losophorum neque verum esse, neque animis congruere. Resoluunturque  
 rationes Aristotelis, quibus probat omnia nata interire.

C A P V T X X V I.



VAE sunt rationes, quæ Platoni, multisque aliis persuasisse videntur, ani-  
 mos retro sempiternos. Prima quod habent naturam per se mobilem,  
 sine principio: Tum quod si sunt immortales, sunt etiam ingenerabiles,  
 cum sit decretum Philosophorum, omnia quæ nascuntur, occidere, na-  
 scentes animos corruptibiles esse. Non sunt autem corruptibiles, ergo  
 nunquam natos. Et Marcus huic rationi subscribens, ait Panætio credi-  
 tum animos corruptibiles, quia nascuntur. Dicitque, Vult enim quod nemo negat,

Error Plato-  
 nis, de animo  
 ingenerabili.

*Natura summi Dei non est ut animorum humanorum natura.*

*De nat. Deor.*

*Deus omnia potest.*

*Vires Dei superant omnes Naturæ difficultates.*

*An omnia orta occidant.*

*De nat. Deor.*

quidquid natum sit interire, nasci autem animos. Prima igitur sic destructa fuit, ut aper-  
tum sit, falsò eos naturam summi Dei, credidisse naturam animorum, simili errore, ut si  
quis inauratam statuat cernens, nihil ab ea, quæ tota aurea esset, differre putaret. Ead-  
dem propè in secundo errore hallucinatio. Sed ex Platone primum probo Philosopho-  
rum decretum illud, non adèd inuolabile esse, quin aliquo modo rescindi queat. Et quod  
Marcus ait, vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit interire. Inueniam qui per-  
neget, cuius magna est apud Philosophos omnes autoritas. Atque Aristoteles id arguit  
in Platone, cui sit mundus incorruptibilis, eidem principium dedisse. Et Marcus ipse in-  
ducens Epicureum hoc irridentem, Sed illa palmaris quidem, inquit, quòd qui non mo-  
dò natum mundum introduxerit, sed etiam manu penè factum, is eum dixerit fore sem-  
piternum. Hanc censes primis, ut dicitur, labris gustasse Physiologiam, id est, naturæ  
rationem, qui quicquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse. Quæ est enim co-  
agmentatio non dissolubilis? aut quid est, cuius principium aliquod sit extremum? Ecce  
igitur inuentus est, qui neget quod ortum sit, non interiturum. In libro quoque de Vni-  
uersitate referens Latine, quæ scripisset Græcè Plato, Hæc vos qui Deorum fatu orti  
estis, attendite, Quorum operum ego parens, effectorque sum, quæ per me facta, non  
sunt dissoluta, me inuito, quanquam omne colligatum, solui potest. Sed haudquaquam  
boni est ratione vincitum, velle dissoluere: sed quoniam orti estis, immortales quoque quidè  
esse, & indissolubiles non potestis, nequiquam tamen dissoluemini, nec vlla vos mortis  
fata periment, nec fraus valentior, quàm consilium meum, quod maius est vinculum, ad  
perpetuitatem vestram, quàm illa quibus estis, tum cum gignebamini, colligati. Hæc à  
Platone asseruntur. Creditur à summo viro, fieri posse, ut vbi Natura defecisset, suppleat  
diuina voluntas. Vt si lumen ex cæcitate natura reuertì non possint, reuertatur volente  
naturæ rege Deo. Hoc credidit Plato: credidit mundum natura dissolubilem, quia ge-  
neratus, & factus, consilio tamen diuino stare incolumem. Nullus Philosophus reor ne-  
gabit vnquam, quem faciunt omnipotentem, cælum, & terras mouentem, formas ani-  
malibus, & vitas dantem, omnem machinam sustinentem, non eundem illuminare  
posse cæcos, reddere surdis auditum, suscitare defunctos. Maiora enim sunt superiora.  
Si mouet cælum, si facit ut omnia viuant, permaneant, non poterit sustinere, natura  
casurum ne cadat: montem ruinam minantem, ne ruat, frænare: flumina vertere retro,  
multaque alia, quàm vsitatus naturæ pergat cursus. Poserit certè, quia potuit maiora,  
nec Philosophi qui primum indefessè Deo contribuunt, eripient secundum. Vna igitur  
ratio decretum illud Philosophorum facile rescindi posse, quod Plato credidit, inuen-  
tusque est, qui neget, quod neminem negare Marcus dicit. Tum ratione probantur, quæ  
dicuntur à Platone, Maius esse, & valentius consilium, voluntatèque diuinam, mai-  
ores vires, quàm omnem naturæ fraudem, omnem imbecillitatem, Superare vires Dei,  
cunctas difficultates Naturæ. Quibus viribus, non solum animos, si verum est, suapte na-  
tura corruptibiles, sed etià corpora, si vellet, incorrupta seruaret. Hoc Plato libèter fate-  
tur. Ex his apparet animos vel natos, incorruptibiles esse, si non natura, certe volète Deo. F  
Secundam rationem perpendamus, an verum sit omnia orta occidere, hinc animos na-  
tos etiam interituros. Sunt autem rationes Aristotelis, cur quod habuit principium, sit  
finiendum. Principiò, quòd ea sola sint rationabiliter ponenda, quæ vel in multis, vel in  
omnibus videamus. Probari autem sensibus omnia quæ oriuntur, interire. Ad hæc im-  
possibile esse secus fuisse in præteritum, quod erit deinceps semper æternum, nec posse  
mutari. Accedet enim aliqua causa, quæ si prius affuisset, possibile fuisset aliter esse,  
quod erat impossibile aliter esse. Si autem prius ex aliter existentibus factus est mun-  
dus, si semper sic existentibus, & quæ non possent aliter existere, nunquam certè fa-  
ctus fuisset. Quòd si factus est, necessariò & illa possunt aliter esse, & non semper sic  
esse. Quocirca & ipsa composita dissoluentur, & dissoluta prius coacta, & collecta sunt.  
Hoc, quia in infinitum vel sic extitisset, vel fieri saltem potuisset. Quod si sit, non esset  
incorruptibilis, neque si aliter habuisset vnquam, neque si potuisset aliter existere. De-  
nique simul erit semper potens esse, & potens non semper esse, quod ostensum est, im-  
possibile. Hæc sunt rationes eius. Quas etià attigit ex parte Epicureus apud Marcum, nul-  
lam esse coagmentationem, quæ non aliquando dissoluatur: nihil esse, cuius principium  
aliquod sit, quin sit aliquod extremum. Verba verò Aristotelis concisè, & obscure mo-  
reque suo prolata, in dissoluedo clarescent. Vt igitur omittà Deum, cuius Plato credidit  
maiestatem

Amaiestatem efficere posse, rem corruptibilem ne corrumpatur, rationibus agens, euin-  
cam, non latius has eius argumentationes tendere, verioribus rationibus expugnatas.  
Audiatur igitur Aristoteles primum. Si verba Platonis, ut par est, legit, diligentèrque at-  
tendit, in quibus cum Philosophis congruens, omnè natum, dissolubile sentit: sed valen-  
tius noscit, asseritque diuinum consilium, ac vllam quantumuis detrimentosam labefa-  
ctricèque fraudem. Hoc è Aristoteles, qui vidisti, sed tacuisti, tantumque assumpisti,  
habentia principium, æterna esse non posse, meliorem rationis huius partem fraudulen-  
ter, insyncerè præteristi. aut inquam credebas vires Dei cunctas superare difficultates,  
imbecillia reddere fortia, labefactanda quo ad visum ei fuerit etiam in æternum suffice-  
re, aut non credebas. Si credebas, tota ratio contra Platonem vanissima est. Neque enim  
simpliciter dixit Plato, mundum natum, nunquam abolendum, sed robur diuinum plus  
ad perpetuitatem, quàm imbecillitatem mundi, ad ruinam eius valere: & ut ait Philo-  
sophus, Verbum Dei per omnes mundi partes intentum cuncta deuincere, formas rebus quibus-  
que suas seruare perennes, concitare cælum, naturam fecundis partibus reparare. Si  
non credebas, rationibus euincam, non naturalibus modò, sed tuis, Si cælum consiste-  
ret, si Sol desideret, futurum interitum non modò cæli, quod tu incorruptibile arbitraris,  
sed etiam totius mundi. Cùm sit igitur verum, cælo cessante moueri, interitum omnium  
rerum consecuturum: Deus autem mouet Aristoteli cælum, mouens & cælum, & vni-  
uersam terram, cunctamque naturam alit, sustinet: qui autem mouet, potest etiam, si velit,  
nisi ligatus, & quasi alterius legibus compeditus sit, non mouere. (Quis enim Philosopho-  
rum non concedet, in quo sit potestas mouendi, non esse sistendi, remorandi?) Efficiat  
ergo Deus cælum & omnis mundus interiturus, occasurus, perdendus, ne perdat, ne  
ruat, ne concidat. Sustinet igitur & facit, quod ait Plato, mundus, qui si suapte natura  
collaberetur, laxarentur ordines omnes, tota rerum artificiosa machina corrueret, ne  
collabatur. Si modò supremum orbem, cuius conuersione omnes cæli dissimilimi motus  
peraguntur, Deus sisteret, scædam cunctarum rerum stragem cerneret. Ipse igitur Ari-  
stoteles hæc omnia confessus est in libro de Mundo: Fama, inquit, prisca est, & patria  
omnibus hominibus, quòd à Deo cuncta existunt, & per Deum, ab ipso, & per ipsum.  
Nulla verò Natura, huius conseruatione destituta per seipsam sufficiens est. Multaque  
ibi ad hoc pertinentia differit. Vera est igitur Platonis sententia, Aristotele suffragante,  
Nullam Naturam vel cælestem, vel terrestrem, per se incolumem esse posse, nisi saluari  
Dei præsentia, quæ per omnia tendit, conseruata. Potest igitur Deus corruptibilia, in-  
corrupta seruare. Discutiamus modò rationes, an veræ sint, & si veræ, an conueniant  
animis, an omnibus rebus. Primum quod ait, ea ponenda, & asserenda cum primis esse,  
quæ vel in multis, vel omnibus appareant: admonebo cum solitos dicere sapientes, re-  
mouendos esse oculos à consuetudine, ut syncerum sit vbique iudicium, ne contingat,  
cuius nonnullos incusat Plato, sola corporea, quæ viderent, præ manibus, oculis gere-  
rent, putasse. nihil incorporum, quia non appareret, existimasse. sic qui sequitur vsque-  
quaque Aristotelis hoc decretum, verum in nonnullis, in cæteris non item, falli posset.  
Cuius si vera est sententia, cur non etiam vera Platonis, omnia quæ videntur, tangi,  
quæ tanguntur esse corporea, composita, ergo dissolubilia. Cælum autem videri, ergo  
corporeum esse & dissolubile: Ostendat igitur Aristoteles hoc non esse verum in mul-  
tis, aut omnibus. Nulla enim corporea res est, quæ quoniam oculis cernitur, non etiam  
soliditate roborata, multiplici rerum concursu sit effecta, sicque resoluenda in ea, è qui-  
bus coaluisset. Cur hanc legem non admittit in cælo, in Sole, quem & corporeum esse,  
& solidum declarant eclipfes, & ipse factus est in Meteoris? Colligit ergo ab exemplo  
rationem, Omnia quæ oriuntur, apparere dissolui, colligat etiam quod ait Plato, Omnia  
corpora esse composita, sicque dissolubilia: ergo cælum dissolubile, quia corporeum.  
Sed homo sagax, & ut inquit Atticus, loliginis instar se suis renebris occultans, refu-  
giet ad quintam essentiam. Quam tamen Plato cùm quintam & ipse dixisset, ei suapte  
natura immortalitatem denegauit. Intereunt igitur omnia, quæ principium habue-  
runt, scilicet hæc nostratia, domestica, arbores, animalia, ædificia, vrbes, mœnia,  
montes, aqua, aër. Sed sunt aliæ res nobis incognitæ, simplices, nullam compagem,  
& ex corpulentis, crasisque admitionem recipientes, incorruptæ permanentes pro-  
pter puritatem, leuitatem, nec quærunt compositum redire ad suam gentem, nulla sunt  
ibi vincula, quæ senio lassata resoluantur. Huius naturæ primum est cælum, est lux, sunt

*In quo pote-  
stas est mouen-  
di, in eodem  
est sistendi.*

*Cuncta sunt  
à Deo, & per  
eum, & ab  
ipso, & per  
ipsum.*

*Non pendem-  
dum ab opi-  
nione vulgi.*

*Omnia corpo-  
rea, dissolubi-  
lia.*

mentes, quas nulla fecit dissolubiles compago, purissimæ, qualis Deus hac parte, diffi-  
millimæ potentia, maiestate. Quantus error à corporeis, ad incorporea, quod faciebat  
Panætius, & qui ei subscripsit, ascendere: perinde si quis argueret, Omnia quæ videmus:  
funt composita: ergo res omnes, cuiuscunque generis, sunt compositæ. & qui conditio-  
nes corporum ad animos transferret. Cùm sit igitur longè diuersa natura animorum,  
atque corporum, lex autem, quod omnia nata intereant, lata sit corporibus, non animis  
(quia corpora non sunt simplicia, sed quorum consumpta colligatione, dissoluuntur)  
certè magnus error fuit eorum, qui subiacere legibus corporum animos voluerunt. Si-  
cut igitur non omnis creatio, aut factio est rerum compositarum, sic non omnis res nata  
dissoluitur. Dissoluetur ex pluribus constipata, coagmentata. Quemadmodum autem  
omnis res composita debet resolui, sic quæ quanquam facta, non autem composita, non  
resolui. Patet igitur necessitatem rerum natarum, ad pristinum statum rediturarum,  
non omnium esse natarum rerum, non purissimarum, non simplicium, tenuium, exilium,  
sed compositarum, mistarum, quia necesse est, partes inuitas à suis sedibus transpositas,  
ad genera sua reuerti, aquam ad aquam, terram ad terram. Sic præclara resoluta domo,  
recidunt in terram omnia, quæ de terra violenter in altum fuerant sublimata. Solitus  
igitur in Philosophis error, ab æquiuocis aut particulari vniuersale inferre. Quemad-  
modum paulò antè à præclara omnipotentique Dei natura ad omnes generatim ani-  
mos ducebatur ratio. His declaratis, facilè rationes Aristotelis euanciscunt, aut frau-  
dem insidiosumque æquiuocum abscondere deprehenduntur: Quod erit in futurum E  
perpetuum, necessariò semper tale fuisse in præteritum. Quia si mutaretur conditio, vt  
secus esset in posterum, secus in præteritum, id fieret ex aliqua causa: quæ si prius affui-  
set, fecisset vt quod erat corruptibile non corrumpere: id autem impossibile. Respon-  
deo igitur, vt totam rationem membratim resoluam, primùm, quod tota hæc Aristote-  
lis ratio, est contra æternitatem chaos, quod cùm statuisset ante sempiternum, dixe-  
runt in creatione mutatum. Eoque dico, Ea quæ nata sunt, & in posterum non resoluun-  
tur, vnã tantum semper conditionem habuerunt, vt subito facta æterna essent, nec vl-  
lam nouam conditionem à præterito ad futurum eis accessit, quæ faceret secus esse in  
posterum, quàm fuisset in præteritum. De re nondum nata, nullum sermonem haberi  
posse: nullam esse conditionem rerum non existentium. Non potest de re nata ac facta  
dici, secus habere in posterum, quàm habuisset in præteritum. Et Aristotelis ratio de re  
facta, & creata æquiuocè cadit super re sempiterna in posterum. Verum equidem est in  
futurum non posse, quod in præteritum semper stetisset, quia posset oriri causa noua,  
quæ si prius, id est, in æternum affuisset, fecisset non fuisse perenne, quod perenne fuit.  
Quod nulla ratione fieri potest. Nunquam enim causa aut vis vlla erit efficiens, vt quod  
fuit perpetuum, non perpetuum fuerit, aut quæ tollat æternitatem in posterum ei, quod  
nunquam tulit in præteritum. Talis quoque causa in posterum non erit vnquam. De  
præterita igitur re & retrò sempiterna, verum est. De futura non verum: quia ponis  
præteritum & futurum, & ex vno infers alterum. Res tamen, quam dico nouiter  
creatam, non fuit in præteritum. Cur igitur dicis causam superuenire? Cui superue-  
niet, cùm in præteritum non fuerit res paulò antè creata? Dicis ergo nouam causam  
immortalitatis, si prius affuisset, facturam fuisse rem semper immortalem, quam ego di-  
co creatam, id est, quod nunc me facit immortalem, & incorruptibilem, fecisset vt sem-  
per fuisset immortalis. Hoc igitur non stat. Nam causa futuræ immortalitatis non  
sufficit ad immortalitatem præteritam. Non datur, vt retrò fueris sempiternus. Magna  
æquiuocatio, magnum interuallum inter æternitatem futuram, & præteritam. Futura  
nunquam erit in actu, præterita fuit iam. Possis in præteritum millia millium sæcula  
connumerare, nunquam numerando fatigari, in futuro semper terminus erit à creatio-  
ne tua, ad id quodcunque numerabis. Non inducit igitur, nec trahit æternitas futura,  
æternitatem præteritam: æternitas futura potius temporaria est, quàm æternitas. Ini-  
tium, res creata. Res retrò sempiterna, nullum habuit initium. Non est ergo conse-  
quens, vt si quod retrò fuit sempiternum, non sit habiturum in posterum, quod possit  
afferre perniciem. Sic quod erit in posterum sempiternum, nihil habuisse quod prohi-  
beret, quin semper fuisset. Imo habuit, & verum est de illo, de hoc non verum. Abstulit  
autem æternitatem in præteritum impossibilitas. In futurum impossibilitas non erit,  
quia possibile est rem creari semper manentem, sicut cælum. Excepto Deo, retrò sempi-  
ternum

Conditiones  
corporum non  
sunt ad ani-  
mos transfe-  
rendæ.

Nō omne na-  
tum dissolui-  
tur.

A particula-  
ri vniuersale  
inferre, ab-  
surdum.

Discutitur  
error Aristo-  
telis ex axio-  
mate illo, om-  
nia nata dis-  
solui.

Æternitas  
præterita non  
trahit futu-  
ram.

Impossibilis  
æternitas præ-  
terita.

Aternum nihil vult natura fuisse. Fatendum igitur, longè aliud esse rem creatam incorru-  
ptibilem quàm in præteritum sempiternam. Verum quidem est, si res hæc immortalis  
retrò fuisset, nullam aliam causam sempiternitatis suæ habituram fuisse, quàm hanc quæ  
faciet eam sempiternam. Vt si fuisset semper animi, non per aliud fuisset, quàm per quod  
semper sunt futuri. Sed esse semper in præteritum non potuerit, propter alia impossi-  
bilia magna. Fecit igitur similitudo, & quasi ludificauit futuræ immortalitatis, vt crederent  
etiam in præteritum fuisse quod erit in futurum semper, non considerantes alia multa. Vis  
igitur Deo est creandi naturas corruptibiles, & incorruptibiles: Et tamen non consequi-  
tur semper rem incorruptibilem fuisse. Illud quidem verum est, eam naturam dare ani-  
mis immortalitatem, quæ dedisset eis æternitatem, si creatæ non fuissent. Nunc autem  
creatis data est natura æterna, quam in sempiternum retrò impossibile fuit habuisse. Si  
solitam igitur naturam respicias, verum est eandem causam dare immortalitatè in præ-  
teritum, quæ dat in futurum. Sed abduc oculos à consuetudine, videbis diuiniora. Vide-  
bis præsidem naturæ facere rem sempiternam posse, quæ nunquam prius extitisset. Ad  
hæc caullatio est. Si ea causa quæ facit sempiternum in posterum, factura fuisse sempi-  
ternum in præteritum, ergo quod futurum est sempiternum, fuisse retro quoque sempi-  
ternum. Perinde si quis argueret, Si concurrerent eæ causæ, quæ Cæsarem Dictatorem  
fecerunt, me quoque facerent Dictatorem. Sum ergo sicut Cæsar Dictator. Si mihi cor-  
pus esset ætherium, gloriosum, tranarem nubes vt Christus. Nubes igitur trano quem-  
B admodum ille. Fitq; progressus à conditione ad asseuerationem, vitium maximum in ra-  
tiorcinando. Similis igitur est argumentatio, Ea causa quæ facit animos immortales in po-  
sterum, si prius affuisset, fecisset immortales, & sempiternos: ergo qui sunt in posterum  
æterni, in præteritum quoque sempiterni fuerunt. Conditiones hæc sunt, non affirmatio-  
nes. Clarius autem vitium ostendam, Ea causa quæ facit animos immortales in posterum,  
si prius affuisset, fecisset retro sempiternos: sed quoniam impossibile erat animos retro  
fuisse sempiternos: ergo nunquam affuisset ea causa. Sunt enim hic duæ causæ, vna con-  
ditionalis, altera quæ tollat, destruatq; id quod sub conditione latitabat. Latet sub con-  
ditione, præterita æternitas, sed conditionalis, non asserta, non vera. non asseritur, quia  
superuenit causa maior efficiens, ne sit verum, quod erat sub conditione. Ea maxima cau-  
sa est, quia fieri non potest, si rectè pensites, atque ad eò altè spectes, Deo solo excepto,  
esse quidquam sempiternum. Hæc causa facit, vt animi non fuerint pariter cū Deo sem-  
piterni: nulla autem prohibet causa ne sint in posterum: quia quantumcunque posthac  
vixerint, nunquam erunt sempiterni, id est, quales, si ab æterno fuissent, quæ est sola vni-  
ca diuinitatis possessio. Sicq; tota Aristotelis ratio patefacta est. Huc adde quod rationes  
eius, vt dixi, tendunt contra mundum, compositum, mistum, non contra simplicem na-  
turam animorum, contra Platonem probantes, si factus fuisset mundus, & ex aliis rebus  
coagmentatus, has res aut potuisse congregari, cogiq; ad creationem mundi, atque aliter  
habuissent ante mundum: si aliter habuissent, nouamq; conditionem accepissent, posse  
C etiam in futurum redire ad pristinum statum, sicut ab illo statu venerunt ad istum. Quod  
si res illæ, è quibus factus est mundus, non poterant mutari, ad aliamq; molem transferri,  
nunquam certè ex his factus mundus fuisset. Factus est autem mundus, ergo poterant il-  
la mutari, & non permanere semper, sicuti erant. Itaque dissoluentur ipsa composita in  
pristinum. Sicque non est incorruptibilis mundus. Vides totam rationem tendere cōtra  
mundum à Platone creatum, sed incorruptibilem in posterum declaratum. Ratiōque est  
ex compositis, nullū habens in animis locum. Et nos dicimus, etsi non dixerit Plato, ante  
mundum nullas res fuisse, à quibus ad mundum facta fuerit mutatio. Chaos interpreta-  
mur informe exordium. Sed tacuit more suo caullaturus Aristoteles optimam partem  
Platonice rationis, non suapte natura mundum, sed diuina potestate non dissolendum.

Rem sempi-  
ternam crea-  
uit Deus, quæ  
nunquā prius  
extitisset.

Impossibile,  
animos retrò  
fuisse sempi-  
ternos.

Solus Deus  
æternus.

Chaos quid

Quod lex illa in Philosophia, omnia orta occidere, etiam à Philosophis aliquando  
contemnitur: quod eorum sententia, non modò incorporea, & simplicia, sed  
etiam corporea possint incorruptibilia fieri: Et quod non est semper vstitatus  
exemplis insistendum: & de duabus naturis.



ED placet, quando locus est, non solum pro Platone, sed etiam veritate, & priscis depugnare. Nam cum Timæus Locrestis, Philoque Iudæus asseruerint Deum fecisse hunc mundum, vt à nulla causa possit nisi ab ipso præpotente dissolui, ducti sunt forte probabili ratione, non omnia nata subiacere morti: opinati non modò posse res inuisibiles, ac tenues, simplicisque, quales animi, creari sempiternæ, vt nunquam intereant, sed etiam corporales. Eamque Philo putat Mosis esse sententiam de mundo. Scrutemur

*Homines per multa nesciunt: & eadem rerum quas vident, minime rationem possunt reddere.*

*Leges naturæ admirabiles*

*Naturæ continentia opera.*

*Ex sacris litteris, & Philosophorum lib. præclara Dei opificia in admirationem rapiuntur.*

igitur, angustiis illis in quas se solent coniecere Philosophi, relictis, latissimos Naturæ campos, infinitaque sapientiæ diuinæ regiones. Videbimus multa vel esse, vel fieri posse, nulla cum nostris Naturæ societate coniuncta. Nemo inuentus est, neque forsitan inuenietur vnquam, qui possit, qua tandem sydera, Sol, Luna, materia, compage sint, explicare: Cur Sol caloris fecundissimus, motus indefatigabilis, nunquam nec calore absumatur, nec ob impetum concitatissimum illum dissoluatur. Nulla extitit, ex quo fuit, diminutio, senium, attritio ex omni illo vasto corpore, vt si non fuit vllum in præteritum detrimentum, nunquam etiam sit futurum. Huic similia multa credo fierent, ex omni feculentia crassaque compage, ad purissimam naturam deducta, in corrupta mentia, si summo federet opifici. Quis est hic, qui ex vno aut altero terrestri opere, omnipotentia eius putet metiendam, quem cunctæ gentes, non apparentium modò autorem, sed etiã quarundam, non semper, sed raro, & cum opus fuit exhibitarum rerum confessi sunt artificem, dicentes plura esse factibilia quàm facta, duas ferme magnas naturas inducetes, alteram in qua visa, vñtata nota, altera inusitata, inusitata, prodigiosa, miranda, raro contingentia, continentur. In hac nota, perspectaque natura, sunt leges hæ, quas quotidie decurrere cernimus, ex terra fieri aquam, ex aqua aërem, ex aëre puros ignes: Iterumque reuolui superiora ad inferiora, ignes ad finitimum aërem, hunc ad aquam, aquam ad terram: Ex terra nasci montes, saxa lutulenta, quorum in imo medullis succis terrestris exceptus, grandescat in saxa atque durecat, vt in vasto elephantis corpore, ex herba quam pascit, aqua quam potat, succus ad teneras medullas delatus, & excretus, ingentia ossa constipat. Nascuntur simili ratione è terra plantæ, ferrum, omnique æs, flumina, fontes, Similique cuncta qua fuissent orta ratione, ad matrem reuertuntur. Hæc reparat factus, & dum senio confecta recipit, nouos emittit partus ad auras, nunquam his legibus deficientibus: partimque mundus in continua reparatione, & interitu rerum est: partim manet incorruptus, è duabus quasi gentibus factus, altera semper cadente, denuoque surgente, altera eadem permanente, ne dum terrestres hos interitus, varietatè que cerne res, nil aliud fieri potuisse à creatore crederes. Sublaris oculis in cælum, nouas leges videbis, & tantopere fieri quæ non morerentur potuisse, quantopere facta sunt, quæ semper interirent: nihil artifici summo difficile fuisse, modò à sedibus rerum intereuntium purissimas sublatas naturas, illas ad conseruationem inferiorum stare, visum esset. Hæc igitur natura nota continentur leges, ordines rerum vñtatarum. Altera, vt primum est natura cæli, incorrupta, inusitata, sic quæ non sacris modò libris plura comprehensa: vt cum flumen rapidum, ne curret, repressum est: & aqua natura fluxa reddita non fluxa: nox Sole radiante terris inducta: Repressus idem, iussusque rapidum cursum susteret, scissus oceanus hinc atque hinc fortissima moles naturæ non memor fluxa, ad tempus esse coactus: mortuis reuocata vita: venti tempore non suo exciti: aquæ maior quàm natura potuisset vis demissa terris. Non hæc sacris inquam libris modò, quæ limites, & leges solitæ naturæ præuaricantur, continentur, sed libris item Philosophorum, & gentium vetustarum, quarum nulla propè est, quæ non inusitata Dei quædam facinora, contra quàm oculi quotidiane cernant, recensent. Mitto libros Platonis ingenio præstanti viri, in quibus ad alia mortui reuixerunt, libros item Stoicorum. Sed & Aristotelem igneum flumen Ætnæ, quod natura rapidè superfugientes inferret, scissum cogente Deo, relictis in medio piis, prætereo, quod explorum tam ingentem acerrum efficerent, vt ambitiosus eis recensendis videri possem. Vnum illud cunctis fuit semper hominibus persuasum, ac perfectum, non hæc, quæ domesticè noscimus, ante animum perpetuò astare cernimus, sola fieri posse, sed item alia, quorū nulla nobis ratione reddita, attonitos, vñamque summi Dei omnipotentiam admirantes efficiant. Huius inexplicabilis, incomprehensibilisq; generis ex corporibus est, vt dixi, cælum, cuius quæ moles sit, visibilis tamè, & solida, quo è genere rerum desumpta, an à terrestri an extraneo. Et quoniam mundus ex quatuor tantum

*Elementa*

Atantum seminibus constat, vt quod ex his non sit, cum mundo numerari, & in rerū mundanarum exercitu locari non possit, constans ex his, verbi causa, aqua, aut aëre: qua tandem arte ad summam, incorruptamque puritatem redactum, non solum supernas regiones, vt candidissimæ nubes, appetiuit, sed ita compactum fuit, vt radiantissima & indeficienti luce terras impleret. Hic ad portum, refugiumque quò te cõdas, resque corruptibiles, ad incorruptam naturam redactas ne fateri cogaris, concurre: portum scilicet nullum, quem tibi ne veritatem cerneris, parasti. Veteres tum minus forte commentitiè, quàm naturaliter magis, quorum ille clarè retulit sententiam:

*Ignæ conuexi vis, & sine pondere cæli, Emicuit, summæque locum sibi legit in arce.*

*Ouid. i. Metam.*

Crediderunt ex illa mundana congerie non minus substantiam cæli incorruptam, volente Deo, atque naturas corruptibiles effectas. Hanc admirandam, inexplicabilem potentiam, in qua sunt innumerabiles formæ, quas nullus sermo percurrere possit, ad animos creatos vetustissimi homines retulerunt, non se cogi putantes, quemadmodum in rerum consideratione ludificati Philosophi posteriores, darent animis perennitatem in præteritum, ne nati morituri viderentur.

*Quomodo sibi ipsis contradixerunt, animos è cælo cadere dicentes, iterumque reuerti, & quæ fuerit erroris causa. Et quòd perperam intellexerunt, quæ de regeneratione fuerant vaticinata Sibyllæ.*

B

CAPVT XXVIII.



IS ERRORIBVS ipsorummet Philosophorum voce confutatis, quòd animi sunt sempiterni, neque videlicet Diuinitate motus, neque quia sunt immortales in posterum, eidem quoque vocibus ipsorum, alius error declarandus est, animos antequam in hanc vitam descendant, in altera quadam vita viguisse. Cuius erroris similis atque superiorum causa fuit, cum vellent animos sempiternos in posterum reffacacem rationem crediderunt, si probarentur, antequam venissent in corpus, extitisse. Id autem probarunt ex rerum superioris vitæ reminiscencia, persuadentes sibi (videturque ab Orpheo manasse) animos antea fuisse. Huius sunt duæ causæ: vna, quòd prisci tradiderunt, animos antea fuisse quàm in corpus, ob aliqua in antea acta vita facinora detrudebantur: altera, quòd reminiscencia palàm monstret rerum quarundam præteritarum præceptam scientiam. Vult enim, vt Marcus Tullius ait, Plato memoriam esse superioris vitæ recordationem. Multisque in locis, præcipuè in eo, qui inscribitur Memnon, de hoc disseruit: Item in decimo de Republica, in Phædone. Ac, vt arbitror, prima causa peperit secundam, vt cum à maioribus audissent, animos antequam ad corpus accessissent, viguisse, permoti sint ad inuestigandas huius rei aliquas causas. Sumptaque est reminiscencia, quæ sit antea actæ vitæ scientia. Quam non operis huius est refellere, tantum, ex dictis eorum, & ex malis, quæ consequantur, probabo vanam hanc, & hominum, nihil habentium certi quòd statuerent, opinionem fuisse. Huic sententiæ etiã posteriores Platonici subscribere. Principium eius, vt dixi, creditur ab Orpheo, & Pythagora extitisse. De quo Olympiodorus: παλαιὸς λόγος ὀρφικὸς τε καὶ πιθαγόρειος, ὁ πάλιν ἀγὼν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ὑπὸ τὸ σῶματος ἀνάγῃ, καὶ τὸτο κινῆσθαι πάλιν: Vetus fama est, inquit, Orphica, & Pythagorica, quæ ducit animas in altera vita existentes ad corpus, iterumque à corporibus educit, idque sæpe. Sic Olympiodorus, secutusque est totam hanc famam æquo superstitionis Plato: destruitur autem passim profligaturque rationibus, quas à natura, in qua veritas est, mutuauit. Meminit huius item Iamblichus: οἷον ἀνάλαβε βίον ἢ ψυχὴ πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπινον σῶμα εἰσεβλήσῃ, καὶ οἷον εἶδος πρὸ χειρὸν ἐποίησατο, τοῖς τοῖ καὶ ὀργανικῶν σῶμα ἔχει, πρὸς ἑαυτῶν συμπληρωθῆναι, καὶ φύσιν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι, συνα κολυθῆσαι: Qualem, inquit, prius exercuit anima vitam, quàm in corpus humanum subiret, & qualem speciem promptam fecisset, tale & organicum corpus habet sibi ipsi connexum, similemque naturam assequentem. Similia reperies Iamblichi sententiæ apud superstitionis alios Platonicos, qui relicta inquisitione Naturæ, temere

*Error Philosophorum de animis: quod antea fuerint, quàm in hanc vitam descendant.*

*Reminiscencia.*

se maiorum autoritati crediderunt. Hinc extat carmen de animis, apud eos:

Ἡ εἶθεν ἀπεπλήθησαν ὅτε εἰς γαυελίην ἀπτεῖν  
Κάππεσον, ὑλοτροφεῖσι καὶ κλήροισι μαυεῖσαι.  
Hinc errabunda veniunt, cum ad littora lapse  
Nascendi infanz sedis mortalis amore.

Empedocles etiam dicebat:

Ὡς καὶ γὰρ εἴμι φυχὰς θεῶν, καὶ ἀλήτης  
Νίκεϊ μαυροδύω πιονός.  
Sic ego descendendo diuorum pulsus ab axe,  
Infanz liri parens.

Satis fuit animos mori (si antea vixerint) quam in hanc venire vitam.

Absurditas opinionis Platonica.

Virgil. 6. Aeneid.

Qui pie vixerint, ad caelestem sedem ire post mortem.

Huius igitur perspicui, exploratiq; mendacij non alios volo testes, quàm ipsofmet, vt di-  
ctis suis, quæ dedit Natura vera refellantur. Omnis enim animorum destruitur Philoso-  
phia, quam & antiquissimi tradidissent, & Natura docet, si vera hæc sunt, vt melius ani-  
mòs fuerit mori, quàm illo ludibrio, continuoq; lapsu de cælo rotari. Nec proderit Plato-  
ni, vel terroribus tartareis homines à scelere abstraxisse, vel ad iustitiam præmiis cæle-  
stibus propositis inuitasse, si moratus animus aliquandiu in cælo, detrudetur non multo  
pòst in terras, aut non nocuerit improbis, dum cupiditates & libidines expleant suas, ali-  
quandiu in tartaro fuisse, modo paulò pòst in vitam reuertantur. Hanc sortem, & has le-  
ges scelestissimi quique magni æstiment, optentq; præfixisse Naturam, sicut iusti dedi-  
gnentur, & execrari non cessent. Haud planè dissimilis esset his dominis Deus, qui largi-  
ti seruis beneficia, inde mutata sententia eriperet. Certissimum igitur sit, ne mutire qui-  
dem possit, stante hac sententia. Quam suis Natura vocibus obiurgantissimè refellat. Gra-  
tias autem agamus diuinæ clementiæ, quòd aduenit lux illa, quæ sola omnem caliginem  
dispelleret: qua non veniente, in magnis erroribus vel primos ipsos sapientes cæterorùq;  
facile principes versari necesse fuisset. Redituri igitur ad hanc vitam, cum sint aut boni,  
aut mali, autoritas est Platonis, malos in tartarum præcipites actos, inde nunquam emer-  
gere, vt non fuerint vnquam in superiore vita, sed cum primum in hac nati, viuere scele-  
ratè quàm pie maluissent, in æternæ mœstitiæ loca sint detrusi. Qui, inquit in Phædone,  
propter magnitudinem scelerum, nullis piaculis expiari, vbi locus expiandi est, posse vi-  
dentur, quòd vel sacrilegiis se expleuerint, vel cædes iniustas, cæteraque id genus pepe-  
trauerint: τίτις δὲ ἡ παροσηκουσα μοῖρα ρίπτει εἰς τὸν τάρταρον, ὅθεν ἔποτε δολοῦνται; Hos debita  
fors proiicit in tartarum, vnde nunquam egrediuntur. Constat igitur, hac Platonis sen-  
tentia, pœnis æternis deputatos malos nunquam ex illis locis emergere. Quod etiã Poë-  
ta noster eximius secutus, sceleratos pœnis æternis canit cruciari:

—Sedet, æternumque sedebit  
Infelix Theseus, Phlogyâsq; miserimus omnes  
Admonet, & magna testatur voce per umbras.

Eadem est sententia de bonis, de quibus dicit in Phædone Plato. Qui, inquit, cogniti fue-  
rint pie maximè vixisse, hi sunt qui ex his terrestribus locis liberati, & velut ex carceri-  
bus vindicati, sursum εἰς καθαρόν οἶκον, ad puram habitationem venientes, in illa beata  
terra collocantur. Et qui se Philosophia expiassent, viuunt sine corporibus, in omne de-  
inceps tempus, & in domus adhuc his pulchriores perueniunt, quas non facile sit expli-  
care, sed nec tempus in præsens sufficit. Quam ob causam conandum totis viribus, vt vir-  
tutem, ac prudentiam sequamur in vita: καλὸν γὰρ ἀθλοῦ καὶ ἡ ἐλπίς μεγάλη. Pulchrum enim  
præmium, & spes magna. Hæc sunt Platonis duplices sententia. Quamprimùm igitur  
hinc egressi animi vel tendunt ad superos beati, vel damnati ad inferos. Nulla reuolu-  
tio, nulla rotatio. Quare videat summam discordiam pugnâque suorum decretorum  
Plato, cum in eodem libro ait venire animas defunctorù ad loca quædã, vbi fluat Ache-  
rusia palus, ibiq; certis tēporibus aliàs diuturnius, aliàs breuius, πάλιν ἀνιέπονται εἰς τὰς τῶν  
ζώων γένεσας, Rursus remitti ad vitas animantium. Quomodo mittuntur, ò Plato, animæ  
defunctorum, si iam dixisti in Tartarum detrusos nunquam remeare scelestos, iustos  
autem perenniter ad caelestia gaudia triumphaturos ascendere? Quanquam mihi per-  
suadeo sentire Platonem non omnes animas reuerti. Neque enim vel cælo donatas, vel  
æternis suppliciis addictas, sed eas tantum, quæ ad locum subterraneum, & quasi in Pur-  
gatorium profectæ iudicantur, an dignæ sint quæ mittantur in cælum, an in Tartarum

contru-

A contrudantur, an redeant in vitam, & cæli lumen, vt melius viuant, triplici forte consti-  
tuta, beatorum, damnatorum, mediolorum, quibus detur id edictum, vt ad vitam reuerfæ,  
æquius, ac iustius viuant, vt ibi ostendit Plato. Ergo non est vera ratio de reminifcentia,  
quæ videbatur concludere de omnibus. Omnes enim præditi sunt reminifcentia: cuncti  
igitur in superiore vita vixissent, quia cuncti mortales reminifcentur. Quod de illo pu-  
sione in Memnone proponit Plato, valeret in omnes. Totaque illa in Phædro probatur  
plena diffidij, ipso secum autore diffidente, ratio: qua ex non vero fundamento probata  
anima immortalis, quia sit in ea motus æternus, prosequitur vt fuerit in cælo, sequens ala-  
ta currum Iouis. Ioue supercælestem locum, vbi sit ineffabilis pulchritudo, ascendente,  
anima autem assequi non valens, diffluentibus alis recidat in terram. Quæ duabus aliis  
oppositis rationibus ex ipso petitis euertuntur, primum, quòd sui quasi oblitus, cum ali-  
bi statuerit præmia iustitiæ maxima, magnâque spem propositam viuentibus piè di-  
xerit, quæ demum spes ea esset? Aut enim dabitur, vt ad illum supercælestem locum, vbi  
cernitur inæstimabilis pulchritudo, perueniam, indèque nunquam deturber; aut vt attin-  
gam ad locum supercælestem, vbi aliquando alis amissis, iterum in terras reuoluar. Si pri-  
mum, Animis omnium qui ab æterno fuerunt piorum, receptis in locum supercælestem,  
sicut etiam in Phædone dixit, adeo imminutum esse numerum animorum terras inco-  
lentium oportebit, vt in terris relictos nullos simile sit. Necesse enim est, in æternitate  
semper aliquos bonos fuisse. Vt si vel vnus singulo quoque anno pius reuerfus sit in locum  
B supercælestem, omnis iam animorum numerus necessariò sit consumptus. Sic si vel vnus  
singulo quoque anno deiectus sit in Tartarum. Quòd si non in æternitate, sed certo à crea-  
tione tempore, is ordo viguit: ergo non sunt animi ingenerabiles, sed vnà cum mûdo na-  
ti, sicut in Timæo confirmavit. Si verò datur pietati præmium, supercælestis locus: quod  
tandem præmium est, ad eam curiam proficisci, quòd, cum velut in Barbarorum aulam ad  
primos honores prouectus, peruenias, inde paulò pòst deturberis? Hæccine præmia Pla-  
to, quæ iustis parata dixisti? Huc adde, quòd est in libris eius super hoc tanta inconstãtia,  
vt appareat nihil eum certi habuisse, quod statueret. In Timæo vniuersum mundum, cæ-  
lum, ac terras, caelestia, ac terrestria, visibilia, & inuisibilia creat à summo opifice. In Phæ-  
dro ex ratione, animis minimè congruente, concludit animos ingenerabiles. Et ex ratio-  
ne incongrua deducit absurdiora. Sed tum rationibus Naturæ, tum ipsius autoris verbis  
demonstrato, hoc cadentium animorum è cælo ludibrium esse non posse, cum quo se-  
quitur, animos ingenerabiles non esse, alia quoque obiicitur eis ratio, hoc dogma nõ re-  
ctè dilatatum, de paucis à superioribus Theologis positum Nam Pythagoras, cuius omnè  
ferè Theologiam ab Orpheo descendente Platonici testantur, retulit homines malos vbi  
è vita excefferint, id habere pro expiatione, vt in corpora brutorum transeuntes, ibi luât  
peccata. Ideo Timæus Locrensis, discipulus Pythagoræ, dixit in Genesi sua, Necessario,  
inquit, & quædam dira, & insolita supplicia posita, subeuntibus animis, timidis quidem,  
in muliebria corpora, ad contumeliam: homicidarum, in corpora ferarum, ad suppliciu:  
C gulosorum in formas porcorum, & aprorum: leuium autem in aues aërias: segnium, &  
ocioforum, imperitorum, in formas aquatilium. Hæc illi dixerant. Illa quoque quam Pla-  
to vocat in Phædro παλιγγενεσίαν, regenerationem (sicq; vocatur à redemptore nostro,  
cum Ægyptiorum, Chaldæorumque oraculis, quæ ad Trismegistum, & Platonis ma-  
nus peruenerant, scilicet fore vt aliquando omnes homines redirent in vitam, quod in-  
defensè canunt Sibyllæ) fefellit eos, credentes singulis temporibus semper homines ad  
corpora reuerti: quòd semel tantum supremo tempore futurum, oracula canebant. Nec  
mirum. Nam & lapsum Adæ, & fugam è Paradiso crediderunt animorum lapsum de  
cælo amissis alis. Et ad pœnam cuiusdam facinoris, quod audierant, sed ignorabant, af-  
ferebant animam inclusam in corpus. Et diluuium Noë vocarunt Deucalionis. Turrim  
ædificatam Nembrot gigante, cæterisque sequacibus, vt vsque ad cælum ascenderent,  
iactarunt fuisse Gigantum conatum.

Ter sunt conati imponere Pelion Ossa.

Multaque alia peruersè vitio locorum, temporumque diuturnorum, intellexerunt. Nam  
regeneratio Stoicis quoque nota fuit, censentibus omnibus sæculis circumactis, reuerti  
homines ad corpora. Quod explicans Chrysiippus τίτις δὲ ἔστις ἐχούτος δόλον ὡς εἶδεν ἀδύ-  
νατον καὶ ἡμᾶς, μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν ἀειδόντων πινῶν εἰλημθῆσαν χερσὶς, εἰς ὃ νῦν ἴσμεν, καὶ ταυτή-  
σεσθαι χῆμα: Hæc, inquit, cum hoc modo habeant, perspicuum est, non esse impossi-

Plato secum diffidet opi-  
nione de re-  
minifcentia.

Hinc absurdi-  
tas clarè agno-  
scitur, de ani-  
marum vita  
antequam ve-  
niant in cor-  
pora.

παλιγγενεσία  
improbatur.

Lapsus Adæ  
& fuga è  
paradiso.

Virgil. 6.

bile, nos quoque post mortem, certis temporum reuolutionibus peractis, in eum quo D nunc sumus statum, restitutum iri. Hæc igitur illa, quam in libris Sibyllarum, & famæ cèlebritate per omnes gentes audierant, Palingencia.

Quod Plato dicens in Timæo feri animos in astris, & inde demitti, non videtur id penitus existimasse: & quod alius libris veriora scripsit, quibus hæc in Timæo refelluntur.

CAPVT XXIX.

Platonis erronea opinio de animarum situ.



SED EA quæ Plato de animis differit in Timæo, ipsius testimonio, quia non sunt vera, refelluntur. Ibi hæc loquitur de animis satis à Deo: Cùm, inquit, constituisset vniuersum, distribuit animas astris æquales, singula vniciquæ astro attributa. Easque cùm quasi vehiculum, in naturâ vniuersi imposuisset, monstrauit eis leges fatales, dicens, Primam generationem fore vnam cunctis æquè ordinatam, ne quis ab eo queratur se indignè affectum. Sed eas singulas sparsas vt cuique congruum esset in singula organa temporum, hoc est, sydera, oportere producere animal piissimum, furore, & cupiditibus cæterisque affectionibus temperatum. Quibus si imperent, fore vt iustè viuât: si vincantur, fore vt viuant iniustè. Atque eum, qui bene datum tempus exegisset, ad habitationem socialis astri profectum, vitam beatam habiturû. Qui autem se his superari permisisset, mutandum in secunda generatione, in naturam muliebrem. Millesimo anno vtrasque venientes ad sortem, & electionem secundæ vitæ eligere quam velit vitâ. Ibiq; in ferinam vitam, animam humanam demigrare. Quod si nunquam abfistat, quibus te vitis dedisset pro morum quadam conformitate semper in similem aliquam mutadum feræ naturam: tamdiuq; in hac mutatione, & transitu futuram, dum absterferit, expiaueritque ratione sordes, quæ ex igne, aut aqua, aut aère, & terra postea contraxisset: atque ad conuersionem, motumque eiusdem, & similis naturæ quam habet in seipsa reuerfa ad primam formam illius optimi & prioris habitus redierit. Quæ cùm animis sanxisset, ac definnisset, vt si quid accideret postea mali, minimè ipse autor videretur, sparsit alios in Solem, alios in Lunam, cæteros in alia temporis instrumenta. Hæc Plato. Quæ quidem cùm sint violenta, arbitraria, commentitia, singula singulis aliis verbis eius & Naturæ testimonis redarguuntur. Ex his enim refelluntur ea, quæ de reminiscencia in Memnone, & Phædro suspicatus fuerat. Similiter ea quæ in Phædro, & alibi de motu æterno animorum. Ecce enim hic traditur natiuitas animorum. Ecce quomodo, cùm nondum nati nec moti, moti sunt ab alio ad nascendum. Moti, quod omnes eis conditiones datæ, quibus viuunt animi. Docetur etiam motus illos animorum furoris, & cupiditatis, deinde meliores alios superioresque, vt rationis imperium, datos à Deo. Non semper ergo motus hos animi tenuerunt. Ad hæc non motus illos etiam, quod eos ait sparsos in singula sydera. Hos omnes motus habere habuisseque principiû. Sicq; non semper animos fuisse, palam est. Non semper à se ipsis mouebantur. Non fuerunt origo sibi, nec cunctarum motionum. Refellitur quoque reminiscencia. Nam cuius vitæ prioris, quod Iamblichus dicebat, reminisci in hoc corpore possunt animi, si nullam duxere prius vitam, sed tatum in astris seminabantur, sparsi per omnes stellas, ibique tanquam in origine latitantes? Tum volebant reminiscenciam esse de rebus æternis antè. Nulla hic perennitas, sed exordium, inchoatio. Secunda contradictio, quod ait animos bonos reuerti ad suam stellam, beatâ vitam acturos. Animos solares ad Solem, Lunares ad Lunam. At, ò Plato, non recordaris dixisse te in Phædro, felices animos ire ad supercælestem curiam, ad loca, extra flammâtia mœnia mundi? Non recolis, sæpè te gloriam, beatitudinèque bonorum eximiis laudibus extulisse: Quæ beatitudo, viuere in Sole, Luna? An vno cum illis impetu rotari semper, & per omnem mundum despatiari? Nónne superiores omnes tradiderunt, beatitudinem animorum esse? tu quoque in Phædone confirmasti, cùm ad gentem diuinam proficisci, æuum cum Diis agere, dixisti. Et Marcus noster te imitatus dixit, Si quidem aut Dij, aut cum Diis futuri sumus. In Phædone dixisti, non in Sole, Luna, habitare Deos & iustos cum illis, imò verò, *καὶ τὸν θεὸν ἡλίον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστρά δεξαμένη ὑπ' αὐτῶν, οἷα τυγχάνουσι*

Reminiscencia de rebus æternis antè.

Beatitudo nulla despati inter astra.

Αἰθέρα ὄντα, καὶ τὸν θεὸν ἡλίον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστρά δεξαμένη ὑπ' αὐτῶν: Et Solem, & Lunam, & astra conspici ab eis, quali natura sint, & sequi eos omnem aliam felicitatem. Quid rationis item habet, quæ causa Naturæ suasit animos spargi per sydera? Fortasse quod cùm simul creatos omnes arbitrarentur, nec haberet locum vbi eos constitueret, sydera visa sunt ei comoda habitatio. Ex vno absurdo, vt verè dixit Aristoteles, plura sequuntur. Cùm censuissent simul omnia visibilia, & inuisibilia facta, animos quoque pariter creatos arbitrati, non crediderunt eos interim dum absunt à corporibus, in terris esse. In cælo igitur collocarunt. Sed & hoc cùm dubium, & obscurum esset, variè, inconstantèrque tradiderunt. Hic in Timæo naturaliter, & necessariò mitti de cælo in corpora, in Phædro, & aliis nonnullis locis, ipse & Platonici, ob nescio quas priores culpas, è cælo in terras & quasi amissis aliis deturbati. Quorum falsitatem arguit inconstantia & malè stabilita sententia. insuper & contradictio detegit vanitatem. Nam Marcus ille Tullius, cùm originem quæreret animorum, eamque in terris inueniri posse negaret, loquens naturaliter, superstitione dimissa, seque iudicio ferri sinens, dixit: Nec inuenietur vnquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo. O sententiam auream. Loquitur, vt vides, de venientibus animis in corpora, singulisque diebus proficiscentibus à Deo. Neque enim dicit, quemadmodum Plato, olim à Deo sparsos, & fatos, sed respiciens quotidianam animorum natiuitatem, venire creatos à Deo, dimissosque sic alios, quemadmodum primum illum pronuntiat. Idem sentit, confessusque est Plutarchus, de his qui serò à Deo puniuntur: *ἀπε γὰρ εὐδὸς ὅσον μοῖραν ἀρετῆς, ἀπ' αὐτῆς φερόμεναι τὰς γενεὴν αἰ ψυχῶν βαγγύουσι*: Ignoscit, inquit, differtque castigare Deus, sciens quantum virtutis inuit animis venientibus ab eo in hunc mundum. Ad hæc, Si potuit Deus cunctos simul animos creasse, poterit etiam quotidie. Est autem rationalius quotidie creari, quàm simul omnes. Nam si fuissent in cælo, nunquam eos in terram venire fas fuisset. Est enim cælum locus beatitudinis, perfectionis. Quidquid ibi est, semper sit necesse est. Nec debet illic esse quicquam ad malum anceps. Nec viuere quod in Tartarum aliquando propter peccata sit detrudendum. Est igitur cælum, sedes perfectorum, beatorum, sedes Deorum. Si animi antequam mittantur in terras, illic degerent: degeret in cælo, res in malum propensa. Cùm igitur æquè sit possibile animos singulis diebus creari, atque à principio cunctos (sed probabilius sit ac melius singulis diebus creari: vitatur enim incommodum maximum, quod antè dixi) certè melius est, eos singulis diebus, quàm omnes dicere creatos à principio. Est certè absurdum, temerarium, irrationabile, eandem sortem, eundem locum esse animorum bonorum, & iam multis casibus probatorum, atque animorum in ancipiti forte existentium, quique possint esse mali, ac boni. Si enim animi antequam in corpus intrassent, poterant esse boni, & mali, necdum se vel vitis dedidissent, vel probitate, ac ratione peccatis imperassent, erant autem cum hac natura in cælo, priusquam in corpora venissent: demissi in terras probantur an boni, an mali: mali migrant in secunda generatione in formas bestiarum, ad astrum suum redeuntibus bonis, profectò redeunt ed, vbi aliquando scelerati illi, & in formas bestiarum transformati, aut extremè nefandi in Tartarum præcipites acti, iam dudum vixerant. Sicque turbantur omnia iura, leges miscentur, nec inter cælum, ac terras vlla discrimina ponuntur. Et tamen Plato dicit cælum locum purum, sacrosanctum solos puros *καθαροὺς*, accipere. Non sunt puri nondum probati. Constat quidem hanc de cælo labentium animorum, famam potius fuisse de Adam è Paradiso pulso, veste pellicea, nempe corpore, in pœnam vestito. Sed hoc in terra. Similiter casus Dæmonum non fuit è cælo, loco sancto, beato, quò nondum probati non aspirauerant: sed ex aère, vt placuit prudentibus, vbi creati. Eoque nonnullis illic remanentibus, cæteri peiores, inferius ceciderunt. Sed ignoscendum Platoni. Periculosa enim & obscura de fatu animorum, & aduentu in corpora, sententia. Quocirca positus clarioribus, ritèque iudicatis obscuris superfedendum. Quod vitatum est ab Aristotele. Probabilius igitur est, & naturæ consonantius, animos siue in cælo, siue in terra creatos, subito infundi in corpora & in corporibus probari: probatis dari regnum cælorum, improbis contraria. Cælumque esse locum probatorum, perfectorum, gloriosorum, non ad vtranque vitam pendentium.

Ex vno absurdo plura nascuntur incommoda.

In somnio Scip. l. 1. Tuscul.

Quotidie creari animos quam simul omnes, rationi magis congruum.

Vnde hæc opinio de lapsis animis.

Quomodo vera sit sententia, ad animum vniuersi, particulares reuerti. Quod hoc mysterium Philosophi recentiores peruersè intellexerint. Quod ea sit sacrarum litterarum sententia. Quod Plato, & Pythagoras dicunt animos ad Deum reuerti. Et super hoc errores Themistij.

CAPVT XXX.



E ANIMA quoque quæ circumfertur opinio, diciturque esse quorundam recentium Philosophorum, sed fuit antiqua, si quis eam rectè intellexerit, veram esse comperiet. Dicitur post discessum è corpore reuerti ad vnicam vniuersi animam, hancque vnam esse totum orbè terrarum animantem, cuius quasi sint radij, scintillæq; particulares animæ. Hæc igitur opinio prisca est, non noua, sed à nouitijs Philosophis peruersè intellecta. Primum Pythagoras, qui dixit, autore Cicerone & Plutarcho, Deum esse per omnes mundi partes intentum, & commeantem, ex quo nostri animi carperentur, locutus est de aduentu nostrorum à Deo animorum, eam de anima sententiam proponens, qua recentes peruersè dixerunt, vnam esse omnium animã. Ecce igitur non rectè perceperunt, aduentum creationemque animorum, non intelligentes animos quidem infundi & inspirari ab illa immensa totius orbis anima, sed non connecti, iungique cum ea, vt tanquam à Sole, inseparabiles radij nitescant. Ecce enim anima illa immensa, prisca fuit Deus ipse, non alia anima. Quis enim totum potest animare, completique mundum, nisi Deus? Si Deus igitur est hæc anima magna, animæ autem particulares sunt, tanquam substantiales luces ab ea radiantibus, ad quam redeunt, post separationem à corpore, certè Deus essent animæ omnes, immensa sapientiæ, non imbecilles, non errantes, non hallucinantes. Quarum manifesta fragilitas declarat animos diuinos quidem esse, Deos autem & ex diuina substantia, minimè. De reditu igitur animorum ad hanc magnam animam Pythagoræ, Platonisque, quemadmodum item de aduentu fuit sententia, autore Plutarcho de placitis Philosophorum: πρῶτος ἄρχων, ἄσφαρτος εἶναι ψυχῶν, ἐξέσσαν γὰρ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ψυχῆν ἀναρχεῖν, εἰς τὸ ὁμογενές. Pythagoras & Plato incorruptibilem esse animam. Exeunte enim reuerti ad animam vniuersi, ad suum genus. Sic ille. Ex Cicerone autem eodemque Plutarcho habes, hanc animam esse Deum. Dicebat enim superius idem Plutarchus, Pythagoram, & Platonē sentire, animam opus æterni Dei. Veniunt igitur à Deo, redeuntque ad Deum animi. Quæ est etiam sacrarum litterarum sententia: Et spiritus, inquit Salomon, reuertetur ad dominum, qui dedit illum. Dauid autem, Einitte Spiritum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Erat igitur apud prisca firma constantique sententia, quemadmodum docuit Moses, à Deo, qui est anima mundi, omnium spirituum creator, & afflator, mitti nostros animos, mitti autem non tanquam à sua substantia. Iuxta quam prisca sententiam Simplicius, primo Physicorum dixit: καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ ἐλλείπειν λέγεται. Etenim, inquit, dicitur anima à Deo radiare. En igitur anima vniuersi, à qua dicuntur animi nostri relucere. Et Marcus, Animus humanus decerptus ex mente diuina. Sic itè erat sententia reuerti eas ad suum genitorem, sed non ita reuerti, vt ad suam substantiam coniungendos, & quasi auulsos, copulandos, quemadmodum dicuntur Aueroës, nonnullique alij sensisse: sed vt ad creatorem regemque suum, à quo creationem, similitudinemque suæ naturæ acceperint, & cuius non sunt de substantia, possint ab eo procul esse, ad regna conspectumque eius nunquam venire, si sese malè factis coinquinauerint. Hoc sensit Plato, totaque antiquitas.

Animas particulares reuerti ad animã vniuersi, dogma vetustiss. philosophorum. Vni esse omnium animã, quomodo intelligendum.

Animi à Deo veniunt, & ad Deum redeunt.


Ecclesiast. 12. Deus, anima mundi.

Quomodo anima ad Deum reuertantur.

Errores Themistij, aliam esse animam vniuersalem asserentis, alium ipsum Deum summum. Si foret vnus illuminans omnes mentes, intellectus, Deum fore. Rationes cur non sit vnus.

CAPVT XXXI.

VOICIR



VOICIRCA cogor aduersari Themistio, haud è Peripateticis ignobili Philosopho, quem cum dubitatio suspensum tenuisset, potius in id quod magis esset vitandum, quam quod ratio probaret, propèsus fuit, nec antiquæ sapientiæ veritatem attendit. Is in libris de anima, primū verè rectèque affirmat animum, quem præceptor agentem, Græcè ὁ ἐνεργείας νῆς ὁ ποιητικὸς νῆς, vocauit, esse eum qui nobis det esse, & substantiam. Nimirum hominem verum esse ipsum intellectum, siue animum facientem, operantem, indefatigabiliter cognoscentem, lumen inextinctum, semper luce notionis radiantem, cuius vita sit ipsum intelligere, à quo nūquam relinquatur, quemadmodum nunquam relinquatur Sol à luce, & claritate sua. Dixit ergo nos esse intellectum illum agētem, illum esse verum hominem. Cum dicis hominem, animū ipsum viuentem semper, & operantem, sentiendum esse. Atque hanc esse sententiam Aristotelis asserens ait, ἡμῶς μὲν ποιεῖν τὸν ποιητικὸν νῆν. καὶ δὲ τὸ τοῦ ἡμῶν βέλτοτερον, ὅτι ἡμῶς οἰεῖται τὸν ποιητικὸν νῆν: Nos, inquit, facit intellectum agentem. Nunc, ait, fortius, & verius probatur, nos Aristotelem appellare animū illum operantem. Quid autē sit is intellectus semper operans, agens, declarat idem his verbis: ὅταν δὲ αὐτὸς καὶ αὐτὸν ἴδῃ, τὸ ἕν μόνος ὄψῃ ἑστίν. ἔστι δὲ ἐνεργεία ἀπαιτος, καὶ ἀκράματος, καὶ ἀθάνατος, καὶ ἀίδιος: Cum autem fuerit ipse per se, hoc est, solus quod est. Est autem intellectus agēs irrequietus, indefatigabilis, immortalis, sempiternus. Hæc ille. Duas igitur ponit veras assensūque dignas sententias: Quod homo verus Aristoteli est ille intellectus: secunda, quod is intellectus est æternus, immortalis, incorruptibilis. Tertiam adicit eandem cum priore, quod eos irridet (est autē is Alexander) qui dicebat hunc intellectū operantē Aristotelem ipsum Deum existimasse. Irridet autem ostēdens ex dictis Philosophi, de summo Deo nulla ratione eū sentire potuisse. Ex his, inquit, Aristotelis dictis admirari eos operæpretium est, qui mentem agentem hanc ἀσφαρτον θεὸν ἀνιόντων εἶναι καὶ ἐριστέλην, Summum Deum putarunt esse secundum Aristotelem. Quarta sententia, quæ ex his omnibus maximè reprehenditur, & cuius cæteros erroris refellit, ipse maximè refellendus apparet. Quærit, animus, quæ agentem, & immortalem esse, & Deū non esse docuisset, vtrumne sit vnus, an plures. Videri autem vnum secundum Aristoteli, quia lumini eum comparasset. Vnum autem esse lumen vniuersi. Imò verò & fontem luminis, à quo omnes animalium oculi deducantur ex potestate ad actum. Et quemadmodum nihil faciat ad vnum quodque animalium luminis incorruptibilitas, sic nō prodesse nobis intellectus agentis æternitatem. Quod si plures essent, & eorū, quæ sunt potestate, non vnus esset agens, quomodo differant inuicem? Nam in his, quæ sunt eadem specie, diuisiones esse per materiam. Neceffe autē est intellectus agentes eosdem esse specie, si quidem omnes eandem habent substantiã, actum, & eadem omnes cognoscunt. Si enim non eandem, sed diuersam, quæ erit separatio? Vnde porrò mens potestate omnia cognoscet, nisi primus intellectus cuncta noscat, qui eam deducat in actum? An verò primū est vnus illustrans, illustrati autem, & lucentes plures? Nam Solus vnus est, lumen autem videtur propemodum in visiones omnes secari. Ob id enim non Solem, sed lucē pro exemplo vsurpauit. Plato autem Solem, quem summo Bono comparat. Quod verò in vnum agentem intellectum nos omnes reuocamur, compositi quasi ex agente, & possibili, & vnicuique nostrum ab illo vno esse, non est cur miremur. Vnde enim communes conceptiones, vnde similis, & eadem omnium sine præceptore primorum terminorum, primarumq; dignitatum, cognitio, nunquam certè mutua cuiusque nostrum notio fuisset, nisi esset vna mens, cuius omnes essemus participes. Et verum est, quod ait Plato, nisi aliquid esset hominibus, alijs quidem aliud quid, alijs aliud quid idem, sed quis nostrum priuatos affectus haberet, non esset facile alteri ostendere affectionem suam. Similiter in scientiis qui docet, eadem sentit cum eo qui discit. Vnde enim & discere & docere possemus, nisi idem esset doctoris, discipulique sensus? Quod si idem, vt necesse est, certè idē est intellectus docentis, ac discētis. Has & id genus super intellectus vnitatem protulit Themistius rationes. Quarum confutatio non profundioribus modò, sed etiã cuius de medio facilis est, tum quod peruersè Aristotelis sententiã interpretatur, tum quod & rationi, & autoritati maiorum contradicit. Et ex verbis ipsi elicatur cōfutatio. Tres igitur rationes adsunt in contrarium. Primum, quod negans illum intellectum, omnes illustrantem, & quasi lucem immensam per omnes animos radiantem, esse Deū summum, aperte, & perspicuè sibi cōtradixit. Si enim est omnium hominum intellectus

Homo, animus viuens, & operans.

Homo verus, intellectus.

Vnum lumen vniuersi.

Vna mens, cuius omnes sumus participes.

Cū dicit Themistius aliam esse vniuersi animam, alij esse Deum, sibi contradicit.

vnus, & is est immortalis, incorruptibilis, & non est Deus, diffusus est autem per omnem generis humani gentem, efficitur ut is sit Deus, & non sit Deus. Ille enim intellectus, illa mens, ille animus, qui dat lumen vniuersis, qui spargitur per totum orbem terrarum, ubique praesens, fieri non potest quin sit Deus magnus, quem dixit Pythagoras per omnes mundi partes intentum, & commeantem, ex quo nostri animi carperentur. Est igitur solius summi, omnipotentisque Dei, vniuersalis praesentia, vniuersalis omnium animorum illuminatio. Hoc Aristoteles dixit, hoc Plato, hoc omnis antiquitas, hoc ratio clamat, vociferatur, apertam & perspicuam contradictionem hominis huius pandentes. Negat Deum esse, qui omnino est Deus. Si quis igitur est intellectus, qui det lumen omnibus in toto terrarum orbe hominibus, qui luceat ubique, qui veritatem ubique ministret, hic fieri non potest quin sit Deus. Themistius autem negat hunc esse Deum, expressa igitur contractio. Et simile quid facit Themistius, ac si descripsisset prius, Est animal in terris bipes, erectae ad caelum ceruicis, intelligens, sagax, solers, loquens. Deinde hunc hominem esse negaret. Tale enim est dicere, Est quidam intellectus incredibilis magnitudinis, per omnem mundum diffusus, illuminans omnes animos, a quo funditur micatque omnis scientia, & cognitio, sed is non est Deus. Cum igitur ratio coarguat hunc, immensum, ingentem animum, Deum esse, si quis est, qui det omnibus animis, ut voluit iste, lumen (sed alia clarior ratio probat, si magnus is animus, qui est Deus, daret animis nostris esse, id est, si homo verus esset intellectus is, quem probat ratio esse Deum: hunc autem dixit Themistius homines ipsos esse) arguitur profecto, futuros homines ipsum Deum. Si enim magnus ille, & infinitus animus est Deus, ut probat ratio: & si iuxta Themistium, is intellectus est substantia nostra, plane coarguitur nostram substantiam esse ipsum Deum. Huc deuoluuntur, definiuntque nouae, & a vetusta Philosophia abhorrete, peruersiones. Mirari autem operaeperium eorum ineptias, quae eos ad haec prodigia cōfingenda perpulerunt: Quod sit communis eademque notio, quod praceptor, & discipuli sensibus conueniunt. Quasi vnā animam in decem lupis esse, dicendum sit, quia simulac vnus exularit, omnes statim concurrant, cognita sine vilo praceptore voce, eos ad praedam inuitante. Sic vna erit in bobus, a finisq; & gallinis anima, quae facile, nullo docente, voces mutuas intelligant. Sic oua erunt eadem, quia similia. Vbi igitur fuit similitudo, voluerunt esse vnitatem. Similitudinem animorum, qua similia noscunt, cogitant, propter similitudinem naturae, incurfant in eadem notiones, in eadem consilia, putarunt esse vnitatem: Tale quid perpeffi, ac si quis decem specula, quia in cunctis eadem repraesentantur, diceret vnū speculum. Quae ratio cum sit apertissime falsa, longius refelli non debet. Nā cur praceptor, ac discipulus conueniant, non vnitas facit, sed similitudo animorum. Separationem autē rerum indiuiduorumq; singuli cuiusque, pertinacius, quā par est, leges rerū corporearum, ad res corporeas transferre, dicunt à materia semper fieri: Vt separatio indiuiduorum non existat, vbi materia non est. Non est autem in animis, non ergo separari posse. Hæc quoque ineptius, quā deceat Philosophos tantos. Quid enim prohibet quominus spiritualia, inuisibilia sunt plura, habeant suam multitudinem, diffundantur latè? Quid has leges inuexit? cur mittis in caelum terrestria? Corpora per materiam segregantur, multiplicantur, ergo vbi non est materia, non est segregatio, non multitudo. Quae tāta ineptia in Philosophia? Alia lex est animorum spiritualiumq; rerum, alia corporum. Qui hoc nō videt, non videt nisi terram, nisi corpora, altius non assurgit. Hæret folitis, domesticis. Separantur igitur per suas substantias mentes. Et sicut vnus est animus, per suam substantiam, sic alter esse potest per suam substantiam, segregatus, distinctus seiuictus ab illo. Quorum segregatio non erit à materia, sed ab ipsorum substantia. Talis ac tāta segregatio, quanta ipsorum corporum. Nōne Deus segregatus est ab omnibus animis? Quae lo materia segregatus? Hæc igitur cum non minus quā superiora, puerilia sint, indignaque Philosophiae grauitate, verba in eis refellendis vereor profundere. Hoc addo postremum, ut error tantus appareat. Ille vnus intellectus, quem incorruptibile, immortalem asseruit, Deum esse negauit. Si perirent omnes homines à terra, quod fieri ratio non reclamatur, si pestilentia aut alia calamitate, aliqua nationes interierunt, quemadmodum diluuium cunctos abstulit, praeter octo, sic omnes extinguerentur, vbi remaneret, vbi subsisteret, cunctis hominibus, quia mortales omnes, à terra sublatis? Tolerabilior igitur error Alexandri, quem tacite fugillat Themistius, censentis agentem illum intellectu esse Deum, primam causam ab Aristotele vocatum. Sed & ipse grauissime peccat, clara diluci-

Substantia nostra non est ipse Deus.

Male collegimus vnitatem esse, vbi esset similitudo.

Distinguntur mentes per suas substantias.

Agens intellectus, causa prima, Deus.

Adilucidaque praceptoris verba, ut ostendit Themistius, tam peruersè interpretans, ut quod clarissime de intellectu nostro dixit Aristoteles, vocans illum agentem, ipse ad intellectum diuinum transfulerit. Eodem videlicet errore, quo superius aternitatem, principiumque motus ab animo diuino ad humanum detorserat. Nunc quod hominum est, ad Deum traducetes. Maneant igitur cuncta suis locis. Quod Aristoteles de nostris aperte locutus est, nulla ratione transferatur ad Deos: similiter quae diuinæ potentiae tribuit ratio, non fiant humana possessio. Ut igitur sub epologo rationes Themistium coarguentes proponam: Si quis est animorum omnium illuminator, solus is esse Deus potest. Non facit vnitatem animorum similitudo, consensusque cognitionis. Contra philosophiam verumque iudicium est, in quibus est similitudo, ponere vnitatem. Non esset immortalis, incorruptibilis vnus animus ille, qui requiescat super omnes homines innixus illis, & inseparabilis, si cuncta hominum natio periret. Denique luminis comparatio quae placuit Aristoteli non designat intellectus vnitatem, sed illuminationem, irradiatione singuli cuiusque intellectus agentis super vnumquemque intellectum possibilem. Demum si nobis dat esse agens ille intellectus, & is est immortalis, omnis vtiq; homo habet esse suum, suamque substantiam immortalem. Quia homo est ille agens intellectus, incorruptibilis, immortalis. Veritas igitur ab antiquissimis praedicata posterisque mandata erat, quod intellectus ille magnus, vnus illuminator, est Deus magnus, magna mundi animatio, à quo dicuntur animi nostri, quando creantur, quasi radiare, ac scintillare: quemadmodum superius omnes asseruerunt.

Animorum illuminator, solus Deus.

De immortalitate animorum famam vetustissimam esse. Nolle facinorosos animam immortalem, ne terrore futurarum paenarum peccatis suis independentium torquantur.

CAPVT XXXII.

**S**VNT item hæc de animi immortalitate obseruanda. Principio quod in vndecimo de Legibus ait diuinus Plato, Fidem quod animi sint immortales, quod post discessum à corpore sentiant, viuant, vigeant, longè antiquissimam esse, ut ob vetustatem, quoniam vetustiora sunt meliora, ut idem testis est, Diisq; propiora, magis sit hominibus excipientia: αἱ τῶν τελευτήσαντων ψυχὰς, δυνάμην τινὰ τελευτήσασαι, καὶ τῶν κατ' ἀνθρώπους παραγμάτων ἔπιμελῆνται, (αὐτὰ δὲ ἀληθεῖς μὲν, μακροὶ δὲ εἰσὶ ἀειέχοντες λόγοι, πείθειν τε ταῖς ψυχαῖς ἕξασιν καὶ τὰ ποιῶντα ἔτι πολλὰς, καὶ σφόδρα παλαιὰς ἔσας: Defunctorum animarum vim habent quandam defunctarum, & rerum humanarum procuratrices sunt. Hæc autem veris, & antiquissimis sermonibus circumferuntur. Fidemque adhibere necesse est omni alteri, quae de hac re iactatur fama, cum sit tam multa & adeo prisca. Hæc Plato, & hoc Tullius testimonio in Tusculanis de animorum immortalitate vitur. Diuino igitur instinctu locuti sunt, docentes famam de animis immortalibus esse vetustissimam, auctoritate priscaurum saeculorum confirmatam, à patribus per continuam successionem quemadmodum notionem Dei, traditam. Usque ab origine mundi, ab Adam, Noë, Abraham, aliisque antiquissimis, posteritati praedicatam. Hoc igitur maximè obseruandum. Alterum quod ait Hierocles Pythagoreus, qui maximè velint animam mortalem, non prudentes, ac sapientes, sed impuros, scelestos, quique libidinibus vitæq; turpitudini, se dediderunt: ἔβλεπται ὁ κενὸς ἀθανάτων εἶναι πλὴν αὐτῆς ψυχῆς, ἵνα μὴ ἀπομείνῃ τιμωρὸς μένος, καὶ φθάσει τοῖς σπεί διδρασην, θάνατον ἑαυτῆς καταφύλαξινος: Non vult, inquit, improbus, animam suam immortalem, ne ad conspectum illius iudicis æqui poenis torquendus adueniat. Itaque se ipsum potius morte condemnat.

Fama antiquissima de animorum immortalitate.

Impuri ac scelesti qui animam mortalem faciunt.

FINIS.





Augustini Steuchi Eugubini  
DE PERENNI PHILOSOPHIA,  
LIBER DECIMVS.

In religionem veram cunctos Philosophos consensisse: Pietatem, Philosophiamque Christianam, quæ sola cunctas ambages resoluit, omnes tacite collaudasse: Rerum humanarum finem esse, Philosophorum consensu, pietatem: Hanc autem esse solam Christianam.

CAPVT I.



Nihil pietate ac religione melius.

Sine religione nihil est homine miserius. Laudatio religionis.

Finis rerum humanarum.

**V**LTIMA totius operis meta, vehementer his, quæ præcesserunt, necessaria, & tanquam aptissimus colophon restat, probandum, cunctos naturali consensu, atque adeo rationis eius, quæ separat homines à brutis, instinctu, conuenisse, ibique demum voces eorum, & testimonia desisse: nihil esse mortalibus pietate, ac religione melius: collectisque rationibus, cunctos eò tandem deuenisse, vt hodiernam hanc orbis terrarum religionem, veram generis humani magistram, vel antequam exorta esset, sola ratione duce prædicarint: vt omni natura diligenter humana, cunctisque rebus, quæ cadere in animum possint, vniuersaque Philosophia euoluta, id tandem cuncti, concordēs, quasi ratione seipsam excitante, decreuerint esse verum bonum, quod promittit hæc religio, sine quo, nec homine miserius quidquam nasci, nec multæ sedari animi perturbationes, deque rebus humanis dubitationes potuerint. Verè quidem vna hæc omnium perturbationum, ambiguitatūque, quæ torserunt in omni ætate mortales, torfissentque, semper verum asyllum portūque apparuit. Vna superiorum sæculorum tenebras & caliginem nitore suo dispulit. Hæc omnia quondam dubia dissoluit, humanarum rerum finem sola declarauit, degendæ vitæ rationem veram sola docuit. Secuti sunt autem videruntque eam penè cuncti Philosophi, quoniam non tam diuina est, cælitusque reuelata, verum etiã adeo naturalis, ac rationi conformis, vt rectè iusteq; nihil statuere possis, nisi ad eam sorte quadam delatus. Cerne- re igitur erit Philosophiæ, & humanæ mentis, vbi minus desiperet, cum ea concordia: Ac primum nemini dubium est, quin sit in vnaquaque re, optimum, ac pretiosissimum, & cuius gratia cætera inuenta, ac constituta videantur, quod in fine est. sic res humanas, etsi multæ sunt, quæ sub Philosophiæ consideratione cadant, quorum afferat animis admirationem contemplatio, id tamen præstantissimum esse nemini dubium, cuius virtus reliqua facile præcellat. Esse autem finem rerum humanarū, aperte, & clarè religio cælestis docuit, vt vitam hanc transigentes, & ab omni scelere, ac fraude abstinentes, ad meliora, quàm quæ in oculis habemus, perueniamus. Huc omnia demum rediguntur, qui quidem maximus, nobilissimūque finis trahit omnem pietatem, religionemque secum, vniuersamque Philosophiam, particulares item rerum cæterarum fines, quibus tota ferme constat

A constat religio. Nam vbi finem benè, rectèque viuendi constitueris, necessariò sceleratæ vitæ finis constitutus erit. Sic necessariò quoque erit eorum aperta ratio, quibus constat recta vita: Cunctaque eodem sermone consonare oportebit. Primum igitur de fine loquendum. Nam Plato & Aristoteles, multique alij Philosophorum adeo clarè hunc finem viderūt, vt penè miraculum sit eos ratione vidisse, quòd post nuntius cælestis reuelauit. Quanquam, vt dixi, perennis hæc fuit vsque ab exordio generis humani Philosophia: cum mortales omnes, vt summi Theologorum perhibent, ante diluuium concorditer vnicum, singularémque Deum noscerent, eumque solum adorarent, vanis postea religionibus, quemadmodum & flagitiosis aliis erroribus, repertis. Cum igitur omnes siue natura docente, siue pristinæ pietatis, per omnia sæcula vestigiis extantibus, magnū præclarūque illum humanarum rerum finem perspexerint, profectò nulla super reliqua religione discordia remanebit. Vt aliquis oculatus, cunctos Philosophos pariter conuocans, suasque eis sententias ostendens, probaturus sit eis, nullam eos aliam religionem voluisse, quàm hodiernam.

Finem hominis statuerunt Plato & Aristot.

Philosophos perhibere pietatem esse virtutum principem: probari hanc solam esse Christianam. Finem à Philosophis consentaneè religioni Christianæ constitui, vt Deum sequamur. Huc omnem vitam dirigendam. Hoc illos dicentes, aperte religionem, quæ sequitur Deum, respexisse, probasse. Philosophis veram scientiam esse, Deum noscere.

B

CAPVT II.



**R**IMVM igitur religionis, ac pietatis, quo regitur beatè vita, gradus est, quòd agnoscendus est, & colendus Deus, ex cuius amore & cultu, ac bene nostris factis, perueniendum sit ad meliorem quàm caducam hanc, corporeamque vitam. Hoc cum decantatum, celebrèque factum sit, magno illo in terras adueniente Deo, omnes antea propter infitam, donatamque rationem, & quòd vnanimis erant quondam in cultu eius, non ignorarunt. Hierocles igitur Pythagoreus, tametsi Christianæ religionis hostis, omnis probitatis originem, ac principium dixit pietatem: *παισιω ἀρετῶν ἡγεμονίη ἢ εὐσεβεία, καὶ οὗτος πρῶτος ἐστὶν ἀναφορῶν ἐκείνων*: Omnium, inquit, virtutum princeps, & dux est pietas, causam diuinam respiciens, in eamque relata. Hæc Theologia ea est, quæ nostris in litteris prædicatur Deum ante omnia venerari oportere, & quæ constituit hanc toto orbe terrarum celebrem religionem. Cuius principium, & caput, omnis denique cura, est summi Dei perfectæ veneratio. Efficit autem ratio, vt si pietas est princeps omnium virtutum, eam pietatem hoc cum primis honore præcellere, quæ colitur Deus summus, ac primus. Deinde cum virtute nihil sit melius, stabilius, fortius, magis substantia suffultum: virtutum autem magistra, ac regina sit omnium rerum maxima: ei subiectum verum necessariò subiacere, non ex nihilo nasci, in eo versari, quo non sit melius, dignius, præstantius. Ex his autem efficitur, vt hæc eorum de pietate attestatio, quam ex pectoribus eorum eruebat Natura, non cadat nisi in hodiernam religionem, ac pietatem. Neque enim si pietas est dux omnium virtutum, omnis probitatis generatrix, & lux, eorum poterit esse Deorum, quos aut Poætæ finxerunt, aut Philosophi quidam recenter inuexerunt, quorum priores homines fuerunt, vt Hercules, Pallas, Mercurius, posteriores sint sydera, Dæmones. Efficitur igitur vt hæc pietas, quæ princeps reginæque virtutum dicitur, non alia tandem possit esse, nisi hodierna de summo, ac singulari, & præpotenti Deo. Quoniam hæc de pietate prædicatio, naturalis est, nihil ei subest fabulosum, commentitium, vanum: oritur ex intima rerum perfectaque consideratione: & solum de vero, ac principe Deo potest esse vera, cuius cultus, & agnitio, omnibus generatim virtutibus, omni probitati præbeat lumen. Hinc enim duntaxat nascitur modestia, temperantia, iustitia, rerum humanarum contemptus, in secundis constantia & moderatio, in aduersis fortitudo, nascitur integritas, innocentia. Quamobrem si quis prudenter diiudicet, hæc Hieroclis pro multis aliis attestatio designat, veram religionem, non aliam esse posse, quàm hodiernam, in qua pietas vera, id est, Dei

Primus religionis gradus.

Omnis probitatis origo, pietas.

Pietas omnium virtutum princeps.

Dij falsi.

Vera pietas et religio vnde, & quàm utilis.

Sola religio vera, Christiana.

veri, ac singularis, de quo tam multa superiores loquebantur, colitur, ac celebratur. Ita- que Arianus alius è Philosophis, cum optimè viderit, diuinèque locutus sit, τέλος ἀπεί- των τοῖς θεοῖς ἔπεισεν, finem omnium rerum esse, Deos sequi: in vno tantum erravit, quòd Deos nominavit. Nam quos hic sententià Deos non habeo. Neque finis est sequi aut Deos illos Aristotelis, Intelligentiam Solis, Lunæ, aut Deos Poëtarum, Herculem, Mineruā. Tum ipsi & compellente Natura, & voce clara sape, vnum esse Principem, cæteros au- tem ab eo natos, ac dependere confessi sunt. Hunc igitur tantum sequi, non alios, verus finis est, & esse potest. Ratione igitur cum eorum testimonio coniuncta, prædicant, ex- clamant, non potuisse in mundo meliorem, veriorem surgere religionem, quàm hodiernam, cuius omnis finis est sequi Deum verum, eius obtemperare præceptis, eum vnum aspicerè, cætera pro vanis, aut minoribus, longèque inferioribus habere. Audi igitur Phi- losophos ò Christiane, finem omnium hominum, supremam naturæ curam, studium pri- mum, vt Deum sequaris. Quod faciunt cultores Dei, præcipuum esse, nihil eos melius exercere posse. Hoc omnium esse, quæ viuentes agimus primum. Quidquid egeris aliud, non ad finem tuum egeris: tunc humanæ naturæ finem secutus fueris, cum Deum seque- ris. Sequuntur autem, qui studia curasque omnes in eum collocarunt, ibique aciem men- tis defixere, cætera facientes, velut homines, semper tamen ad finem suum, aciem retor- quentes. Hocque est, quòd ipse dixit, Primum quærere regnum Dei. Et cum vult nos sui memores, in itinere, in mensa, in lecto, vbique. Is igitur Philosophorum testimonio est hominum finis. Itaque eadem repetit Arianus, siue Epictetus consentiens cum Hiero- cle, quòd non liceat bene quid fieri, nisi ad canonem, siue regulam diuinam referatur:

Veriorem et meliorem esse non potuisse religionem quam sit Christiana.

Non licet bene quid fieri, nisi ad regulam diuinam referatur.

Iamblichus, diuinus ap- pellatus.

Deum sequi, vera philoso- phia.

Animam ef- fici puram, Dei cultu.

Supremi Dei cognitio, ve- ra sapientia.

πῶς γὰρ ἔσται τι καλὸν, ὃ μὴ κατὰ τὴν κενὴν τῶν θεῶν ἀρά τήταται; Quomodo, inquit, erit vlla res bene, ac decorè facta, nisi ad canonem diuinum referatur? ò vocem præclaram, & auream. Suf- fragium Philosophorum, ac consensus, siue volentium, siue Natura cogente, hodiernam, & iam ab exordio mundi natam religionem, vnicam, ac singularem esse, quæ regat vna genus hominum, referens omnia ad canonem diuinum, ducem eum ac præceptorem sequens. Eadem de laudibus pietatis, cultusve diuini, & quòd is sit fons omnium virtu- tum, omnis probitatis principium, vera hominum vita, locutus est Iamblichus, ob quæ creditus, & appellatus est à suis diuinus, ab aliis etiam diuinius. Quo nomine multo magis sunt nostri vocandi diuini, omnisque Philosophia nostra diuinius dicenda, cum ea doceat multo melius, frequentius, quorum tractatio peperit eis nomen diuinum. Is igitur in eo, qui est de secta Pythagoreorum: ἀπαντα μὴ τοῖς θεοῖς τὴν ἀρά τήν ἢ μὴ ἀρά τήν διορίζουσιν, ἐστὶν ἡ ἀρά τήν τῶν θεῶν, καὶ ἀρχὴ αὐτῆς ἐστὶ, καὶ ὁ βίος ἅπας συγκρατεῖται κατὰ τὸ ἀκολουθεῖν τῶν θεῶν: Omnia, inquit, quæ de agendo, vel non agendo definiunt Pythagorei, respiciunt ipsam Diuinitatem: hocque est principium, omnisque vita ad id coordinata est, vt Deum sequaris. Nonne igitur vna est Philosophorum Christianorumque philosophia, eadem sententia, quòd sequendus est Deus, intuentium est in creatorem nostrum? Cum hoc autem sit corpus, vita, substantia religionis hodiernæ, nonne hæc illa est, quam Philo- sopheri veram, vnicamque crediderunt? Sola enim hæc perfectè ducit vitam ad imitatio- nem Dei, respicit perfectè numen æternum. Duo sunt ex Philosophis documenta, quòd pietas est vita vera, cunctarum laudabilium actionum origo: tum ex dictis eorum necessa- riò ducitur, solam hodiernam pietatè esse magistram eorum, quæ tantis illi laudibus ex- tulerunt. Audi etiam eundem non Christianum, sed merè Philosophum. Eodem libro: καὶ τὸν θεὸν σεβάμεθα, καὶ τρέπομεν, εἰ τὸν ἐν ἡμῖν ἔστιν ὁ θεὸς σκευάσαι μὴ πάσης κακίας, ὡς ἀπὸ τίνος κακίαν εἶναι καὶ τὸν θεὸν: Deum quoque colamus, & veneremur cògruè, si mentè nostram ab omni scelere, quasi nota, puram velimus efficere. En consentiunt nobiscum, nihil in omni vita superesse melius, quàm Deum timere, venerari, sequi. Vna igitur omnium Philosophia, vna mens. Idem eodè libro: ἢ μὴ γὰρ γινώσκεις τὸ θεὸν ἀρετῆτε ἐστὶ, καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία, ποιεῖτε ἡμῶς θεοῖς ὁμοίους. Nam cognitio Deorum, virtus est, & sapientia, perfectèque beatitudo, efficitque nos Diis similes. Cur dicis Deorum, ò Iambliche? quod Plato, & ratio, tu quoque prædicasti de vnico Deo. Si Dei cognitio sapientià est, multo magis supremi Dei. De hoc igitur solo dicenda hæc fuerant, vt dixit Plato, & tu ipse. Nam eodè libro de fine totius veritatis, & sapientiæ: ἐπιθυμῶν ἀληθείας καὶ σοφίας ἐπιμέμεθα κατὰ τὸν ἔπος ἐπὶ τὴν τὴν ἑπιθυμῶν, τὸ τε ἐνός ὄντος θεωρητικόν, ὅσαρ τέλος πάσης θεωρίας: Quoniã maximè veritatem, sapientiãque concupiscimus, ad eiusmodi hortatur Pythagoras scientiã, & vitam, contemplantem Vnitatem, qui est finis totius contemplationis. Sic ille. Vnitas, vt visum est superius, apud Philosophos, est fin-

A est singularis ille, incommunicabilisque Deus. Finis omnis Philosophiæ est notio huius, & vnitio. Sic aiunt Philosophi, omnibus os apertè claudentes, qui putent cultu Dei, pie- tatèque in terris, quicquam melius. Marcus ergo Tullius eadem prædicauit, affirmans eam præcæ Philosophiæ fuisse sententiam: Quæque, inquit, sunt vetera præcepta sapien- tium, qui iubent tempori parere, & sequi Deum. Sic ille. Sentiebant enim prædicabant- que præci cuncta in arbitrium, prouidentiãque diuinam esse referenda, & cedendum tempori, velut omnibus diuinitus missis, faciendumque quod ille: Dominus dedit, Do- minus abstulit, sit nomen Domini benedictum.

Finis omnis Philosophiæ cognitio Dei.

Definiente Platone veram sapientiam fugam ex hoc mundo, assimilationemque diuinam tum sanctitatem, ac iustitiam, vnam duntaxat religionem Chri- stianam hac definitione conclusisse. Probari Platonis hoc testimonio, ne- cessariò venturum in terras Deum fuisse, quem imitari genus humanum posset. Iamblichò apertè fatente diuinam similitudinem comparari, Dei que præcepta cognosci non posse, nisi Deus ipse audiatur: palam hodiernam religionem necessariam mundo ostendisse.

B CAPVT III.



VOD ex minoribus Philosophis deducitur, longè facilius ex præcis, qui fuerunt diuinis propiores, liquebit. Vt enim superius omnium gen- tium, eadem cum nostra, quod ad religionem attinet, probatur Philo- sophia, propterea quòd totius vitæ finem, studiorum omnium, cura- rumque vltimam metam congruit inter nos, & eos esse, sequi Deum, nihilque fieri rectè posse, quin ad regulam diuinam referatur: quo pa- lam sit solam vitam veramque Philosophiã esse, cuius fuit demonstra- tor Deus, & constitutor: alioqui quomodo ad canonem diuinum potuissent omnia re- ferri, nisi mortales eum, vel cælitus ab eo missos audissent? sed multo melius si eum au- didissent. sic clarius, & apertius id prædicatum est à Platone. Atque ex eo primum testi- monium sumatur, quo vitam veram, in eo qui inscribitur Theætetus, diuinè concordi- tèreque cum religione, definiuit: διὸ καὶ περιελάσασθαι καὶ εὐφρανέσθαι εὐδοκίαν φέρων ἐπὶ πάσῃ, φρονί- δὲ ὁμοίως θεῶ καὶ τὸ δυνατὸν, ὁμοίως δὲ δυνατὸν καὶ ὅσον γινώσκουσι: Quocirca, inquit, omni celeritate conandum est, vt hinc eò aufugiamus. Fuga autem est assimilari Deo pro viri- bus: assimilari autem iustum, & sanctum esse. Laërtius item de fine à Platone constitu- to: τέλος μὴ εἶναι τὴν ἐξομολόγησιν θεῶ. Ex his apparet, si quis audire Platonem, eiusque autori- tati stare voluerit, illam denique fuisse religionem vitamque hominum veram, vnicam, C singularem, vnicamque Philosophiam, cuius præcipuus finis, ac doctrina: fuit, vt ab hoc mundo in cælum celeriter aufugiamus. Quidquid hic resonat, regni cælestis est prædi- catio, omnes ad cælum inuitamur ab hac Philosophia. Illèque eius clarissimus præco, cu- piebat dissolui, & esse cum Christo. Est item religionis huius finis, assimilari Deo: Quem vt imitari possemus, eiusque similes fieri, fecit se nobis ipse similem, humano corpore, in quo actiones omnes vitæ sacræ exprimeretur, assumpto. Itaque semper inhortabatur, vt eum sequeremur, mansuetudinem, clementiam, tolerantiam attenderemus. Deni- que non est aliud hæc religio, quàm vitæ diuinæ, exemplorumque eius imitatio. Ac si quis altius spectat, hoc Platonis testimonio primum continetur, vt homines verè, & clarè possent Deo, quod fas esset, assimilari, quantumque natura pateretur humana ad imitationem eius attingere, fuisse mundo præsentiam, conspectumque diuinum neces- sarium, quem perfectè, & clare intuentes homines, mores suos, omnemque vitam ad imitationem eius effingerent, inflamarenturque magis, quàm viam primus impressisset, contemplari. Alioqui nunquam potuisset esse imitatio perfecta, veraque, & quantum mortali naturæ fas erat assimilatio. Secundo continetur, eam denique veram perfectam- que in mundo religionem apparuisse, quæ sola potuit, vsque quòd mortales decuisset, do- cere, & inflammare, vt Deo similes fierent. Ac si fieri similis Deo, vera vita, vera Philo- sophia definitur, certè sola veræ Philosophiæ nomen meretur, eaque debet omnium

Idem finis cõ- stitutus à phi- losophis Chri- stianis.

Iusti et san- ctum esse, est assimilari Deo.

Vera religio, quid.

Vera Philoso- phia quæ.

mortalium consensu probari, cuius est Deus exemplum scopusque verus & clarus. Facilius autem fuit imitari presentem, quam absentem. Erítque verior, perfectiorque religio, & qua non possit melior desiderari, ubi perfectior fuit, & esse potuit assimilatio. Sola autem nouissimorum seculorum religio vidit, & audiuit Deum, solaque potuit perfectè cernere, & nosse veros iustitiæ ac sanctitatis fontes. Definit enim Plato, assimilari Deo, sanctum, iustumque esse. Ac ut idem potuisset Platonem, ceterosque augurari, (Naturæ enim documentum est) quæ sit hæc iustitia, ac sanctitas, quibus diuina similitudo comparatur, non potuit tamen perfectè nosse, nec quoad homini fas esset, per iustitiam, sanctitatemque Deo conformari, quantopere qui aut viderunt, aut audierunt ipsum Deum loquentem, & agentem. Ex his efficitur Porphyrium, Proclum, aut quicumque religionem Christianam contempserunt, non modò cæcos fuisse, insectantes quod nescirent, sed etiam contra naturam, iudiciumque præceptoris sui peccasse. Nam Platonis hæc de fuga ex hoc mundo, & assimilatione diuina, sanctitate, ac iustitia definitio proinde vera est, quia naturalis, pura. Iudicium autem eius fuit, esse, assimilari Deo, Philosophiam veram. Cùm autem religio Christiana hanc maximè assimilationem profiteatur, cuius est præcipua causa, quòd potuit Deum vidisse, & audisse, totaque doctrina eius, sit Dei imitatio, ex præceptis eius, & exemplis, & eorum qui eum vidissent, audissentque confecta, profectò contra se, & præceptorem insanierunt, hanc irridentes, eique insultantes. Quod autem verè dicatur hanc esse veriolem, quàm possit esse, assimilationem Dei & imitationem, ex ipsa iustitia, sanctitateque probatur, quibus assimilatio definitur. Maior enim sanctitas, iustitia, integritas religionis huius professorum apparuit, quàm aliorum, quos anterioribus sæculis habuit mundus. Hicque præcipuè viguit perfecta illa iustitia, quam Plato sæpe prædicauit, non modò non amicis, sed ne inimicis quidem obesse. Præceptor autem, & dux religionis huius, etiam inimicos diligere mandauit, exemplumque ipse præbuit primus. Denique Iamblichus pro cunctis siue spiritu diuino concitatus, qui vel Dæmonibus extorsit sæpe veritatem, siue quòd hic demum per multa vagata sistit, & conuiescit ratio, proteflatus est alta voce, & quæ vera sit religio, & quòd ea mortalibus innotescere non poterat, nisi Deus auditus in terris esset: δὴλον ὅτι ταῦτα παρακτεῖν, οἷς τυγχάνει ὁ θεὸς χάριον. ταῦτα δὲ ἔραδιον εἶδέναι ἐμπίστις ἢ θεῶ ἀκηκόων, ἢ ἀφ' ἑστέρας βέλαις ποιεῖται: Certum est, inquit, ea agenda esse, quibus gaudet Deus. Hæc autem non est facile nosse, nisi qui Deum audierit, aut arte diuina comparet sibi. Ecce Philosophi consentunt, in eo vitam omnem traducendam, ut Dei mandatis obsequendis totus incumbas, quibus ille gaudeat, insistas. Hæc autem difficilia cognitu iudicantes, concludunt, nisi Deus ab hominibus fuisset auditus, nunquam patere viam potuisset, quæ ferret ad Philosophiæ veræ fontes, & Deus suæ voluntatis consiliorumque suorum, & eorum quibus delectatur, declarator veniret. Quo iudicio definitur ab eis, solam in omnibus præteritis, & futuris sæculis hodiernam fuisse, foreque religionem, quæ vera Philosophia, verus totius humanæ vitæ scopus, sit habenda, quoniam declarata fuit à Deo, prædicans, amplectens, quæ Deum loquentem, voluntatesque suas explicantem, homines audierunt. Hocque iudicio fit, quoniam sine voce diuina declarari mundo Philosophia vera non poterat, ut Deus, cuius semper humanis rebus prospexit cura, necessariò descensusurus esset, magnus dux, & declarator sapientiæ.

Qui religionē Christianam philosophi contempserunt cæci & ignari peccarunt in sua ipsorum dogmata.

Quomodo Christiana religio verior.

Ea agenda qua Deo gratia.

Beatos Aristotele & Platone prædicantibus, qui diuinam iustitiam sequuntur, hodiernam religionem cunctis laudibus comprobasse, solam magistræ veram diuinæ iustitiæ.

CAPVT IIIII.

Philosophorum veterum decretis confirmari Christianam religionem.



SPICIES omnium sententias, confirmantes hodiernam religionem vidisse indicasseque eos ante, & post eam conditam, naturalem Dei cultum, veramque pietatem. Nam quæ fuit Platonis ex sublimi quodam iudicio sententia, esse veram Philosophiam, actionemque humanæ vitæ perfectam, suspiciendum, admirandumque finem, assimilari Deo, per iustitiam, ac sanctitatem, videns quasi per somnium, & admirans hodiernam pietatem, eadem Aristotelis fuit. Is in libro de Mundo, quem esse eius, constans est

Astans est sententia, ubi iuxta Platonis sententiam dixisset, esse præscam famam, Deum principium, medium, finem omnium continere: Huicque semper ire comitem Iustitiam, scelera vltricem, sic intulit: ἦς ὁ εὐδαιμονίῃ μέλλων, μακροβίος τε καὶ εὐδαίμων, ἔξ ἀρχῆς εὐθὺς μέτοχος εἴη: Cuius mox à principio sit particeps, qui beatus, & felix est futurus. Ecce igitur duorum magnorum Philosophorum sententia: prioris, per iustitiam, ac sanctitatem similitudinem diuinam quærendam: hanc esse vitam hominis veram, posterioris, beatum esse, felicemque, qui simul natus cœpit iustitiam, legesque diuinas sectari. Recordare igitur, & confer quæ dicunt nostri: Beatus vir, qui timet Dominum. Beatus qui non abiit in consilio impiorum. Quid aliud hæc religio, quàm quod tam præclare, ac propè diuinitus Aristoteles statuens beatitudinem supremamque felicitatem, diuinis legibus sectandis. Beatum hunc Aristoteles prædicat, Prophetarum oracula beatum dicunt, qui in mandatis eius cupit nimis. Et ille sapientiæ princeps, Beatos qui cupiant, fiantque iustitiam: quod sua lingua dicit Aristoteles, μέτοχος εἶναι τῆς δίκης: Participem esse iustitiæ, eam capere, amplecti non serò, & iam obrepente senectâ: sed iam inde à principio, ut primum lucem aspexisti, sapere, loqui didicisti, in omni deinceps vita. Hæc religio diuinæ iustitiæ, præceptorumque diuinorum perpetua commendatrix, indefatigabilis præco. Ad eam mortales semper inuitat. Hanc esse bonorum omnium, & presentium & futurorum feracem sapientiam exclamat. Hanc Plato si nosse potuisset, si tempora eius ad huius ætatem peruenissent, vnicam, singularémque prædicasset, B qua facit, quod ipse supremum bonum iudicasset. Nam in Apologia Socrates: ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπων τὸ το, εὐθείας ἡμέρας σάβη ἀρετῆς λόγους ποιεῖσθαι: Esse homini hoc maximum bonum, singulo quoque die de virtute habere sermonem. Hoc facit igitur religio nostra, id supremum eius studium assidua cura. Primum loquitur semper de principe, reginæque virtutum pietate, semper hic est, hic vertitur omnis. Exinde de charitate, iustitiæque erga homines, quos perinde ac te ipsum diligas, hortatur. His duabus ea ceu columnis fulcitur. Cùm igitur quod maximum bonum est, sit humana vitæ finis, vnum ab animis expetitur, exoptatum: maximum autem bonum de virtute semper loqui, ut ad eam inflammeris, induarisque; ea censeat Plato: reuera hæc iudicata est ab eo, & prænnunciata maximum bonum religio, veraque magistra, & sola beatitudo animorum.

Psal. I.

Beati qui Psal. III. Matth. 5.

Homini maximum bonum quod.

Platone præferente cunctis obedientiam diuinam, apertè assensum esse hodiernæ religioni: ut homines scirent iussa superna, in terras necessariò venturum fuisse Deum.

CAPVT V.



OSSET quoque ex Platone ea deduci demonstrandæ religionis veræ ratio, si quis cernat ea, quæ de obedientia diuina pronuntiauit, inducens Socratem in Apologia dicentem, Parendum magis esse Deo quàm hominibus, vel mortem intentantibus: nunquam in omni vita committendum, quin philosophemur semper: περισσότερο δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἑσσοσθαι ἀνεμπνέω, καὶ οὐδὲς τε ἂν, ἐμὴ παύσομαι φιλοσοφῶν: Magis, ait, obsequar Deo, quàm vobis o iudices. Et dum spiritus hos reget artus, dumque dabitur, nunquam philosophari desistam. dixit nunc Socrates, quod ille nos ter: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Cùm igitur talia loquentem, ut verè locutus est, sapientem hominem, quemque tota Græcia, omnesque Philosophorum scholæ admirabantur, induerit, consequitur certè, eorum iudicio, quicumque pareat Deo, nihil eum facere posse, quod in omni vita sit magis faciendum: iam eam esse religionem Philosophiam que veram, vnicam, sacrosanctam, quæ doceat semper & inhortetur, parere Deo: Eos autem veros esse Philosophos, vitam laudatissimam degentes, veramque Philosophiam profitentes, quorum studia eò spectant, ut Deo perpetuò obsequantur, dicta eius defixis oculis attendentes. Sequitur item clarè, & perspicuè, quoniam parere Deo consueque commendauit, & extulit, ut id vel vitæ præferendum statueret (Parere autem Deo, qui non videtur, nec venit sub oculorum obtutum, difficile est: quanquam qui Naturæ parcat, etiam Deo parcat) naturale, non coactum, & contra Naturam fuisse, ut

Magis parendum Deo, quàm hominibus.

Act. 5.

Veri philosophi qui.

Deus aliquando in mundum delapsus de caelo loqueretur, fundens ipse oracula sua, quibus homines auditis, vnanimiter obsequerentur: Illamque fuisse religionem veram, & omni quae ad ea vsque tempora extitisset, futuraque vnquam esset meliorem, quae cum Deum audisset, & vidisset, venerabilem quandam, atque admirandam conflauit ex dictis, & exemplis eius Philosophiam. Haec etiam ab alio summo Philosopho declarantur, praedicantur: qui cum dicat obedire Deo maria & terras, omnemque mundum, & hominum vitam iussis supremae legis obtemperare: primum certum est, cum inuisibilem quandam moderationem, quem cuncta suis legibus diuinitus repertis insistentia, sequantur, animaduertisse. Secundum, quoniam visibilia, propioraque nobis, magis mouent, occultaque illa, ac naturalis rerum obtemperatio, cui subiacent omnia, cuique parere hominum vitam asseruit, melior esset, ac verior, certiorque, si maiore lumine inclaruisset, optimum fuisse, Deus ut sese ostenderet, ut secretas illas leges, quas acumine Naturae videre Philosophi, redderet clariores, quibus humana vita regeretur, nemoque sese excusare posset, qui latentes Dei leges, videre, quibus obtemperaret, nequiuerit. Neque enim philosophari possunt omnes, & ipsi Philosophi obscuro in lumine, quasi qui primo mense surgere Lunam aut vidit, aut vididisse putat, viderunt illas per omnem mundum latas leges. Naturale igitur fuit, summamque veritatis ordo, ut illa supremae legis iussa, quibus hominum vita obtemperare dicit, inclarerent, fierent spectata, certa. Hoc autem duabus rationibus fieri poterat: vel per internuntios, quibus de caelo missis leges illas suas declararet Deus: vel ut ipse pro sua clementia visibili praesentia circumdatus: quod ipsi quoque fieri posse crediderunt, ut Iupiter apud Poetam,

Omnia Deo parent.

Leges Naturae.

Ouid. Metamorph. 1.

1. Leg.

Gen. 2. Diuina leges prima hominibus lata.

Psal. 133.

Et Deus humana lustris sub imagine terras. Quas vbique leges, cum primis humanae vitae tulisset, claras efficeret. Quomodo enim iussis supremae legis hominum vita poterat obtemperare, quem esse finem sentiant, nisi caelitus aliquis venisset? Magna igitur vis veritatis. Ecce Marcus hanc quasi ex caelesti reuelatione sententiam tulit. Nulla enim lex humani generis fuit, cui necesse sit homines obtemperare, nisi praesentia diuina, & loquente Deo, lata. Ut quod ait Marcus, iussis supremae legis obtemperare hominum vitam, respiciat verum, quod est in sacris litteris, quod prima homini nascenti lata est a Deo, cum ei praecipit, ut dominaretur in omni terra, crescerent, multiplicarentur: ex omnibus fructibus vescerentur: adhæreret vir uxori suae, duoque essent in carne vna: Ut terram coleret, ex sudore suo victitaret. Secunda quoque lex ex hominibus repullulantibus lata fuit a Deo, cum praecipit Noë, & filiis ut crescerent, replerent terram: Terror eorum esset super cuncta animalia terrae & volucres caeli, caeteraque, quibus quemadmodum etiam oleribus & fructibus vescerentur: Ne polluerent sanguine dextras: Qui sanguinem fudisset alienum, fundendus esset aliquando sanguis eius. Tertia quoque lex diuinitus lata est, cum Mosis latius edicta dedit super homicidiis, adulteriis, caeterisque peccatis. Nouissimè venit ipse totus suarum legum clarus praeco. Haec, non alia possunt esse iussa supremae legis, quae Marcus dixit. Cum igitur hominum vitam asserat obtemperare legi supernae, certè illa est vera humana vita, vera religio, ad salutem generis humani caelitus data, quae non ut quondam in obscuro, sed clara voce monstraret, quanam essent haec iussa Dei. Illique verè viuunt, qui sub hac religione viuunt, cognoscentes suprema legis praecipita, eisque quoad licet obtemperantes. Itaque concorditer in his litteris dicitur, Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. Cum igitur haec religio & iussa superna monstrauerit, & omnis in commendandis eis vox consonet, profectò haec vera illa Philosophia, claraque sapientia fuit, cuius diuinitatem quasi spirantes odores procul, senserunt, & ceu per transfennam diuitias eius admirati manibus applauserunt, acclamaueruntque, & ut praecones eius antecesserunt philosophi. Quam qui sequi nolit, planè ex his sit habendus, quorum infania animis euerfis, nec nosse propinquos finit, amicos autem pro inimicis habere cogit, & homines execrati, cupiunt esse feræ.

Defini-

A Definitionem sapientiae verae, quae assignatur à Iamblichus, vni Christianae congruere. Philosophos in humana sapientia nullam spem habendam asserentes, solam diuinam hodiernam, veram esse iudicasse. Ex his quae facere Philosophiam contendunt, & quae in humana Philosophia reprehendunt, probari duntaxat Christianam veram Philosophiam esse.

CAPVT VI.



VDIENDVS est quoque Iamblichus, in definitione verae Philosophiae: videbis, non aliam hanc esse, quam tanti aestimat, & admiratur, quam hodiernam. De secta Pythagoreorum: αὐτὴ γὰρ ἀπομελετοῦ κερταίν, καὶ τῶ ἡμετέρας καταφρονεῖν, ἐγκράτειαν ὀπιτηθεῖν δι' ὅλης τῆς βίης, καὶ ἀποστῆναι ἀπὸ πάντων σαρκῶν γενναίως, τῶν δὲ ἡδονῶν ἀπορροεῖν παντάπασιν. μόνως ἀρετῆς τῶν ἀντιλαμπανέσθαι γὰρ τῶν βυλομυθῶν τῶν θεῶν, καὶ ἀγροπῶν ἀγαθῶν πάντων μεταλατῆσαι: Haec enim, inquit, exercet tolerantiam, mortem contemnit,

sapientia vere effecta.

continentiam retinet in omni vita, contra labores fortiter dimicat, Voluptates aspernatur omnino. Hanc igitur vnam amplectantur oportet, qui volunt omnia humana, ac diuina bona consequi. Haec o Iambliche Philosophia, cum nusquam tempestate Philosophorum apparuerit, cum nullis in libris vestrorum extet, vna certè fuit, quam demissam nouissimis saeculis caelitus, vos animo diuino solam iudicatis, quam omnes homines felicitatis humanae, diuinæque cupidi sequantur. Vestro o Philosophi suffragio asserta est hodierna Philosophia, vera, vnicaque iudicata, quam omnes amplecti, sub ea viuere, quibus est cupido felicitatis oporteat. Nam primum hic tantum perfectæ voluptates contemnuntur, mortis metus nullus fuit, sequacibus exercita tolerantia, quia beati praedicantur, qui patiuntur iniuriam. Haec sola, non alia largitur felicitatem in corpore, doloribus fortiter toleratis, voluptatibus fortiter contemptis, deinde felicitatem diuinam, ut praemia virtutum istarum subsequantur. Quae est enim alia Philosophia, quae bona diuina polliceatur? Vbi praedicatur alibi regnum caelorum, nisi obscure, in nocte, incerto? Nemo igitur est, qui non sentiat, hanc definitionem Philosophiae Iamblichi, primum esse magnam, verae Philosophiae definitionem, non Platonis, Aristotelis, aut Stoicæ, Epicureæ, sed Philosophiae verae, naturalis, inclytae: deinde nulli alteri Philosophiae definitionem hanc congruere, nisi Christianae Philosophorumque iudicio, haec sola censetur vera totius beatitudinis humanae, diuinæque finis. Humanae in hoc corpore, & quoad homini, ut homo est, possit contingere: diuinæ, ut assequaris felicitatem Deorum, maiora quam humana bona, non probata hominibus vnquam, sed ratione quadam comprehensibilia, de quibus est nostri Theologi sententia. Quod neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Haec illa bona diuina, ad quae perducit Philosophia vera, voluptatibus calcatis, doloribus spretis, tollerantia, siue potentia, siue patientia, quae tantopere nostris in litteris praedicatur, assumpta, quibus velut gradibus vehimur ad diuina bona, quam sapientiae princeps & autor detulit de caelo, duce magistræque Philosophia. Hoc Philosophi dicunt, sentiunt, praedicant. Hic quoque considerandum succurrit, nullam aliam sapientiam eos iudicasse veram, dignamque nomine sapientiae, nisi caelestem istam, totamque humanam sapientiam censuisse, fermè nihil esse. Siquidem Socrates in Apologia: ὅτι ἡ ἀνθρώπινος σοφία ἀλίγης τιδὸς ἀξία ἐστὶ καὶ ἕδνηός: Humanam sapientiam exigui aut nullius preterij esse. Superest igitur, si nulla reperitur in terris vera sapientia, si Philosophorum libri, quoniam ab hominibus scripti sunt eis asserentibus, non inest, oculis eos animi rationeque vididisse meliorem quandam, maioremque, quam humanam sapientiam, quae necessariò mortalibus aliquando innotesceret, eamque ut magistræ veram in omni vita sequerentur. Non igitur vel Plato, vel Aristoteles, aut quiuis alius magister sapientiae, verus quem fidenter sequaris esse poterat. Et si nemo potuit, certè fuit reliquum, ut veniret Deus, qui solus humanis erroribus expiatis iter rectum ad felicitatem ostenderet, cuius vnus, quam traderet terris, Philosophia vera esset. Hanc omnes mortales attenderent, hac Ambrosia se quantum vellent explerent. Propterea, quae de Nectare, & Ambrosia, veraque sapientia eodem libro loquitur Iamblichus, dicens bibendâ, haurien-

veram Philosophiam ut philosophi asseruerint.

Philosophia vna ex omnibus vera Christianorum.

Esai. 64. 1. Cor. 2.

Humana sapientia, nullius preterij.

Cum nullus veterum sapientiam veram docuerit, necesse fuit eam doceri postremo a Deo vero seu Christo.

Ioan. 1.

Sapientia, Deo data.

Tit. 2.

Socrates vere sapientia assertor.

Non est sapientia, qua a pietate aliisque virtutibus separata est. Falsa sapientia.

Reprehensa huius mundi sapientia à Cicerone.

dámque pro viribus sapientiam, quemadmodum Nectar, & Ambrosiam: τὴν καὶ σοφίαν ὁ θεὸς ἀποπέμπει ἐφ' ὅσον, οἷόν τε κελὶ ἀποπέμπει ἀμβροσίαν καὶ νέκταρ. nulla alia de sapientia, Philosophiáque dictum, quàm hodierna, cuius autor inuitas ad pocula eius cunctos, clamabat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Flumina de ventre eius exibunt aquæ viuæ. Solus igitur ille Nectar, & Ambrosiam propinare potuit. Nec vsquam Nectaream illam inuenies sapientiam, nisi quam fudit ipse de fonte suo. Hic duntaxat est quod idem admiratus est Iamblichus, finemq; omnis speculationis, totiusq; Philosophiæ declarauit, idq; est bibere Nectar, & Ambrosiam, cum ait: τὴν καὶ πάντων ἀλλοτρίαν, καὶ θεοτάτην φύσιν, ὅσην ἀνθρώποις θεὸς ἐδόκεν χαρίσασθαι: Venire ad aspectum pulcherrimæ diuinissimæq; naturæ, quoad datum est à Deo. Ecce à Deo data fuit, non alio, sapientia, qua videamus diuinissimam, pulcherrimamq; naturam, ipsius nempe maiestatem, gaudia sempiterna, lætosq; triumphos in regno Patris sui, cuius causa sese detulit in terras, ignotorum bonorum, veræq; sapietia clarus præco, quam nemo mortaliu tradere potuisset. Quapropter Iamblichus hæc iudicio illo, quod homini nascenti infudit Deus cernens, solamq; eam cefens vitam beatam, quæ tendit ad finem religionis huius, καὶ τὸ μὲν ἀνθρώπων ἦν ὡς ἀνθρώπων, τὸ δὲ τῷ θεῷ ὁμοιωτικῶς ὡς ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν ἀνθρώπων ἀνταλλήθειαν: Debemus, inquit, consuetudines humanas, vt plebeias, abicere, Deorum autem cultum, qui longè præstat vulgari vitæ, sectari. Declarat Iamblichus quæ Ambrosia, quod Nectar, quæ vera sapientia, quam superius extulerat: Est, ait, vt abnegantes impietates, & secularia desideria sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo. Nam miru in modum cõgruit sentetia Iamblichii, cum summo Theologo nostro. Quæ Paulus κοσμητικὰ βέλτηματα, sæcularia desideria: Iamblichus ἡθελήματα. Quod Paulus, Abnegantes: Iamblichus, εἰς, dimittentes, relinquentes. Quod diuus Paulus, σφραγίσαι, καὶ διακρίσαι, καὶ εὐσεβῶς ζῆσαι, Sobriè, iustè, piè viuamus: ille, Religionem Deorum sequamur. Sed sermonis error, dicere Deorum, non Dei, cum vbique singularem Deum præpotetem, regem cæli & terræ, hominumq; Deumq; patrem nominet Iamblichus. Viderunt igitur etiam ipsi, obscura nati in nocte, cunctisq; suffragiis confirmarunt hodiernam sapientiam. Eam Socrates ante aduentu eius plurimos annos, prædixit mundo necessariam, quod in humana sapientia nulla spes ponenda sit. Veram autem illam sapientiam, hodiernamq; Philosophiam respexisse Iamblichum, sapientiam inquam, quæ non scientia rerum duntaxat, sed iustitia, probitate constet, audi eum eodem libro ingenue fatentem: πᾶσι δὲ βέλτηματα ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀρετῶν, πανουργία, & σοφία φάσμαται: Omnem, inquit, scientiam à iustitia, cæterisq; virtutibus distinctam, non sapientiam, sed malitiam vel imposturam esse constat. Quid verius & ad agnoscendam veram sapientiam magis idoneum, ne putes sapientiam, aut Philosophiam Platonis, aut Aristotelis, Astrologiam, Mathematicam vel quancunque humanam doctrinam. Quibus euenit sæpe, vt quoniam sunt à iustitia, pietate, cæterisq; virtutibus separata, non sapientia, scientiaque sint, sed astutia, malitia, cauillationes. Iustitia igitur facit sapientiam. Vbi plus virtutum, plus sapientia, plus hoc ipsum nomen. cætera vana sunt omnia, vmbra non habitus, simulatio non possessio sapientia. Commoda fallendis mortalibus deceptio, qui-  
**B**lus falsæ sapientia species imponit. Condemnarunt igitur ipsi suis suffragiis humanam sapientiam, Socrates asserens eam nullius pretij, Iamblichus appellans imposturam: & eam solam innuentes, apertèque prædicantes, sapientiam, quæ iustitia, pietatèque nititur, quibus absentibus quod remanet, impostura iudicatur, simulachrumque inane sapientia. Cum autem hodierna religio contemnat humana, respiciat diuina, perfectissima iustitiæ magistra, & quæ sola iustitia, & cultu Dei gloriatur, nihil vmbatile, vanum, prestigiosum præ se ferens, certè hæc illa vera fuit sapientia, quam Philosophi viderunt, oculosq; ad eam defixos habuerunt, cum in reliquis disciplinis, magna iactantia, inanis ostentatio, plurima deceptio, iustitiæ nihil, minus pietatis. Audi enim Marcum Tullium, sic sapientiam istius mundi condemnantem, & quia damnat humanæ sapientia magistrum, solum diuinum probatorem. Secundo Tusculanarum: Quorus enim, inquit, quisque Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus, vt ratio postulat, qui disciplinam suam, non ostentationem scientia, sed legem vitæ putet, qui obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat? Videre licet alios tanta leuitate, & iactatione, his vt fuerit non didicisse melius, alios pecunia cupidos, gloria nonnullos, multos libidinum seruos, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio.

Philosophos

**A** Philosophos mundi voluptates improbant, omnemque continentiam admirantes, collaudasse, comprobasse Christianam religionem, veram continentia magistrum. Mirabile Plutarchi dictum ad virtutem, & probitatem, opem Dei esse necessariam.

CAPVT VII.



**N** HODIERNAM religionem conspirasse, eamq; vnam hominibus sequendam veritatem Philosophos iudicasse, est ratio ex contemptu, & voluptatum, & abiectione curæ carnis. Nam cum hæc religio studeat, omnes voces eius conclament, corporeas voluptates, vt noxias spernendas, quoniam non solum turbant hanc vitam, sed quod caput est, à maioribus bonis auertunt, nec aliud hæc religio sit, quàm fuga voluptatum, perpetua laus continentia: profecto toti pependerunt in eam amplexique sunt Philosophi, generis humani veram magistrum, & veram sapientiam statuerunt, cum & ipsi non conenserunt modò, sed clamauerunt, vociferati sunt fugiendas esse voluptates. Ac primum audiendus Plutarchus, qui non solum optimam censet continentiam, & frugalitatem admiratur, suspicit, sed etiam vult hunc cultum honoremq; Dei esse, perinde si sacrifices, templumq; eius donariis adornes. In eo quem inscripsit de non irascendo: ἔστι πᾶσι τοῖνυν τὸ μὲν τῷ Ἐμπεδοκλῆϊ μέγα καὶ θεῶν ἠγάθη, τὸ νηστεύσαι καλοτήτος, &c. In omnibus, inquit, illud Empedoclis magni ponderis, diuinumq; censet, ieiunare à vitis. Laudarim, & eas vt non ingratas, nec à Philosophia procul, in votis consuetudines, à Veneris, & vino purè abstinere, honorantes Deum, continentia, frugalitate, itemque certo tempore abstinere à mendacio, obseruantes nos ipsos vt veridicissimi in iocis, cum omni studio. Deinde his animum meum componere, ceu non minor pietas sit sacras dies primum paucas sine iracundia transigere, sicut etiam sine ebrietate, & vino, perinde vt si frugale sacrificium, mellisque libationem celebrem. Deinde mensam aut duos paulatim meipsum periculum faciens, ita sensim progredere anterior ad innocentiam, obseruans, & custodiens meipsum cum sermone miti, placidum, purumq; à verbis improbis & factis turpibus, & commotione, quæ ob exiguam, ineptamq; voluptatem, turbas ingentes turpissimamq; penitentiam afferat. Quocirca sic statuo, Deo coadiuuante, ipsa demum experientia cõprobabit animi mansuetudinè, & humanitatè, nemini quibuscum degas, æquè charam, atque iucundam fore, atque ei ipsi, qui possideat. Hæc Plutarchus, in primis admirada, quod cum Empedocle vetustissimo Philosopho, magnum, diuinumque ieiuniu censet abstinere à scelere: Vt suprema Theologia nostra clamans in ieiunio, Scindite corda vestra, non vestimenta. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum. Et precamur, Quos ab escis carnalibus præcepit abstinere, à noxiis quoque vitis cessare concedat. Viderunt illi, confessi q; sunt precipuum, præstansq; ieiunium esse à scelere. Miratur, collaudat Plutarchus, diuinum, magnumq; censet, quod Empedocles post excellens hoc ieiunium, secundo loco statuit, vt cum in votis sumus, cum sacrificamus, cum Deum colimus, à Venere, vinoque contineamus: Esse hoc honestum, gratum, ex Philosophia, si te propter Deum à Venere contineas. Ostendit autem viam Plutarchus ad habitum probitatis & mansuetudinis, ad habitum non irascendi, & totius continentia. Potissimum à pietate, si diebus sacris, ad cultu, honoremq; Dei, te à vino, Venerèque castu seruare studeas: exinde paulatim insuescens, firmum, stabilemque habitum continentia corroboros. Sic certo tempore, sacris diebus, quibus diuinitas colitur, à mendacio vel in iocis cauè summo studio, & obseruantia, mentiri refugiamus. Eadem via erit ad non irascendum. Tantundem pietatem cultumque Dei existimans diebus illis sanctis non irasci, atque nec ebrietati, nec luxuria, nec mendacio te dedere. Essetque sine iracundia, quasi sine vino & ebrietate, perinde si ieiunium frugale, quo nos à vino contineamus, celebres. Sic mensam, aut duos in omni æquanimitate, mansuetudinèque te custodiens condoceris animum paulatim non irasci, non mentiri, non loqui nefanda, indecorè agere, te ab ea commotione, & vitio abstrahere, quæ ob exiguam, ingrathamque voluptatem, fluctus ingentes, foedissimamque penitentiam apportat. Hæc rapida est incontinentia, & luxuria, cuius finis

Vera religionis obiecta.

Sobrietas & continentia, est Dei cultus.

Magnum ieiunium, abstinerere à scelere. Esa 55.

Quomodo ad virtutes assuescendus animus, abstinendo à vitis.

Q ij

est foeda poenitentia, nonnunquam grauiſſimum ſama, valetudinis, vitæq; diſpendium. D Idq; ob exiguam, nulliusque ponderis voluptatem. Deinde Plutarchus (vide quàm congruat cum ſacris litteris, quidve Natura, yerâque ſapientia ſuggerat) auxilium Dei cenſet, ad deponenda vitia, virtutes acquirendas, neceſſarium: ad habitum illum non iracſcendi, ſi modò nos ipſos excitemus, & à volente velimus adiuuari. Si vel exiguus Dei fauor cum aſuetudine noſtra acceſſerit, inquit, videbimus, experiemur, veniet in lucem iudicium illud, non minorem nobis fructum fore ex habitu illo modeſtiæ, atque hiſ; quorum conſuetudine quotidiana utimur. Quid igitur aliud loquuntur noſtri? Audi Auguſtinum. Non ſolum martyres, ſed & ipſum Dominum, cum ipſius adiutorio, ſi volumus, poſſumus imitari. Tota igitur hæc è fontibus Philoſophiæ deprompta ratio, eſt hodiernæ Theologiæ confirmatio: quòd ieiunium verum eſt à vitiiſ; quòd à ieiunio corporeo, & ſecundo, peruenitur ad primum, accedente habitu virtutis, ex actu frequenti abſtinentiæ: quòd propter Deum ingredimur hanc viam virtutis, ingreſſi penetramus, ad ſummumque verticem eo coadiuuante aſpiramus: quòd colitur Deus abſtinentia, frugalitate à luxurie, ebrietatèque continentia. Cultusque eius eſt, & expiatio, hiſ; minime ſordere, præcipue quòd hac aſuetudine, confirmatio virtutis comparatur, habitus malus paulatim exiit. Iamblichus autem de ſecta Pythagoreorum: & γὰρ δι' λουσιτελείῃ, τὸ παντὸς ἀπονοήτων, ὡς περὶ τῶν ὑπερβολῶν ἐνεργήσαντες ποιῶν ἰσχυρὸν, ἔδδ' ἐπὶ τὸν λείοντα, ὡς περ τὸν θυμὸν, & quæ ſequuntur. Non prodeſt, inquit, multiforem beſtiam cupiditatem optime paſcentes, reddere fortem: nec leonem, nempe furorem, & iracundiam, & ea quæ circumſtant, nutrire fas eſt, & corroborare in nobis, hominem autem, ipſam nimirum rationem, fame enecare, aut debilitare. Quod audis Iamblichum prædicantem homini non prodeſſe, ſeras duas, furorem, & cupiditatem nobiſcum inſitas impinguare, fortioresque reddere, eſt quod prædicabat ſe facere magiſter hodiernæ ſapientiæ: Sed caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Eſt autem magis ex Philoſophia bene agere, quàm bene loqui. Quod laudibus, verbis que effert Iamblicus, factis Paulus comprobauit. Veriores Philoſophi, bene operantes, quàm loquentes bene. Quod igitur prædicat hodiernæ Philoſophiæ nuntius, eſt quod etiam Platoni & ipſi Iamblichò, ſummis laudibus commendatur. Plato in Phædone, totiusque locus proponitur ab Iamblichò de corpore: μή δὲ ἀναπιμπλάμεθα τῆς τέτης φύσεως, ἀλλὰ κεραιρωμεν ἀπ' αὐτῆς ὡς ἀνὸ θεοῦ αὐτὸς ἀπολύσει ἡμᾶς: Neque, inquit, natura huius repleamur, ſed pueros nos ab eo conſeruemus, donec ipſe Deus nos diſſoluerit. Sic illi. Bene & mirificè ò Philoſophi: ſed addidit noſter, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Corpore diſſolui non ſufficit, niſi meliora ſequantur. Quæ quidem etiam ipſi, licet obſcurius, viderunt, agnouerunt. Si, inquit Iamblichus ibidem, fieri non poteſt, ut in corpore quicquam purè noſcamus, è duobus alterum neceſſarium, aut nuſquam eſſe ſcientiam: ἢ πελευτήσοισι. τότε γὰρ αὐτὴ κεραιρωμένη ἢ ψυχὴ χωρὶς τῆς σωματικῆς περιπερον δὲ εἶ: Aut defunctis tantùm. Tunc enim ipſa per ſe erit anima, ſine corpore, prius autem nunquam. Hoc igitur eſt, cur ille cuperet diſſolui, venire ad curiam cæleſtem, ad chari genitoris conſpectum, vbi latet omnis ſuauiſſima ſapientia. Philoſophi dixerunt hoc animam eſſe per ſe in alta ſapientia. Sed noſtri ſcientiam, & ſapientiam clariffimè propalarunt, eſſe cum Chriſto. Neque enim alia eſt ſeparatorum animorum ſcientia, ſapientia. Affert item Iamblichus, confirmatq; ſuper fugiendis carnis oblectamentis dicta Platonis. Mille, inquit, incommoda, propter neceſſarium alimentum affert nobis corpus. Et ſi ſuperuenerit morbus, impeditur inueſtigatio veri: corpus item inflammat libidiniſ; terroribus, & ſimulachris vanis implet: ὡς ἀληθῶς τῶ ὄνει ὑπὸ αὐτῆς ἔδδ' ἐφρονήσασιν ἡμῶν ἐγγίνεται. & quæ ſequuntur. Ut verè ne ſapere quidem vnquam per ipſum nobis liceat, prudentèrque viuere. Si quidem bella, ſeditiones, & pugnas, corpus duntaxat, & huius cupiditates nobis exuſcitant. Nam propter acquirenda neceſſaria, nulla non bella geruntur. Cum hæc igitur Philoſophi fateantur, ſuper eſt eos tacitis indiciiſ; hodiernam pietatem innuiſſe, ad eius confirmationem omnia eorum ſuffragia conſenſiſſe, quoniam vanos diſſuadet amores, à ſocietate corporis diuellit, curam carnis iubet abiciere, tranquillo in portu, mundano mari fluctibus inſanis fremente, continet. Et quod omnibus melius eſt, altius extollit, dux eius, quæ verè dicitur beata vita. Itaque etiam Simplicius, comprobans fugiendas vt exitiales voluptates, deſcendit præcipue ad Veneream: quæ ſi diuturna eſſet, mortem fore contendit, eoque breue ad tæpus factam à Deo. Aitq; de ea: ἢ δὲ

Quòd à ieiunio corporeo peruenitur ad verum animi ieiunium, id eſt abſtinentiam à vitiiſ;

Bellua dua in nobis, furor & cupiditas.

1. Cor. 9.

Magis ex philoſophia eſt, bene agere, quàm bene loqui.

Philipp. 1.

Sapientia eſt cum Chriſto.

Corpus nos auocat à Philoſophando.

Venerea voluptas, moriſ; ifera.

Α ἢ δὲ ἐμμερέτεια τῆς ἡδονῆς τῆς τοῦ σώματος, ὅσα πικροτέρω τ' ἀλλὰ ἔστι, ποσῶτα λεησιμωτέρω ἔστι τῆ ψυχῆ, καὶ τιμωτέρω σκέπη: Abſtinentia, inquit à voluptate Venerea, quanto cæteris eſt maior ipſa voluptas, tanto vtilior animo, & pretioſior, plurisque faciendâ. At diuus Paulus: Hæc eſt voluntas Dei, vt abſtineatis vos à fornicatione. 1. Theſ. 4.

Philosophos eam laudantes Philosophiam, qua uiuitur purè, à corporeis illecebris ſegregamur, aperte religionem Chriſtianam ſpectaſſe. Eos, voluptates corporeas impedimento eſſe ad cæleſte iter aſſerentes, vnâ nobiſcum religionem aſſeruiſſe.

CAPVT VIII.



DE FUGIENDIS igitur corporeis illecebris vnde quaque nobiſcum Philoſophi congruentes, duasque cauſas pariter approbantes, iam à principio quòd vitæ præſentis ſtatum perturbant, leges humanas deprauant, iura profanant, eiſ; ſequendis ritus humanæ vitæ ferinus efficitur, ſed cum primis quòd auerſos à vita ducunt ad mortem, à ſemita cæleſti ſeducentes, dum virtute, quæ nos euexiſſet ad aſtra, deſtituti, delabimur inferius, certè conſenſus eſt omnis inter nos, & illos, ſuper ea religione, cuius & ad contemptum voluptatum omnes inſumuntur voces, & illum beatæ vitæ portum reſpicit omnis. Quis enim non ſentit eos aperte religionem Chriſtianam conſeſſos, cum Iamblichus, qui diuiniffimus ab eis appellatur, de ſecta Pythagoreorum ſcribens, probansque ea quæ de fugiendis voluptatibus, & coinquinatione corporis Plato ſcripſiſſet, qui carmen Orphei probaſſet:

Quicumque ad Ditem incaſtus deſcenderit imum, Inſoſſusque ad cæno perpes cruciabitur atro.

Plato autem, ſed purus, & expiatus eò delatus, μεταθεὸν ὀνομάσας, cum ſuperis habitabit. Iamblichus autem, Si enim, inquit, ad gentem diuinam ei qui non fuerit Philoſophatus, purèque vitam exegerit, nefas eſt adire, certè ſolis accuratis, ac ſtudioſis licebit. Quas ob cauſas, continent ſeſe ab omnibus corporeis cupiditatibus verè Philoſophi, ſeſe minime dedentes eiſ; & mancipates. Alligatur enim per voluptates, quosdam veluti clauos, anima corpori: quibus ſit vt à diuino cõſortio longius abducatur: Et cum exceſſerit, abit ad id, cuius ſibi ſocietatem comparauit. Itaque ſola videtur eſſe Philoſophia, quæ malis illecebris ſolutos, ὅτι τὸ δὴ καὶ γνοῦσιν τῆς ὀντας ἀληθείας, καὶ καὶ γνοῦσιν τῆς ψυχῆς: Ad veram eſſentiam, & cognitionem perfectæ veritatis, expiationemque animi perducatur. Quòd ſi vera in eo felicitas eſt, in eam totis animis incumbendum eſt, ſi verè cupimus eſſe beati. Hæc omnis Philoſophorum ratio, ſi quis æquè iudicet, cadit in religionem hodiernam, perfectamque Philoſophiam, non Platonis, Ariſtoteliſ; aut cuiuſ; que. Subditq; Iamblichus, Simul vt eò ventum fuerit, melior quidem anima habitat cum Deo, circumq; ambulat cælum, meliorem fortem aſſecuta, ſed quæ ſe factis impuris inquinat, flagitiorum, & impietatis plena, ad ſubterranea iudicia profecta, meritis ſuppliciiſ; addicitur. Hiſ; igitur ſic habentibus, non opus eſt pecuniis acruandis inhiare, neque gloriæ ambitionique ſeruare, ſed duntaxat prudentiæ, & veritati inuigilare, & vt anima ſit quàm optima. Hæc ad verbum ille. Ob quæ diuinus à ſuis appellatur. Subiicit autem, Deus, inquit, nuſquam eſt iniuſtus, nec eſt ei ſimilius quicquam, quàm qui fuerit è nobis iuſtiſſimus. Quanta, inquit, in pedibus celeritas, ἀκολασίαν φεικτέον, Fugienda eſt intemperantia. Hæc & ſimilia ſcribens, ingenti que affectu proteſtans Iamblichus, aut volens, aut innuens hodiernam religionem, declarat veritatem illam eſſe, quàm Deus hominibus aliquando reuelare debuiffet. Quæ ſapientes eos efficeret, ab impietate, flagitiis que abduceret, ſimiles Deo, iuſtiſſimos redderet, ad ſpès cæleſtes erigeret, cuius vnus eſt clara, firmaque promiſſio, pius & iuſtus, & quibus libidines non imperaſſent, habitaturos cum Deo, triùphis beatis eius aſſuturos. Neque enim alia Philoſophia promiſit & docuit hæc cæleſtia bona, niſi per vmbra. Velint igitur, nolint hanc religionem veram ſolam prædicauerunt, omnibus eam ſuffragiis generis humani Philoſophiam declarauerunt. Ac cum ſit omnibus in rebus ſummum, quo quidem vltèrius nec re, nec cogitatione procedere liceat,

Vita pura, digna ſuperiorum ſocietate.

Expiatio animi perducit homines ad vitam beatam.

Philosophia de bonis cæleſtibus quaſi per vmbra docuit.

fic in omni sapientia, hæc vna perfectio, hæc cunctis rectè consideratis Sol omnis Phi-  
lophiæ erit. Eius præcepta confirmans addit Iamblichus: Nulla, inquit, vtilitas diui-  
tiarum, sine prudentia, & sapientia. Decus igitur animi duntaxat erit vita secundum re-  
ctam rationem, & animæ perfectio secundum mentem. Vt assequamur finem beatæ vi-  
tæ hominibus à Diis propositum, & secundum præsentem ætatem, & in futura. Homo  
igitur sensu, & mète priuatus, planta similis efficitur, sed sola mente multatus, efferascit.  
Irrationabilitate detracta manet in mente, affimilatur Deo. Itaque pro viribus feritatis  
affectus deponentes, animi puris operationibus, quæ & seipsum respiciant, & Deum,  
vtamur. Omnia enim sunt ad intellectum & Deum conferenda: τὰς ἀρχαίους καὶ τὰ ἄλλα  
πλάττω, καὶ τὸν θεόν: Maximum itaque bonum præbet nobis Philosophia, quod dis-  
iungit à vinculis, quæ sunt in anima, & generatione. Hæc igitur, vt loquar ipse, Philo-  
sophia, qui spectet altè, sola Christiana est. Neque enim Peripatetica, cuius sequaces,  
paucis admodum melioribus exceptis, videas non modò non libidinibus liberos, sed his  
etiam longè grauius, quàm si Philosophi non essent, mancipatos. Vna hæc animos à vo-  
luptatibus auocatos, efficit diuinos, insignitè cæteros antestantes omni genere virtu-  
tum. Insuper itaque ab his factum, qui decus eius, aliis nominibus agnoscentes, eam  
suo nomine agnoscere noluerunt.

Homo mente priuatus, cui similis.

Peripateticorum cur non vera Philosophia.

*Philosophia finem, cognitionem Dei, maiestatisq; eius admirationem Phi-  
losophos asserentes, religionem Christianam, cuius finis est Dei notio,  
omnibus suffragis confirmasse: Archytam, Plutarchum, Iamblichum,  
Simplicium hæc dicere.*

CAPVT IX.



QVOD autem de fine totius Philosophiæ nobiscum congruant, quo  
quidem sit perspicuum, vnam eorum, atque nostram religionem esse  
debere, declarant pro cæteris omnibus Plutarchus, & Iamblichus Ar-  
chytasque Tarentinus, cuius sententiam Iamblichus explicat. Ait igitur  
Plutarchus, in Symposiis de Geometria, quæ abstrahit à sensibus  
& conuertit: ἡ δὲ τὴν νοητικὴν καὶ ἀίδιον φύσιν, ἧς θεὸς, τέλος ἔστι φιλοσοφίας, οἷον  
ἐπιπέλα τελευτῆς: Ad intellectualem, sempiternamque naturam, cuius  
contemplatio est Philosophiæ finis, quemadmodum epoptia, id est, spectatio, finis ini-  
tiationis. In his apertè Plutarchus vocat naturam intellectualem, ac sempiternâ, Deum  
solum, cuius vnus est æterna natura. Ac quanquam sunt intelligibilia, siue intellectua-  
lia multorum generum, separant tamen Philosophi substantias æternas, & intellectu-  
ales, ab his quæ quidem solo intellectu percipiuntur, sed à corporibus separari non pos-  
sunt. Solus igitur Deus est intellectualis, æternaque Natura. Sunt quidem alia intelle-  
ctualia, vt Dij, sed non sempiterni, eodem assertore Plutarcho. Finis igitur totius Phi-  
lophiæ, est ad sempiternam aspirare Naturam, cuius aspectus quæritur vt supremum  
bonum ab omni Philosophia. Est autem in Teletis, vel initiationibus ea quæ dicitur  
epoptia, vltimus actus, quo mysteria panduntur initiatio, totius initiationis finis. Sic  
omnis vitæ, philosophiæq; finis est, vt videas Deum, siue nunc, siue in posterum. Nunc  
in tota Philosophia non est alius scopus, quàm Dei scientia, & quasi contuitus: hunc  
omnis vel promittit, vel cupit ostentare Philosophia. Sed quoniam videri non potest,  
nec satiatur hac animus ambigua, nubilâque contemplatione, tum quoniam finis is con-  
templandi Dei, est propter finem, vt cognito nunc ac spectato Deo, traducas in cultu  
eius omnem vitam, traducta, maiora præmia, quæ ferme nulla sunt hic, consequaris,  
hunc Philosophi proponunt & sentiunt & sentiunt, cum dicunt esse finem philosophandi, naturæ  
sempiternæ contemplationem. Itaque post Plutarchum, confirmans eadem Iambli-  
chus, de secta Pythagoreorum: Hortatur, ait, nos Pythagoras & Archytas ad sapien-  
tiam, & scientiam, τὴν εἰς θεωρητικὴν, ὅσα τέλος ἔστι πάσης θεωρίας, Vnitatis contemplatri-  
cem, qui finis est omnis contemplationis. Proposuit, inquit, etiam aliud bonum maius  
Archytas, velut è sublimi specula Deum & cuncta coordinata illi, contueri. Si enim verè  
talis omnis felicitatis, substantiæ, causæq; καὶ τῶν ἀρχῶν ὁ θεὸς ἐξήγηται, & omnium prin-  
cipiorum

Cōtemplatio, finis Philo-  
sophiæ, et quo-  
modo.

Finis philo-  
sophiæ, vt vi-  
deas Deum.

Contemplatio  
est propter fi-  
nem, nempe  
Deum.

A  
cipiorum Deus est princeps, certè studium omne conferendum ad eam scientiam est,  
per quam spectare quis eum purum queat, & per quam latos aditus ad eum reperiat, &  
per quam principiis extrema connectat: τελειοτάτη γὰρ ἡ ποιούτη ζωὴ, καὶ εὐδαίμων: Est  
enim id vitæ genus perfectissimum, ac beatum. Quo contemplando, non separatur à pri-  
mis extrema, sed in vnum vtraque hæc complexus animus, principia, finem, mediū que  
pariter connectit. Ea enim est diuina causa, quam amplectantur oportet cupidi felicitatis.  
Sicq; hæc cohortatio ad omnia, vel nostra, vel quæ sunt in Natura, denique res omnes  
spectans, omnes vias complectitur, quibus ad Deum ascendas, εἰς μίαν τὴν ἑστὴν τὸν θεὸν ἀνή-  
κιστον ἀναγωγῆν. Hæc ad verbum Iamblichus. Claret igitur cum sit idem, testibus illis no-  
stræ atque eorum Philosophiæ finis (vtraque enim cupit ad Deum mentes attollere)  
nullum esse nobis disctimen cum illis. Id etiam fit ex his perspicuum, quoniam dicitur  
Philosophiæ finis, Dei contemplatio, eam denique veram perfectamque probari Philo-  
sophiam, quæ supra cæteras omnes ostēdit Deum, clariūque principia, causâque omnes  
ad hunc suum reuocat fontem. Omnis enim alia Philosophia, aliqua parte peccat, & se-  
parat à fonte riuos, à creatore creata, nec dilucida contemplatione tendit ad rerum ori-  
ginem. Differtur, dissultat à vero plurimum. Hæc igitur Plutarchi, Iamblichique expli-  
catio, quæ ferunt esse finem totius Philosophiæ contemplationem Dei: etsi non expedi-  
tè, & verbis apertis, necessariò tamen est interpretatio dictorum Aristotelis, & Platonis,  
Tullij, censentium, beatam veramque hominum vitam contemplationem. Itaque etiam  
B Simplicius affirmat eum esse finem Philosophiæ, & id Aristotelem voluisse: eumque esse  
finem Philosophandi, vt ad scientiam Dei deducti, incendamur amore eius, eximiamque  
pietate vt creatorem nostrum colamus, ac veneremur. Hoc dicit interpretaturus libros  
Aristotelis de rebus naturalibus: Maximum, ait, est scientiæ naturalis bonum, quòd ad  
notionem substantiæ animi, & ad contemplationem separatarum formarum via est pul-  
cherrima, vt & Plato monstrat à Physicis motibus ascendens ad inuentionem substan-  
tiæ, quæ per se mouetur, & intelligibilis, diuinæq; hypostaseos, id est, essentiæ: ἔστι δὲ τὸ πρῶτον  
τὸ θεῖον ἡσυχάζον τέλος αὐτῆ μάλιστα ἀθετημένον καὶ ἀδύνατον τῆς τῆς ἐπ' αὐτῆ γινόμενης ἀμε-  
τέρας κατανόησεως εἰς θάυμα καὶ μεγαλειότητι τῆ ποιήσαντος ἀναγεῖναι. τῶ δὲ θαύματι ἡ πρῶτος τὸν  
θεὸν συμπάθεια, καὶ πίστις, καὶ ἐλπὶς ἀσφαλῆς συνακολουθεῖσι. Insuper ad diuinam maiestatem,  
cultumque eius animos ipsa hæc incendit Philosophia, ex his, quæ fiunt ab ipso, apprimè  
cognitis, & exploratis deducens in administrationem, & maiestatem conditoris. Huic  
admirationi adiuncta est coniunctio cum Deo & fides, & spes securæ. Ob quæ maximè  
philosophandum est. Hæc Simplicius. Quibus intelligimus ea gratia philosophadum esse,  
& ob id philosophos nobis defudasse, librosque scripsisse, vt rerum causis explicatis, di-  
ligentèrque cognitis ad supremum conditorem, earumque inuentorem perueniamus:  
cognitamque Diuinitatem, ac maiestatem eius veneremur, suspiciamus: & amore, pieta-  
tèque accensi spe & fide quoque repleamur, quibus securè nobis persuadcamus, fore vt  
magnis quibusdam bonis aliquando cum eo fruamur. Is philosophandi finis: Pietas scilicet,  
amorque diuinus. Hoc dicit Simplicius non Christianus, Aristotelicæ Philosophiæ  
C interpres. Vultq; hunc esse Philosophiæ finem. Eiusmodi nostræ quoque Philosophiæ fi-  
nis. Si finis concordat, nulla nobis cum Philosophis dissenfio. Hæc vtinam hodierni Peri-  
patetici, quorum inscitiam nonnunquam misereor, inspicerent.

Nulla est phi-  
losofia qua  
Deum ita do-  
ceat & com-  
monstret vt  
Christiana.

Verus Philo-  
sophia vera  
terminus.

*Philosophos præsentem vitam contemnendam, & ad solum Deum vertendos ani-  
mos, odioq; habendū corpus affirmantes, hodiernam religionē comprobasse. Mer-  
curij Trismegisti, Platonis, Aristotelis, Syriani super eo testimonia.*

CAPVT X.



QVOD autem Philosophia omnis, cum hodierna religione mirificè conue-  
niat, eumque finem respiciat, qui tollitur, prædicatur in hodierna cælitus re-  
uelata sapientia, ex antiquissimis Philosophis, quorum posteriores authorita-  
tem sunt venerati, & secuti, potest intelligi, Mercurius Trismegistus vetu-  
stissimus fons, vnde manauit Græcorū Theologia, prior ea scripsit, quæ post-  
ea sumus in Platone, cæterisque admirati. Audi igitur eum: ὅσοι δὲ τῆς ἀπὸ θεῶν δωρεῆς μετέ-  
Q iiii

χρον, ὅτι οὐκ ἔστι σύγκρισον τῶν ἔργων, ἀθάνατοι ἀντὶ θνητῶν εἶσι, πάντα ἐμαυτοὺς ἔχοντες, τῶν ἐαυ-  
τῶν γὰρ τὰ ὅτι γῆς, τὰ ἐν ἕρμῳ, καὶ ἐπὶ ἕρμῳ, τὸ αὐτὸν ἑαυτῶν ἐλάττωσαν, εἶδον τὸ ἀγα-  
θόν, καὶ ἰδόντες, συμφροδῶν ἠγάσαντο τὴν ἐνθάδε ἀφροσύνην καὶ ταπεινότητα πάντων σαρκῶν καὶ  
ἀσωμάτων, ὅτι τὸ ἐν, καὶ μόνον ἀπεύθεον. Et ad ipsum Tat: εἰ μὴ καρῶν τὸ σῶμα σὸδ μωσῆος ὁ  
τένον, σκαῶν φιλοσοφίᾳ ἔδυνασαι: Quicunque gratiam Dei affecuti sunt, hi, ὁ Tat secundum  
operum comparationem, immortales pro mortalibus existit, omnia mente sua, quæ vel  
in terra, vel in cælo, & si quid est supra cælum, comprehendentes. Ad eos ipsos subleuan-  
tes, viderunt bonum, & viso, calamitatem existimarūt hanc in terris vitæ actionē, omni-  
būque corporeis, & incorporeis contemptis, ad vnitatem duntaxat festinant. Nisi pri-  
mum corpus tuum odio habueris, ὁ fili, te ipsum amare non potes. Ecce igitur fons, vnde  
Philosophorum sapientia manavit, qui dicebant superius, finē omnis Philosophiæ Vni-  
tatis intuitum. Syrianus autem, nos causa boni philosophari: Trismegistus, videndi boni  
gratia: quod cū aspexerimus, omnia fordere terreftria. Ecce Trismegistus cum ipsa di-  
uina voce consentit, quia dixit filius Dei, Qui odit animam suam, in vitam æternam cu-  
stodit eam. Et qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & se-  
quatur me. Trismegistus autem oportere nos ipsos odisse, si verè nos amare decernimus.  
Notus est igitur & perspectus, sacra, profanaq; Philosophiæ, veteris, ac nouæ finis, veni-  
re ad intuitum Vnitatis. Videre Bonum quod excellenter ab omni Philosophia Bonum  
appellatur. Propterea clarius hoc illi pandentes dicunt, ἄκρον καὶ τέλος, καὶ ὅρος εὐδαιμονίας ὁ  
θεός: Summum & finis, terminūque felicitatis, Deus est. Ob hanc causam in Epinomide E  
Plato: μείζον μὲν γὰρ ἀρετῆς, μὴδὲς πότε πείθη τις εὐσεβείας ἐνοῖ τῶ θνητῶ γένει: Maius esse hu-  
mano generi virtute, quæ pietas dicitur, nemo nobis persuaserit. Eo enim, vt ipse loquar,  
nihil est pietate apud mortales melius, quod adducat ad intuitū Vnitatis & Boni. Quam-  
obrem quæ dicit Aristoteles in moribus, rogatum Anaxagoram, quinam esset beatissi-  
mus, respondisse, Nemo quem tu putes, sed quidam, quem tu forte non putas. Id autem  
dixisse, quòd sciret rogantem beatos putare, qui vel pulchri, vel diuites essent. αὐτὸς δὲ ἴσως  
ὡπτο τὸν ἕδναι ἀλύπτος, & quæ sequuntur. Ipse verò, inquit, fortasse viuentem latè & purè  
ad iustitiam, aut aliqua diuina contemplatione fruentem, vt hominem beatum vocan-  
dum putabat. Solum diuinę contemplationis, in qua sola cuncti beatitudinem statuerūt,  
effectum respexisse potuit. Quæ cū sit in corpore nubila, dicentes, in ea beatitudinem  
esse, certè dixerunt in ea, quæ perfectè sentiatur in cælo, regnīque beatis: Itaque quod  
ait idem Aristoteles, τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθλον, καὶ τέλος ἀεισὸν φάμεται, καὶ θεὸν καὶ μακρότερον:  
Præmium enim, finisq; virtutis optimus videtur, & diuinum quiddam, atque beatum:  
Non potest quicunque rectè pensitet, nisi de præmio cælesti, quod vnde quæque beatum  
fit, dictum esse. Neque enim fructus is, finisq; beatitudinē cernitur vsquam in terris.  
Neque fuit quisquam, quem præmio beato virtus in terris affecisset. Verè quidem viuūt  
quiētius, tranquilliusque, quos virtus vberrima pascit, sed tum pauci id genus sunt, tum  
corporis, humanæq; conditionis fragilitas, tot obicit incommoda ad tristitiam, vt mœ-  
ror facilius præponderet lætitiæ turbatæ semper ab aduersis. Itaque etiam Plato partim F  
cogitur idem sensisse, partim sensu apertè, & clarè, cū ait in decimo de Republica, cū  
sint tres voluptates, μίας μὲν γνησίας, δύο δὲ νόθων: Vnam quidem esse veram, germanāq;  
duas autem nothas, & adulterinas. Sensit autem primam, quæ est in intuitu, contempla-  
tionēque rerum. Sed cū rerum spectatio non efficiat beatum, solam certè diuinę venu-  
statis speculationem necessariò senserunt. Inde dicunt ipsi, Aristotelesque beatissimum  
esse optimum quæque, scelestum, infelicissimum. Atque idem Plato ne corporeas volu-  
ptates eos spectasse putes, ait, τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ πάντα φθίρει, καὶ σπασσά, καὶ ἄλλος καὶ πλεῖστος,  
καὶ ἰσχυρὸς σῶματος, καὶ ἔσχημα ἔρρωμένον: Quæ dicuntur bona corrumpunt omnia, atque ab-  
ducunt à recto, forma, diuitiæ, robur corporis, cognatiōque firma propinquorum.

Finis omnis  
philosophiæ,  
vnitatis in-  
tuitus.

Corpus odisse  
par est eū qui  
se verè amare  
volet.

Terminus fe-  
licitatis, De<sup>s</sup>.

Quinam be-  
atiss<sup>us</sup>, respōsum  
Anaxagoræ.

Nulla in ser-  
uis felicitas.

Philosophos affirmantes finem omnis Philosophiæ esse contemplationem, &  
felicitatem veram, solum intuitum Dei, & regnum calorū sentire po-  
tuisse. In terris nullam esse beatos reddentem contemplationem. Ex his  
cum religione Christiana palam, eos sentire.



GITVR qui dicunt (sunt autem tres hi Philosophorum principes).  
veram vitam, finemque felicitatis esse, scientiam, sapientiam, notionē,  
duo necessariò dicere coguntur: Vnum quod superius à Plutarcho,  
Iamblichōque est declaratum, non omnem in vniuersum contempla-  
tionem esse felicitatem, finemque Philosophiæ, sed cognitionem Dei  
modò: ac scire, nosseque rerum patrem, ad eum tanquā fontem omnia  
reuocare, & exclamare, Te Deum laudamus, te Dominum confite-  
mur: Te æternum Patrem omnis terra veneratur: Eum videre, sentire creatorem cæli,  
& terræ: inde velut rerum principio, sapientiæ quoque & contemplationis origine inci-  
pere, & in eum desinere. Tūque absolutum esse constabit Philosophiæ cursum, cū  
uentum fuerit ad summum rerum verticem. Tum quoniam non est hic eiusmodi perfe-  
cta contemplatio, quæ reddat animos perfectè beatos (non est autem vanus vllus, inca-  
sumque à Natura præfixus finis) Philosophis itè perfecta, dignaque nostris animis bea-  
tudo, definitur contemplatio, certè concluditur hanc beatam contemplationem dun-  
taxat esse contemplationem Dei, quod Plutarchus, & Iamblichus apertè fatēbantur, &  
hanc in terris, & in ergastulo corporis esse non posse. Iam primum igitur quod Aristote-  
les scribit in libro de Moribus: ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητικὴ τίς ἐστιν ἐνέργεια καὶ ἐντεῦ-  
θεν αὐ φαίνεται: Quòd autem perfecta beatitudo, sit contemplandi quædam actio, vel hinc  
fit perspicuum: Deos enim maximè beatos, & fortunatos arbitramur. Sed quas eis actio-  
nes designemus, vtrumne iustitiæ, ceu mercatoribus, qui merces vicissim inter se cōmu-  
tent, depositaque iustè reddant, cæteraque id genus? An fortes, liberales, castos, eos & his  
actionibus esse, quemadmodum mortales, insignes, & beatos dicemus? Sed cū hæc nō  
sint apud eos, viuere porrò beatos illos arbitramur, non dormiunt autem, neque enim  
viuerent, nam æternus somnus, æterna mors: ὥστε ἡ τῆς θεῶ ἐνέργεια, μακροτέτη ἀφροσύνη  
θεωρητικὴ αὐ ἐστίν: Quo circa actio Dei, supremæ beatitudinis contemplatiua sit. Hominum  
quoque quæ similis illi, maximè beata. Hæc Aristoteles, addens, hanc esse veram hominū  
beatitudinem, vel exinde clarescere quòd nulli cæterorum animalium contingat. Qua  
cū beati sint Dij, eadem quoque homines, quoad eiusmodi operationis adsit eis simili-  
tudo, beatos esse. Reliquorum autem animantium nullos esse beatos, quibus non sit con-  
templationis participatio. Hæc Aristoteles, è cuius dictis, si quis prudenter, & accuratè  
perpendat, omnem quoque sermonem consideret, quo veram sentit hominum beatitu-  
dinem, qua Dij quoque sunt beati, noscet necessariò concludi, veram beatitudinem esse  
quidem contemplationem, sed non omnium rerum contemplationem, neque etiam in  
corpore. Sed quoniam comparat beatitudinem Deorum, cum humana, simili beatos ho-  
mines fore contemplatione, qua sunt item Dij beati: Sed ratio probat, & Aristoteles mi-  
rabiliter suspexit eam contemplationem, quæ facit supremum Deum beatum, fatians,  
explensque animum eius, eandem facilius reddituram animos minores beatos. Deus au-  
tem contemplans seipsum, sit eodem autore beatus, similis ergo inauditæ voluptatis cō-  
templatio felicitabit Deos. Neque enim videt aliud, quod dici possit, ratio. Sed cū ne-  
mo fuerit vnquam in corpore beatus, nequē sit vsquam vlla contemplatio beatos reddēs  
animos, aut qua se tanta voluptate perfusum quisquam gloriari posset, qua nullam ma-  
iorem fateatur experiri se posse (quin etiam nubila est omnis, insyncerāque hominum  
contemplatio, affligens animos & corpora: Nefas autem est, naturam finem posuisse, ad  
quem nunquam veniri posset) ex his efficitur, vt ea cōtemplatio, quæ beatitudo vera de-  
finitur, sit illud spectaculum, quo nullum sit delectabilius, & quo sunt in cælo Dij beati.  
Quod homines in terris si cernerent, similiter atque Dij beati essent. Ac cū Deos effi-  
ciat contemplatio beatos, non sit autem verisimile, quemadmodum nos mortales, eos  
philosophari, plenos ambagibus, & ea considerare, quæ sunt seipsis minora, Solem, Lunā,  
pifces, plantas, ex quibus fiant beati, alioqui non magis quā nos essent beati: ex his omni-  
bus arguitur, Aristotelem Naturam fateri, ac desinire coëgisse, beatitudinem verā atque  
perfectam esse spectaculum Dei, solum, non aliud, non cæli, nō terræ, non alterius cuius-  
quam rei, in quibus spectandis nunquam erit beatitudo vera: Spectaculum Dei, volupta-  
tis omnis fontem vberrimum, gaudia inaudita. Et hoc erit quod dixerunt Plutarchus, &  
Iamblichus, esse finem philosophiæ, Vnitatis, æternæq; Naturę intuitum. Idq; non in hac  
grauī corporis sarcina, in qua nemo contemplando potuit se gloriari fuisse perfectè bea-  
tum, duabus quidem de causis: quòd, vt ait Sapiens, assidua meditatio affligit animum: &

Non omnis cō  
templatio est  
felicitas, sed  
tantum Dei  
cognitio.

Dij quomoda  
beati.

Hominū bea-  
tudo qua.

Animi beati  
contemplatione  
diuina.

Nubila cō-  
impedita ho-  
minum con-  
templatio.

Contemplatio  
vera non ser-  
satur circa mi-  
nora.

Cur nemo bea-  
tus contēplan-  
do hac in vi-  
ta.



videmus ferè pallere semper philosophantes, non sustinente longos animi digressus fragilitate carnis: Tum sunt omnia crassis occultata, & circumfusa tenebris, quorum fatigat animos, difficilis cognitio. Ad hæc, nulla res est, quæ visa, spectatâque impleat animum ea, quam Aristoteles dixit, τελεία, εὐδαιμονία, perfecta beatitudinē. Nam eiusdem est ratio, cuius reddat cognitio, spectatâque beatum, esse maius eo, qui beatus efficitur. Cùm verò nihil in terris sit animo melius, certè cognitio rerum inferiorum, non efficiet eum beatum. Sola igitur superest diuina, quæ repleat infatigabilitatem animorum, contemplatio. Hæc autem nusquam est in terris, vbi densis tenebris occultantur omnia: nec inuisibilis modò Dei, sed eorum etiâ, quæ sunt ante pedes, est ambigua cognitio. Certè si contemplatio est vera animorum beatitudo, cuius Aristoteles vulgaribus ignotam dicit suauitatem, cælestis quædam, non terrestris sit oportet. Fitq; verisimile Aristotelem sensisse quod Marcus Tullius apertius indicauit, qui toties referens beatitudinem à Philosophis definitam, esse scientiam. Et de Finibus dicens, Veteres Philosophos in beatorum insulis finxisse, qualis natura sit vita sapientum: Quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirentes, nihil aliud esse acturos putant, nisi vt omne tempus in quærendo, ac discendo, in naturæ cognitione consumant. Hæc ille cùm verâ beatitudinem ferè somniasset, demum retulit ad superos, apud quos sit felicitas vera, dicens in Tusculanis, esse nostrorum aciem oculorum, etsi fuisset artificiosè fabricata natura, concretis, terrenisq; corporibus interseptam. Cùm autem nihil erit præter animû, nullam rem obiectam impedimento futuram, quominus percipiant quale quidque sit. Et Quàm multa, quàm varia, inquit, spectacula, animus in locis cælestibus est habiturus? Et, Profecto beati erimus, cùm corporibus relictis, & cupiditatum, & æmulationum erimus expertes. Quòdque nunc facimus, cùm laxati curis sumus, vt spectare aliqui velimus, & visere, id multo tum faciemus libèrius, totòsque nos in contemplandis rebus, percipiendisq; ponemus. Et, Ora ipsa locorum illorum, quòd peruenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum cælestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabunt. Et, Quod tandem fore putamus, cùm totam terram contueri licebit, eiusq; situm, formam, conscriptionem. Et, Atque ea profecto tum multo puriora, & dilucidiora cernentur, cùm quò natura fert, liber animus peruenerit. Postremo, Portum potius paratum nobis, & perfugium putemus, quòd vtinam velis passis peruehi liceat. Hæc igitur omnia aut dixit, aut dixisse cogitur Aristoteles, quoniam quæ rationes perpulerunt Marcum, vt in locis cælestibus beatitudinē statueret, quia scilicet nihil hic dilucidum, purumque cernimus, & propter altissimas ambages, quibus intersepta sunt omnia, non magis voluptas est, quàm fastidium, contemplatio: eadem Aristotelem commouere debuissent. Quid quòd Socrates contempsit, spreuit vt nauis, humanam sapientiam? in Apologia: ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία, ὀλίγου τιπὸς ἀξία ἔστί, καὶ ἐδραῖος. In hac igitur tam nihili, tam friuola sapientia, quis vnquam perfectam felicitatem, nisi qui ipse sine sapientia est, posuisset? Vbi sunt, aut fuerunt vnquam admirabiles illæ, quas in Moralibus largiri sapientiam voluptates afferuit Aristoteles? Non solum autem Socrates, sed idem Aristoteles vilem, exiguamque iudicauit omnem humanam sapientiam, seruam esse, humiq; proiectam humanam naturam, sententiam Simonidis veram esse, Solius Dei iure possessionem esse sapietiam. Qui solus igitur possidet veram sapientiam, solus est verè beatus. Est autem eodem autore, sapientia diuina, vera maiestatis suæ cognitio, eadem vera beatitudo: certè igitur eadem cognitio animorum erit beatitudo. Exclamat item Plato, tum finem fore malorû, cùm corporibus relictis, erit animus in cælo, cùm gente Deorum. Et Iamblichus superius assererat, omnia nunc esse circumfusa caligine, nec videndam vnquam veritatē, nisi è corpore, velut è carcere euolaueris. Ac profecto cogitur Aristoteles his assentiri, quæ super hac re præceptor prior locutus esset in Epinomide: ἐφ' ἧμῶν εἶναι δυνατόν ἀνθρώποις μακροβίοις τε καὶ εὐδαιμονοῦν γενέσθαι: Nego, inquit, fieri posse, vt homines beati sint, ac fortunati præter omnino paucos, dum vixerimus. Bona verò spes est, defunctis contingere, quorum causa dum vita manabat, elaborassent, vt qui laudatissimè vixerit, etiam vitæ cursu expleto, præmium virtutis assequatur. Hæc Plato. Ego verò dico, non solum paucos, sed nullos esse beatos in vita. Congruunt igitur siue palam, siue tacitè, veram beatitudinem esse Diuinitatis intuitum, idq; in cælo, non terra.

Non inferiorum, sed diuinarum rerum contemplatio hominem beatum facit.

Beatorum insule.

Tusc. 1. in Catone.

Beati homines quando.

Cur Socrates nihil humanam sapientiam fecerit.

Sapientia diuina.

Veram

A Veram sapientiam, & omnium quæ fieri possint, optimum, testibus Philosophis esse pietatem: hanc autem esse similitudinem cum Deo, eamque felicitatem veram. Hoc cùm à Philosophia fieri dicant, nullam aliam eos spectare potuisse Philosophiam, quàm hodiernam.



V. M. igitur duabus partibus vera religio constet, pietate, & charitate: quorum primum erga Deum, secundum erga homines est: primumq; à nostris, & illis vera sapientia definitur, & finis omnis humanæ vitæ constituitur: secundum summis item laudibus tollitur: certè Philosophorum ac nostrorum, sæculorûque omnium vna eademque noscitur esse religio. Quoniam cuncti conclamant cogitationum, studiorû, laborûque metam supremam, & calcem esse, sapientiam: hæc autem esse, spectare, & colere Deum, ad illum cunctas actiones referre. Neque enim qualemcunque cognitionem, sapientiam censuerunt, aut qualemcunque sapientiam, finem dixere supremum, sed eam duntaxat, quæ cùm ad aspectum Dei, scientiamque peruenisset, colit cum & admiratur, hic omnes voluptates positas arbitratur. Hoc ergo pro Pythagoreis Iamblichus: Ἐπὶ τῆς τιμιωτάτης ἀρχαίας παραδοξίης, ὡς δὲ θεοσεβείαν ἀσπείν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης ἐν τῷ ἑσπερίῳ, εἰμῆτις ἀφρομοῖσθε τῶ θεοπρονομήνῳ τὸ θεοπείθον πλὴν δ' οὐμώτητα πᾶσι τῶν ἡ φιλοσοφία παρέχει: Ab optimis, inquit, & pretiosissimis exordium faciamus, oportere pietatem colere. Hæc autem non adit vnquam, nisi res colens rei cultæ fiat similis, quam similitudinem Philosophia præstat. En pretiosissimam, optimam appellat pietatem: illud nempe Solomonis, & patris, Initium sapientiæ, timor Domini. Est enim θεοσεβεία, timor Domini. A Græco dicitur, τιμιώτατος, pretiosissima, optima, excellentissima: ab Hebræo, principium sapientiæ. Quàm diuinè quoque veram pietatem definiuit, vt fiat qui colit, ei qui colitur similis, illud videlicet diuinarum litterarum, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Addit Iamblichus: ἡ καὶ γὰρ ἡθεὶς τῆς θεοῦ ἀρετῆς ἔστι καὶ σοφία, καὶ εὐδαιμονία, τελεία, ποιεῖτε τοὺς θεοὺς ἡμῶν ὁμοίους: Cognitio enim Deorum virtus est, & sapientia, & felicitas perfecta, facitque Diis nos similes. At cur Deos dixisti Iambliche, qui toties supremum tot laudibus extulisti, eius intuitum Philosophiæ finem prædicasti? Cùm igitur sapientiam, & felicitatem perfectam dicat pietatem, profecto quidquid Aristoteles, & Plato de sapientia, & felicitate prædicarunt, de pietate, & cognitione Dei, est prædicatum. Perfectâque illa beatitudo, quam finem dixit in Moralibus, sapientia quoque quam in libris post res naturales, multisque locis admiratur, non est alia, quàm pietas, cognitioque Dei, & cum eo similitudo: quod idem cùm in Moribus eundem simillimum Deo, ac sapientem, ac beatum definiisset, profecto sensit. Dicit enim sapientem, perpurgatam, segregatamque ab omni contagione habere mentem, id autem esse similitudinem Dei. Itaque concludit eundem esse σοφὸν θεοφιλέστατον, τὸν αὐτὸν δ' εὐδοῦν καὶ εὐδαιμονοῦν: Sapientem Deo gratissimum, inde & beatissimum: vt aperte fateatur, beatum esse, cui cum Deo societas, amicitia, atque similitudo. Hoc idem sensit Plato, cùm in Euthydemo miris laudibus effert sapientiam: ἡ σοφία ἀρετῆς παντοῦ ἐπιτηδὸν ποιεῖ τὸς ἀνθρώπους: Vbi que reddit beatos homines sapientia. Et quòd non sit diuitiis opus, præsentem sapientiam. Et quòd nihil vtile sit sine sapientia, & prudentia. Omnibusque studiis conandam esse cuique, vt quàm sapientissimus existat. Et quòd si vel lapides aureos efficere possemus, nihil prodesset sine sapientia. Omnibus enim vestigatis, quæ tãdem hæc sapientia sit, sine qua nihil proficit, & qua præsentem, cuncta bona sequantur, eò tandem consideratio deueniet, quod Iamblichus dixit, & Aristoteles obscurius. Et quod admirati scriptores sacri, cunctis cælo, & terris rebus numeratis, in quibus sit sapientia, ac scientia, tandem clamant esse timorem Domini. Et de quo similiter Platoni Solomon, Et qui tenuerit eam, beatus. Hanc omnes Philosophos, cùm tot laudibus tollant sapietiam, cùm decus humani generis appellent, cùm omne bonum in eam constituent, innuisse non ratio solum probat, (quòd nihil est, vnquam quidquid euolus animo, tot tantisque laudibus dignum) sed etiam clarissima voce, eorum nonnulli protestati sunt. Nam Simplicius, cùm beatitudinem vitæ, quam Aristoteles in contemplando, sciendòque terminasset, proponeret, hæc effatus est:

Diobus constat Religio.

Omnium studiorum meta, sapientia.

Pietas, pretiosissima.

Sapientia est pietas & cognitio Dei.

Beatus qui.

Nihil vtile sine sapientia.

Prou. 5. Encomium sapientia.

πάσης εὐχάρις καὶ τελείωσης ψυχῆς ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν ἡ ἀρετὴ τῶν θεῶν ἀνάπαυσις, ἀφ' ἧς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν ἀποστρέψαντες ὅτι τε ἐστὶ καὶ ἀπονοεῖ καλῶς καὶ δικαίως τοῦ πάντα κατεπιθεύει, καὶ ἀφ' ἧς τῶν κειθέσθαι, καὶ εἶνεν εὐδοκίαν τοῖς ὑπ' αὐτῶν γινόμενοις: Omnis, ait, beatæ vitæ, perfectionisq; animi principii, & finis est ad Deum conuersio, inclinatio: Tum de eo cogitationibus, sensisq; rectis, quod fit, & prospiciat iuste, recte; gubernat: Tum his vltro, libenterq; obsequendo, quæ fiunt ab eo, vt ab optima sententia proficiscentibus. Eodem loco Simplicius idem, Quocirca, inquit, donec cum autore, causâq; sua firmis radicibus hæreat animus, manebit incolumis, perfectionemq; retinebit suam, cum qua creauit eum Deus. Sed si se diuulserit inde, atque abruperit, marcescet, ac dilabatur, turpis, elanguidusq; effectus, donec iterum conuertatur, vniaturq; ad causam. Hæc Simplicius, aliàs Aristotelis, nunc interpretes Epicteti, sed nunc veritatis stimulis actus, dulcius, ac verius loquens, quàm magis Aristotelis illic dogmata dilucidans, acerbior minusq; pietatis memor: sed memor tamen in principio.

Perfectio animi quæ.

Miris laudibus extulisse Philosophos charitatem non fictam: Eo Christianam religionem, cuius fundamentum est charitas, comprobasse. De præcepto Pythagoreorum.

CAPVT XIII.



ADMIRATIONE quoque & laudibus charitatis, quæ pars est religionis veræ secunda, quàmque sacræ litteræ post pietatem, præferunt omnibus, & commendant Philosophi congruentes, declarant nõ aliam veram eos iudicasse animis, & complexu mentis præsumpsisse religionem, atque hodiernam, sentientes, prædicantésque maximum bonum, cui totis animis inhærendum sit, charitatem non fictam. Principio Simplicius pro cæteris Philosophis hæc ait: ἡ καθαροὶ φιλία πᾶς φιλας ψυχῆς εἰς ἐνώσειν συνάγεσθαι μελέτη καλλιῆ γίνεται τοῖς ἀρετῶν τῶν θεῶν ἐνώσειος τυχόν, καὶ καλῶς οἱ πύθαγορειοὶ ἀειμασῶς τῶν ἄλλων ἀρετῶν, πλὴν φιλίαν ἐπίμων, καὶ συνδέσμον αὐτῶν πασῶν τῶν ἀρετῶν ἔλεγον: Pura charitas, siue amicitia, amicas animas in vnitatem coniungens, est pulcherrima exercitatio, & præparatio, ad coniunctionem diuinam. Atque præclare Pythagorei præ cæteris virtutibus charitatem venerabantur, & complexum cunctarum virtutum eam dicebant. Vides consensum, agnoscis sapientiam Christianam, cuius omne decus, omne robur, est charitas, amicitia, esse naturalem, rationique vnde quaque consentaneam sapientiam, quàm prius Deus quàm reuelasset, Natura, ratióque diuinitus nata, prudentioribus velut lucé procul ostentabat: qua nihil rationabilius, nihil æquitati congruentius. Nam vt omittam tot laudes, quas diuus Paulus de charitate prædicauit, quibus collatis, vna Philosophorum, atque nostrorum super ea consensio comprobatur: id abunde est, quod cunctarum virtutum complexum dicentes eam, Pythagoreos, minores Philosophi sunt admirati. Charitas igitur testibus illis, est omnis virtus, est societas omnis probitatis. Quid aliud ait Paulus? Charitas non æmulatur, non agit perperâ, non est ambitiosa, omnia suffert, omnia sustinet, cæterâq; laudes eius, quas vno verbo Pythagorei dixerunt, omnium virtutum societatem. Ex hac charitate factum, vt in alio mirificè nobiscum præci Philosophi congruerent, quod admirati minores, profectò sunt hodiernâ religionem admirati. Quemadmodum igitur sub Apostolis dicitur vnâ fuisse Christianorum substantiam, Et nemo erat egens inter eos: sic Iamblichus de Pythagoreis, τῶν πύθαγορειῶν κοινὴ πλὴν ἕσταιν διάταξις, καὶ πλὴν συμβίωσιν ἄμει ἀφ' ἧς τῶν πάντων ἁρμόνιος ἀφ' ἧς τελείωσις Pythagoreorum communem substantiam esse præcepit, & conuictum ad omne tēpus. In eo quoque mirificè consenserunt iidem Pythagorei, referturque velut diuinum à minoribus Philosophis, quod quemadmodum diuus Paulus nobis præcepit, Sol non occidat super iracundiam vestram: Sic Pythagoreos tradit, admiraturque Plutarchus in eo quem inscripsit de Philadelphia: Oportet, inquit, imitari Pythagoreos, qui genere nihil inuicem attinentes, sed solius communis sermonis participes, si quando ad conuitia ab iracundia impulsî fuissent, prius quàm Sol occideret, dextras amplexi, & exosculati, reconciliabantur. Hoc Philosophi mirantur, referunt vt diuinum, præcipiunt imitari. Itaque etiam Simplicius, veram, Deoq; acceptissimam pœnitentiam definit, quam princeps & salutis,

Charitas non ficta, maximum bonum.

Sapientia Christiana robur, charitas.

I. Cor. I.

Charitas quid.

Communio bonorum sub Apostolis.

Pythagoreorum reconciliatio.

A salutis, & sapientiæ nostræ docuit, ingessitq; & suis testimoniis, beatissimæque verbis declarauit: Si offers, inquit, munus tuum ad altare, relinque, & vade prius reconciliari fratri tuo. At Simplicius, Vera, inquit, pœnitentia non verbo, sed opere fit, cum offensos à nobis, contumeliâque affectos, vel vt cunque læsos, & multatos, ἡρεπεδοῦν αὐτοῖς, ἢ ἀποζηῖν αὐτοῖς, colimus, placamusq; aut parentes eorum, execramurq; iniustitiâ, auerisq; rapaces, & iniustos, cum his, qui iustitiâ colunt, cõsuescimus. Hæc omnia probant Philosophos nostrorum dogmatum, totiusq; pietatis, quam forte nescirent, voluntariè fuisse cultores, ad sapientiam duce ratione delatos, & quasi prudentiæ facibus adductos, quam detexit è cælo, sparfitq; per omnes terras Deus. Nâ quod Deus iussit, vt amicos propter nos ipsos diligeremus, inimicos propter se, aspice vt illi constanter asseruerint, referente Iamblichus, iussisse Pythagorâ, τὰς φίλους ὡσπερ θεοὺς σέβασθαι, τὰς δὲ ἄλλους ὡσπερ θηρία χερσῶσθαι: Amicos vt Deos, siue Angelos colendos esse, cæteros vt feras demulcendos, placandos.

Math. 5. Vera pœnitentia.

Math. 5.

Amici, vt angeli colendi inimici, vt fera placandi.

In cultu Dei & pietate Philosophos, eximias voluptates statuentes, affirmare, quæ semper concinunt sacræ litteræ. Desiderantes eosdem perfectam, mirificamque pietatem, hodiernam desiderasse.

CAPVT XIII.

B



NEO quoque mirabiliter ad veram religionem Philosophos Natura perduxit, cum non modò futuræ, sed præsentis item bene, beateq; traducendæ vitæ causam pietatem dicunt, asserentes nullis maiora, synceriorâque exuberare gaudia, veriores voluptates decerpi, quàm quibus est stabilis, certâque fides de diuina bonitate, omnique natura Dei. Post eos, inquit Plutarchus pro cæteris contra Epicurum, qui Deum propter suam nequitiam, & quibus se demersere voluptates noxias reformidant, muneribusque placant: τῆριον ἢ δὴ σκεψάμεθα τὸ βέλτιον εὐδαιμονίαν καὶ θεοφιλέστατον γένος ἐν ἡλικίᾳ ἠδονῶν καὶ εὐδαιμονίᾳ ἀπὸ τῶν ἄλλων συνόντων, &c. Tertium consideremus præstantius hominum, piissimumque genus, quot quantisque voluptatibus, puris de Deo cogitationibus & opinionibus assueti, perfruantur. Quod sit omnium bonorum princeps, pater omnium honestorum, cui prauum quid facere minimè liceat, quemadmodum neque perpeti. Bonus enim est, bono autem nulla de re adest inuidia, neque metus, neque ira, neque odium. Voluptates ineffabiles, quas Plutarchus ait piis, optimisq; asserre pietatem, lætitiâque immensam animorum, sunt quas vbique nostræ litteræ decantant, Læticia sempiterna super capita eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Iocunditatem, & exultationem thesaurizabit super eum. Cum igitur & illi sentiant cultu Dei verâque de eo sapientia, ineffabiles contineri voluptates, profectò congruunt, hoc vnū elaborandum esse in omni vita: ad quod cum nostra religio deducat ob omnigenam animis inspiratam scientiam Dei, miras voluptates asserens, profectò solam hanc Philosophi viderunt, & admirati sunt absentem, conclamaueruntque vitæ beatæ ducem, quæ synceras, nullis vitiis, doloribusque inquinatas voluptates semper, affatimque largiatur, omnem metum submouens latè, pascens animos vberrima, perennique lætitia, quasiq; theatrum bonorum pandens, quo spes iucundissimæ rerum optimarum continentur: neque ea modò quæ Plutarchus docuit, ostendens, verum etiam alia longè plura, quibus animo perceptis, & persuasis, lætissimus efficitur obtinens triumphus simulachra futuri. Si quis igitur dicendo, diuinâque litteras eoluendo dilaret, quod dixit Plutarchus, videbit eum totam veræ religionis bonitatem, contra Epicurum fuisse confessum: hocque argumento esse, Philosophos sic Christianam religionem procul vidisse, ac diuinasse, lætitiâque ob eam elatos fuisse, vt qui matutinam lucem montium iuga pandentem cernentes, de maxima luce ventura iudicant, atque lætantur. Destructio quin etiam, destomachatióque sordium Epicurearum, in quas boni omnes inuasunt, est hodiernæ religionis confirmatio, illecebrarum, sordiumque corporearum contemptricis. Itaque omnia suffragia Philosophi detulerunt absenti: neque enim sciebat eam Plutarchus: decreueruntque solam veram generis humani magistram, ducem ad cælum affectadæ viæ. Tanta igitur est Philosophorum cum nostris super vera pietate

Cultus Dei quid hac in vita præferat.

Bonus nulla tangitur perturbatio.

Veram religionem absentem philosophi admirati.

Destructio Epicuræ sectæ est vera religionis confirmatio.

R



Philosophos asserere religionem purè exercendam esse, quarendumq; accèptissimum Deo cultum, cuncta humana contemnèda. His probari, ea, quæ habentur in religione Christiana, auidissimis animis eos acceptasse.

CAPVT XVI.



HANC rationem pertinent item quæ idem Iamblichus enarrans symbola Pythagoræ, disseruit, quibus quidem probatur, eos vbi que religionem Christianam demiratos, vnam hanc tacitè coluisse, prædicasse, suspexisse, vnam veram generis humani Philosophiam iudicasse. Nam quod Pythagoras monuit, vt accedens ad templum adores purè, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικῶν μίτη λέγειν, μηδὲ πράττειν: Nihil aliud ibi vel agens, vel loquens: quod ad corpus spectet, est nostræ religionis prædicatio. Quod explicans Iamblichus, Conseruat, inquit, offertque Diuinitatem hoc symbolum, cuiusmodi est, puram, incontaminatam, ab omni concretionem mortali segregatam: vultq; hoc præceptum efficere, vt insuescas purum purè contingere, ne quid mortale, ac corporeum ad cultum diuinum apportes. Sunt enim quæcunq; attuleris aliena, & contraria. Idem ad scientiam valet plurimum. Neque enim cum scientia diuina miscere cogitationem, opinionemq; vulgarem, & humanam, curamque aliquam, & studium corporis oportet. Neque verò verba sacra, actionesque diuinas, & puras inquinare, vagis hominibus, aut moribus communicatas. Hæc Iamblichus ad verbum. Qui quidem omnis sermo, nemini dubium, quin sit hodiernæ pietatis explicatio. Atque quod Seruator noster præcepit, Primum quærite regnum Dei: Audi vt idem ex symbolo Pythagorico, quo dixit, non ingrediendum in templum ex casu, & quasi aliud agenti, disseruit: Non est, inquit, cur fores templi fortuito oculis oblati ingrediaris. Nam cum simile simili gaudeat, sanè cum natura Deorum in vniuerso sit eminentissima, horum in primis cultus exercendus est. Quod si hunc alterius negotij causa, quis postposuerit, claret cultus, ac notionis ordinem eum peruerfurum, reiecto quod erat primum, in secundum locum. Ad hæc, non decet bonis pretiosis vtilitates humanas antepone, aut obiter facere, quæ erant meliora, nostris ad finem certum directis. Hæc Iamblichus. Hoc alio symbolo cum Pythagoras monuisset, quo dixit, Nudis pedibus sacra & adora: Designat, inquit, modestè, compositè, minimèque ordine neglecto Deos colendos, capeffendamq; eorum cognitionem. Alterum oportere non impeditum, vinclisque ligatum, cultum, no tionemque eorum suscipere. Hæc q; non de corpore solum, sed item operationibus animi præcipit, vt neque ab affectibus eas impediri, neque à corporis imbecillitate, aut his, quæ circumstant exterius, sinas, sed expedita cuncta, & prompta ad eorum propinquitatem nanciscendam habeas: εὐλυτα δὲ πάντα ἔχειν, καὶ ἔτοιμα τὰς τῶν μετὰ σίαν τῶν θεῶν. Hæc quidem diuinus Philosophus. Quem quidem, quod omnibus præfert, antecellerè que vult cultum Dei, religionem, pietatem, cunctas humanas curas, & cupiditates, satis laudare non possum: quod autem Deos toties inculcat, possè eum suam et Theologia docere, atque illi probare, quoniam summum, singularè que Deum sapius agnoscit, huic duntaxat cultum, religionemque deberi, præterea nullis. Tendendum igitur animis in cælum, maximè que huic itineri, regione terrestri, & labe relicta insistendum, vt ad purissimam, segregatamque omni labe vitam perueniamus, vtendumque optimo Deorum cultu, maximè que supremis Diis congruenti, asseruerunt: τὸ θεῶν γὰρ τῆς ὑπερβίας πορείας ἀντιθέσθαι, καὶ τοῖς νοητοῖς θεοῖς συνάπτεσθαι, τῆς τε ἐνύλης χρείας καὶ ἀεὶ ἀγνοίας τῶν διῶλον καὶ κενῶν ζῶων, θεῶν τε θεογονίας καὶ ἀεὶ τῆς ἀεὶ καὶ μαλίστα τοῖς καρπῶν τοῖς θεοῖς ποροσκόβου. Ex his constat optimum illum, ad quem inuitat, Deorum cultum, supremosque maximè decentem, non alium cum innuere, quam hodiernum, qui & optimus est, & supremo maximè Deo conueniens. Neque enim supremus est, nisi vnus, adorandus solus, eis fatentibus. Hæc fuerunt ea, ob quæ vocatus est Iamblichus à suis diuinissimus, approbantibus scilicet quæ de religione docuisset. Itaque etiam diuinè de rerum humanarum cõtemptu, summo cum Theologia vera cõsensu disseruit: Optant, ait, omnes esse beati, sed quam cupiunt in primis vitam, nisi causa maior felicitatis accedat, sentiunt eam non sufficere. Ergo ridiculum est, non omni contentione, studio, atque industria elaborare, quo sapien-

Purum purè contingere quid sit.

Matth. 6.

Non aliud agens, Deo sacra tibi facienda.

Modestè Deum colendum.

Non est supremus, nisi vnus.

A sapientiam consequamur, quæ sola potest efficere beatos. Inuenies enim, quæ magni ab hominibus æstimantur, cuncta esse σιωγραφία, inania simulachra, adumbratamq; picturam: vt rectè dicatur hominem μηδὲν εἶναι τὸν ἀνθρώπον, esse nihili, humanasq; res instabiles esse. Siquidem robur, proceritas, forma, ridicula sunt, nullius pretij: γὰρ οὐδὲν ἔστι, καὶ ἔδωκεν ἄξια. Nā forma, præterquam quod nihil habet exquisitum, siquis, quemadmodum Lynceum ferunt, parietes, & arbores penetrare visione posset, quantam malorum turbam videret eā frequentem? Honores porò gloriaq; omnis, pro qua summa contentione depugnatur, ἀδιτηγῆτος γὰρ οὐκ ἐστὶν, inenarrabili vanitate redundat. Nam qui ipsam ante oculos habet æternitatem, stultitiam videbit his ardentè elaborare. Quid enim humani est diuturnum? Hæc Philosophus. Nihil igitur abest, quo minus omnibus suffragiis, hodiernam religionem, veritatis sedem, reginam probitatis, sapientiæ ducem decernant, qua nihil ab immortalī Deo melius hominibus dari potuisset. Vna enim perfectè rerum humanarum fragilitatem, inconstantiamq; detexit, ab earum amore melioribus propositis dissociavit. Sola magistra vera fuit eorum, quæ Philosophis Natura docente, videbantur. Conuocant igitur & ipsi mortales à terrenis, fragilibusque auocatos, ad æterna, ad religionè puram, ad pietatè veram, ad cultum Dei, ad spes cælestes.

sola sapientia, beatos facit.

Corporis & fortune bona quæ.

Philosophos arbitrio libertatem tribuentes, sed opem diuinam ad opera recta necessariam predicantes, mirificè cum religione hodierna congruere. Mala ex nobis ipsis esse, autoribus eis.

CAPVT XVII.



LVDO quoque mirabile, scituq; dignum, quod de libertate animi, ac libero arbitrio, eadem atque nostros, apud eos habentur. Conspirant enim sapientia cælestis, atque Natura. Omnem inquam animis datam esse libertatem, nobis permitti, malimùsne miser, an beati esse. Siquidem Iamblichus testis est, Pythagoram, summa asseueratione, apud omnes ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἀντιθέσεως δυνάμεως ἀναμφοσθητικῆς ἀπέδειξε: De animi iure, expeditaq; potestate, sine vlla ambiguitate disseruisse, demonstrationes expressas præbuisse. Duobusq; id nominibus designabat, δυνάμει, facultate, potestate. Vbi est enim potestas, nullum est vinculum, nulla obligatio, est facilitas. Altero ἀντιθέσεως, sui iuris, suæ licentiæ, suæ libertatis. Sed diuinius, ac profundius hoc apud eum, & Platonem est demonstratum. Siquidem Pythagoras affirmabat eodem Iamblichò autore, ὅτι αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐσμέν ἐν τῆς ψυχῆς δυνάμει, καὶ ἡμεῖς τὸν δαίμονα οὐκ ἐμὸν, καὶ εὐδαίμονας αὐτοὶ ἑαυτῶν, τὸ θεοεικέλευσθαι. Nos ipsos, nobis esse Fortunam, & Genij loco, nos eligere Genium, nosmet facere vt simus fortunati. Quid diuinius, ad errores apericendos humanos præsentius? Nusquam est Fatum, non Fortuna, nisi quam tu volueris. Quem malueris, Genium habebis. Dabit ergo malis mala Deus, dans eis, quæ maluissent, dum bona, & mala velle potuissent. Hoc Pythagoras eo carmine designabat, Ἰνάσθι δὲ ἀνθρώποις ἀνθάρετα πήματα ἔχοντας. Sponte sua nosces homines sibi querere clades.

Homines, sui iuris, & liberum habentes agendi principium.

Non est fatum, non fortuna, nisi velle.

Nemo peccat inuitus.

Liberum arbitrium quidem, sed diuino egès auxilio.

Sed quoniam liberum quidem arbitrium est, verum nisi maioribus auxiliis in malum potius quam bonum propter humanam fragilitatem procliuè sustineatur, delabitur in deterius, verè sanxit Theologia, liberum quidem arbitrium esse, sed indigere auxilij diuini: Solus enim Deus, cuius est in exhausta, indeficiensq; bonitas, potest semper velle bona. Nos autem qui longè distamus ab illo, cadimus, sed volentes, qui non cadere poteramus, si noluissemus. Auxilium igitur diuinum implorandum, vt electio potens esse malorum, potius sit bonorum, cum nostris illi maximè senserunt. Iamblichus: μετὰ μὲν ἀείρησι τὸ θεοκλήσις εἰς τὴν θέαν εὐδαίμονιαν, ἡ μεμυγμένη τῶν εὐχῶν καὶ ἀνακλήσει τῶν θεῶν, καὶ μάλιστα τῶν βασιλέως ἀπὸ τῆς δόξης: Optima, vnàque præstans est consolatio ad felicitatem: diuinam, quæ mista est precibus, & inuocationibus Deorum, maximè verò regis eorum Iouis. Epictetus etiam eadem atque Iamblichus ratione, nisi solidis radicibus auctori nostro penitus hæreamus, fore prædicat, vt nunquam veram beatitudinè, in multa scelera prolapsi consequamur, vt superius adductum est.

Hieroclem, Syriam, eximios Philosophos, veram iudicare sapientiam, virtutumque principem pietatem, & assimilationem cum Deo, & imitationem bonitatis, iustitiæque eius. Eumque esse Philosophiæ finem. Hanc esse beatitudinem, quam Marcus Tullius dicit à Philosophia donari.

CAPVT XVIII.



ADIENDVS item Hierocles, & Syrianus, summus vterque Philosophus, de totius Philosophiæ, cunctarumque contemplationum fine, vt omnes intelligant profanam Theologiam cælesti se deuouisse, placitumque eius, pronis animis assensam esse, nec aliam sibi metam studiorum præfixisse, quam doctrina cælestis ostendit. Ait ergo Hierocles: τέλος απιστων απειρη ή φιλια, αρχη δε ή ευσέβεια: Finis, inquit, virtutū charitas, principiumque pietas. Est autem ratio pietatis, bonorum nobis omnium origo, & seminarium. Cernis quæ diuus Paulus, Fides, spes, charitas, maior horum charitas. Is finis omnium virtutum, charitas erga Deum, & homines. Audis à pietate, veluti fonte, cunctas manare virtutes? Est enim timor Domini principium omnis virtutis, & sapientia. Exercendam igitur, amplectendamque clamant pietatem, quemadmodum semper hodierna religio: quia lignum vitæ est his qui apprehenderit eam: Et qui tenuerit eam beatus. Si pietas igitur est origo virtutum, finemque virtutum nobis apportat: nihil autem est virtute melius: profectò laudatur, supremis laudibus fertur à Philosophis ea religio, quæ præter omnes, pietatem veram nouit, & exercuit. Est autem pietas suprema, veraque de supremo Deo. Cui colitur igitur, indefessèque laudatur su premus Deus, rerum principium & finis prædicatur semper, ea pietas vera, atque suprema. Quis è Philosophis igitur, si vidisset hodiernam religionem, omnem ad æterni, & incommunicabilis Dei cultum inclinatum, ad cūque genus humanum vocantem, si veritatis amicus esse, priuatis affectibus omittis voluisset, non extemplò veram, singularemque, solam pietatis nomine dignam exclamasset? Idem Hierocles ait, finem vitæ esse, θεον ποιειν εν τῷ ανθρώπῳ, & τὸ δυνατον: Deum facere ex homine, vsque quò fas est, hominem fieri Deum. Sentit Hierocles quod apertè nostri, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et, Cohæredes Christi, conformes imagini Filij Dei. Huiusmodi finem senserunt & illi, sentientes, hodiernam religionem magistram omnium bonorum, & matrem palam innuerūt, quæ quomodo Dij, aut filij Dei fieri mortales possent, vnà docuit: & ad veritatis aulam iter patefecit. Addidit Hierocles Pythagoreus: Quoniam igitur vita secundum virtutem diuinam amplectens similitudinem, verè diuina est: at quæ cum scelere, & flagitiis transigitur fera, impia, claret voluptatem probi diuinam lætitiā imitari, Deum, mentemque sequentem. Verum improborum voluptas (sit enim nunc commune nomen) efficitur motui fero, & stupido persimilis. His Hierocles ostendit virtutem, similitudinem, imitationemque esse diuinam, similiter voluptatem, ex virtute nascentem, similem lætitiæ diuinæ, confirmans ea, quæ nostris in litteris habentur: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Imitamur igitur illum, cum rectè viuimus. Non aliud est hodierna Philosophia, quam diuinæ probitatis, iustitiæ, bonitatis imitatio. Ecce vna omnium religio, mens omnibus vna, vnus Deus, vnus vitæ finis, vna eademque Philosophia, Deum imitari, voluptates ex hac imitatione nascentes solas prosequendas, solas veras, synceras. Syrianus autem præceptor Simplicij in interpretatione librorū Aristotelis: τῷ ἀγαθῷ ἐνεχε, &c. Boni enim causa, & vt cum Deo similemur, & causa salutis nostræ, speculari desideramus. O plus quam aurea verba. Magnus igitur Philosophiæ, & præclarus finis, Deo similari, bonitatem eius imitari. Hæc nostra salus, hoc bonum. Id optat sibi que proponit Philosophia. Vna eademque nostra, atque illorum: Illorum, docente Natura: nostra, reuelante Deo. Non potestis igitur à Philosophi negare, quin omnibus quæ cælitus hominibus donari potuissent, optatior, verior hodierna sit Philosophia. Marcus igitur Tullius eximius & ipse, diuinæque mentis Philosophus, de Finibus, Omnis, ait, autoritas Philosophiæ consistit in beata vita comparanda. Beatè enim viuendi cupiditate incensī omnes sumus. Quæ igitur hæc, à Marce, beatitudo, nisi quam Syrianus, cæterique dicunt, primum diuinam pulchritudinem imitari,

Profana Theologia cælesti Theologia assensum præbuit.

1. Corin. 13. A pietate virtutes manant omnes. Psal. 110. Prou. 1.

Deum facere ex homine. Ioan. 1. Rom. 8. Religio Christiana, magistra bonorum omnium.

virtus, similitudo Dei. Matth. 11. Philosophia Christiana quid.

Aimitari, tum ex eo consequi beatam vitam in posterū, quæ nulla in terris reperiri potest: Denique etiam vetustissimus Pythagoras vidit & celebrauit hanc beatitudinem donandam ex optimè in vita gestis:

Ἡ νόον γνώμην ἡσπασε κενύσθην ἀέστῃ  
Ἡ δ' ἀπολείπας σῶμα ἐς ἀῆθ' ἐλεύθερον ἔλθῃ  
Ἐσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἀμείβῃσιν, ὅσα ἐπὶ γῆτος.  
Optima mens, animi fac vt moderetur habernas,  
Tum corpus linquens, tranabis ad æthera apertum,  
Immortalis eris Deus, amplius haud mortalis.

En quod pater bonorum, hominibus in terra prædicauit: Erunt omnes æquales Angelis Dei. Quod eius Apostoli confirmantes, Dedit, inquit, eis potestatem filios Dei fieri. Et, Conformes imagini filij Dei.

Beatitudo, diuina pulchritudinem imitari.

Luc. 20. Ioan. 1. Roman. 8.

Priscos à maioribus audisse de præmiis æternis. Famam semper inter mortales crebuisse futura felicitatis post hanc vitam. Platonis, & Socratis, & Marci Tull. testimonia.

CAPVT XIX.

B



ENIQUE de futura vita, omnibusque his quæ pari, atque superiora consensu cunctæ nationes, nullo non sæculo crediderunt, asserueruntque, partim ratione, iudicioque vidente, partim ex antiquissimis sæculis, atque vt ego quidem arbitror, ab exordio mundi per omnes ætates hæc Theologia manante, mirificè nobiscum Philosophi conueniunt. Quæ cum & à paucis, & obscurè, autorèque incerto quondam circumferrentur, nuntio cælesti, à regiis sedibus suis in terras descenderetur, torrenti similis inundauit, clarissimis facibus, toto terrarum orbe explicata. In duas autem finditur hæc futura vita vias: alteram ad æterna præmia, alteram ad æterna supplicia ferentem. In quibus cum mirè Philosophi nobiscum congruant, sit omnium quæ superioribus libris scripta sunt, confirmatio. Confirmatur enim hinc immortalitas animorum, creatio mundi, cuius æternitas non stat cum vita futura. Confirmatur item prouidentia, hominumque creatio. Mirabile verò est, vt ratio, Naturaque docuerat multos, quæ post Deus ipse rauclauit. Habet enim veritas impetus suos, selèque sponte, propter diuinam similitudinem animis offrens, eos ad confessionem sui compellit. Sed enim semper lux aliqua refulsit, & ex antiqua ante diluuium, ab humanæ proliis initio, pietate, qua solus Deus vno ab omnibus animo colebatur, quædam per omnes gentes reliquæ restiterunt. Constat igitur, fidem apud mortales semper olim fuisse celebrem, esse post hanc vitam aliud vitæ genus, diuinius, animis piis, iustisque paratum, eamque famam constantem per omnes gentes, sæculis omnibus increbuisse, nunquam spem hanc ex humanis pectoribus extinctam, in cæstos eos, ac tristes destituisse. Plato igitur in Apologia, εἰ δὲ αὐτὸν ἀποδημίῃσιν ἔστιν ὁ θεὸς εὐχόμενος εἰς ἄλλον τόπον, &c. Sin autem mors est, quasi hinc in alium demigrare locum: & vera sunt quæ dicuntur, esse defunctos illic omnes: quid eò melius dari possit? Ecce priscam publicamque famam de immortalitate animorum, de præmiis æternis, de consortio societateque bonorum, quam decantauit extulitque miris laudibus ibidem Socrates, nihil melius cōtingere cuiquam posse, quam cum sapientissimis, iustissimisque viris versari, quos Græcorum optimos fuisse scirent omnes. Hanc celebrem, penesque omnes fuisse famam Plato docet. Si vera, inquit, sunt, quæ dicuntur, Sermo constans vnanimisque omnium testimonio corroboratus, quem, fontem aliquem magnum, vnde flueret, autoritatemque maiorem quam humanam habuisse necesse est. Magnus igitur omni sæculo crebuit rumor, homines ex hac vita in alium quasi mundum proficisci, bonosque cum bonis congregatos, beatissimè viuere, quorum tanta sit beatitudo, vt qui sapiens sit, non vnam modò, vt eo fruatur consortio, sed mille mortes libenter occumbat. Addit enim Socrates: ἐγὼ μὲν γὰρ πολλὰ μὲν ἐθέλω πεθῆναι, εἰ ταῦτα ἀληθῆ: Ego læpius optarim mori, si hæc vera sunt. Hoc antè oculos

Priscis philosophis infusa doctrina de vita futura, à Christo declarata.

Veritas habet suos impetus.

Mors quid.

Fama vetustissima, & sermo constans de migratione animarum ad alteram vitam.

habentes martyres nostri, omne mortis genus presentissimis animis subeuntes, se quasi ad epulas, & triumphos tum vocari fatebantur. Hanc quoque famam, publicamque, non Græcorum modò, sed item aliarum nationum persuasionem fuisse, insignis testis alius, Marcus Tullius: Autoribus, inquit, ad istam sententiam, quam vis obtineri, ut possumus, quod in omnibus causis & debet, & solet valere plurimùm. Et primum quidem omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat. Itaque vnum illud insitum erat priscis illis, esse in morte sensum, neque excessu vitæ, sic deleri hominem, ut funditus interiret. Ecce Marcus insitum ait fuisse priscis illis, à quibus Græci, Latinique originem, & sermonem, ritus, & scientias susceperunt (quos Socratem apud Platonem spectasse verum est) animos immortales curriculo vitæ presentis exacto, ire in alia loca, frequentesque bonos cum bonis letari, triumphari in republica beata. Testimonium vetustatis orator grauis valere plurimum solere, & debere in omnibus causis, asseuerat. Quod Aristoteles quoque in Moralibus confessus est. Meretur autem fidem vetustas, ne forte putes sine ratione hæc eos sensisse, quòd ab ortu progenieque diuina non longe aberant, propiores erant diuino fatui. Progeniem autem diuinam sentit, procreatione diuinam, qua Deus procreauit, genuit, seu fecit hunc mundum, & hominem, qui vera diuina progenies fuit: Aut sentit Deos, & Angelos, quos vnà cum hominibus progenitos, homines, ut præceptores audierunt. Forte intendit eò Cicero, quòd Plato in Timæo docuerat, Difficile esse non credere natis à Diis. Credendum, inquit, mirum in modum est priscis, ut aiunt, viris, qui se progeniem Deorum esse dicebant. Hæc igitur causa, quam obrem priscis credendum sit, à quibus, ut sæpenumero dixi, quandam constat manasse Theologiam, profectam quidem à priscis ad posteros, ad priscos autem à Deo, cuius se progeniem illi asseriebant. Deus enim Hebraicè dicitur numero multo Dij. Natus homo à Deo, eruditus quoque est, magna cognitione rerum diuinarum ex sermone, & presentia eius dotatus. Hunc & filios eius, veteres audierunt, senserunt eum asserentem se progeniem esse diuinam. Is & omnis post ætas, dicti sunt prisci, nati, ut ipsi asseriebant, à Deo. Sed priscos in Timæo natos à Diis, dixit, in Tusculanis autem propiores stirpi diuinæ, ut alij sint prisci, alij progenies diuina. Fuerunt igitur primi genitores, progenies diuina: Cæteri post eos nati, eosque contemplati edoctique ab eis ex quotidianis sermonibus, prisci. Grauiissimum igitur hac de causa, & fidelissimum testimonium vetustatis, quæ à parentibus suis, diuina progenie, animos immortales esse, & ab hac vita migrare ad confortia beatorum, multaque alia mysteria, quorum reliquæ, & vestigia quædam collecta sunt his libris, audiuit. Itaque Marcus idem Tullius non Platonis modò Theologiæ subscribens, sed firmam gentis suæ sententiam proponens, Siquidem, inquit, aut Dij ipsi, aut cum Diis futuri sumus. En illa sacrosancta missa de cælo in terras vltimis temporibus latissima, atque vberissima sapientia, Erunt, inquit huius sapientiæ fons, omnes æquales Angelis Dei. Quod prædicauit velatus humano corpore, nobiscumque versatus in terris, iam antea primos parentes, priscosque docuerat partim sua presentia, partim nuntiis cælestibus. Prædicatum est regnum cælorum, & diuulgatum nouissimis sæculis resonantius, clarius, dimissis vsquequaque per orantes terras præconibus, ut haberet autoritatem firmam, atque incòcussam, quod antè celebri quidem sermone, sed autore incerto vulgabatur. Scintillæque illæ resfulgentes, radiorumque obscuritas, ipso toto corpore lucis apparente, cognita sunt, & perspectæ vnde micarent. Audi igitur ut Plato audierit à priscis, prisci à progenie diuina, diuina progenies, à parente suo Deo, iustis, & probis æterna bona commercium Deorum, quos Moses nuncupat Angelos: nec verò commercium solum, verum etiam æqualitas naturæ fuerit promissa, antequam lux illa magna flagrasset in terris: Dura, inquit Socrates, mihi mors videretur, εἰ μὴ μὴ ἄμυν' ἔξην, τῶν ἄλλων μὴ τῶν θεῶν ἄλλας σοφίας τε καὶ ἀγαθῶν ἑσθ' ἔτα καὶ τῶν ἀνθρώπων τετελειωτότας ἀμύνειν. *Tit. 1.* Nisi putarem me profecturum, primum ad Deos alios sapientes, ac bonos, tum ad homines qui excesserunt è vita, longe his qui nunc in terra morantur, meliores. Vides ut spes illis quoque sæculis rutilaret ex hac vita ad societatem Angelorum, sanctorumque virorum proficiscendum? Angelorum, inquit noster, choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere. Superiora ante aduentum lucis magnæ, posteriora post dicta sunt. Eadem reluxit semper Theologia, obscurior prius, & quasi in crepusculo, demum flagrantissima. Quoniam igitur ad beatitudinem animos ire prædicabatur, hinc fama erat, cuius meminit cum aliis multis idem

Martyrum constantia unde.

1. Tuscul.

Prisci se progeniem Deorum dicebant.

Grauiissimum testimonium vetustatis.

Regnum cælorum prædicatum nouissimis temporibus.

Cur mortem minime sibi metuendam Socrates putarit.

Aidem Plato, esse nos in hac vita, tanquam in carcere: Est, ait, in arcanis quædam fama: nos quasi in custodia esse, à qua nemini liceat sponte decedere.

Plato & Socrates & Marcus Tullius testes, fidem antiquam esse de præmiis iustitiæ, ac probitatis. Eos qui nostris prædicare, fugiendas corporeas illecebras, vitam cælestem in corporibus agitandam. Qui hoc egissent, in concilio Deorum futuros.

CAPVT . XX.



ANC ipsam per omnes mortales à maioribus de futura beatitudine bonorum, malorum autem suppliciiis, traditam famam, ac scientiam vbique repetit, inculcatque Plato. Nam ne credas malos pariter atque bonos, ea felicitate, beatitudinèque donari, sentiàsque iuxta Theologiam nostram, id est, eorum, qui post cælestem effusam per terras sapientiam nati sunt, eos quoque malos ab hac felicitate seclusisse, testis idem Plato: Optima, inquit, sum spe, esse defunctis aliquid, & ut dictum est antè longè melius bonis, quàm malis: *εὐελπίς εἰμι εἶναι τι τοῖς τελευτηήσοι, καὶ ἄσπερον γὰρ καὶ πάραυτ' ἕρξεται.* Idem paulò post præclarà de hac vita, ac discrimine bonorum, maiorumque vocem extulit: Nefas est, inquit, ad gentem diuinam aspirare cuiquam, qui philosophatus non fuerit, purusque ex hac vita profusus non abierit. Ob quam causam veri Philosophi ab omnibus cupiditatibus corporeis se continent, neque se ipsos eis dedunt inquam. Sic Plato. Noster autem, Apparuit, inquit, humanitas & benignitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietates, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem. Hæc igitur Socrates vidit, & prædicauit moriturus. Est enim beata spes, quod Socrates dicebat, subleuari ad gentem Deorum, Angelorum concilio ascribi. Hoc non datur apud Socratem, nisi purè ac rectè philosophanti, id est, ut ait diuus Paulus, sobriè, & iustè, & piè viuenti, abnegantique impietates, & cupiditates mundanas, quasi vulgares, quas homines impuri promiscuè sectantur, spectantes ad corpoream hanc, fragilè que vitam. Et oblectamenta, voluptatèsque mundi huius. Quibus impuratos, contaminatòsque, & Socrates prius, & posteriùs Paulus, negant aditum habere ad superos. Itaque Philosophia de regno cælorum, de consortio Deorum, & quòd hominibus iustis via patet ad superos, estque beatitudo parata, necnon quòd philosophandum sit, id est, sapienter, iustè, piè que viuendum, quoniam sunt magna præmia proposita, nempe societas Deorum, cum prius circumferretur, vltimo tempore celeberrimam reddidit legatus Dei in terras. Hinc Philosophi, & qui sapere ex rerum consideratione, non desipere statuerunt, agnoscent hodiernam religionem semper aliquo modo fuisse, eamque sapientissimos quosque summis laudibus extulisse, prædicasse. Ut si Socrates hoc tempore, quo tam eximia de patria cælesti, vitæque beata illa, Deorumque commercio prædicantur, & prædicatur solos bonos ad eam sublimandos, certè sublati ad cælum manibus dicturum fuisse par sit, hanc vnicam, singularè que sapientiam, humani generis magistram apparuisse, verissimamque esse & adoranda, amplectandaque quæ ab ea dicantur: Nullamque, si quis rectè censeat, inter Philosophos, & hanc religionem discordiam esse. Nam Socrates sapientissimus Græcorum ab Apolline iudicatus, si dixit, & prædicauit, his qui sapienter, rectè que vixissent, futurum id præmij, quod ad diuinam gentem proficiscitur, ad quem nefas sit impuros aspirare, profectò dixit, quod Christus natus ad hoc ipsum, & corpore velatus humano, in mundo regia voce prædicauit, aperuitque explicans, & clara faciens, & radiantia, quæ quadam obscura ratione illi augurarentur. Marcus igitur iterum iuxta Platonis, & Socratis & suam, quòd ea mirificè probabat, sententiam, duas esse vias, duplicès que cursus animorum è corpore excedentium, dicit. Nam qui se humanis vitiis (quæ diuus Paulus appellat secularia desideria) contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, (contrà videlicet, quàm Christus, & legatus eius Paulus prædicarint) quibus cæcati velut domesticis vitiis, atque flagitiis se inquinassent, vel in republica violanda fraudes inexpressibiles concepissent, iis deuium quoddam iter

Qui puri abeunt ex hac vita, beati.

Beata spes qua.

Socratis doctrina de animorum præmiis.

Dua via animorum è corporibus excedentium, etià apud M. Tull. Tit. 1.

Tit. 2.  
1. Cor. 6.  
Coll. 3.

Sanctorum ho-  
minum actio-  
nes.

Vera est à  
Deo philoso-  
phia.

Psal. 31.

esse, seclusum à consilio Deorum. Qui autem se integros, castosque seruauissent, qui-  
búsque fuisset minima cum corporibus contagio (Quod diuus Paulus dixit, sobriè &  
piè & iustè viuere, Et fugere fornicationes, immundiciam, libidinésque efferas) seseque  
ab his semper seuocauissent, essentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum  
(quod nostri dicunt in carne esse, & præter carnem viuere, agereque in terris vitam An-  
gelorum) his ad illos, à quibus essent profecti, reditum facilem patere. Paulóque infer-  
rius docet, vt consuefcamus mori. Hoc, dum erimus in terris, erit illi cælesti vitæ simi-  
le, quò cum venerimus, tum denique viuemus. Hactenus Philosophus Latinus, ex  
quibus intelligimus, eandem esse de supremis humanæ vitæ, malorumque & bonorum  
finibus, Philosophorum, nostræque religionis sententiam: Quòd malis erit iter quod-  
dam deuium, seclusum à consortio Deorum, ferens in alia longè diuersa, quàm cælestia  
loca, quæ postea separatim explicabuntur: Quòd fugiendæ sint in corpore, corporeæ  
voluptates, Angelorumque vita in terris agenda: Esse in corporibus humanis vitam  
imitandam Deorum. Hoc vera religio philosophatur. Innumerabilis multitudo patriæ  
cælestis amore, vitam imitati Deorum, non modò ab inconcessis voluptatibus, sed etiam  
licitis se continent. Quis est, quin putet, si magni illi, antesignanisque Philosophi cæte-  
rorum Philosophorum principes religionem hanc vidissent, non protinus dicturos fuis-  
se, nihil ea melius dari hominibus à Deo potuisse, Principem & caput, non hominem,  
sed Deum habuisse, conditam non humanis, sed diuinis præceptis? Nam quanquam  
hæc dixerat Socrates, hærebat tamen adhuc, nec tota luce sua, veritas ei affulgebat, E  
multaque remanebant dubia. Refulsit postea faces suas è cælo apportante Deo, qui pri-  
mus aduentu suo, celebre facit & clarum regnum cælorum. Hanc eandem sententiam,  
quæ viro sapienti summè placeret, retulit Marcus Tullius in Somnio, Si quidem, inquit,  
benemeritis de patria, quasi limes ad cæli aditum patet, nunc tanto præmio proposito  
enitar multo vigilantius. O veritatem semper aliqua luce radiantem. Hoc agitur nunc  
passim, agendumque is qui meritò dictus est humani generis Seruator, præcepit, hortat-  
us est, ostentans diuitias cælestes, omnes ad eas gratis capefcendas inuitans. Homines  
autem sapientes, tantis præmiis propositis, acriter enituntur, tum noxias à sese volupta-  
tes abiicientes, tum charitate, iustitia, modestia, pietate vitam Deorum imitantes. Quæ  
idem ille, summa concordia cum religione vera, sic descripsit: Sunt, inquit, optimæ cu-  
ræ de salute patriæ, quibus agitur, & exercitatus animus, velocius in hanc sedem, &  
domum suam peruolabit. Idque ocys faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore,  
eminebit foras, & ea, quæ extrà erunt, contemplans, quàm maximè se à corpore abstra-  
het. Nam eorum animi, qui se corporis voluptatibus dederunt, earumque quasi se  
ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium, Deorum, &  
hominum iura violarunt, corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur. Hæc ait  
ille. Nam quod subiicit, Nec in hunc locum, nisi multis exagitati sæculis reuertuntur,  
posthac examinabitur. Constat modò, eandem esse priscam atque nouissimam de præ-  
miis bonorum, ac malorum, de regno cælorum sapientiam. Ad quod vita casta, inno-  
F centi, pura, iusta perueniatur, inde longius excludendis qui se corporeis voluptatibus  
dedentes, & ingurgitantes, similes porcis & asinis esse quàm Diis, aut Angelis malue-  
runt: Nolite, inquit oraculum, fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus.  
Ad Platonem tanquam legitimum hæredem, quasi que Atticum Mosen venit à priscis  
hæc Theologia, sicut de tribus numinibus, de diuina similitudine animorum, venit ab  
Ægyptiis, Hebræis, Chaldæisque, qui à progenie diuina audierant, Marcúsque ipse, suæ  
gentis quoque firmam, insitamque penitus sententiam eam fuisse cum Seneca con-  
firmat.

*Probos post vitam Deos declarandos, quemadmodum sacræ literæ, prædica-  
re Platonem: Improbos, iniustos, sceleratos cum similibus habitaturos,  
Tenebras appellare Platonem, pænas malorum.*



Anc eandem sententiam Plato non modò vt suam, quemadmodum  
Marcus Tullius, sed vt maiorum suorum, qui diuini apud Græcos ha-  
biti sunt, sæpe memorat, famam tempestatis suæ, superiorumque sæ-  
culorum, quibus à locis fragrantem, haud certum, præclare inquit in  
Cratyló, Hesiodus, & alij multi ex Poëtis dicunt: *ὡς ἐπιφθόνητος ἀγαθὸς ὢν  
τελευτήσῃ μεγάλῃν μοῖραν, καὶ τιμὴν ἔχῃ,* &c. Quod posteaquam quis pro-  
bus excefferit è vita, magnam sortem, honorémque assequitur. Fitque  
Dæmon, iuxta hanc sapientiæ nuncupationem. Assentior igitur & ipse, prudens & sciès  
quicumque sit, Dæmonium esse, vel viuentem, vel defunctum, rectèque Dæmonem vo-  
cari. Ecce ab Hesiodo, vetustioribusque Poëtis, quos eosdem Theologos dictabant, de  
præmiis, honoribusque bonorum post vitam, magna prædicatio, Qui decernantur, de-  
clarenturque Diij, Quàm bene congruit cum eo, quod Seruator noster, Erunt æquales  
Angelis Dei. Hæc illa beata spes, hæc illa deificatio, & conformatio imagini filij Dei,  
cùm tales erunt boni, qualis ille: Cùm fulgebunt iusti, sicut Sol, in conspectu Dei. Hanc  
veteres Poëtæ, præclaram sortem, summósque honores bonorum à priscis audierunt.  
Audierunt deificationem, quæ promittitur bonis post vitam, promittitur reddendos  
eos Deos, in numerum diuorum collocandos, appellandos Dæmones, hoc est Deos, siue  
Angelos, vt Philo declarauit. Hoc prisci Poëtæ, qui propius ab ortu mundi, ab homi-  
nibus, qui Deum viderant, & audierant abfuisent, tradiderunt, perque omnes ætates  
B ferebatur. Idcirco non magnorum modò virorum testimonio, sed ipsa quoque ratione  
fit perspicuum, vetustiores & syncerius Deum verum coluisse, & de Diuinitate eius, de  
mundo, Diis, hominibusque rectius quàm posteriores sensisse. Venit autem summi Dei  
filius, vt reuocatos ab erroribus, quos impietas sæculorum attulisset, homines, & ad ve-  
rustiorem religionem, primorumque hominum pietatem remissos, noua quoque ma-  
iorèque sapientia consecraret, sceleribus illis deletis, quæ & à principio contracta, &  
post multa sæcula exorta fuerant. Eandem Theologiam palàm asseruit in Theæteto Pla-  
to, Mala non esse apud Deos, sed mortalem naturam, & hunc nostrum peruagari locum.  
Quocirca conandum totis viribus, vt ab his malorum sedibus, ad Deos confugiamus.  
Fugam autem esse fieri Deo pro virili similem. Similitudinem autem contingere, si iu-  
stus ac sanctus sapiensque sis. Hoc igitur est quod in Phædone, totque aliis locis tradi-  
derat, & quod Marcus ex ipso Platone: Atque, inquit, in corporibus humanis, vitam  
fuerint imitati Deorum. Hac imitatione & similitudine, iter ad superos, & à regno ma-  
lorum fugam patere. Quæ fors autem sit malorum, exposuit præclare, & diuinè ibidem  
in Theæteto. Quicumque, inquit, dementia, stultitiæque assuerint, dabunt meritas pœ-  
nas, vitam stultam degentes. Quòd si dixerimus fore, vt nunquam eos pœniteat flagi-  
tiorum, vita quidem functos locus ille sceleris, malorumque purus non recipiet, sed si-  
militudinem vitæ consequentur, semper mali cum malis habitantes. Separat hic, vt vi-  
des, patriam, consortium, ciuitatem bonorum, ac malorum Plato. Bonos cum bonis,  
C purisque futuros, non futuros autem malos, reiiciente eos loco puro, & non admittente  
pollutos. Ergo cum malis, inquinatisque spiritibus cohabituros meritis pœnis crucian-  
dos. Sicut illi in collegio Deorum, sic hi in consortio impiorum, omniumque damna-  
torum. Has duas sortes etiam in Phædro, planè, dilucidèque demonstrat, de his qui per  
amorem recipiunt amissas alas, præmium ingens affecuturis, venturis in patriam cæle-  
stem. Nefas enim esse, nec vllam legem permittere, vt ad tenebras subterraneas, hi pro-  
ficifcantur, qui semel iter cæleste carpere cœpissent: *εἰς γὰρ σκοπιὸς καὶ τιλὸν ὑπὸ γῆς πορεία, ἢ νόμος ἔστιν ἐπι εἰλθεῖν τοῖς καὶ ἡμεῖς ἡδὴ τῆς ἐπιφθόνης πορείας.* Quo loco distinguitur aper-  
tè locus amborum. ostenditur etiam infernus, Tenebræ scilicet, & iter sub terram iuxta  
oraculum, In tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Theologia maiorum  
similis hodiernæ cælitus demissæ, quemadmodum & illa, à veteribus prodita, qui & me-  
liores, & Diis aut Deo propiores ipso Platone in Philebo teste: *οἱ μὲν παλαιὸι κρείττονες καὶ  
ἐγχετέρω θεῶν.* Quoniam ergo & meliores prisci & Deo propinquiores, sicut Adam, qui  
vidit eum, & audiuit, filiique eius & nepotes, hanc diuinam de vtraque via ad cælum &  
inferos tendente Theologiam prodiderunt.

Probum ho-  
minem post  
excessum à  
vita, fieri  
dæmonem.

Luc. 20.

Sap. 3.

Christi ad  
nos aduentus.



Bonorum se-  
des & Malo-  
rum distinctæ.

Infernus.

Ex Platone de bonorum, malorumq; futura sorte. Testimonium eius hanc Theologiam priscam esse.



ADEM multo præclarius tradit in Gorgia, vbi primum ex sententia Euripidis, dubitat an verum sit eos, qui viuunt potius mortuos esse, qui moriantur viuere. Quod ipse à sapiente quodam audisset, ως νυν ήμεις τεθνάμεν: Quod nos nunc mortui sumus. Esse enim corpus sepulchrum animi, animam iacere in corpore, in sepulchro vti defunctam, victurā, cum è corpore auolauerit. Fabulamq; illam, quam quidam ex Italia sit interpretatus, de his fœminis, quæ Belides sunt appellatæ, quæ ferre in inferis dicantur aquam cribro, stultorū animas esse, quas nullæ cupiditates, ceu pertusas, implere potuissent, aut obliuiofæ semper nihil retinuissent. Esse igitur cribrum pertusam animam pertusam, in inferis meritas pœnas stultitiæ, & insatiabilitatis luentē. Sic longè diuinior de felicitate cælesti, & pœnis proponit sententiam. Legem fuisse sub Saturno (Saturnum maximum Deum, vt sæpe visum fuit, appellat) eamque adhuc semper vigere apud Deos, vt qui iuste, ac sanctè vitam trāssegissent, post ad insulas beatas profecti, beatè viuant, nullis malis obstrepentibus. Qui verò sceleratè, & impiè vixissent, ire ad pœnarū, ac vindictæ carcerem, quem vocent Tartarum: καὶ αἰεὶ καὶ νῦν ἐπιθῆναι ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν ἔμψυχον διχόμοτον βίον διελθόντα, καὶ ὁσίας; ἐπειδὴν τελευτήσῃς μακρόθεν ἠέσῃς ἀπιόντα ὀικεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ. Οὐ τοὺς κακοῦν, τὸν δὲ ἀδικῶν καὶ ἀθέων εἰς τὸ τῆς πίστεως τε καὶ δίκης δεσμοματημένοι, ὃ δὴ τάρταρον καλεῖσθαι, ἰέναι. Sic diuus Plato. Principio cernis, semper eum, Theologia hanc non ex ingenio suo, sed omni verustate, cui plurimum deferēbat, & cur deferendum esset demonstrauit, deducentem. Cernis item beatas insulas hic esse, quem in Phædone, & Phædro vocauit locum cælestem. Neque enim habitatio Deorum est in terra: cum Diis autem habituros, ad societatemq; ipsorum venturos iustos sæpe sapius asseruit. Quemadmodū autem nostri locum cælestem, regnumq; Deorum soliti sunt vocare Paradisum, nomen rei terrestris, horri fluminibus irrigui, arboribus omnigenis, & plantis amœni, haud fecus illi patriam cælestem, Fortunatas insulas dixere: quasi terras supernas, incognitas nobis, nominibus nostris nuncupatas. Hic palam est discrimen præmiorū, varietas locorum. Tartarus, carcer, vltionis & pœnarum sedes, quibus iniusti, vel quicumque diuina violassent, omni æuo cum similibus pariterq; nefandis habitaturi dicuntur. Locus autem beatus & amœnus & purus, vt dixerat antè, purus, innocētus, sanctos admittere. Quis non miretur hæc, celebrè semper hodiernā Philosophiam extitisse: quā quidem credo vetustissimos, eosdem & optimos plurimū tenuisse, diuinitus tunc reuelatam, sed longo sæculorum ingressu obsoletā. Quā cum Legatus summi Patris aperuisset, reddidit item luminosissimā nullis in cælo mysteriis relictis, quæ non in terras attulisset, omnes (modò velint) sapientissimos redditurus. Vos ὁ Philosophi omnes conuoco, Platonicos, & Peripateticos, videte hæc & dignoscite à principibus sapientissimisq; Philosophiæ vestræ prædicata, descendētia tamen ab altioribus sæculis. Conferte nouissimā hanc post Philosophos omnes ortam, delatamq; in terras Philosophiā. Suspiciate consensum cum prisca illa, & cur consentiant, agnoscite. Amplectimini, ex osculamini sapientiam horum mysteriorū perfectā, absolutamq; magistrā. Præclare quoque dixit ibidem Plato, nulla quidem corporū, dignitatumq; quas hic gessissent aut opum, illuc animas portare lineamenta, sed ea tatum, quæ velut cicatrices animis inhæssissent, iniurias, fraudes, affectiones prauas, & id genus mala, super quibus à iudicibus, quos Deus præfecisset, iudicentur. Ac quanquam iudices inducit fabulosos, ex hominibus natos, & ab Homero sic inductos, veros tamè hi repræsentant, habēte hac Theologia veriora apud priscos. Iudicari igitur animas, inquinatasq; peccatis in Tartarū præcipites agi, mitti bonas in insulas beatas, iudicari nemine pro eis rogante, vel patrocinante, nullo amico, nullo propinquo. Ad hanc vitam meditari se dicit Socrates, hortaturq; amicos, meditentur. Ea verissima se credere, vt quibus nihil melius, ac probabilius, tamq; veritati consentaneum, quam tumuis sapientes, Philosophorumq; prudentissimos congregatos, nunquam meliora reperturos. Similia sensit, & scripsit in primo de Republica, cum quis instare diem fatalem ferret, ei subire pauorem ac curam, super his quæ nihil antè curasset. Nam quæ dicatur de his quæ sunt apud inferos, qui quid

Viuos homines, mortuos esse.

Beata insula quæ.

Paradisum nomen.

Pœna dæmoniorum.

Iudices inferorum.

Torquentur animo quibus instat fatalis dies.

A qui quid in terris iniuste peccasset, illic eum pœnas dare, quæ ridere quondā soliti essent, tum verò torqueri animo, ne vera existant: ipsūque siue quodd debilis cogat senectæ, siue quodd vti propior ad ea trepidet, magis ea cernere, impleri suspitionis & formidinis cogitantem an quenquam violauerit. Qui igitur in vita fraudes admisissent, veluti pueros crebro è somno excitatos trepidare, reliquūque vitæ cum mala spe traducere. At qui nullius sceleris sibi conscius sit, spe blanda, ac dulci γρηγορόφων, senectutis alumna, vt ait Pindarus, nutrirī. Pulchrè enim eum cecinisse:

sibi benecōsij mortem non horrent.

Ὅς ἂν διχόμοτος καὶ ὁσίας τὸν βίον ἀφελῶντο  
Γλυκεία οἱ κερδιῶν ἀγάλλουσι  
Ἡ γρηγορόφος συναροεῖ ἐλπῖς.  
Ἄ μάλιστ' ἀνατῶν πολύτροπον γνῶμαν κερσεῖν.  
Quicumque iuste, sanctèque vitam traduxisset,  
Dulcis ei, cor nutriens & pascens  
Alumna senectæ, assistit spes.  
Que maxime versatilem animos mortalium gubernat.

Has duas sortes, duplicem vitam, ciuitates duas, disparia præmia, felicitatis ac pœnarum proponit. Hæc felicitas, cuius spes alit senectam, dicitur à diuo Paulo, μακαρία ἐλπῖς, beata spes. Est enim beata spes alumna senectæ, quodd ob anteaactam vitam non modò supplicia non reformidamus, sed etiam magna præmia speramus. Hanc igitur omnium sæculorum manantem per omnes ætates siue natura partam, exhibitamq; opinionem, siue, vt sapius dictum est, diuinitus reuelatam, Latinus quoque Plato (sic enim iure Ciceronè appellauerim) perhibet: Nunquam, inquit, maiores illi nostri cerimonias sepulchrorum tanta cura coluissent, nec violatas tam expiabili religione sanxissent, nisi hæssisset in eorū mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemq; vitæ, quæ in claris viris ac fœminis dux in cælum foleret esse: in cæteris, humi retineretur, & permaneret tamen. Sic Latinæ Philosophiæ princeps, viros meritis & pietate, iustitia & sanctitate claros, vt sapius, asseruit in cælum tolli. Contrà qui vitam sordidam, terrestremq; egissent, humi retineri, sed & ipsos imortales. Atque maiores ait tantum sibi hac in re (nondum Philosophia reperta) persuasuisse, quantum Natura admonente cognouerant. Quod igitur docuerat eos prius Natura, deinceps à Philosophis physica ratione pensitatum, asertumq; quemadmodum Aristoteles, Plotinus, Alexander, Simplicius, aliique fatebantur. Ecce autem non Romanorum maiores modo, quos Marcus protulit, sed vetustissimi Græcorum, Musæus, & filius Orpheus, vt ait Plato, tot bona dant iustis, probisq; post vitam, vt eos ad locum beatum deducentes, & ad ebrias τῶν ὁσίων, sanctorum discumbere facientes coronatos, omne deinceps tempus viuere fateantur, arbitrari pulcherrimū virtutis præmium ebrietatem æternam: τὸν ἀπανταχόρον ἡδὴ ἀφελῶν μαθόντας, ἡριστάμενοι καὶ ἄλλων ἀρετῆς μαθόν, μέθην αἰώνιον: At verò impios, inquit, & sceleratos, in cœnum quoddam infodiunt in inferis, coguntq; aquam ferre cribro, viuosq; tristibus cogitationibus exagitant. Hæc Plato. Ex his constat verissima esse, quæ de Theologia maiorum prodita sunt, multa mysteria propter sæculorum bonitatem eos tenuisse, de Deo multa diuinitus locutos esse, animos imortales, bonos in bonis, malos in malis, pœnisque futuros agnouisse. Videmus enim Orpheum, Musæum, Homerum, Hesiodum, Pindarum, aliosq; ante natos Philosophos, vno ore hæc omnia cecinisse. Itaque etiā Timæus Locrensis in calce operis sui de mundo, impiis, legūque contemptoribus, reposita esse ad inferos supplicia: κόλασις ἅτε ἐκ τῶν νόμων καὶ ἐκ τῶν λόγων, συντονα ἐπάγροισι. δέιμαται τε ἐσπέρεια, καὶ τὰ κατὰ ἄδρα, ὅτι κολάσιες ἀποδίδονται ἀπὸ θεῶν διὸ δόξα μοσι νεώτεροις: Adest vindicta, inquit, ex legibus, ex oraculis, quæ terrores inducat cælestes, & subterraneos. Quoniam supplicia inexorablem parata sunt impiis ad inferos. Hæc cum dixerit Timæus Pythagoreus, verissimile sit, totam etiam scholam sensisse, cum primis præceptorem: Hunc autem à superioribus didicisse, vt præceptore Pherecide, qui & animos sempiternos docuit, & de Dæmonibus malis multa retulit. Nec te moueat quodd & ipse in Republica Plato, & Marcus in Tusculanis, volunt contemni anilésque fabulas haberi, quæ de Cocyto, Tartaro, pœnisque grauibas Poëtæ confinixerunt. Decernunt enim contemni oportere, vt Poëtæ ea exaggerauerant, impia quædam affigentes, Platoni minimè grata. Supplicia verò scelestorum celebrant, credunt, fatentur & ipsi.

Tuscul.

Magnus philosophorū consensus super hac animorū è corporibus exitu sorte.



Platonis de præmiis & supplicis post vitam, de regno Sacrosancto Beatorum, de teterrimo carcere malorum, de carnificibus infernis, sententia. Quod boni bonos, mali malos adeunt. Quod hæc religio, Fidesq; non fuit nisi calitus antiquis reuelata.

CAPVT XXIII.



VERIVS eadem disseruit in decimo de Republica. Absoluto enim iam ferme de iustitia, virtutibusque Sermone, demum de præmio eorum, quæ & ab hominibus & à Diis iustitiæ tribuantur, siue homine viuente, siue cum excefferit, loquendum esse ait: *ὁ δὲ πρῶτος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπειδὴν τελευτήσῃ.* Et subiicit, Viro iusto, siue inopia, siue morbo, cæterisque quæ mala putantur circumuento, omnia cessura in commo- dum & bonum. *ὅστις ἢ καὶ ἀποθανόντι,* viuenti, aut mortuo. Verisimile esse, eiusmodi hominem, qui se iuste viuendo, similem Dei reddiderit, non negligi à simili suo Deo. Hoc etiam Aristoteles in Moralibus imitatus est. Plato sic dicit in decimo de Repub. *ὁ γὰρ δὴ ἅπασαν γὰρ θεῶν ποτὲ ἀμελείται δὲ ἀνθρώπων ἐπιθυμίας ἐλάττω δίκαιος γίνεσθαι, καὶ ἔπιτηδεύων ἀρετῆς, εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπων, ὁμοιωσάτω ἑαυτοῦ εἰς τὸν θεόν, τοῖς τὸν μὴ ἀμελείσθαι ἅπασαν τῶν ὁμοίων:* Neque enim, inquit, à Diis vnquã negligitur, qui conetur iustus esse, virtutemq; exercens, quatenus homini datum est, assimilari Deo. Verique simile est eiusmodi non negligi à simili. Aristoteles autem in decimo, Qui verò, inquit, secundum mentem operatur, eamque excolit, optimè affectus, hunc Diis gratissimum esse, par est. Nam si qua cura est rerum humanarum à Diis, vt videtur, vtique probabile sit eos delectari re optima sibi que maximè propinqua. Est autem id mens. Qui verò hanc ipsam mentem diligant, & ornet, remunerari, ceu qui curent quæ sibi grata sunt, & rectè aut laudatè viuant. In his cum sit apertè secutus Aristoteles Platonem, deducit rectissimè ratio, præmia illa, quæ iustitiæ proposita dicit, iuxta Platonem sic statuisse, sicut ipse constituit Plato. Præmia inquam non modò viuenti iusto, sed etiam defuncto. Totusque ille locus Platonis in decimo, Aristoteli necessariò est asserendus, quo agit de præmiis æternis. Exigua enim sunt præmia iustis in hac vita, in qua ferè sunt miserabiliores qui iuste viuunt. Dicebat enim iustissimus, Si Christus non surrexit, miserabiliores sumus cunctis hominibus. innuens, nisi præmia cælestia proposita essent, nisi spes vitæ cælestis affulgeret, iustos in hoc mundo cunctis mortalibus esse miserabiliores. Quomodo igitur probi, quod Aristoteles ait, & à Diis diliguntur, & præmiis afficiuntur? nisi vera sint quæ & ipse Diuus Paulus ex cælesti sapientia, & Plato tradiderunt, vt spectentur præmia post vitam. Atque ipse Plato connumeratis bonis, quæ possint iusti consequi in hac vita, demum ait, *ταῦτα ἔστιν ἡ ἀληθὴς, ἡ δὲ μεγίστη τῶν ἐπιθυμιῶν, ἡ τελευτήσασα ἐκείνη.* Hæc, inquit, nihil multitudine & magnitudine sunt præ his, quæ manent pios cum excefferint. Hæc diuina sententia, ea ferè est, qua Diuus Paulus protulit, Non sunt condignæ passiones mundi huius ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Euidētissimè quoque Plato, de vtraque sorte, beatitudinis & pœnarum post vitam, ibidem in decimo de Republica disseruit, locus pulcherrimus, mirabilis, obseruandus: Vt sciamus quæ Deus noster mysteria detulit in terras, aliquam famæ celebritatem ante aduentum eius habuisse. Ibi eadem atque in Phædone & Gorgia, de iudicibus nudas animas iudicantibus proponens, facit quendam ceu Prophetam, qui iam duodecimo die ab interitu (interfectus enim cum plurimis fuerat in prælio) cum iam sepeliendus, rogo impositus esset, reuiuiscens retulisse, quæ ibi vidisset. Hic, multis præteritis, vidisse iustos iudicatos in dexteram & supernum cæli locum ire iustos, iniustos ad leuam inferius: *ὡς ἐπειδὴν ἀποθνήσκουσιν τὰς μὲν δικαίους κελύβων πορεύσασθαι πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἀνομιῶν τὸν ἕρποντα, &c.* Hæc Plato. Deus autem Platonis, & noster, Et oues, inquit, statuet à dextris, hædos autem à sinistris. Exinde cum animas ille vidisset, vltro citroque ab inferis & à cælo inter se commeantes, & sua quasque bona vel mala referentes, alias quidem squallore & situ obfusas, è terra emergentes, cum gemitu, & luctu memorasse, quot in subterraneo itinere mala vidissent, perpessæq; essent. Alias autem è cælo descendentes amœnitates, spectaculâque inauditæ pulchritudinis retulisse: *τὰς μὲν ἀδύρρομβας τε καὶ κλαύσους, &c.*

Virum boni à Deo non negligi.

Exigua præmia iustis hac in vita. 1. Cor. 15.

Rom. 8.

Plato facit aliquem à mortuis excitari, de vita secunda disputantem.

AQUIS hic non cernat, vnâ, eandemque omnium sæculorum semper fuisse religionem? Refert enim constanter eadem Plato, non sibi credita ac persuasa modò, sed à superioribus sæculis, à vetustioribus nationibus manantia, sed ab his, qui eo delati fuissent, audita. Illud aded mirabile, quod ait illum vidisse homines truces atque igneos, astantes, & aspectantes quid os illud inferorum patefactum loqueretur. Atque alios priuatim captos abduxisse. Verum Ardiæum tyrannum, homicidam, aliosque ligatis manibus & pedibus, capitèque interius truso, & excoriatos super tribulis extra viam traxisse, eos dilaniantes, ostendentisque prætereuntibus, quam ob causam ea perferrent, & quòd in Tartarum capiendi traherentur. Ea esse supplicia: Ex aduerso autem familia præmia parata: *ἐθαύρα δὲ ἄνδρες ἔφη ἀργεῖοι καὶ ἀδάμυροι ἰδὲν παρῶντες, &c.* Quis hic non videt, agrestes illos, igneosque viros, non nisi Dæmones esse, feros, horribiles, scelestorum carnifices, eos excoriantes, & verberantes, & quod veritas summo consensu clarius reuelauit, ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores, hoc est, in Tartarum præcipitantes? Eadem igitur fuit illorum atque nostrorum sæculorum, quemadmodum multis aliis de rebus, sic de præmiis iustitiæ, & suppliciis iniustorum, sententia. De loco quoque congruit, de carnificibus item, ministrisque iustitiæ diuinæ, quos oraculum Chaldaicum, canes appellat subterraneos. En impij, flagitiosq; vinctis manibus ac pedibus, excoriat, verberati trahuntur in Tartarum. Quid amplius est in Theologia? Fuit igitur eadem semper, præcipuè quo magis in prima sæcula respicias, religio: semper creditum est, bonos, sanctosque manere maiora, quàm mundi huius bona, vbi nullus ordo præmiorum, dum nec iniquis infligitur merita pœna, vt sæpe cæteris feliciores ambulent, nec bonis datur vera remuneratio. Eadem clarè & apertè confessus est in decimo de Legibus: Cum, inquit, anima se virtute quadam diuina exornauerit, etiam locum excellentem, sanctum commutabit, delata in meliora regna. Sed cum contraria vixerit, in contraria proficiscetur: *ὁπόθεν μὲν ἀρετῆς θεῶν, καὶ σοφίας ἄσασα γήινων:* &c. Hac, ait, iustitia est Deorum cælestium, ò fili, ac adolescens, qui te putas Deorum prouidentiam subterfugere. Nam peiores effecti ad peiores, meliores ad meliores animas tendunt. Clarè igitur post multa sæcula missam diuinitus Theologiam, nil aliud fuisse, quàm priscorum sæculorum caligantis iam & obscuræ, quam animis hominum impresserat Deus, & voce sua in creatione, post in secuto tempore per nuntios tradiderat, scientiæ reuelationem. Neque enim fieri potest, quod postea cælitus est apertum, quòdque perfectè declaraturus venit è cælo in terras Deus, ante aduentum eius alia ratione celebre fuisse, quàm eadem ipsa quòd diuinitus esset traditum. Fuit certè traditio diuina omnium mortalium consensu confirmata.

Dæmones horribiles, & carnifices.

Nostrâ Theologiam nihil aliud esse quàm priscæ & caligantis scientiæ reuelationem.

Platonem fateri, reddituros quosque de factis propriis rationem, bonos cum fiducia, malos cum summa trepidatione. Non illic affore propinquorum carteruas, qui reos ante Tribunal iudicis defendant. Labores quos pij fortiter exantlassent in vita, meritis præmiis afficiendos. Descriptio patriæ cælestis, nominibus rerum sensibus expositarum.

CAPVT XXIIII.



HOC VPLETIVS item perhibuit eadem in duodecimo (Huc enim venire necesse est, ac reuolui legum latores) Sûntque aurea verba: Quòd, inquit, verus est homo (est quilibet nostrum illud ipsum, est, dicitur anima: idq; cum sit immortale, pergat ad Deos alios) redditurus rationem, quemadmodum patria lex dicit, Bonus quidem & probus fidenter, formidolosè verò improbus: Nullumque ei defuncto affore patrociniûm. Oportuerat enim cum viueret, omnes propinquos opitulari, vt sanctissimè ac iustissimè vitæ cursu exacto, defunctus nullas lueret pœnas, quæ post vitam impendent, ob facinora admissa. Ob quam causam conandum est ne domum corrupas, coinquines, cogitans non hunc esse hominem, qui sepelitur veri hominis imago, Sed illum qui excessit filius aut frater, aut quiuis alius, cuius nunc desiderio teneris, qui fortem suam expleuerit. *τὸν ὄντα, ἡμῶν ἕκαστον ὄντος ἀδύνατον εἶναι, ἡμεῖς*

Quomodo boni & improbi ratione post mortem redant.



velut aquilæ iuuentus renouabitur. Illa incomprehensibilia, & solis nota piis gaudia, cor- D porcarum rerum, oculisque apparentium omnigena varietate, & pulchritudine, vt pos- sunt, repræsentantur. Principio gemmæ pretiosæ, radiantes, colorumque varietate de- lectantes. Aurum quoque & argentum purissimum. præterea Chrystallus sumitur. Ex his surgere muros, strata esse pauimenta. Nihil non aureum, non pretiosum ea venusta- te, & varietate, quam quis vnquam vel in Iride vel angulari Crystallo oculis obiecta con- spexit. Illic odores, florum varietas insignis, prata virentia, perspicui fontes, flumen hinc atque hinc arboribus incognitis nobis, vt cum ab oriente, noua quædam genera ad occidentales apportantur, efflorescens. Vt Ioannes apposuit in descriptione flumen aquæ viuæ, Xenochus æquæ fontes liquidos, Plato longius progressus, insulas, mare, sed omnia, nostris dissimilia. Est crebrum in sacris litteris, aërem amœnissimum, ac varium illic nitescere, qualis, vt dixi, efficitur in Crystallo. Hunc sæpe mira spectacula, aut num- minis aduentum conspicati Prophetæ, referunt se vidisse. Plato pro eo, lumen purpu- reum, ætherium per regionem beatam diffusum à Cœlicolis hauriri. Adiecit Ioannes, quod addere Plato non potuit, sed quasi tamen somniauit: Solem, Lunamque & sydera nulla illic esse, sed hæc ipsa videri à diuis illis inferius vertentia. Nam sub pedibus diui labentia sydera cernunt. At pro Sole, Luna, luce qua viuunt in terris, Ioannes retulit illic radiare longè meliorem, gratiorémque lucem, inauditæ ineffabilis lætitiæ: Qua- lem ex parte sese Deus ostendit in monte, quando facies eius vt Sol replenduit, vesti- menta vt nix canduerunt, imò magis quam hæc ipsa (Neque enim habuit, quo clarita- tem illam incomprehensibilem redderet notio- rem.) Ea visa dixerunt dulce illic esse. Cernitur hæc claritas in cælo, qualisque videri Cælicolis & quanta solet. Is est eorum Sol, hoc viuunt astro, Solémque suum sua sydera norunt. Diui & ipsi sydera lucentia, semper Solem suum noscunt, cernunt, contemplantur, inde beati, fortunati. Hæc eorum alacritas æterna. Hoc Plato non meminit. Neque enim eò vsque cogitando ascen- dere potuit. Tam igitur superius Axiochus, quam nunc Plato, ante Christi aduentum, ex prisca Theologia, ex oraculis, famæque succedente, nobiscum de beatitudine sempiter- na, loco, ratione, mirabiliter congruit.

Dei facies vt Sol.

De pœnis ad inferos, ex Plutarcho. De Dæmonibus carnificibus. De præ- miis æternis. Hanc Theologiam esse prisecam.

CAPVT XXXVI.



ST QVOQUE admiratione dignum, & sapientissimus quisque co- getur admirari, quæ Plutarchus similiter de pœnis malorum ac scele- ritorum, de gaudiis, felicitatēque bonorum, post exactum vitæ curri- culum scripsit, mirè cum nostris cōgruentia, comprobatis scilicet his quæ prior Plato scripsisset. Vt hinc fit clarum, semper vnum Deum, F vnāque eius scientiam apud sapientiores fuisse. Hanc ipsam scilicet, quam nunc clarā cuncti mortales venerantur, tunc obscuram, in- certam, apud antiquissimos quidem puriorem, postea temporum iniuria, tanquam ma- rinum Glaucum, fordibus & fabulis obsessam, sed suæ bonitati redditam, cum lux cæ- lestis nituit in terris. Ac primum Plutarchus ait, eandem esse de diuina prouidentia, atque immortalitate animorum sententiam, nec alterum posse relinqui, altero sublato: immortalitatem autem animorum consequi præmia & supplicia: vna ratione se inuicem tribus hisce trahentibus. Est, ait, prouidentia, idq; veris apparet exemplis. Hæc docet animos immortales. Hos post mortem remanentes manere vel coronas, vel supplicia. Ea enim est ratio cur prouidentia inducat immortalitatem animorum, ne vel probitas contempta iaceat (contemnitur autem in hac vita) vel improbitas triumphet impunis: ἀλλὰ εἰς μὲν οὐρανὸν καὶ ἐν αὐτῷ ἔσται κομιζόμενοι τῆς παρὰ θεοῦ δωροδοκίας χάριτος, ἢ τῶναι κολάσεως, εἴθις ἔστι παρὰ ἡμῶν τὰς ἐπιταγὰς, ἀλλ' ἀπισθύνται, καὶ λαμβάνουσι. Et quoniam non videntur, minusque creduntur, non defuisse diuinam prouidentiam, quæ præstaret nonnullis, non tam è nostris, quam suis, vt per speciem oblata indicarent. Itaque Platonis exemplum secutus Plutarchus, vt ille quandam induxit, qui cæsus in bello, quatruiduanus reuixisset, referre, eo temporis interuallo visa prodigia: sic refert Plutarchus, fuisse quendam Thespesium, qui cum

Immortalita- tem animorū consequi præ- mia & sup- plicia.

A qui cum primum vitæ suæ cursum omni libidine, intemperantiâq; exegisset, amisso, bre- ui, patrimonio, iam necessitate cōpellente, scelestè vixerit, auiditate summa prosequens, quas eum pœniteret amississe diuitias, simile quid intemperantibus passus, qui cum ha- beant vxores, non custodiunt, his amissis, alienas corrumpere nitantur. Itaque cum à nullo dedecore, quod vel voluptatem vel lucrum promitteret, abstineret, facultatem quidem non multam, sed opinionem improbitatis breue ad tempus magnam sibi cōciliasse, præ- cipuèque eum infamem reddidisse oraculum editum ex Amphilocho. Nam cum misisset sciscituros an melius secum insequenti tempore agendum esset, respondisse fertur, Tum cum eo melius agendum, cum mortuus. Itaque paulò post, id nescio quo pacto ex- pletum esse. Nam è loco edito in collum delapsus, ex percussione tantum, nullo vulnere accèpto obiisse, Sed è sepulchro tertianum reuixisse: καὶ τετάρτῃ ἡδὴ αἰεὶ τοῖς τοῖς αὐτῶς ἀνήμεγε. Vbi se celeriter corroborasset ac collegisset, incredibilem quandam vitæ muta- tionem fecisse. Neque enim in commerciis quenquam iustiorē, neque sanctiorē er- ga Deum, neque inimicis infestiorē, amicis constantiorē eius temporis quenquam Cilices nouisse. Itaque permouisse multos, vt causam tantæ varietatis efflagitarent. Neq; enim putabant, id quod verum, & vt ipse retulit amicis, cum primis Protogeni, temere morum hæc varietatem accidisse. Itaque cum mens è corpore auolasset, quale si quis gu- bernator è nauis in profundum lapsus, sic eum se ex mutatione habuisset. Exinde paulum eleuatum visum sibi respirasse totum, & circumspexisse, velut ex vno aliquo corpore, pa- B tesfacta anima. Principio nihil solitum vidisse, sed sydera ingentia, plurimūque ab inui- cem distantia, splendorem insolentem & colorē mirabilem fundentia, solidum præterea vt animam inuectam luce, tanquam in tranquillo passim & celeriter differret. Multisq; spectaculis prætermisissis narraffe animas defunctorum ab imo ascendentes facere bullā luminosam. Sed aliis plerisque silentio præteritis, est primum in hac omni descriptione, quod Adrastia filia Necessitatis & Iouis super omnibus sceleribus vitrix altissimè consti- tuta est. Et quod nemo sceleratus, siue magnus, siue paruus, fuit vnquam, qui vel clam, aut per vim aufugisset. Varia autem ei seruire supplicia, quæ custos è tribus est, & administra, Alios leniter pro culparum ratione subiciens pœnis. Quorum autē sceleri maiore medi- cina sit opus, τῶν δὲ δικῶν μετὰ τῶν τελευτῶν ὁ δαίμων ἀποδίδωσι, Hos tradere Dæmonem pœnis post mortem. Qui autem sint prorsus immedicabiles, à iustitia reiectos, tertiam Adrastia seuerissimam ministram Erinnyū accurrentem ad eos vagantes, passimq; diffu- gientes, miserabiliter, acerbèq; omnes ἡφάμιστε, καὶ χεῖρόν τε εἰς τὸ ἀρρήτων καὶ ἀόρατων, Subla- tos è medio, in nefandum, inuisibilemq; locū intruissse. Reliquæ inquit pœnæ in vita, si- miles sunt pœnis Barbarorū. Vt enim apud Persas, vestes eorum qui plectuntur, & tias vellicant & cædunt, hi verò cū lachrymis orant absistant: sic plagā vel in corpore vel fa- cultatibus non esse vehementē. Quicunque autē effrænatus & impurus illuc peruenerit, hunc iustitia nudū mergere & abscondere, in teatro omniū, nihil illo abscondete. Ostē- diturq; bonis parentibus, si fuerint, execrabilis, & indignus. Quod si ipsi quoque scelesti fuissent, eos videns in tormentis, & visus ipse, purgatur, detractis vitis, ex diurnis dolo- ribus & pœnis, qui tanto superant magnitudine & acerbitate dolores corporis & in car- ne, quanto clariora sunt quæ per vigiliam, his quæ per insomnium cernuntur. Parte alia describit Plutarchus Paradisum, vnde aura mollis aspiret, & placida odoratāque. De sup- pliciis autem hoc ad alia congruit cum nostris, illic esse stagna, καὶ τινὰς ἐφορῶναι δαίμονας, Dæmonas quosdam astare, velut fabros ararios, instrumentis, machinisque attrahentes, immergentesque animas, quas insatiabilis auaritia, in scelera præcipites egisset. In his igi- tur omnibus, (neque enim cuncta referre laboro) etsi Plutarchus quædam fabulosius, Poëtarūque more retulerit, summa tamen hæc est, esse pietati, probitati, iustitiæ, simi- liter improbitati sua præmia. Nullum fore scelus in occulto, in teatro totius mundi latitantes hypocritæ aperendas. Esse supplicia animorum corporeis incomparabiliter acerbiora. Videri incredibilia, vel quæ de pœnis, vel præmiis passim prædicentur, quod absconsa sint, & oculorum obtutum fugientia. Dæmonas esse supplicii præfectos, quos alio nomine Erinnyes, iustitiæ diuinæ ministras, irremediabiliter, malos cruciantes, in te- nebris æternis è medio sublato, iure vocatas ἀόρατων, ἀρρήτων, quod,

Adrastia, scelerum vitrix.

Erinnyis, mi- nistra Adra- stia.

Inferorum descriptio.

Virgil. 6. Aeneid.

-Tantum, tenditque sub auras, Quantus ad ætherium celi suspēctus olympum.

Profundissimum, nefandum, teterrimūque carcerem, miserorum luctibus æternis re-

boantem. Instare Dæmones animis cruciandis. His constat, paucis demptis, eandem pri- D fci temporis esse, atque nostrorum sæculorum Theologiam, vt tunc obscuriorē, sic postea in omnium pectoribus, allata de cælo manifesta luce, refulgentem, si quid erroris mistum ferebatur, postea repurgato. Cætera quæ de purgatione sensit prior Plato, & nunc Plutarchus, vt animi à vitiiis contractis expientur, ad meliorēque habitum purgati reuertantur, & de genere pœnarum, paucis demptis, congruunt cum nostris.

Ex vetustissimis Poëtis, de pœnis & præmiis bonorum ac malorum. Philosophorum ac Poëtarum autore Plutarcho esse testimonium, manere bonos maxima præmia post vitæ cursum.

CAPVT XXVII.



IOVIS vniuersa Philosophiæ campos ingressus, in eam omnem oculos conuertat, facile noscet, hac ratione ab exordio generis humani, sæcula decurrisse, quod paucis ab hinc annis clarè, perspectèque, & celebriter creato mundo (cuius rei nemo prius illis sæculis dubius esset, & creatorem eius vniuersis agnoscentibus ac fatentibus, multaque de bonitate eius ac prouidentia, de præmiis item ex amore & cultu eius, aut suppliciiis ex contemptu consequentibus, vnanimiter prædicantibus) omnè hanc prædicationem, per omnes ætates, hominibus se diffundentibus, descēdisse, sed paulatim exoletam, partim celebritatem, illam, claritatemque amisisse, partim quæ remansisset, cōmentis humanis contaminatam, non eandem apparuisse, semper tamen hoc meliorē, quo vetustiore, & ab antiquitate minus disunctam. Haud igitur mirum, si tam multos ex prius illis de præmiis probitatis ac iustitiæ, vel ratione persuasos, vel successione doctrinæ, crebrisque Deorum vocibus & conspectu admonitos, inuenias cecinisse. Ecce enim Pindarus longè ante Christi aduentum, quemadmodum superiores, per tralationem rerum amœnissimarum, quas & in nostris litteris reperias, describit præmia iustorum. Quale enim Ioannes dicit, se vidisse beatos, palmas gerentes, laureatos, triumphâtes: simile Pindarus de his ipsis:

Pindari versus y de beatitudine bonorum, non exstant in iis que habemus: idem tamen locus est Olympi. Oda 2. An. istrop. 8.

Τοῖσι λάτρουσι μὲν μῦθος ἡελίος  
Τῶν ἐθάδε νύκτα κέκω,  
Φωνικοροδίατε λειμῶνες εἰσι ποθέσσειον αὐτῶν,  
Καὶ λιβάνα σκερῆ, καὶ χρυσοκέρποισι βέβηθε.  
Καὶ τοὶ μὲν ἴπποισι, γυμνασίοις, τοὶ δὲ πελοποῖς,  
Τοὶ δὲ φορμύρῃσι τέρψονται.  
Παρεὶ δὲ σφίσιον εὐανθῆς ἄπας τῆθιλεν ἄλκος.  
Ὅδμα δ' ἔρετῶν καὶ χέρον κίματαί αἰεὶ  
Θύμματα μνημῶτων περὶ τηλαφώνῃ  
Παντοία, ἡεὶν ὅτι βώμοις.  
His nitor ingens Solis, noctem dissipat atram.  
Eorum suburbana prata sunt virentia.  
Fructibus aureis, & thure prægrauantur arbores.  
Partim equis & palestra, partim ludunt calculus,  
Partim oblectantur & testudine.  
Eis semper odorata virefcit felicitas.  
Odor gratus & amatus, tota terra spargitur.  
Super altaribus diuinam redolet omnis suauitas.

Hæc Pindarus. Ego non reddidi numeros. His odoris, viroris, catus, alacritatis, tripudiorum tralationibus, describitur beatitudo cælestis. Sic & ipse manifestus felicitatis autor & præco: Amplius non bibam de genimine hoc vitis, nisi cum bibam illud in regno Patris mei. En potus & vinum. Similiter apud Ioannem in ripa fluminis Paradisiaci arbor vitæ ferens fructus singulo mense. Neque enim possumus sensus erudire nostros, nisi rebus manifestis. Erat igitur cōstans prius illis, insitæque fides de præmiis, iustitiæ paratis. Itaque Plutarchus hoc indicans: εἰδὲ ὁ τῶν παλαμδίατε ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λόγος ἐστὶν ἀληθῆς, ὡς αὐτῶν

Αὐτῶν εἰδὲ ὁ τῶν παλαμδίατε ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λόγος ἐστὶν ἀληθῆς, ὡς αὐτῶν  
Si vera sunt, inquit, vt par est, quæ prius Poëtæ & Philosophi prodiderit, pios qui decessissent, honoribus affici, quemadmodum fertur, esseque eis locum repositum, in quo eorum animi morabuntur. Hæc ait Plutarchus, sequens, vt vbi que solet, superiores Philosophos. Ex aduerso autem, de suppliciiis similia atque nostri perhibet, in eo quem De facie visum in Luna, ex anterioribus Philosophis audita: πᾶσαν ψυχὴν ἀνεῖντε καὶ σὺν τῷ σώματι σκλεπέσσειν, εἰμαρμένην ἐστὶν τῷ μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης χάσμα πηλασθῆναι, χερόνιον οὐκ ἴσον: Omnem, inquit, animam, siue dementē, siue cum mente, vbi è corpore lapsa esset, fato decretū est, errare in loco, qui est inter Lunam ac terrā, non æquali tempore: sed iniustæ, immoderatæque scelerū pœnas persolunt: bonas autem oportet in amœnissimo aëris esse loco, quæ inferorū prata dicunt, certo tempore, quoad expiatæ corpore, quod omnis mali causā fuit, ex in patriam velut postliminio reportatæ gaudiis perfruantur. In his Plutarchus, vt vides, criminum expiationem vbi discessum est à corpore, fatetur. Variam perhibet expiationē, quod d impuræ pendunt pœnas infra cælum, procul à loco, patriæque beata. Puriores autem expiantur & ipsæ, sed lenius, tranquillius, in aëre, donec admixtæ in patriam, æternis gaudiis perfruatur. Habes igitur apud eos omnia, quæ libris nostris celebrantur, de triplici sorte: aut eorum qui penitus adeunt regna beata, nusquam remorati: aut qui subitò rapiuntur ad supplicia: vel quibus purgantur peccata, quibus expiatis, vel in patriam reuocentur. Purgatoriū esse B infra Lunam & terram, quacumque nobis incognita ratione, modo summus iudex decreuerit, in loco quidem non sancto, sacro, beato, sed medio. Quanquam non desunt negantes mediam sortem. Gaudium quoque vides apud eos, gaudium inquam arcanum, ineffabile, quod gustant beati, expiati. Vides item patriam: vides hunc mundum exilium esse, & errorem. Errare, vagari animos, donec in cælum reuocentur. Item Plutarchus de suppliciiis improborum apertius scribit eodem libro: Extra, inquit, mare Caspium, & eos qui circa mare rubrum adhabitant, sunt profunda, Lunæ concaua. Quarum maximā vocant scylacem Hecates, vbi pœnas dant animæ, eorum quæ iam vel perpeffæ essent, vel fecissent. Hæc etsi fabulosius de Lunæ concauitatibus à Plutarcho dicuntur, summa tamen est, in profundo recessu animas pœnas male gestarum rerum dare. Ex his autem vel arguendus, vel certè declarandus Plutarchus cum in eo quem inscripsit, Quomodo deceat adolescentem audire poëmata, vult de fluminibus inferorū, & pœnis, Poëtis fabulosius cecinisse. Vel igitur sibi contradixit, vel sensit, vera quidem esse supplicia, sed addidisse Poëtis quædam fabulosius, ob qua eiecti sint è republica Platonis. Testatur igitur Plutarchus, Homerum, Pindarum, Sophoclem, vates prius, de pœnis, fœdæque inferorū habitatione cecinisse: εἶθεν τὸν ἀπὸ τῶν ἐρεθίζοντων σκότος, βλῆχροι δυσφρεῖς νυκτὸς ποταμοί. Hinc eructant sub immensis tenebris horrendæ noctis rapida flumina. En Pindarus tenebras illas canit, quæ dicuntur à Deo, Tenebræ exteriores, in quas, manibus & pedibus ligatis, iubetur impurus, contaminatūque proici. Sic Sophocles vates prius, Platone vetustior, & C damnationem miserorum, & vitam beatorum egregiè prædicauit: τριστόλαιοι κνήμοι βροτῶν, οἱ ταυταδὲρ φέροντες, τέλη, μολῶσ' ἐς ἄδ' αὖ τοῖς γὰρ μόνοις εἰμὶ ζῆν ἐστὶ τοῖς δ' ἄλλοις πάντα εἰμὶ κακῶ: Tèrque quatèrque mortales illi beati, qui vitæ metas has & fines contemplati tendunt ad inferos. His enim solis illic viuere datum. Aliis sunt illic cuncta mala, Hæc Theologia vetusta, Naturæ vox, testimoniiis cælestibus postea confirmata. Vides eum ter beatos, nimirum beatissimos prædicantem, qui vitæ fines respexerunt, qui duplices vitæ metas illas, viuentes ante oculos habuerunt, quarum altera ducit ad bona, altera ad summa mala. Beati, sapientes prædicantur, qui viuentes ad hæc acres acies intenderunt, hinc defixos oculos habuerunt, hic inenarrabiliter, innumèris vocibus prædicantur in sacris litteris beati, qui timent Dominum, qui diligunt iustitiam, qui spernunt impias & inconcessas voluptates, qui finem vitæ sapius respectant: prædicantur enim propter magna præmia, magnas illas & incomparabiles, sempiternasque delitias. Quia declaraberis Deus, in immortalitatis & diuinitatis gradu locaberis, tenebris horrendis euitatis.

Triples animarum sortitio. Purgatoriū locus.

Testimonium Plutarchi, Iamblichii, Marci Tullij, Pythagora, de præmiis ac supplicij post vitam.

CAPVT XXVIII.



IMILIA prodidit Plutarchus de suppliciis, in eo, quo scripsit... dictum sit, Viuendo latita, à priscis Theologis ac Philosophis... Esse tertiam viam, eorum qui impiè, legumq; præuaricatores vixissent, quæ tradat animas eis ἐρεβός τι χεῖρ ἑδέξαθρον, in voraginem quãdam, teter- rimumq; barathrum, vbi sonantia noctis horrendæ flumina rapiant & auferat è medio celandos obliuione sempiterna pœnis addictos κάλα- ζομδύς. Neq; enim esse vultures ad inferos, qui fibras semper renascen- tes, iecurq; iam vel rostris illis, vel tabo consumptum depascantur. Neque saxa quoque & pondera cernicibus miserorum semper impendentia, quorum iam corpora & neruos, brachiãque labor & tempus absumpserit, sed vnum verum supplicium esse malorũ, quod funditus è medio tolluntur, nullis amplius eos actos præcipites in flumen obliuionis æ- ternæ, visuris, in abyssum pelagũsque profundum haustos, vitæ omnis, motus, lucis exper- tes. Vera igitur definitio Plutarchi, de suppliciis æternis, quod longius à Deorum regnis scelerati summoventur, in tenebrosium, profundum, longissimum à luce & vita, omnique actione carcerem trudentur, merito vocatum ἀρήτων, ἀόρατων, infandum, inuisibile. Has seruatores tenebras exteriores appellat. Has arbitratur pœnas Plutarchus, quod luce & commercio bonorum, beatissimãque actione vitæ priuantur. Nemo eos amplius aspiciet obscuros, ignotos. At Iamblichus qui vitam dogmatãque priscorum Pythagoreorũ dili- genter, accuratèque perscripsit, decerpens ex omnibus illis, Mors, ait, non modò non est extimescenda pio, sed multò magis etiam optanda. Aut enim pereunte anima cum cor- pore, fit omnium malorum resolutio: aut ea remanente post discessum, resolutio corpore continget vita beatior. Sed quoniã est hoc postremum (claret enim animam esse immor- talem) certè nulla est alia via certa salutis, quàm vt optimam, prudentissimãque vitam agamus. Nihil enim fert secum anima tendens ad alteram vitam, quàm probitatem, vel improbitatem, quæ plurimũ prodesse, aut obesse defuncto noscuntur. Atque anima qui- dem melior μετα θεῶν οἰκεῖ, cum Deo habitat, per cæli regiones beatas inuecta. Quæ verò sese factis impiis contaminauit, impietate, impuritãque sordescens, proficiscitur ad iudicia subterranea, meritis pœnis deputanda. Ob quam causã, conandum est in hac vi- ta, dum licet, & datur, virtutem ac sapientiam indipisci. καλὸν γὰρ τὸ εἶδλον, καὶ ἡ ἐλπίς με- γάλη: Pulchrum enim est præmium, & spes ingens. Audendumque ei, qui in hac vita mo- ratur, vt omnes voluptates, corporeãque ornamenta, tanquam aliena à sese abiiciat, non alieno, sed suo cultu animum vestiens, sapientia, & iustitia, reliquũsue virtutibus: Sicque expectet profectiõne ad alteram vitam, velut abiturus, cum voluerit fatum. Quod cum ita sit, non magnis pecuniarum aceruandarum curis æstuanandum, non gloriæ, non ambi- tionis: sed prudentiæ, veritatis & animi, vt sit quàm optimus, studium capessendum. Ne- que enim fas est, quæ vili æstimari debuissent, plurimi facere: neque rursus, quæ magno in pretio decuisset haberi, nihili pendere. Non corporum igitur, & opum, sed animi. Nò enim ex opibus virtus, sed ex virtute opes. Viro igitur pio neque viuo, neque mortuo, mali quicquam euenire potest. Nec viuus, vel mortuus à Deo negligitur. Hæc Iambli- chus ex Platone, vt dixi, decerpta. Idem immemores sui, diuinarumque rerum obliuio- sos, omniãque stultè credentes ait à priscis designatos, fœminis vrnas ad inferos gestan- tibus. Quidam, inquit, eruditus, animum stultorum vrnam dicebat esse, propter creduli- tatem, tum propter insatiabiles cupiditates: τὸν δὲ κόσμον ὡς ἔφη τὰς με λέγων τὴν ψυχὴν εἶναι. τὴν δὲ ψυχὴν κοσμίαν ἀπὸ κείνης τὴν τῆς ἀνοήτων ὡς τετημενίω, ἅτε ἔ δυναμίδιόν τε γένω, δι' ἀπι- σταντε καὶ λήθην. Diuinè quoque refert idem Iamblichus, Pythagoram de pœnis infero- rum non secus atque in vera religione haberetur, statuisse, admonuisseque potius omnem contumeliã perferendam quàm adduci vt hominem interficias. πολλῶ δὲ μάλλον ἀδικεῖ- σται, παρήσειεν, ἢ κτενεῖαι ἄνθρωπον, ἐν δὲ γὰρ κείσται τὴν χρισιν. Marcus quoque Tullius Ro- manorum omnium eloquentia facilè princeps, cuius testimonium in rebus grauissimis pro cunctis Romanis sufficit, vtranque sortem bonorum scilicet ac malorum, credidit ac memorauit, antiquæ famæ subscribens: Illi igitur, inquit, impij, quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas parricidij luent: vos verò, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti.

Cruciatu im proborũ post mortem.

Mors optãda, cur.

Viro pio ne- que viuo, ne- que mortuo quicquã mali euenire po- test.

De

A

De Mundi Exitio.

CAP. XXVIII.



MUNDVM aliquando immensis ignibus cõflagraturum etiam Stoici crediderunt. De quo Athenagoras: τὸ το καὶ οἱ τῆς τοῦ τῶ λόγῳ ἑπιφανῆσαι τὰ πάντα, καὶ πάλιν, ἑστασαι φασὶν ἕτερον ἀρχὴν τῆ κόσμῳ λαβόντες: Hac ratione & Stoici, inquit, omnia inflamman- da in posterum, rursũque reficienda asseruerunt, aliud exor- dium mundi introducentes. Hæc & Ouidius videtur respexisse cum cecinit, *Esse quoque in fatiis reminiscitur affore tempus, Quo mare, quo tellus, correptãque regia cæli Ardeat, & mundi moles operosa laboret.* Affirmantur eadem ab Eusebio, dicente id fuisse placitum Hæ- racleiti & Empedoclis: τὸ δὲ γινέσθαι τὴν τῆ δὲ παντὸς φθορὰν, ἢ μόνον χριστιανοῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίαν σοφοῖς δοκεῖ, ὡς ἡερικλείτω τῶ ἑρισία, ὡς ἐμπροσθεν: Totius, ait, istius mundi in- teritum fore, non solum Christianis visum, sed & Græcorum siue Gentium sapientibus, vt Heraclito Ephefio & Empedocli. Lucanus itẽ, siue quod esset Stoicus, siue quod hæc de inflammatione & interitu mundi fama vetustissima sit, longo sæculorum successu ad posteros deuoluta, in eam consentit: *Inuida fatorum series, summisq; negatum Stare diu, nimioque graues sub pondere lapsus Nec se Roma ferens. Sic cum compage soluta Sæcula tot mundi suprema coegerit hora, Antiquum repetens iterum chaos: omnia mistis Sydera syderibus concurrunt: ignea pontum Astra petent: tellus extendere littora nolet, Excutiẽtque fretum: fratri contraria Phoebe Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem Indignata, diem poscet sibi. totãque discors Machina, diuulsi turbabit foedera mundi.* Lucanus quidem hæc. Patruus autem Seneca suã fortasse sectæ vestigiis insistens, in Epi- stolis eadem: Non terra, inquit, non cælum, non semper hic omnium rerum contextus, quamuis Deo agente ducatur, non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cur- su, dies aliquis deiiciet. Lucretius quoque quanquam non Stoicus, idẽmque Poëta me- lior quàm Philosophus, credo quod hæc apud Stoicos legisset: *Vna dies dabit exitio, multosque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi. Nec me animi fallit, quàm res noua, mirãque menti Accidit exitium cæli, terræque futurum.* Lucanus igitur copiosius expressit quod à Christianis existimatur & prædicatur de his, quæ in interitu mundi contingent. Primum machinam mundi solutis vinculis omnium rerum, turbandam, reuerfurãmque ad antiquum chaos: meminit horæ supremæ, de qua in sacris litteris creberrima mentio. Quodq; etiam in nostris litteris refertur, cælum in- uoluendum vt libri volumen, sic idem, Sydera syderibus concursura, igneaq; astra in ma- re lapsura. Id Esaias, Tabescet omnis militia cælorum, complicabuntur sicut liber cæli, & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu. Et Seruator in Euan- gelio, Astra de cælo cadent, & virtutes cælorum mouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis. Et Dauid, Ipsi peribunt, cælum & terra, virtutes cælorum astra. Diuus autẽ Petrus sæpe repetit in secunda epistola, Cælum & elementa igni absumenda, in die iudi- cij reseruata igni: οἱ δὲ νῦν ἔσονται καὶ ἡ γῆ, αὐτὰ δὲ λόγῳ τεθησασκε μωμένοι εἰσι πνεῖ τῆς γῆς εἰς ἡμέραν κρι- στός: Cælum istud quod nunc est & terra secundum verbum eius igni reposita sunt in diẽ iudicij. Deinde, ἐν ἡ οἱ ἔσονται ἵσθηδὸν παρελεύσονται, καὶ χεῖρα δὲ κερσεῖ, ἄλλα λυθίσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα καὶ παλαιόσονται: In qua die cæli fluminis instar præteribunt, elementa autẽ incen- sa resoluentur, & terra & quæ in ipsa sunt colliquefcent. Paulò post, diem Domini, com-

Mundũ ali- quando cõfla- graturũ in Stoici asseruerũt.

Metam. I.

1. Bellorum ci- uil.

Seneca, de mi- di excidio, e- pist. 75. vide & 3. quæst. natural. cap. 26. 27. 28. 29. 30.

Lucret. lib. 5.

2. Proc. 6.

Esai. 34.

Mat. 24.

1. sal. 101. Cap. 3.

memorans ait, δι' ἣν ἕρπονι πύρινοι λυθίσονται, καὶ φοιχία κενύσονται. Per quam celi in-  
 flammati & elementa liquefcent. Hæc diuus Petrus. Sibylla quoque cōmemorat ἀμνῆ  
 sulphureum de cælo labentē. Non tacuit etiā alia prodigia, quæ fore in fine mundi in no-  
 stra Theologia prædicuntur. Videnturq; ad alia Poëtæ hæc in libris Sibyllinis legisse. Nō  
 diffenserunt autem, si rectē iudices, Stoici à Christianis in reparatione mundi. Siquidem  
 & nostri mundum nouum, & terram nouam fore vaticinantur. Senferuntq; Stoici refi-  
 ciendum mundū, non eundem, sed quasi renouandū, aliumq; restituēdum. Nostri quoq;  
 interitum mundi, renouationē interpretantur. Quorum Eusebius: ἡ παλαιὰ γῆ, φθορῆν ὁ  
 κόσμος χωρήσει, ἀλλὰ τῆς ἀναχρησιμότητος. Non prorsus, inquit, mundus in occasum tēdet, sed ad  
 renouationē. Hippolytus quoque & Hieronymus & Eusebius idem alibi, & alij plerique,  
 eadem fatentur: Eusebius scripturam sacram interpretans, quæ de interitu mundi apud  
 Esaiam vaticinatur: ἵτι τὴν γῆν δὲ ἐν ἑσθίῳ ἀξίον γενόμενης τῆς λόγους, ὡς ἐ φθορῆν, ἢ δὲ ἀπώλειαν, ἢ  
 δὲ ἀφαισισμόν ἔσονται τῆς ἕρπονι σημεῖον ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς ἐν ἐλισσομένης βίβλος φανερεῖται τὸ ἐν αὐτῇ γῆ-  
 ρα μὲν δὲ μὴ φθίρεται ἢ βίβλος, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀνεληλυθόσης τῆς ἀεὶ μελέτης τῆς συμπαγῆς αἰώνος  
 ἀνάστασις, ἀναπνεύματα δυνάμεις ἀπαιτούσι τῆς χτ' ἢ τὸν ἀέρα ἀναπνεύματα δυνάμεις  
 αἰ πάλαι δύναν ἀπαιτοῦσι πολλὰς ἀπαιτήσεις πεσοῦνται, ἵτι καὶ αὐτὸς ὁ σατανᾶς μεταχρηματιζόμενος ἐπὶ ἀγ-  
 γελον φάσκει πᾶσι πᾶσι ὡς ἀπαιτοῦσι ἢ τῆς ἕρπονι. Quæ sunt, Obseruare hoc loco operæpretium  
 quæ dicantur: non enim interitū, aut abolitionē, vel perditionē cæli futurā dicit prophe-  
 tia: sed sicut inuoluto libro, declarantur & panduntur ea quæ sunt inscripta, liber autē nō  
 deletur: sic obuoluto libro quo totius æui res gestæ continentur, aduersæ potestates de-  
 cidēt ex habitatione aëria. Tunc in quā hæc, quæ quondā quasi stellæ multos solerent de-  
 cipere, cadent. Quando & Satanas ipse in Angelum lucis transfiguratus, cecidit tanquā  
 fulgur de cælo. Hæc Eusebius, nō quidē declarans quomodo sit rerum innouatio futura,  
 sed tamen sentiens non abolendum mūdum: Astrorum autem lapsus hoc duntaxat lo-  
 co, in Dæmonas referens. Quod & Cyrillus aperitē sentit: ὅτι τῆς γῆς ὀργῆς ἢ ἐφοδῆς ἢ χτ' ἢ μό-  
 νων ἢ ζῶν τῆς ἕρπονι, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῆς δρᾶμεται τῆς ἀναχρησιμότητος, καὶ ἀναχρησιμότητος γὰρ δὲ ἢ  
 ὑπὲρ αὐτῆς δύναν τῆς μακαρίων, τετυγενηκότες μὲν εἰς χεῖρας μακαρίων, καὶ ὅλην ἀπωλείαν τῶν  
 ὑπὲρ αὐτῶν ἐξαιτούμενος τῆς δυνάμεως τῆς δυνάμεως. Diuinæ iræ impetus, non solūm contra terre-  
 stria defæuiet, sed etiam contra ipsos immundos spiritus: plectentur enim gladio illo di-  
 uino, cuius iustitiæ subiacent qui longo olim tempore tyrannidem exercuissent, totaq;  
 subcælesti habitatione amissa, pœnas reposcēt suarum impietatum. Vides hic refuge-  
 re Græcos fateri astra peritura, virtutesq; calorū Dæmonas, quàm astra malum inter-  
 pretari. Subdit autem Eusebius eadem asserens: τῶν αἰώνων δὲ μεταβολῆς τῆς ἐν τῷ ἀέρι τῶν πο-  
 τῆς καὶ ἀναπνεύματα δυνάμεις ἢ ἀναπνεύματα μακαρίων. τῆς δὲ δυνάμεως ἐργασίας τῆς ἕρπονι ἀπώλειαν  
 ἢ χτ' ἢ μολυσμῶν. Primum, inquit, gladius Dei corripiet sceleratas & aduersas in loco aërio potesta-  
 tes, exinde impiorū in terra degentium animas. Hic & hoc loci virtutes caelestes inter-  
 pretatur non stellas sed Dæmonas potius, quia non prorsus cælum perdendum opinaretur.  
 In hac item sunt alij Theologi Græcorum, quorum autorum grauiissima est opinio. F  
 Siquidem idem quem superius nominauit Cyrillus, vbi Esaias scribit, Quia cali sicut fu-  
 mus liquefcent: γῆραι τὸν δὲ τῆς φοιχίαν εὐφροδῆς ὀνομάζει τὴν εἰς τὸ ἀμείνω μεταβολῆν, ὅσα ἐν τῷ  
 κτήσεως ἀναχρησιμότητος οἶον ἐν κερῶν ἀνάστασις, καὶ ἀναχρησιμότητος ἵτι σωματίων τῶν ἀναπνεύματων ἔσονται  
 φοιχίαν, τὸ σωτηρίων μὲν εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται. Innouationem, ait, reparationemq; ad meliōrē statū  
 appositē dixit mortem elementorum. Itaque fore prædicat quemadmodum corporum  
 humanorum, renouationem rerum creatarum, quasi à mortuis resurrectionem. Resolu-  
 tis autem elementis, salutare meum erit, inquit, in æternum. Eadem alius Theologus af-  
 firmat, qui Seuerus dicitur: ἡ παλαιὰ γῆ ἀπώλειαν ἔδδ γὰρ οἱ χρονολογῆτες αὐτῶν ἀναπνεύματων τοῦ  
 αὐτῶν ἀναπνεύματος, ἀλλὰ τὴν τῆς χρονολογῆτες αὐτῶν ἀναπνεύματος μεταβολῆσονται. Quæ sunt, Nō  
 omnimodam dicit consummationem: Neque enim & hi qui inhabitant ipsam terram,  
 tali interitu subiacent, sed temporariam, per quam in corruptionem mutabūtur. Hæc  
 à Theologis Græcis pari consensu approbantur, quæ nos ter sensit & affirmauit Hierony-  
 mus. Qui in id quod ait Psalmus, Et sicut pallium inuolues eos, & mutabuntur: Ex quo,  
 inquit, ostenditur perditionem calorū non interitum sonare, sed mutationem in meli-  
 us. De quibus dicitur, Erat cælum nouum, & terra noua, quæ ego faciam permanere in  
 conspectu meo, probat etiam ex eo, quod omnis creatura ingemiscit, vt mutetur & ipsa  
 in melius, cum non animæ solum suapte natura immortales; sed etiam corpora glorifi-  
 cabuntur, & præteritis antiquis, facta fuerint omnia noua, conformandaque esse omnia,  
 sicut

Mundus, & terra noua. Vide Aug. ciuit. Dei lib. 20. cap. 16. & 17. & Laſtami. 7. cap. 24.

Nonnulli putarunt astra non peritura.

Psal. 101.

Non interitum calorū fore sed mutationem in melius.

A sicut & Seuerus opinabatur, hominum innouationi. Denique concludit tametsi senten-  
 tiæ alternarent, glorificatis & innouatis hominibus cætera innouationem secutura: nul-  
 la putans posse consecutione deduci, vt peritura sint omnia, cum hominum animæ im-  
 mortales, corpora verò immortalia surrectura, maxima ac præcipua mundi pars non  
 finit in nihilum redigenda, sed futura potius meliora. Qui dicit omnem mundum in ni-  
 hilum abiturum, dicit etiam animas hominum & corpora, præcipuam mundi partem.  
 Hoc autem veritati est contrarium. Ex superioribus autem Diui Petri testimonio ostē-  
 ditur resoluenda ardore omnia & consumenda: Cælum videlicet & elementa, terram  
 & omnia terrestria. Sed quoniam horribile est ad cogitandum, vt in nihilum redeant  
 omnia, & tum rationes, tum sacrarum litterarum testimonia nihil tale minari noscuntur  
 (Nam & idem ille Diuus Petrus, qui toties tantaque asseueratione clamauerat, igni cæl-  
 um & terram & omnia terrestria consumenda, affirmat fore cælum nouum terramque  
 nouam, id quod secundum promissionem diuinam, καὶ τῆς δὲ ἕρπονι, καὶ τῶν γῆ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς  
 μα αὐτῆς φθορῆς ἀμείνω, ἐν οἷς διχρησιμότητος χρονολογῆτος) videtur hoc constantissimè tenendum, in  
 quo Stoici quoque consentiebant cum Theologis, interitum fore rerum quas cernimus,  
 sed ita, vt resolutis his, sit alius mundus, siue ex his reparatus siue aliunde introductus.  
 Atque cælum nouum, & noua terra, siue nouus mundus, vt Stoici tradebant, aut ex his  
 ipsis rebus reparandus reficiendūque est, aut alius quidam futurus mundus. Primum  
 igitur tota Theologia clamat, cælum & terram resoluendam. Secundo, resoluenda per  
 B ignem omnibus intra cælum & terram, cum ipsis simul incensis. Hæc accensio sine dubio  
 ita cuncta resoluēt, vt penitus intereant & aboleātur. In nouo autem mundo omnes  
 consentiunt. An ergo ex cineribus illis reliquiisque exusti mundi sit tanquam Phoenix  
 ex cineribus suis reparandus, an futurus alius quidam alterius generis mundus, hoc cog-  
 nitu dignissimum est, maximèque necessarium. Duobus ergo sensibus potest intelligi  
 mundi perditio ac renouatio. Primus est, vt omnibus rebus caelestibus & terrestribus  
 consumptis, futurum sit aut Chaos, aut id quod erat ante mundum (erat autem nihil.)  
 Secundo, vt abiecta hac forma & natura, penitusque in nihilum redacta, succedat alia vice  
 eius. Hic innouatio potest intelligi, aut ex illis mundi reliquiis, vt dixi, aut ex aliis qui-  
 busdam rebus alter mundus. De perditione prorsus secunda sententia vera est. De inno-  
 uatione, an renouanda sit terra & aqua & aër, & quasi reformandus veluti vas recoctum,  
 nouumque redditum, an pro præsentī futurus sit alius alia natura, alia substantia, alia for-  
 ma mundus, in quo non aqua, non aër, non terra, non cælum ac sydera, sed alius quidam  
 mundus, difficile expedire est. Videtur autem hoc postremum Theologia vaticinari,  
 nullam rerum harum corruptibilitatem futuram, sed alium quendam mundum. Ac diuus  
 Petrus duobus locis, clarum super hac re præbuit testimonium, in libris recognitionum,  
 quos discipulus eius Clemens conscripsit, & in hac secunda epistola. Sed primum au-  
 diendus est Didymus ille videns, à quo potest cognitio & finiendi mundi & innouandi,  
 & ratio cur finem sit habiturus, percipi: παλαιὰ μὲν πάντων τῆς ἕρπονι τῶν χρονο-  
 κῆν ἀρχὴν ἐν τῷ ἡνείκεν λαχόντα, πολλὰς χρονολογῆτες ἀναπνεύματα, τὸ δὲ παλαιὰ μὲν, καὶ  
 τὸ ἐλπίδεσθαι αὐτῶν σημεῖον παρεληλυθόσης τῆς χρονολογῆτες, καὶ ἡνείκεν συνέδραμον τῆ  
 ἀναπνεύματος, ὡς γὰρ τὸ παρεληλυθόσης ἐλπίδεσθαι μετὰ τὸ πληροῦσαι τῆς χρονολογῆτες, ἔπος ἔπει καὶ τὸν ἕρπονι, ἀλλὰ  
 τῆ γῆ, πάλιν ἀναπνεύματος ἔσται μετὰ τὸ παρελθεῖν αὐτῶν χτ' ἢ τὸν λήγοντα σωτήριον, ὁ ἕρπονι καὶ γῆ  
 παρελεύσεται: Omnia, inquit, temporī subiecta, senescunt. Nam quæ temporis principium  
 nascendo habuerunt, longo tempore antiquantur. Quod ergo canit Psalmus, Vetera-  
 fcent, & mutabuntur: designat eum vsūm abiisse ac defecisse, quo rerum ordines sustine-  
 bant aiebantque. Vt enim indumentum vbi officio functum fuerit obuoluitur, sic cæl-  
 um ac terræ functæ munericibus suis abibunt, rerumque erit restitutio, iuxta dictum Ser-  
 uatoris, Cælum & terra tranfibunt. Huc vsque Didymus. Quibus probatissima ratio  
 proponitur, cur mundus finem sit habiturus. Hæc autem summus docet Theologus.  
 Primum, mundum antiquandum, vetustate & senio interiturum, sed non eo senio quo  
 res mortales corrumpuntur atque abolentur. In cælo tale senium nullum est, sed aliud  
 quoddam cuius similitudo ex vestibus ostenditur, cum deponimus eas vbi nobis esse  
 vsui deficiunt, tanquam inutiles eas exuimus atque obuoluimus. Sic mundus, id est, cæl-  
 um nō ed delebitur, quod eadem vetustate atque omnia animalia, arbores, maria, mon-  
 tes, aliquando sit defeciturus, sed quia cessabit vsus eius, quo rerum tantos ordines per-  
 agebat. Totus autem vsus iste cæli, est lucis, caloris, motus, vt omnia gubernet, gignat,  
 T

Omnia peribunt.

Mundi perditio ac renouatio.

Psal. 101.

Luc. 21.

Mundus quomodo delendus.

alat, vitam omnibus suppetat. Hæc autem hominibus fiunt. Homini fulgent sydera, homini nascuntur plantæ, animalia, hominis est terra domicilium. Vt terra hominis est, sic omnia terrestria. Ac quoniam terrestria à cælestibus aluntur, ea ratione apparet cælestia fuisse reperta, vt habitatoribus terrarum deseruissent. Itaque omnes vsus, omnes visibiles ordines, ac rerum facultates, ad hominem reuocantur. Hominibus igitur eiectis in sempiternum è terra, cui florebunt campi & montes, quibus equi, boues, cæteraque animalia nascuntur? Cui cælum fulgebit? Quis contemplantur admirabiturque cæli mirabiles ordines, ortus & occasus certos & ratos? Quibus Sol iam sua luce faciatis noctem relinquet, nocte quoque ex quiete refectis iucundam referet lucem, idque vicissim per totum orbem, aliis diem præsentia, aliis noctem absentia efficiens? Sic item dum aliis ætatem accessu, aliis hyemem discessu præbens, ab vtroque Tropico iter vicissim mirabilique ordine peragens. Semper agens nunc ætatem, nunc hyemem, vt omnia resciantur, humores concrecant, fruges maturecant. Hoc ordine soli terrarum coloni, totum circumquaque orbem sursum ac deorsum occupantes, fruuntur. Solis ipsius ostenditur excogitatus. His eiectis, aut ad meliorem sortem, quoniam hæc mortalia & corruptibilia sunt, solum corpoream vitam, non maius quoddam opatissimumque bonum habetia, receptis, quid Sole opus erit, cum vita corporea non erit opus? Cum erit alia vita, quam & rerum humanarum probat necessitas, & mysteria cælitus reuelata demonstrant. Adueniente maxima Solis luce, lucernæ & faces remouentur: adueniente maxima vita, qua maior desiderari non possit & melior, vsus iste corporeæ vitæ profusus cessabit. Hæc autem efficiuntur à Sole, omniumque mortalium formarum autore. Qui nactus terrestrem humorem, omnes generatim species elicit è terra, hominisque peragitur vsu uersus ordo. Quibus amotis, vanus & inutilis erit. Hoc ergo dicebat Didymus, eadem diuus Petrus, & hoc senium est mundi. Sed duplex potest intelligi mundana vetustas, naturalis corporis ipsius ætherij, quod sit natura similiter atque alia corruptibile, quod neque ratio concedit, & tota Philosophia ac Theologia negat. Ratio enim ostendit ætherium corpus esse incorruptibile: quoniam quod futurum erat causa cæterorum, ipsum oportebat esse incorruptibile: ne si & ipsum interiret, reliquarum rerum esset exitium. Quod etiam fuit tot sæculorum lapsibus incorruptibile, de cuius magnitudine & qualitate nihil abierit, apparet semper in posterum fore incorruptibile. Nam futuri interitus ac senescentiæ, aliqua iam indicia præcessissent: præcessisset mutatio ab exordio ad hanc ætatem: de corpore quoque, quemadmodum in arboribus, montibus, scopulis, animalibus senescentibus, aliquid decidisset. Non constaret idem Sol, non eadem cælum fulgoris esset plenitudo, idem radiorum vigor. Hæc igitur senectus nusquam est. Hanc infenscentiam Plato, Aristoteles, nostrique pariter decantant. Ac Plato in Timæo, Deum ita fecisse hunc mundum, vt nullam iniuriam posset recipere: *ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἀμοσον ἡ αὐτῶν ἐπιτηθήσεται, καὶ τανυαὶ ὡς ἀζυμῆτα τὰ σώματα (καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ, καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυροὺς ἔχει) ἀεὶ μετέμεινα ἔσθωεν καὶ ἀεὶ ἀσπίπτοντα ἀκίβητος, λυβὴ καὶ νόστις, γήρας τε ἐπαρρησίου φάσμα ποιεί: Διὸς δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ τὸν λογισμὸν τὸνδεῖν ὅλον ἐξ ἀπάντων, τελέων καὶ ἀγήρων καὶ ἀμοσον αὐτῶν ἐπιτηθήσεται.* Quæ sunt, Præterea vt esset infenscibilis & ægritudinis expers, intelligens quod ea quibus constant corpora calida & frigida, & quæ validas habent vires, exterius imminuentia, & importunè incidentia, dissoluunt, ægritudinesque & senium adducunt, & interitum. Ob hanc causam hæc secum perpendens, vnum totum ex omnibus perfectum, infenscibile, ægritudinis expers, ipsum molitus est. Hæc antea Timæus Pythagoreus tradiderat, Doricè loquens, *ἀκίβητον τῶν σῶματι κινῶν, ἔγχετο ἦν δὲ γὰρ τὰ τέτατα ἄλλα: Incorruptibile ab omni exteriori corruptione. Nihil enim est extra mundum. Causam quoque immortalitatis mundi dicit esse, quod vbi sit rerum & elementorum æqualitas & eadem proportio, alterum ab altero non possit offendi, indissolubilem temperatam habentia. Similiter Aristoteles cælum ait esse *σφαιροειδῆσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων ἀκίβητον τε καὶ θεῖον: Elementum substantia à quatuor reliquis diuersum, incorruptibile & diuinum. Hæc non illi solum putauerunt, sed etiam à nostris facile conceduntur. Chrysostomus eloquentissimè, vt omnia: *Ὅσα ὄρεσις τῶν ἕρμων, πῶς καλὸς, πῶς μέγας, πῶς ποικίλος τῶν ἄστρον ἐσθρανοτικῶν χωρῶν, πόσον διήρκεσε χρόνον, πεντακίχλια γὰρ καὶ πλείω ἔτι λοιπὸν ἔσθκει, καὶ τὸ πλήθος τῶν ὄσων ἐπιτηθήσεται αὐτῶν γήρας, ἀλλ' ὡσπερ σῶμα νεὸν καὶ σφριγγῶν, ἀκίβητον ἔχει καὶ ἐνακμαίβουσαν αὐτῶ τῆς ηλικίας, πῶς ὄρεον, ἔτι δὲ καὶ ὁ ἕρμων, ὅσων ἐξ ἀρχῆς ἐλάχε κάλλος, διετήρησε, καὶ ἐδὲν ὅτι τῶ χρόνῳ γέροντι ἀδυσήτερος. Nonne vides, inquit, cælum hoc vt pulchrum, vt ingens, vt altorum choreis varium? Quantum temporis viguit: Quinque ac plus annorum millia processerunt. Et hæc annorum multitudo***

Duplex mundi vetustas.

Cur immortalis mundus à Platone constituitur.

A multitudo ei non adduxit senium, sed vt corpus nouum ac vegetum, florida vigentisque iuuentæ viret ætate: sic cælum quam habuit à principio pulchritudinem, semper eadem permanfit, nec quicquam tempus eam debilitauit. hæc Chrysostomus. Verè igitur suapte natura infenscibile & inuariabile est cæleste corpus, indelebileque eius pulchritudo. Est enim purissima substantia, expers omnis iniuriæ, loco & natura. Corruptuntur autem omnia aut ab igne, aut aqua, aut aëre, aut terra, longè lateque à cælo distantibus. Philo igitur Iudæus, vir eloquentissimus, dogma Theologiæ Mosaicæ, testatur esse cælum creatum quidem, sed non interitum: quanquam ex libris Mosaicis non probat quod asseruit, sed rationibus duntaxat depugnat, alia labefactari detrimentis extrinsecus irruentibus, alia malis intestinis: vt ferrum si rubigine corrodat, sui ipsius internæ malo depasci: sin domo vel vrbe concremata, & ipsum concremari contingat, alieno morbo dissolui: sic animalia vel propriis morbis cadere, vel cædibus externis, quorum nihil euenire possit mundo. Sed illa præponderat ei ratio, quod à Natura propter ingens robur insuperabili continetur, omnes iniurias quæ possunt accidere superante. Illa quoque videtur ei valdissima, nullam fore vnquam causam, ob quam Deus in perniciem operis tanti sese vertat. Hæc ille: quæ post melius examinabuntur. Hæc igitur est prior infenscentia à nemine negata. Alia est quam Philosophi nescierunt, cum vsus cæli inutilis erit, ignis eius & lumen, nulli proderit. Senescet ergo cælum, quia senescet vsus & causa creati & permansuri cæli. Ideo enim creatum fuerat durabile, vt nunquam vitam hominum interrumperet, & quoad ipse Deus vellet, viuerent. Succedente vita meliore, quæ nullam à Sole & stellis habeat dependentiam, quis eis amplius erit opus? Diuus igitur Petrus docet promissionem esse cælestem, de mundo nouo & terra, in quibus iustitia habitat. Amoto igitur presenti, succedet cælum & mundus, in quo iustitia inhabitat. Non habitat autem iustitia nisi in cælo, vt Plato quoque & Poëtæ dixerunt, in propriæ charitatis sanctitatisque domicilio. Apud homines regnat potius iniustitia, quæ & diluuium adduxit, & incendiū vrbium impiarum profudit, quarum superbia & iniuria maxima memoratur. Iustitia autem non solum ipse est Christus, à quo omne ius manat, omnis ordo, omnis lex (Nam & Stoici legem dixerunt rationem summi Iouis, omne moderamen, & ad eum spectat omnium bene & malefacta diiudicare) sed etiam omnes qui cælum adierunt, non sine iustitia peruenerunt. Inde exultant æternum cædes, rapinæ, quidquid possit iustitiam profanare. Hoc cælum restabit, hoc vigebit tanquam melius, cum genus humanum ad vniuersale iudicium adductum fuerit, cum dabitur pietati ingens præmium, aliis ad cælum Empyrium, quod solum erit, splendentesque domos ascendentes, aliis ad tenebras exteriores in centro terræ detrusis. Alij suspicient tantum fulgores æternos, & quasdam quasi procul visiones intuebuntur, voces diuinas longè resonantes audient, medij inter vndeque beatos, & vndeque miseros. Cælum igitur istud ad corpoream vitam repertum renouabitur. Cælum Empyrium restabit, implens fulgore terras. Tunc erit lumen Solis septem vicibus maius quam fuisset. Solè, pro lumine amplissimo, largissimoque illo Empyrij cæli, quod ab altissimis cædibus omnia sursum ac deorsum immenso lumine collustrabit, Vate vsurpante. Restabit autem terra, ad quam exusti cæli reliquæ peruenient, tametsi ætheria substantia leuissima sit: qualis nubium albertium, purissimarum, altarumque. Restabit terra initium mundi, quæ in æternum stat, purgata tamen & complanata collibus ac montibus, quod Sibylla dixit. Docuit igitur diuus Petrus in Epistola apud Clementem in Recognitionibus, quomodo nouum cælum sit futurum. Dixit enim superius, *ὁ πῶς ἕρμωνος*, præsens hoc cælum quod cernimus, hoc cælum quod aspicias igni seruatum. Apud Clementem verò multa super hoc Simonis magi resellens impietates, differit. Vt superius Philosophorum positæ sententiæ de mundi exitio perpendantur, dicendum est, si Stoici & Lucretius, vt dicta eorum probare nituntur, rerum abolitionem naturali necessitate futuram suspicantur, facilius futurum vt rationi iudicioque Aristotelis & Christianorum, mens conquiescat, quam suspicionibus eorum. Vera enim est sententia Chrysostomi, quæ prior Aristoteles, maiorque Plato conceperant, corpus ætherium liquidissimæ substantiæ suapte natura nec dissolui, nec villo senio, quemadmodum rerum terrestres posse cõtabescere. Quod enim tot annorum curriculis illesum fuit, cuius magnitudinem, pulchritudinemque corporis, nulla temporis iniuria labefactauit, nulla sæculorum macula vitiauit, vtique tale semper futurum est, cuius fulgor nec vnquam impalluisse, nec decreuisse perspectus est, quod pati debuit aliquando: tot antè sæculis, si futurum erat, certè

Annotum multitudo non adducit mundo senium.

Philo dogma, de cælo nunquam interituro.

Cælum peribit, cum erit cæli vsus inutilis.

Idem penè est Lactantiij dogma lib. 7. Vide eiusdem epistomen cap. 11.

Esai. 34.  
Matt. 24.

Rom. 8.

De natura  
Deorum 2.

Error Stoicorum.

nunquam patietur, nec aut senio debilitatū, attritumq; diffluet, nec ardoribus vllis, cuius est altissima regio, cunctis ignibus inaccessa, concremabitur, nec vllā quā cetera corpora iniuriā recipiet. Aliæ rationes apud Aristotelē videantur. Quod igitur Plutarchus ait in libro contra Stoicos, eos apertē prædicare, τὸ θεὸς ἀπαντα εἶναι γενεόντας, καὶ φεσθιστομένους ὑπὸ πυρός καὶ αὐτὸς ὡσαύτῃ κινεῖται καὶ καταπέμνεται πῦρ: Vniuersos Deos creatos esse & interituros, liquefaciendos ab igne veluti plumbeos cereosq; ratione quidē nulla fieri potest: sed vera tamen Stoici loquebātur, ab anterioribus sæculis audita, quibus Sibyllæ Prophetæq; cantabant fore, vt omnis aliquando cæli cōpago, magnis ignibus inflāmata deflueret. Ad alios eximius Prophetarū Esaias, similiter atque Stoici scripserat, Tabescet omnis militia cæli. Complicabuntur, sicut liber, cæli: & omnis militia eorū defluet sicut defluit folium de vinea & ficu. In Evangelio quoque Deus ipse, Astra de cælo cadent, & virtutes cælorum mouebuntur. Et Dauid, Ipsi peribunt. Et idem Deus, Cælum & terra transibūt. Virtutes autem cæli, Græci interpretes apud Esaiam, Stellas interpretantur. Vera igitur Stoici scripserunt: sed quod diuinis reuelationibus fuerat proditum, illi futurum alia ratione credebant, naturaliter humore omni consumpto, totā machinam à cælo vsque in terras conflagraturam. Verum igitur id erit: sed cū extra naturæ cælestis leges, quibus incorruptibile nullēq; iniuriæ subiectum est ætherium corpus, sit futurum, Stoici referre debuerant, si poterant non in senium, debilitatēq; corporis cælestis, aut ignes illos immentos mundi, sed illam potentiam, quam Sibyllæ monstraerant, Deum, meliora mortalibus daturum, cunctis, quo melior lucentiorq; mundus sequatur, renouatis aliū mundum facturum. Omnis enim, ait magnus Paulus, creatura hanc renouationem expectat, ingemiscens & parturiens, expectansq; reuelationem filiorum Dei. Quæ quidem reuelatio futura tunc est, cū claritas sanctorum corporum, quæ resurgentia glorificabūtur, manifesta terris erit, cum qua rerum cunctarum renouatio consequetur. Ob id ab ipsis rebus expectata, quarū cum filiis Dei futura sit in melius reformatio. Quod igitur Marcus Tullius, inducit Stoicū referentem, Ex quo, inquit, euenturum nostri putant, de quo Panætium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret, cū omni humore consumpto, neque terra ali possēt, neque remearet aër. cuius ortus aqua omnis exhausta esse non possēt. Ita relinqui nihil præter ignē. A quo rursus animante ac Deo, renouatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. Audierant euenturam mundi conflagrationem Stoici, sed ad naturales causas eam reuocantes, errabant. Quem errorem facillē meliores Philosophi coarguent. Partim probantes nullam offensam posse cæleste corpus accipere, partim nunquam futurum, vt omnis humor absumatur, quod necesse sit omnem aquam absumptam, non in nihilum, sed in nubes ac vapores euanescere: quibus denuo coactis, reparatur aqua, semperq; is ordo remeet elementorum, nihil in nihilum abire, natura patiente. Nunquam, si quis arcana Naturæ contempletur, eueniet, vt omnis aër, omnis aqua, cuncti vapores humoresq; in nihilum aut igneam duntaxat materiam dissoluantur, eò quod simul ardore Solis humor exhauritur, simul aër frigidus fecundus humiditatis reparatur, simul in nubes hymbriferas grauidatur, simul in cauernas subterraneas in flumina fontesq; emanaturus, recipitur. Nec vlla fit humoris exhaustio, quin eadem opera fiat eiusdem reparatio. Tantā Soli radianti, potenti, moles humorum per omnem mundum obiecta est, vt eodem tempore quo concoquit humores, & terras ardoribus torret, alio terrarum hemisphærio regnet humorum copia, vigens & dominās absente Sole, & cū terras nostras inflammant æstiuī dies, humorq; absumitur omnis, eisdem sub Antipodibus sæuit hyems, præcipitesq; cadunt ex æthere nimbi. Semper hoc ordine vigente, quem nulla tollat diurnitas, tanto contextu factis elementis, vt alterū alterius perniciēs nunquam esse possit, tot sunt, eruntque semper in mundo nubes, humoresque, quantum Solis & ignis, flammæq; cælestis. Nec dabitur vnquam vt abolere possit ignis aquam, tantam semper futuram, vt iugiter ardoribus Solis resistat, omnemq; conflagrationem prohibeat. Sic ardor solis diluuiā prohibebit, dico autem non particulares aut cōflagrationes, aut eluuiōnes, sed vniuersales, quales Stoici somniabant, Naturæ legibus nunquam euenturas, quod euenire non possit. Quid? quod si vera dicerent, iam perniciēs ista & humoris exhaustio, principium habuisset, aut ad medium adducta fuisset. Iam forent ætates torrentiores, iam minus vbique vaporis, iam terras squalores pressissent, iam torreri mortales cœpissent, exhausta maria, flumina, paludes, lacus, quorum nihil hæctenus conspicitur. Superest igitur vera quidem eos tradidisse de cōflagratione, de nouo

Ade nouo mundo: sed hoc vnū non vidisse, non rationibus Nature, sed illius nutibus hoc euenturum qui cuncta creauit, potens eadem qua creasset potestate, cuncta resolueret. Quem cū bonitas impulerit ad creandum, quo consilio & potestate creauit, eadem, pulchros ordines illos, vinclaq; tenacia rerum resoluet. Creauit autem, vt etiam Stoici fatebantur, hominibus omnia, quibus solis desuper stellas micantes accendit, Solis cursus Lunæq; meatus instituit, terras proferre cibos iussit, animalia bruta ad diuersos vsus eduxit. Hoc consilium cū generationis omnis causa fuerit, idem cunctam generationem remouebit, cū remoti fuerint, quibus omnis generatio parabatur. Nulla Naturæ necessitas Solis æternos cursus sistet, nulla luminis naturalis heberatio flagrantēs eius radios terris auferet. Sic nullus necessarius ignis populabitur aëra & terras, aut inundatio rapiet montes & campos vrbesq; sed quidquid euenturum est, eius consilio dabitur, qui rerum leges excogitasset. Quas tunc abolebit, rescindet, cū hi quibus parata fuerant omnia, remouebuntur. Remouebuntur autem homines è terra, quod & à Sibyllis Prophetisq; prædictum fuit, & Philosophi si profundius considerauerint, negare non poterunt, cū tanta flagitia terras oppriment, vt viuere mortalibus sit miserabile, vitæq; mors à cunctis præferatur. Hæc vna causa. Maior autem & apertior, quod iudicandi mortales in teatro totius mundi sunt aliquando iudice Deo: Quod tota deificatio animorum & corporum futura est: cum qua necessariò cursus iste vitæ quotidianus interpolabitur, vt sit locus meliori consilio; cū consulēt melius hominibus Deus, hoc ordine vitæ corporeæ sublato, bonis præmia debita redditurus. Quæ si Philosophi perspicere potuissent, quanquam similes somniantibus quædam super hoc augurabantur, non recusassent optimam hanc expectatamque ab omni re creata renouationem, fateri. Nā quotidianam vitam non modò non laudant eorum plerique, verumque bonum non iudicant, vt deplorarint etiam, mortemq; ei facile prætulerint. Viderunt igitur ratione duce & incredibili desiderio expetiuerunt aliam vitam, tantum non in ius diuinam prouidentia vocantes, quod homines miserabiliores cunctis animalibus propè creasset. Quæ quidem perturbatio tollitur cū felicitas alacritasque maior ostenditur futura, renouato mundo. Hic omnis animæ tumultus sedatur, hic cessat admiratio, bonos nunc infelicis agere quàm malos, impunè vigere flagitia, cædes bonorum volitare, fortunam pessimis quoque flabitis secundis in portum collocare. Ita que quod ait Philo Iudæus, detestatus execratusq; exitium mundi: Ἐπὸ δὲ τοῦ φθίρεισθαι λέγειν αὐτὸν πάντων ἀποσιώτατον. ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἀπάξει καὶ ἀκόσμιαις, καὶ φθορῆς, ἀλλὰ τῶν εὐνοσιμαίων καὶ ζωῆς, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ, ἀνωμαλόγητον παρὰ τοῖς ἀληθῆς διδασκάλους: Nempe, dicere porrò mundum diuinitus occidere, ante omnia flagitiosissimum est. Neque enim Deus autor est inordinationis, cōfusionis, interitus, sed ordinis, venustatis, & vitæ: omnisq; eum esse causam boni, in confesso est apud eos, qui veritatem profitentur. Dico ego Philoni, renouatio mundi comprobabit Deum bonorum, pulchritudinis, non interitus autorem. Non enim diruet mundum, velut opera sua perosus, sed renouabit, resciet, dabit meliorem, aperiet thesauros bonitatis, quos nunc secundum diuitias sapientiæ suæ prudenter occultat. Tum verò maxima largitate pandentur, effundentur arcanæ bonitates. Neque verò demolietur Deus mundum, nihil amplius daturus, aut animo iniquo quod benefecisset male perditurus, hoc dicere, flagitiosissimum. Sed quoniam status iste rerum non optimus est, & quo non possit melior esse, quin etiam multis lachymis sæpè defletus est à piis, multisq; malis obnoxius iudicatus, Deus pro sua clementia restituet meliorem, vt diruta solòque æquata Alba, refecta Roma fuit: Haud minus pro mundo corruptibili, caliginoso, animorum ergastulo, ostendetur lucidissimus, optimus, fortunatus, in fine ceu supremum bonum repositus. Ille verus ordo, verus mundus, & ornatus, erit vera vita, cū præfens ab ipsis Philosophis penè pro morte sit habita. Hæc responsio credo non displicebit Philoni. Qui quidem dogma Philosophorum de postera mudi æternitate sequens, & Solem Lunamq; & cunctam cæli pulchritudinem, cum Peripateticis ab interitu defendens, sacros autores suos, quorum religioni initiatum esset, cū canunt abolendum, rescindendumque cælum, fulgorem syderum denigrandum, liquidissimam stellarum, totamque cæli compagem ignibus incoctam & tabefactam lapsuram in terras, qua tandem ratione tueatur, libenter didicerim. Verum nostri beneficio cælesti, mysterium aperuerunt. Hæc de exitio mundi dixisse sat est.

Eius potestas est dissoluenti, cuius fuit cōdendi componendi.

Iudiciū Dei.

Philosophi aliam vitam ardētī animo expetiuerūt. 1. Cor. 5.

Philo nō probat interitum mundi.

Deus mundū non diruet, sed renouabit.




Pietas, fons  
beatitudinis.

Scientia & cul-  
tus Dei, finis  
reru' omniu'.  
Eccles. 5.

Quae actiones  
meliores.

**V**ERVM igitur beatitudinis fontem esse Pietatem : ( quoniam in actionibus virtutis beatitudo constituitur, fons autem iustarum, rectarumque actionum est Pietas ) atque hunc esse finem totius felicitatis, omniumque virtutum, atque actionum moderamen : & qui dicit Beatitudinem, seu Felicitatem, Finemque omnium rerum, nihil aliud eum dicere, quam Scientiam, & Cultum Dei : & hanc esse philosophorum quoque sententiam, declarat mirifice, consonans cum sacris litteris, idem Aristoteles, qui libros de Moribus ad Eudemum absolvens, quemadmodum Salomon suos claudens, dixit : Finem dicendi faciamus : Deum time, & mandata eius observa : Hoc est omnis homo. Sic Aristoteles illo praeclearo fine usus est : Omnes actiones nostras, omniaque studia, rerumque possessiones, tanto iudicandas esse meliores, quanto magis fecerint, adiuverint ad cognitionem, & cultum Dei. Deteriora autem censenda, quae nobis impedimento fuerint, quod minus colatur Deus. ut quasi sic statuat, si quis eius sententiam planius euoluat, Quoniam, inquit, Felicitatem veluti finem supremum quaerimus : Felicitatem autem tibi demonstro, eamque dico esse beatum, felicemque animi statum, complexum, societatemque omnium virtutum : Apertius, ait, tibi loquar : sedes omnium virtutum, & finis ille, ad quem quicquid agimus, quicquid possidere studeamus, respiciendum est, Contemplatio, & Cultus Dei. Cum, inquit, huc peruenieris, tunc finis est, tunc beatus eris. Ob hanc causam quaecunque te iuuerint ut huc peruenias, pro melioribus habenda : quae prohibuerint, impedimentoque fuerint, deteriora iudicanda. Et is terminus verus, haec optima diffinitio, optimus rerum cognoscendarum modus. Sic loquitur Aristoteles : ἡ τις ἐν ἀρεταῖς καὶ κτήσις τῆς φύσεως ἀγαθὴν ποιήσῃ πλεονεξία. ἡ δὲ μάλιστα θεοφιλίαν ἢ σώματος ἢ χρημάτων ἢ φίλων ἢ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, αὐτῆ ἀέλθει, καὶ ἕως ἴσως ἕλθει. ἡ δὲ εἰς τὸν θεὸν θεοφιλίαν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν θεὸν θεοφιλίαν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν θεὸν θεοφιλίαν, αὐτῆ δὲ φάλη.

F I N I S.



DE



DE NOMINE VRBIS SVAE

EVGVBIVM, QVOD CORRVPTE  
LEGITVR APVD SCRIPTORES:

ET QVA RATIONE SIT  
PREFERENDVM.

\*\*  
\*



**V**ISVM EST in calce operis huius docere, quod fortasse legentibus non fuerit ingratum. Si quis est, qui nesciat nomen urbis meae, non est Eugubium, sed ut apud probatos scriptores constat, Iguium : & civile nomen non Eugubinus, sed Iguinus, vel Iguius. At ne nova, atque auribus inusitata viderer afferre, sequutus sum vulgi consuetudinem, ubique me Eugubinum appellans. Verum hoc nomen adeo corruptum, deprauatumque est apud scriptores, ut nisi iudicium, solertiaque Doctissimorum virorum, & fides antiquorum codicum suffragata esset, difficile potuerit recognosci. Non fuisse igitur oppidum ignobile Iguium, declarat, quod eius meminit Caesar in Commentariis, Tullius in Epistolis ad Atticum, Ptolemaeus, & Strabo in Geographia, Plinius in libris de Naturali historia, Silius quoque Italicus. Sed tam varie apud hos omnes deprauatum est id nomen, ut apud Caesarem primo de Bello Ciuili vocetur Tignium, addita littera T, ex nomine Termini Praetoris Pompeiani, qui praesidio quinque cohortium oppidum defenderet : apud Ciceronem de ea re atque Caesar loquente Sifigium : apud Ptolemaeum Isum, apud Strabonem Itor, apud Silium Inginum, apud Plinium in deprauatis exemplaribus ciues dicuntur Inginini. Causas autem deprauationis huius, quas ut dixi, mecum Doctissimi huius saeculi reppererunt, quorum iudicio suffragati sunt codices antiqui, explicabo. Dico hoc oppidum esse, quod in Commentariis Caesaris de Bello Ciuili deprauatissime vocatur Tignium, de quo Caesar, cum Pisaurum Fanumque oppida Umbriae, ab Eugubio non longe distantia, memorasset, quae ipse suis praesidiis occupauerat, subiicit his verbis : Interea certior factus, Tignium Termum Praetorem cohortibus quinque tenere, oppidum munire, omniumque esse Tigniorum optimam erga se voluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri & Arimini habebat, mittit : Cuius aduentu cognito, diffusus municipij voluntati Termus, cohortes ex vrbe educit, & profugit : milites in itinere ab eo discedunt, ac domum reuertuntur : Curio omnium summa voluntate Tignium recipit. Haec Caesar. Depranderunt igitur eruditi causam deprauationis : nam hoc oppidum, ut est apud Lucanum, in Umbria est. Eugubium quoque, ut Plinius docet, in Umbria. Illud oppidum Tignium dicit esse in Umbria Lucanus scribens de Bello Ciuili, eo carmine,

*Gens Etrusca, fuga trepidi nudata Libonis*

*Iusque sui pulso iam perdidit Umbria Termo.*

Et Lucius Florus his verbis : Prima Armino signa cecinerunt, tum pulsus Hetruria Libo, Umbria Termus, Domitius Corfinio. Nullum autem nunc est oppidum in Umbria, nec vllum extat eius vestigium, quod vocetur Tignium : & illud oppidum non procul Arimino & Pisauo & Fano situm erat, ut quod a Caesare cum his ipsis nominatur & censetur : Eugubium quoque non multum distat a Pisauo & Fano. Causa igitur deprauationis

T iij

uationis, quod multis nominibus accidit, fuit nomen Termini Prætoris, qui litteram primam sui nominis dedit Iguio: Nam locus in Commentariis habebat, Interea certior factus Iguium Terminus Prætorum cohortibus quinque tenere, facilius enim fuit ut pro v, legeretur postea n, ut quæ vna eademque littera est sursum deorsumque versa. Imperitia igitur scriptorum & deprauatio codicum, fecit ut prima littera nominis Termini adderetur nomini Iguium. Haud mirum quidem, Nam maiora monstra olim in omnibus bonis autoribus visibantur. Huius deprauationis vel illud clarum argumentum est, quod idem oppidum, quod in Commentariis appellatur Tignium, in Epistolis ad Atticum de eisdem oppidis, quæ adhuc à Pompeianis tenerentur, Cicerone scribente, non amplius appellatur Tignium, sed alia simili quadam deprauatione vocatur Sifiguium. Nam cum suspensus Cicero expectaret quid agerent Pompeiani, qui Cæsare adueniente oppida præsidii occupauerant, Terminus quidem Iguium, Domitius autem Corfinium, quod est in Marfis, ut videbis in eisdem Commentariis, sic scripsit: Non ista expecto, sed magis quid agat Domitius in Marfis, Sifigui Terminus. Vides idem oppidum non appellari quemadmodum in Commentariis Tignium, sed Sifiguium in impressione Aldina, & manuscriptis codicibus: nam qui reposuerunt Tignium ex Commentariis, non remouerunt, sed auxerunt errorem. Agnosce igitur aliam deprauationem: ut enim Terminus dedit primam litteram Iguio, sic extrema syllaba huius nominis Marfis applicata fuit nomini sequenti. si enim remoueris ex eo nomine Sifigui quod nunc legitur in ea Epistola, extremam syllabam, Sis, nominis Marfis, remanebit Iguij. Et lectio erit, quid agat Domitius in Marfis, Iguij Terminus. Hæc deprauatio quoniam de eodem oppido à Cæsare & à Cicerone scribitur, clarius attestatur Tignium nihil esse, sed esse nomen deprauatum. Nam si quid esset, eodem nomine à Cicerone atque Cæsare, eodem tempore, de eadem rescribentibus, vocaretur: altera quidem alteram deprauationem illustrat, veritatemque demonstrat. Occupauerat igitur hoc oppidum atque hoc iter Pompeius, ut quod est in locis turissimis, in angulo Apennini, non procul à via Flamminia, ut si Cæsar per viam Flamminiam transire non posset, minus etiam deflecteret Iguium, indeque iter Romam cum exercitu dirigeret. Nam hi qui nuper dixerunt Tignium esse qui vocetur nunc montem sanctæ Mariæ in Georgio, in apertissimum errorem dilabuntur. Tignium, ut vidimus ex Lucano & Lucio Floro, in Umbria est, locus autem ille in medio Piceno. Non satis erat Eugubio ut apud bonos autores tantum obscuritatis ac deprauationis habuerit, ut etiam adessent, qui ipsum è suis sedibus transportarent in Picenum. Quod autem verum nomen sit Iguium, ut apud Cæsarem & Ciceronem coarguimus, comprobatur item Ptolomæus, qui hoc oppidum appellat Iguium, ponens id inter Tifernum, Sentinum, Perusiam, quæ sunt oppida Eugubio finitima: sed exigua quadam deprauatione fuit apud eum quoque nomen obscuratum, legitur enim apud eum Icuium, propterea quod Græcis similis est littera Gamma atque Sigma. Itaque pro *Ιϰϰϰϰ* deprauatum fuit à scriptore Græco *Ιϰϰϰϰ*. Nam si litteram Gamma modico apice connectas, fiet *σ*. Vides iam tres excellentes autores inter se congruentes: sed clarissimum argumentum nomen illud Tignium corruptum esse, dicendumque Iguium, declarat vetusta quædam historia, quam ego reperi Eugubij, in qua scribitur, Bello civili flagrante Eugubinos expulisse Terminus prætorum Pompeij, & tantis rebus gestis à Cæsare, & quod tam bene de Republica meritis esset, Curionem prætorum eius cum trium cohortium præsidio excepisse: quod quidem in principiis Commentariorum legitur. Itaque quo tempore illa historia scripta est, non erat apud Cæsarem nomen deprauatum, verba historiae hæc sunt: Hanc, inquit, urbem in antiqua quadam historia Iuliam appellatam inuenimus: quæ vtrum à Iulio Cæsare redeunte viatore quem Eugubini & omnes populi ciuitatum Umbriæ cum lætitia susceperunt, expulso Termino duce, qui Umbriam possidebat pro Pompeio, Iulia dicta sit: an propter Iuliam uxorem Octauiani, determinare non valemus. Hæc historia, tametsi non adeo Latine & polite, sed satis ad eorum fidem, quæ scripsimus, ut Tignium in Commentariis Cæsaris noscatur esse Iguium, quod à Termino prætorum Pompeij teneretur. Nam Lucius Florus congruens cum hac historia scribit, Prima ciuili Belli arena Italia fuit, cuius arces leuibis præsidii Pompeius infederat: sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt. Superest Plinius, in cuius historia libro III. de sexta regione, post Forosempromienses numerantur Inguini. Sciendum hunc quoque locum esse deprauatum, quod

tum

At ratio, tum fides antiquorum codicum ostendit. Ac primo vel hinc liquet non esse dicendum, quemadmodum hodie dicitur Eugubium: nam Plinius numerat cuiusque regionis oppida secundum rationem Alphabeti, primūque recenset quæ incipiunt à littera A, subiicit alia iuxta litterarum ordinem: post Forobrenitanos & Forosempromienses numerantur Inguini. Plinius ergo recensuerat nostrum hoc oppidum sub littera I, non sub littera E: nam si inciperet nomen à littera E, non nominasset ipsum post ea quæ incipiunt cum littera F. hoc argumento est, deprauate vulgò dici Eugubium. Manifesta quoque ratio est cur deprauatum sit, ut pro Iguini in Plinio legatur Inguini: nam apex qui solet Latinis superscribi litteræ I, videtur nonnunquã esse breuiatio, cum volentes significare præpositionem in, superponimus quandam apicem. itaque exiguum punctum litteræ i, fecit ut putaretur præpositio in: atque vbi dicebatur in Plinio Iguini, ab imperito scriptore subiectum fuit Inguini: post alia quoque corruptio facillè irrepit inter litteras v, n. Hæc eadem corruptio accidit in Silio Italico; qui libro VIII. describens populos Umbriæ, post Hispellum ac Narniam, oppida Eugubio finitima, recenset Inguinum, eo carmine,

*Hispellum, & duro monti per saxa recumbens*

*Narnia, & infestum nebulis humentibus olim*

*Inguinum, Patuloque iacens siue moribus aruo*

*Fulginea.* Fuit igitur hic quoque simili ratione deprauatum, quoniam apex superflua. **B**tus primæ litteræ nominis ab imprudentibus scriptoribus pro littera n, acceptum est: scripserat enim Silius, qui in hoc carmine sequitur ordinem Plinij, aliorumque Geographorum in recensendis Urbibus, Iguium, uti apud Cæsarem, Pliniumque legerat, & interpretes Siliij ait Inguinum oppidum esse in Umbria: nullum autem est memorabile oppidum in Umbria, cui possit hoc nomen applicari. Nam quod ait interpretes, Inguinum à Strabone pro monte accipi, in Græcis exemplaribus Mons ille non Inguinum, sed *γινγυνον ὄρος*, Mons Ginguinum vocatur, his verbis, *αὐτὸ δ' ἐστὶ καὶ ὁ αἰὼς ποταμὸς καὶ τὸ γινγυνον ὄρος*. Hos terminos ponit Umbriæ Strabo, Flumen Æsin & Ginguinum montem, qui hodie quoque vocatur Genga: nisi forte Strabo scripserit Cingulum ὄρος terminus. Nec mirum quod nebulis infestum oppidum Eugubium dicat Silius: subiacet enim ei planities, quam nebula mane semper opacat, vehementius illo fortasse tempore, si planities erat incultra, & palus nebulam exhalabat. Adde quod Eugubium in planicie dicitur fuisse situm, vbi nebula inumbrat: propterea dicit olim, non sua tempestate. Sciendum quoque hoc nomen apud Strabonem deprauate legi: nam post Hispellum oppidum Eugubio finitimum, subiicit *Γ' τος*. Erat scilicet pro Tau, Gamma. Sic Igu. Sed reliquum quoque nomen corruptum fuit, ut alia pleraque non minus deprauate apud eum leguntur. Sed reuertor ad Plinium: Dum hæc mecum agitarem, Angelus Colotius Episcopus Nucernus, vir nostri temporis doctissimus, in duobus Pliniis, quorum alter est veneranda vetustatis, alter ex prima impressione cum primò fuit Plinius excusus, ostendit, vbi nunc in vulgatis exemplaribus, & his etiam quæ sunt impressa in Germania, legitur Inguini, omnino esse Iguini: hoc ego manifestè vidi. Illud autem vehementer in Plinio animaduertendum est, cuius me admonuit Iacobus Torollus Fanensis, vir excellentis ingenij, cuius ferè totum est, quod super nomine Iguij superius attulimus: is depraudit duobus aliis locis mentionem Iguij fieri apud Plinium libro xv. cum agit de oleo factitio, & libro xxiii. cap. iiii. de oleo quoque scribens: sed is locus non admodum deprauate legitur, eratque clarus multis, his verbis: Seleucinum, inquit, neruis vtile esse diximus, sicut herbaceum quoque, quod Enguini circa viam Flamminiam vendunt. Hæc Plinius. Non admodum peruersum est, ut pro Iguini legatur Enguini, quos ait esse iuxta viam Flamminiam, ut verissimum est: attingit enim Iguinus ager viam Flamminiam. Quin Castellum Ditionis Iguij (quod ab antiquissimis Græcis videtur appellatum Schiffa, *Σκίφ*, propterea quod scinditur illic Apenninus, ut quasi securi sectus videatur) via Flamminia medium pertransit. Hic Iguini oleum herbaceum vendebant, neruis vtile: Herbarum siquidem, non facillè alibi nascuntium, ferax illic Apenninus. Nascitur ad alia Coccus, seu Vermiculus affatim lectus ex herba vulgò Pimpinella. Huius igitur olei meminit idem Plinius etiam libro xv. sed locus, ut dixi deprauatissimus est. Audi igitur eum, & confer locum libri xxiii. cum hoc xv. vbi de oleo factitio scribit his verbis: Suis, ait, herbis componunt inter Cappadociam

& Seleuciam, quod Seleucinum appellant, neruis admodum vtile, sicut in Italia è gummi. Locus, si rectè pensites, perperam habet, vt pro Eguuij legatur è gummi: dicendumque, Sicut in Italia Eguuij, quod locus ipse testatur abunde: nam nullum oleum conficitur è gummi. Adhæc oleum illud quod scribit libro **xxiii**. neruis vtile, herbaceum est, non è gummi. Præterea similes sunt inter se locus ille libri **xxiii**. atque quintodecimi, propterea quod refert repetitque eisdem penè verbis libro **xxiii**. eadem illa de oleo, quæ scripserat quintodecimo: idq; ipse Plinius demonstrat; Diximus (inquit libro **xxiii**.) neruis vtile Seleucinum, sicut herbaceum quoque, quod Eguini vendunt. At vbi hoc dixerat Plinius? videlicet quintodecimo, ibi scripserat oleum herbaceum neruis vtile, non oleum è gummi? Quantus error, vt oleum herbaceum transferatur in oleum è gummi? Et cum idem Plinius ait, Sicut in Italia: iudicat quod clarius repetit **xxiii**. nempe circa viam Flamminiam. Atque obsecro impressores omnes, vt post hac tam in Cæsare quam Cicerone & Plinio locos illos castigatius imprimant: Nam quod ad me attinet, plurimum his debere fateor, qui hæc aperuerunt: in primisque Iacobo Torello Fanensi, perspicacis ingenij viro: cuius iudicio vt assentiret post aliquod tempus fecerunt coniecturæ clariores, & probatæ fidei codices. Igitur nomen vrbis est Iguinum, ciuile Iguinus, vel Iguius, vt est in Cæsare. Magnitudinem virésque oppidi, & quid momenti haberet, testatur, quod illo bello Ciuili, cum Fanum, Pisaurum, Anconam singulis cohortibus Cæsar occupasset, misit huc tres cohortes, & Pompeius quinque cohortium præsidio cum prætore Termo tenebat. Vetustatem declarat Mausoleum extra mœnia, & theatrum: tum complures tabulæ æneæ repertæ in agris, litteris incognitis incisæ, quas hucusque legere potuit nemo: suspicantur nonnulli Hetruscas esse: tum tegulæ sepulchrorum, eisdem litteris impressæ, ab aratore inuentæ, cum finibus illis,

*Exesa inuenit scabra rubigine pila,*

*Aut grauibus rastris galeas pulsabat inanes,*

*Grandiæque effosis mirabitur ossa sepulchris.*

His autem Urbibus & his finibus Iguinum, vt situm cognoscas, terminatur: à Meridie

Perusia, à Septentrione via Flamminia, quæ penetrat Apenninos montes:


ab Ortu Sentino, Saxoferrato vulgò, Nuceria colonia, Foro

Flamminij: ab Occasu Tibérno, vulgò Tiferno,

in media ferè Italia, nunc sub ditione

Ducis Urbini.

F I N I S.





AVGVSTINI STEVCHI  
EYGVBINI BIBLIOTHECARII  
CONTRA LAURENTIVM VALLAM,

*De Falsa Donatione Constantini.*

LIBRI DVO.



**B** V. A. E. Laurentius Valla de falsa donatione Constantini disseruit, propositurus, eaque falsa, & inania, quibuscunque potero viribus ostensurus, in primis commemorandum mihi existimaui, ple-rosque ad styli acerbitatem, historiasque atroces scribendas, seip-  
 sos perpulisse non tam rationibus, ac veritate (cui dandam ope-  
 ram omnibus modis censuissent, quam saepius odio, atque ut illa-  
 tas à principibus referrent ingratitude in iurias. Idque maxima  
 interdum mala, magnum dedecus attulit principibus: quibus  
 multo quidem auro cicatrices illas notasque in sempiternum tem-  
 pus à scriptoribus iniustas, redimere profuisset. Hoc scelus à Lau-  
 rentio Valla imprimis peccatum esse memoriae proditum est:  
 quem cum Rom. Pontifex, qui tunc rerum poterat, beneficiis, quibus forsitan non esset  
 indignus, minime affecisset, ignominia, & dolore permotus, & ad Regem Alphonsum Pon-  
 tificis hostem profectus, non tam aduersus priuatam personam, quam ipsam dignitatem  
 inuectus est: atque de Falsa donatione librum conscribens, omnes hic odij, & iracundiae  
 suae vires effudit, aduersus ecclesiae dignitatem irritatus, atque doloris, quo quidem arderet,  
 impetum, contra infontem vertens, simile quid perpessus, ut si quis ab aliquo igni laesus aut  
 laesus à Sole, totum ignem, & Solem tollendum è mundo persuadere niteretur. Aut qui in-  
 sano impetu, furentique similis, patrem, matremque, aut amicos in conspectu verberibus  
 appeteret. Seu qui non malos oratores, sed orationem maledictis incessat. At irato (ut scri-  
 ptor grauiissimus ait) nihil est credendum. Ipsa quinetiam scriptoris natura facile probare  
 poterit, quae scripsit, ab inimico animo profecta esse, qui fuerit alioqui maledicus, ac pe-  
 tulans, qui se continere non potuerit, quin sagittas se habere paratas iactauerit quibus con-  
 figeret Christum. Quod Pontanus retulit in eo quem scripsit de Sermonibus. Facile igitur  
 effectum est, ut nihil non acerbum in Ecclesiam statueret. De Laurentio quoque id erudito-  
 rum consensus reor iudicabit: eum quidem, ut ferebant tempora, eruditum fuisse, mul-  
 tumque in obseruatione Latinae linguae studiosis profuisse: sed ei copiam defuisse, qua de-  
 pelleret, si qua in litteris, & in Theologia ei suborta esset dubitatio. Quale de Sole Martij  
 mensis ferunt Medici habere eum vim humores dissoluendi, ac commouendi, sed non exsic-  
 candi: ob eamque causam exitiale esse. In animos saepe non tam imperitorum, quam eru-  
 ditorum, dubitationes incidunt, quas propter reconditarum rerum incitiam, intimarum-  
 que causarum ignorationem, ad quas paucis aditus datur, deturbare nequeant. Multa su-  
 per Donatione, ac Baptismo Constantini occurrerit dubitatio, scriptoribus inter se contraria  
 referentibus: sed pauci poterunt dissoluere, quod pleraque Graece, & Latine nosse oportet,  
 quae copia Laurentio defuit, ut cui secretiores litteras, vetustissimas historias Graecas,  
 & Latinas adire non licuerit. Multa de Conciliis Graece scriptis scire cum oportuerat,  
 multas caeteris incognitas historias Latinas perspicere, vniuersam lustrare bibliothecam,  
 series temporum, regnorum successiones, sacra, & profana conferre necesse erat. Quid

item de Laurentio Romano homine sentire fas est, qui aduersus ecclesiam permotus, eam scriptis suis non modò non adiuuare, sed perniciem etiam ei quærere ausus est. Quod scelus, furorque cum neminem quocumque ex genere procreatum inuasisse decuit, propterea quòd ab ecclesia Romana maxima in omnes gentes, si quis vetustissimis monumentis insistant, profecta sunt beneficia, tum longe magis à Romanis hanc indignitatem submotam esse oportet: quos cogitare necesse sit, Romano Imperio euerso, quòd propter Imperatorum suorum turpitudinem vitæ accidit, nisi Deus Pontificatum restituisset, in quo Romana maiestas renascetur, futurum fuerit, vt Roma nullo tempore excitata, ac restituta, inhabitabilis post hæc, fœdissima boum, porcòrumque futura esset habitatio. At in Pontificatu, & si non illa veteris Imperij magnitudo, species certè non longè dissimilis renata est, qua gentes omnes ab ortu, & occasu, hæud secus Romanum Pontificem venerantur, quàm omnes nationes olim Imperatoribus obtemperabant. Eorùmque iudicium verissimum est, qui censeant, nisi suprema sacerdotij dignitas Romæ diuinitus excitaretur, tamen ex vereribus reliquiis aliqua vrbs ædificata fuisset, futuram tamè velut vnà è vicinis vr-bibus vt Vetulonia, Tuder, Interamna, Narnia, nunquã autè in hodiernã amplitudinè fuisse venturam. Si quis Romanus aduersus ecclesiæ maiestatem Regiamque Pontificatus dignitatem inuehitur, perinde facit, vt si contra patriam susceptis armis non modò ciuium suorum, sed suam quoque domum, familiamque eodem interitu euertere, aut deformare nitèretur: ipsam autem patriam ex imperatrice, Regiamque vrbe seruam, subiectamque alterius Imperij reddere conaretur. Is furor iniecit Laurentio qui non perspexit nihil vrbe suam futuram, tamen Romanum nomen sapius iactet, nisi regia Pontificatus maiestas eam restituisset, auxisset, decorasset. Hæc regia dignitas facit vt in dies melior, ædificiisque augustior vrbs appareat. Id quoque commemorandum existimaui, quòd tam deprauati moris in Laurentio causa innotescat, repositos esse necio quos Romanos, quibus vetus Romanorum idolatria non displiceret, profanitatem, paganismumque priscorum Romanorum adamantes, Christum ob factum, famamque maiorum; non magni æstimantes, in hæc terrestria penitus deflexi, de cælestibus minus laborantes, deificationem quandam corpoream, posthabita cælesti, suspicientes, antiquatas, exoletasque ceremonias, & superstitiones sæpe somniantes. Hi conferunt causam (quòd Cypriani, Augustinique temporibus obijciebatur item Christianis) euersi Romani Imperij in religionem Christianam, ac magno mercentur, Romanum Imperium potius steterisse, quàm Christianam religionem Romæ apparuisse. Maledictis Constantinum appetens, quem putant discessu suo ex vrbe Romanum Imperium euertisse. Facere igitur optimè mihi videtur, qui rationibus, quas potiores existimet, ecclesiæ Romanæ maiestatem, cælestisque in terris institutam dignitatem, ab hoc genere hostis defendat, Donationemque Constantini veram esse comprobet. Nam ecclesiæ maiestate defensa, cum Roma mater, & magistra omnium gentium, tum verò totum Christianorum genus, quod religionis, ac sanctitatis, sapientiaque cælestis ab hac Vrbe accepit exemplum defenditur. Respice enim veteres Pontifices, contemplare flumen Sapientia, pietatis, religionis, quæ in omnem terrarum orbem ab hac vrbe inundauit. Cum sit igitur perspectissimum, vniuersum terrarum orbem ab hac cælesti sede, lucem, qua tenebræ per omnes sparsæ, discussæ sunt, accepisse: certè impietatis, & imprudentiæ plenum consilium eorum fuit, qui vel cæcitate animi, atque ingrati tudine, vel ob iniurias acceptas irritati, contra eam, nempe communem cunctarum gentium parentem, atque alumnam, sumptis armis, eam bello profligare non dubitauerunt: pro cuius quidem sanctissimæ patriæ dignitate potius vnicuique sanguis esset effundendus: quod nonnulli hac tempestate sanctissimi viri in conspectu impiorum tyrannorum subire non recusauerunt. Quocirca perspicua sit impia simulataque Laurentij pietas, qui se causa defendendæ veritatis, etiam contempto mortis periculo, ad scribendum contulisse prædicat: quòd planè contrarium esse, ingenij, linguæque eius ferocia, tum scripta maledicentiæ, & procaciæ vbique plena testantur. Quid autem veri ab his expectes, quorum omnis libido in detrahendo est, quosque rapit velut transuersos impetus arrogantia? Sed illud in primis, cum eo pedem collaturus, proponendum sapientibus, vt diligenter expendant censeo: an verum sit, quod ab imperitis prædicari solet. Non prodesse Reipub. Christianæ hanc sedem habere potestatem dominandi, subiectas vrbes, Imperiumque obtinere. Hæc prædicatio speciosa quidem est: quòd omnibus ferè persuasum est, quos scilicet vel odium vel inficitia in has cogitationes induxit. Maiore integritate, & quiete, res sacras, ipsamque religionem ab hac

A ab hac sede administrandas, cum rerum corporearum, terrestriisque imperij regendi cura dimissa, tota in rebus spiritualibus moderandis insisteret: habenas autem illas, quas hodie regni tanti obtinet, alteri traderet. Neque in co minuendam sedis huius dignitatem, ac diuitias, sed augendas potius, amplioresque opes futuras, quas ex prouentibus sacrarum rerum ad eam redigendas, & ex omni orbe conflandas asserunt. Hæc igitur hominum opinio cum prima fronte vera videatur, sed falsissima sit: nihil earum rerum, quas futuras existimat, offerens: ac potius pro quiete, & pace, seditionum, maximarumque discordiarum causas exhibens, totumque terrarum orbem atrocissimis incommodis exponens: in quo maximè Laurentius Valla deceptus, alios omnes decipere studuit, omnibus rebus expelli, atque odio haberi debet. Quietem scilicet, & pacem, tranquillitatem, & otium necnon maiorem Christianorum sanctitatem, feruentiorem religionem fore pollicentur, si sedes hæc nullam habeat imperium, nullum regnum, nullas vrbes regendas, quas ei Constantinus tradidit, nullos denique prouentus ex vectigalibus prouinciisque: sed tantum prouentus spirituales, quos fore longè copiosissimos asserunt. At ex præteritarum præsentiumque rerum exemplis, quibus prudentia futurarum colligitur, luce clarius percipies, miserimum rerum statum consecuturum, si religioni vires detraxeris, ablatoque Imperio eneraueris, fræna quibus populorum, principumque violentorum furor coërcetur, eripueris, quibus hominum improborum nouas scetas, atque hæreses inducere meditantium, conatus sceleratus compescitur, impetus ipsi sedi, ipsi religioni, ipsi capiti nocere parantium tardatur: has, inquam, vires si ademeris, liquidò cernes nihil illo rerum statu fore miserabilius, redituras veteres hæreticorum tragœdias, sceleratas illas malorum hominum contra religionis caput iniurias, denuoque totam religionem fœdè profuturam ac conculcandam: nec solum ad summam inopiam, sordisque, quod tolerabilius foret, ipsam religionem redigendam: verum etiam pessimarum opinionum autoribus omnem viam aperiendam. Ac primum perpendas eorum errores, ac detegas, qui prouentus ecclesiæ vberiores fore, dimissa cura Imperij, ex rebus spiritualibus contendunt. Si quis enim consideret ea, quæ vbique terrarum apud principes & regulos hac tempestate geruntur, qua summus Pontifex viribus non est inferior, videbit quis status consecuturus sit, si cum viribus, & potestate dimissa, corporalis autoritas tota ad profanos principes transferit. Nemo enim ferè nunc principum est, quin rerum sacrarum, beneficiorumque ipse Dominus, ac dispensator, aut verius occupator esse velit: nusquã ferè, nisi per vim, debita pecuniæ persoluuntur. Quid nullo cogente terrore? In ipsa autem vrbe si milites, prætorque alteri principi, quã ipsi Pontifici paruerint, quæ strages erit sacrorum? quis religionis contemptus? quis non audebit principi, si quid imperauerit, obistere, & contra, quàm imperatum sit, facere? Quis cum exterrebit? alienus prætor scilicet, qui in alium quã ipsum Pontificem respiciat? Quæ ludibria, quis religionis contèptus ab omnibus magistratibus, quæcunque imperauerint fieri cogentibus, multaque fœdissima cernentur. Cuiusmodi priscis temporibus videre erat, cum mulierculæ Pontificibus imperabant, insultabant, minabantur, nisi earum libidini paruissent, in eos potestatem habebant. Inde tot hæreses, tot humanæ vitæ incommoda, nondum capitis autoritate stabilita, omnia magnis ludibriis iactari, pessundari tota religio, tempestates, iactationes, opinionum agmina, examina sectarum obambulare: Quanta porrò circa ipsam vrbe, vt olim vastitas erit? quæ latrocinia, priuatorumque ædificiorum, atque vrbiùm conflagrationes, inter se Romanis vt quondam armis contendentibus, quæ cædes vexationesque vbique? Quanta in ipsis viis, quibus ad vrbe itur, prædonum impunitas? Nam Imperatores facillè in Hispaniam, aut Germaniam, aliasque longinquas regiones, vt quondam, discedentes, vrbe, Italiæque vastitati relinquunt. In primis igitur nulli prouentus erunt, in sordibus res sacræ iacebunt, quas non tam paupertate diuitiarumque contèptu, quàm diuitiis regere necesse est. Nulla religioni reuerentia nullus metus. Nec sese priuatim suosque rex sacrorum, nec ipsam etiam religionem tueri poterit. Quod si is qui religionis caput est, ipsam religionem non tueatur: an principes, quibus alia mens est, aliæ curæ, tuebuntur? Quorum animus potius ad res terrestres, libidinesque corporeas inclinet? Consideremus autem, quis regat, tueatur salutaris aliquam prouinciam: an is, qui legitime imperat, cuius est peculium ipsa prouincia, qui mores populi noscat, qui ritus ipsos intelligat: an alius? Quod si religioni opus est defensione, opus est præside, qui salutariter eam regat: si quid autem ad-

uerfatur, à calamitate prohibeat. Si item tueri non potest, qui non habeat potestatem, D  
rum non est verisimile melius quenquam aliquam prouinciam defensurum, quam prouinciam principem, non scilicet alienum principem: certè necesse est principem, cui religionis credita custodia sit, armis & opibus potentem esse, tum vt religionem opibus illustret, adiuuet, sustentet, velut mens, ratioque corpore, corporeisque adiuuentis sustinetur: tum vt eam ab inimicis tueatur. Inimicitia religioni constantur, vel à priuatis hominibus, vel à principibus. A priuatis, quoties nouas hæreses, noua dogmata excusculant, quibus veteris religionis inest pernicies. A principibus, quoties hos improbos alunt, fouent: quoties item decretis religionis sese opponunt, quotiens parere recusant, cum ea quæ sunt religionis eripiunt. Non est igitur defensio sine potestate, itémque non est magis salutaris, magisque legitima defensio, quam à principe ipsius prouinciam, qui magis ipsam amet. At prouinciam regnumque religionis cui magis eam esse credendum est, an ipsi principi, præsidique religionis, an alieno, cuius scilicet regnum non sit ipsa religio, sed alterius generis regnum? Non perspicis, igitur religionis sacrorumque præses, ad quem rerum sacrarum, rituumque diuinorum summa redigitur, quod multiplices sunt hominum improbitates: nec erit tempus vnquam: quin homines sint in vitia, quam virtutes: malum, quam bonum, vt sunt humana ingenia propensiores: nisi fuerit his opibus, atque ea potestate præditus, qua scelera retundat, sese impiis conatibus opponat, compescat, impia dogmata profeminantes, fore vt maximi tumultus, variarumque corruptelæ per omnes terras exoriantur, quibus discissi inter se populi ob dogmatum dissidia, E  
armis decertent. Cuius quidem rei tot sunt tradita memoria posteris exempla: Vidit & experta est nostra ætas. Perpendamus autem, nisi religio diuitiis adiuuaretur, quid tandem esset? Verè enim quidam rerum non ignarus dixit: Vbi est abundantia, est obseruantia rerum sacrarum, cum pietas, religio, ritusque sacri cum pompa facta peraguntur, quæ populus cernens veneretur, admiretur. Sordida religio contemnitur. Nisi habeas quibus sacerdotes alas, nisi loca sacrorum locupletaueris, nulli erunt sacerdotes, nulla sacra loca: deferentur, solitudini erunt. Homines cum sinus corpore constant, vitam corpoream degentes, quibus corporea sint necessaria, quibus necesse sit populo satisfacere non sapienti sed ignaro, caritatis pleno: nisi, inquam, sit his opibus instructus, ipse sacrorum Rex, vt summum, maximèque venerabile caput sit conspicuum, cuius maiestas exteriorem aspectum præ se ferat, qualis summo regum conueniat, nonne facile despicietur, totusque ipsius contemptus ad religionem, ad ipsum Deum perueniet? Contemptis sacerdotibus, contemnitur Deus. Nonne cum Deus daret se in conspectum, venerabilis, terribilis occurrebat: præcedebant tempestates, fulgura, tonitrua, caligo, clangor tubarum. Talis in morte Sinai, talis ad Eliam venit, talis visus est apostolis in monte. Facile igitur quicumque alicuius iudicij sit perspicies, sine corporeis opibus, corporeisque adiuuentis, neque venerabilem esse, neque sustineri posse religionem: propterea quod homines non Dij, non angeli sumus, in corporibus habitantes, rebus ad vitam degendam necessariis indigentes. Rationibus igitur ostendentibus eos manifesto insanire, qui sibi F  
melio rem rerum statum pollicentur, si Pontifices imperare desierint, solósque spirituales prouentus habuerint, illa prior potiorque errores eorum maximè coarguit, atque vnde maiores vberioresque prouentus ostendunt, inde longe deteriores futuros probat, videlicet si metus armorum, atque potestas abfuerit, neminem futurum, qui pecunias illas perfoluat, easque in usum suum principes conuersuros. Quæcunque ad summum sacerdotem ad urbem aduhere ius iuberet, princeps securè sibi, preterens aliquid honesti, præripit. Cuius est hodie exemplorum copia maxima, cum in tanta Pontificis potentia vel minimus quisque regulorum audeat prouentus hos, aut conatus, si possit, interciperet. Aliud malum si religio potestate, regnòque caruerit, latissimum est: quod impia dogmata, nouaque hæreses omni tempore subnascentes, excindi, coerceri qui eas disseminant, non poterunt: quibus per omnes vrbes inuulgatis à vera pietate, cultuque singularis Dei populi auertentur, vbique erunt maximæ, exitialesque dissensiones. Scimus enim ad quos religio potestatem suam non extenderet, quod terrore, & potentia frænare eos non posset, nihil non ausos hac tempestate contra cælum, cælicolæque, atrocissimisque incommodis terras repleuisse. Tantundem vbique malorum erit, imperio, gladioque, quo sese tueatur, ecclesiæ, quæ pietas, religioque est, adempto. Vere enim prædicari solet, contra hæreticos opus

A opus esse fustibus, non anathematis, quæ contemunt: a finos esse fustibus cædendos, non uerum dogmatum autores. Quoties igitur, tertium malum sub oculos ponas Romani ciues intra suum palatium Pontifices obsederunt? cedes sacras diripuerunt? quot ipsi crudeliter necauerunt? quot in mole Adriani comprehensos strangulauerunt? Quot strages in vrbe, forisque edebantur, inter se armis Romanis decertantibus? Quanta circa urbem vastitas, quemadmodum superius demonstratum est? propterea quod Pontifex sceleratos ciues coercere, & in eos animaduertere non posset? Nonne id fuit in causa cur vrbs crudeliter, sceleratèque diriperetur? Nonne Romani ciues hostes Pontifici eius calamitatis autores fuerunt? Nonne ipsi iidem palatium paucis ante mensibus diripuerunt, militibusque introductis omnia sacra prædæ fuerunt? Hæc scilicet sunt pulchra illa, præclarus ille rerum status, quem nobis promittunt, qui sanctæ sedi regnum auferri oportere contendunt. Inuitant aliæ rationes vt hostes totius Christianæ gentis, omniumque priuatim & publicè inimicos fatearis, qui hæc cupiunt. Est enim hoc regnum vt omnium sanctissimum, sic omnium nobilissimum: plenum charitatis, commune totius Christianæ gentis patrimonium, in quo cum omnes gentes, prouinciæque omnes, & vrbes, omnesque familiæ, vt sacula tulerunt præfuerint, ac præesse possint, iure dici potest regnum cunctarum gentium, ad quod nemo ferè non aspirare possit, placidissimum sinum cunctis aperiens, humiles in altissimum gradum extollens, ob quod nemo desperet quin dari possit facultas ei fore, vt aliquando sit Rex. Nam in reliquis regnis quis aliquando se regem futurum, nisi sit è stirpe regia, sperauerit? Hoc regnum modò Hispani, modò Germani, nunc Galli, nunc Itali tenuerunt, ipse Senatus ex omnibus gentibus constat. Tota denique ipsa ciuitas ex omni natione quæ sub cælo est, conflata est, vt meritò possit appellari patria omnium gentium, vrbs omnium Christianorum, in qua sint domicilia cunctarum nationum, omnesque ad ipsas supremas ciuitatis dignitates admittantur, omnibus præmia sint proposita, nec minus prouehantur humiles, abiectioneque, quam proceres, ac principes. Cum sit igitur patrimonium omnium gentium, cum neminem à summis dignitatibus excludat, cum opes hæc non sint vllius priuatæ familiæ, sed omnium familiarum, quid aliud dicendum de his est, qui hoc regnum scriptis euerunt, quam eos esse publicos hostes, proditores patriæ, suimet homicidas? Hoc imperij genus cum sacrosanctum est propterea quod Deo deseruit, constatque eius religione, & cultu, tum verò optimum est, charitatem suam, veluti lucem vbique diffundens, omnes complectens. Meliora autem esse publica quam priuata, excellentius esse bonum quod plures, quam quod paucos amplectitur, nemo est qui non fateatur. Quemadmodum lux Solis, omnium facum, lampadarumque luce maior, præstantiorque est. Quid de ipsa pietate, ac religione, qua nihil in terris melius homines habent, dices? Est enim religio dux in cælum, cum in terris autem fons iustitiæ, qua benè, beatæque res humanæ gubernantur, estque minus iniustitiæ, iniquitatis, quibus malis turbantur res humanæ, vbi plus est pietatis, ac religionis, plus felicitatis, ac beatitudinis. Omnis autem minor pars religionis à maiore regatur necesse est, esse videlicet caput oportet, ad quod totius religionis summa redigatur, qui regnum hoc oppugnat nempe caput ecclesiarum, cor totius regni sacri, turbant totam vbique religionem, omnibus vrbus pietatem detrahunt, id videlicet detrahunt quo viuuntur beatè, & cum iustitia in cunctis vrbus. Omnia miscent, vrbus, ac locis omnibus tumultus, discordias, seditiones cient, propterea quod priuatis religionibus non esset caput, à quo dependet totius corporis ordo. Ac cum per consensum religionis, homines socientur, consentiant, vt ex multis gentibus vna quasi gens efficiatur, omnia dissociat, diripit, dissoluit, hostis huius maiestatis, in dissensione aut sunt omnia mala. Quod facile hodie videre est inter Christianos, & Turcas vsque quæque dissociatos, ac dissidentes, quippe quos nulla communis coniungat, societateque religio. Omnibus ergo rationibus constat, apertissimè falli, quibus visum est, ecclesia nullum habere regnum oportere: quos cum ratio non modo imprudentes, ac male sanos, prorsusque futurarum rerum imperitos, sed etiam hostes priuatim, & publicè: atque etiam patriæ proditores probet: è contra plenos æquitatis, ac bonitatis existimare necesse est, qui statuerunt hoc regnum, cuius fundandi rationem cum à piissima prudentia, prudentissimæque pietate, tum verò à sanctis oraculis auspiciati sunt. Quæ quidem pietas cælestisque prudètia cum à Constantino vbique magno cœperit: confirmata deinceps

ceps est ab omnibus imperatoribus. Quo fit, ut hoc regnum quantopere sanctitate, ac claritate præstat omnibus regnis, quæ toto nunc orbe terrarum noscuntur: tantopere vetustate, quo nec Hispaniæ, nec Galliæ, nec reliquarum nationum regnum sit antiquius, si quis altius ab historiis rem dignoscat, singula tempora, exordiâque regnorum diligenter perpendens. Itaque ecclesiæ regnum antiquissimum est, post quod exortum sit regnum Hispaniæ, & Galliæ, Panoniæ, etiâque ipsum occidentale Imperium natum, ac partum à regno sancto. Nam & si fuit quando in Italia ante regnum ecclesiæ Romani Imperatores Christiani regnauerint, fuit tamen eorum præcipua sedes Constantinopoli, cuius rei testimonium est, quod in seculis temporibus, tandem nullus erat Imperator in Italia, nullum Imperium, totâque res in orientem recidit. Nata sunt igitur occidentalia regna tum post ecclesiæ regnum, tum ab ipsa ecclesia, quod vetustissima monimenta quæ Laurentio Vallæ magis Grammatico, quàm reconditarum scientiarum perito, obscura fuerunt, facillè testantur. Quibus argumentis colliget prudentissimus quisque, verum esse quod circumfertur, hoc regnum à Constantino venisse. Antiqua scilicet monimenta prodiderunt, quæ ego in omnium oculis explicabo regna occidentalia velut genitorem autoremque suum recognouisse regnum ecclesiæ, atque ab eo consueuisse confirmationem accipere, propterea quod ab ecclesia, regibus illis à principio fuisse donata, constitutâque. Cuius regni maiestas, eo quoque vetustior probatur, quod non à seipso Constantinus eam statuit, decretisque stabilivit: sed quod à Deo prius vidit conditam. Quod cum apertè in suo decreto ipse princeps fateatur, facillè nouimus, ipsum Romanum Imperium, quod post aduentum Christi in terras exortum est, cum videlicet Romana res ad vnus arbitrium recidit, vetustate præcellere sedis apostolicæ regnum clarius pauld post ostendendum.

Atque decretum illud (ut huc demum descendam, ac super his ad dicendum aggrediar) siue ut Græcis vocari solet quasi oraculum, *θεοπιστωτα*, Constantini, per vniuersam Græciam circumferretur, eius vniuersas Græcorum Bibliothecas plenas reperies, non vna in bibliotheca palatina, quod quidam calumniatus est, delitescit. Ipsos Græcos voca testes, iustra quot sunt in Italia Græcæ bibliothecæ. Omnis Græcia *πία*, reuertereturque assurgit huic edicto, ipsum adorat. Nec fuit tempus vnquam, postquam ea sanxit Constantinus, quin fuerint semper ea pro verissimis habita, si rem altius perspicere cupiēs ab ipsis Imperatoribus aggrediaris, qui omnes vnanimiter venerati sunt uti verissimum, ac sanctissimum decretum illud. Ipsa synodi confirmauerunt, iidem ipsi Græci, qui scriptis aliquid memoriæ prodiderunt, id abunde testantur. Sæpe ego percunctatus sum ex Græcis, propter sparsam in homines à Laurentio dubitationem, quam fidem haberent huic decreto, nunquam non reperi eos constanter affirmare, nullam esse super eo apud eos dubitationem: imò venerari, adorare. Atque eo vsque venerationi fuit decretum illud vetustis Imperatoribus, ut eum libros sacrorum canonum confici imperassent, quem admodum apud Latinos Gratianus, primum ferè locum tribuerint inter alios canones huic decreto. Lege enim librum, qui Græcis inscribitur *νομοθετων*, lege titulos, vigesimo tertio titulo, reperies vniuersam ecclesiam ab ecclesia Romana, moderamen, ordinemque accipere, quemadmodum scripserit decreto suo Constantinus. Repertum etiam hoc decretum multis in Italiæ locis, ut vetustatem agnoscas litteris Longobardicis scriptum. Tempus autem quo litteris Longobardorum veteres utebantur, octingentorum annorum est, ac supra. In primis autem scire conuenit non donasse nominatim Constantinum paucas illas vrbes, paucâque oppida, quæ dicuntur patrimonium ecclesiæ, neque enim id in decreto eius reperies: sed donasse vniuersû occidentè, & quasi maiori principi ab vrbe decedentem cessisse, ipsamque Romam caput, domiciliûque pietatis esse decreuisse, in qua nefas esset præter quam præsidem religionis imperare: propterea quod si duo præsidem in ea præfuisent, vnus autem interesset gubernaculum tenere, magistratus adhibere, præsidem sacrum quod ei turpe videbatur, subiaccere magistratibus terrenis necesse fuisset. Duos in vna vrbe, ad quam Petrum apostolorum principem, religionis caput venisse nouerat imperare, nefarium iudicabat, præcipuè si princeps terrestris habenas Urbis teneret.

Sensit sapientissimus Imperator, Christum caput, fontem, domiciliû religionis ibi posuisse, cum ad eam misit principem, ac petram religionis. At duos in eadem vrbe principes

A principes regnare, ea maximè ratione fieri non poterat, quod res terrestres rebus sacris dominatæ fuissent: accidisset videlicet, quod in proverbio *δυναστος ποταμων*, id est, ire retro flumina. A necessitate certè profectum si quis huic necessitati parendum existimet, ut quæ Christus decreuit, necessario retineantur. Non est bonum, doctissimus vates ait, Imperium, principatûque multorum. Malè autem habente religione, & succumbente, ipsa etiam res terrestris periisset. Dignum, inquit magnus Imperator, ac necessarium duximus, vbi caput totius religionis, vbi legatum suum Deus statuisset, ibi imperium principatûque eius vnus esse. Hæc ratio in toto decreto clarius apparebit. Sed primum nosse oportet, quod non dubito quin Laurentio ignotum fuerit, antea quàm piissimus Imperator ad sanctionem, decretumque descendisset, scripserit primum de sua illa prodigiosa sanitate, quam sua illa clara prædicatione cunctis gentibus perspectam esse cuperet, beneficij tanti nunquam immemor, ob quod omnibus fatanæ pompis, idolatriæque scelere sese penitus abdicauerit, atque ad salutarem Christianorum religionem transferit, quemadmodum docuerit eum diuinus præceptor Syluester. Hic suam confessionem explicat, qua sancta Trinitate, omniâque mysteria quæ prædicantur de ea in religione Christiana suppliciter veneratur, adoratur. Tum salutem humani generis per Iesum Christum allatam, cum in perditionem decipiente serpente prius abiisset. Qui non cesset omnibus saculis ut plurimos trahat in exitium, insidiari, cupiēsque eos à veritate deducere, cultum idolorum per orbem induxerit. Quæ re commotus Deus, hominibus que miseratus, miserit primum prophetas, ex in filium suum natum ex Maria virgine, reliquâque mysteria confitetur, quæ habentur in simbolo quod in synodo Nicena fuerat confectum.

Ut hinc liceat coniectare, totam hanc confessionem, eandem esse, quam eodem tempore Synodus Nicena expressit. Hanc fidem ait se cunctas gentes hortari ut retineant, ut baptizentur, quam vniuersalis, Summûque antistes *ιεσφρως* Syluester ostenderit. Miseratus ait Deus me peccantem, misit apostolos suos. Ad postremum ait quod venientibus sanctis clericis, & ei vnoquoque imponente manum, tunc cum consistente sanctam Trinitatem, tertioque in piscinam eum Syluestro mergente, quod in primis obseruandum est, *χειρα ανημενλω υμω εν τω υδατι τοις ιδιοις ειδον οφθαλμοις, υφ ης καθαρος ανασαις, παντος τω στο της νεκειας αιχλης, εμω απο εγγων κεκαθαμενον*. Propriis oculis vidisse contingentem se de celo manum, qua nitidus purûsque à turpi illa lepræ cogitatione consurgens viderit se penitus expiatum. Tunc omni religione, quam Syluester docuisset, cognita, intellecto quoque sanctum Petrum positum uti fundamentum, ac basam totius pietatis, datâque ei clauis regni celorum, quibus solueret, ac ligaret. Hæc, inquit, cum cognouissem sancti quoque Petri beneficio ad perfectam sanitatem me restitutum vidissem, *δεν εκρινα μεν σην πωτη τοις σατραπαις ημων* ob eam causam inquit oportere cum omnibus proceribus nostris duximus. Hoc inquam est initium decreti quod circumfertur. Vides igitur decretum coniunctum esse cum confessione, eundem esse vtriusque contextum, ut si vera est confessio, nempe Constantinum edidisse sua voce eam confessionem, reliqua quoque necessariò sint vera. Est enim, quemadmodum dictum est vnus, idemque contextus, vnusque loquitur vbi que. Hoc itaque prudentibus erit perspicuum super illo decreto, magnique momenti argumentum. Nam confessio illa sacrosancta, quemadmodum superius demonstratum est, eadem est, quam in consilio Niceno latius Constantinus expressit, verissimumque est, ea confessum esse exerta voce Constantinum ob quam causam vocatur à Græcis *αγιωτατος ισαποστολος*, Sanctissimus, æqualis apostolis. Consule Gregoriû contra Iulianum Imperatorem, eiusdem temporis theologû. Hæc confessio per omnem Græciam circumfertur, omnia sacra plena fuit eius etiam inimicis Græcis qui semper Romanæ maiestati inuidissent assentientibus. Hæc igitur primum fallas, illas ipsius è pectore natas, non è natura petitas Laurentij rationes coarguunt, quibus vniuersum libellû suum superstruxit. Proponens principio quatuor rationes, quibus funditus donationem Constantini euerteret: non esse verissimile Constantinum donasse: minus Syluestrum acceptasse. Si detur Constantinum donasse, non potuisse donare, quæ iuris sui non essent. Ad postremum cum antecessore Syluestri Melkiade gesta esse, quæ cum Syluestro gesta dicuntur à Constantino. Quæ singula diligentius per totum librum commemorata ac repetita dilucentur. Hæc, ut à principio docuimus, eo maximè refelluntur, quod donatio con-

iuncta est cum confessione, quod Laurentio nunquam perspectum fuisse, liber eius facit ut credam. Hæc erit prima ratio cum piissima confessione Constantini coniectum est decretum, siue donatio eiusdem certè esse utcumque veritatis. Quam excipit alia ratio, qua procaces aduersarij exclamationes ineptissimæque rhetorica diluitur. Neque enim temerè, inconsideratèque donauit urbem, cessitq; Constantinus: sed audi tam multas eum tibi rationes reddentem. Ductus est ad hæc singulari illo diuinitus accepto beneficio, quòd ad eum Petrus venisset, quòd ad pristinam sanitatem restituisset, quòd intellexisset eum, præsidem, caput, fundamentum totius religionis, quòd Rex sacrorum, pietatis Imperator fuisset à Deo declaratus. Maior est autem Imperator sacrorum, quàm terrenorum. Quòd Petri in se potentiam expertus esset, ad quam, sua potentia non attingeret, quòd videret urbem esse sedem, thronum, regnum ipsius summi capitis, cælestis Imperatoris, Regis ætherij, sacri principis. Cum urbe verò consequitur Italia, reliquæve prouinciæ adnexæ capiti. Neque donare caput membra relinquere fas erat. Nec dubitabit an compos mentis fuerit, qui tot prouincias donauit, nisi qui ipse desipit. Nam qui ea quæ à pietate, magnòque erga Deum amore, atque ab ea prudentia, cuius est pietas initium, proficiscuntur, à dementia proficisci contendit, ipse dementissimus est. Est eorum è numero, quibus, ut ait diuinus Paulus, Christum sponte se supplicio obtulisse, stultitia videbatur. Prædicamus ait Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam. Vtroque è genere videtur Laurentius fuisse, cui scandalum & stultitia fuerit, optimum Imperatorè ardentissimo pietatis affectu, Imperium suum, Christo donasse, ac quasi sacrasse. An dementes sunt, qui se, suaque Deo deuouent, qui se pro patria in discrimen obtulerunt? Stultus visus est Rex Dauid, Nicol filia Saul, quòd ante arcam inspectante populo exiliret, caneret. At quid ei Rex respondit, quia Deus eum quem patrem eius elegisset, omnibus modis, gratias pro eo se habiturum. Stulti scilicet clarissimi illi viri, nam vitam deuouere, ac quasi donare, multo maius est quàm Imperium donare quoties se pro cæteris seruandis donauerunt. Ostendit igitur ratio Laurentium, cui maximus ardor pietatis visus est dementia, vel ethnici, vel Iudæi mentem habuisse, quibus scandalum, stultitiæque fuit ardentissima Dei charitas, flagrantissima pietas, cuius æmulus noscitur fuisse Constantinus, propterea dictus Græcis, æqualis apostolis, sanctissimus. Cuius ardentissimam pietatem, alia facta eius comprobant si legeris ea quæ de vita eius scripsit Eusebius. Nec ea Syluestro, à Constantino, sed Petro, & Christo donabantur. Non tibi, inquit alius Imperator, cum se ante pedes Pontificis prostereret, sed Petro. Qui autem Christo donat, donat non sua, sed quæ Christi sunt. Meus est enim, ait in psalmis, orbis terrarum, & plenitudo eius. Quocirca donatio Constantini, fuit restitutio, nec magnæ fuit admirationi Imperatorè non sua reddidisse, qui faceret omnes Romanorum victorias in Deum autorem referendas: quo reliqua dementia Laurentij coarguitur, non potuisse Constantinum, si detur id eum fecisse, donare non sua. Oblata enim sunt omnia ipsi Christo, & quasi super altari eius posita, velut cum Abraham filium, omni regno cariorem super altari obtulit Deo. Diadema purpuramque sibi Constantinus detraxit, Christo deuouit. Exue, qui velis ista dignoscere, recto iudicio perpendere, mentem humanam, indue mentem Constantini. Non te, rerum iniustus æstimator, humanus affectus impediatur, qua ratione, quo miraculo id factum sit. Terrenum quendam imperatorem exhibere non decet, non proferre terrestria, cupiditatumque corporearum inducere testimonia. Nam quod Constantinus gessit, prodigiosum, insolitumque fuit miraculum, ardor pietatis fuit. Quæ quidem dementia stuporque sit hominibus huius mundi, non animis diuinis. Eiusmodi stupor erat, cum apostoli Spiritu sancto prouecti, variis linguis loquerentur, insani, ebriique ab insana plebe iudicabantur? Laurentius Constantinum induxit quasi ebrium, insanientem: vocat omnes, ut admirentur, considerent, an fieri potuerit, eò sobrium Imperatorem vecordia processisse: asciscit Imperatorum profanorum affectus acquirendi, retinendique Imperij. At cur est, quòd in Constantino talia miretur, quando seposito afflatu diuino, similia quædam Imperatores profani facere non erubuerunt. Cur non admiraris, insanumque vocas Diocletianum, qui se sponte Imperio abdicauit. Vtrum maioris insanix, totum Regnum sibi met, an regni partem eripere, sibi tantas opes, pro quibus, ait Laurentius, Reges in arma ruere, abstulisse: aut volentè reipublicæ consulere, partem Imperij melius disposuisse, cõmutato rerum ordine, nihil Imperij viribus imminutis? Quo quidè Diocletiani exèplo facile co-

Acile cohibentur illæ Laurentij exclamationes, vanæque rhetorica, qua coram regibus, & populi rhetoricatur, qui fieri possit, ut Constantinus abstulerit sibi partem Imperij, cum regnandi causa soleant Reges ius violare, nihil non miscere. Quid dices de his Regibus qui spretis honoribus, ob quos itur in arma, se in solitudines, in monasteria penitus abdiderunt? Quis eos Spiritus induxit, ut tantas, tot laboribus partas opes relinqueret, diuinis honores, populorum acclamationes sperneret? Constantinum miremur, quem diuinus ardor agebat, quem salus insperata ad magnas cogitationes excitabat. Quid alij Imperatores, amore muliercularum? Nonne Marcus Antonius Cleopatram, quam misere deperibat, cum in Parthos proficisceretur, Arabiam, Iudæam, Palæstinam, multasque alias prouincias, & quasi maximam Romani Imperij partem in oriente donauit? Cur hic non inducis senatum, populumque accurrentem, lamentantem, sletibusque donationem illam prohibentem? Cur hic exaggerationes, exclamationes non profundis, totumque orientem mices, quemadmodum in donatione Constantini totam urbem repletes tumultu, facis lamentari populum, senatum, filios Constantini, lamentari scilicet quòd fieret Christianus, quòd mentem diuiniorem concepisset, quòd agitante Deo totum sese, & quidquid possideret, Deo sacraret? Cur illam Marci Antonij donationem non putas fabulosam, quia non fuit scripta, in æs incisa, non legitur acceptasse Cleopatra? Quid quod si donauit, non alienis donauit, quemadmodum superius dictum est, nõ quasi Turcis, aut Persis, aut Ægyptiis, sed cum donauerit Petro, & Christo, res ipsa donata, in toto Regni corpore remansit. Neque ea Imperij parte orbata est reipublica. Sed amplificata, incredibiliter illustrata. Quod enim Christo, & religioni donatur, non eripitur reipublicæ. Sed in eo reipublica augetur, fit nobilis. Donare Christo aliquam Regni partem, non est quasi abscondere, ac regni corpus dilacerare, sed potius augere Regnum, aucta, & illustrata regni parte, qua salus toti regno contingit. Aucta in regno amplificatæque religione, totum regnum amplificatur: atque ea pars quæ religioni donata fuit, non quasi longius abiit, ipsa reipublica magna sui parte, membròque orbata, sed in ea nobilior, auctiorque remansit. Nec fuit ea donatio quasi alienatio, quæ tum in ipso Romano Imperio remansit, tum ob eam Imperij nobilitatum, illustratum, amplificatumque fuit. Magnus quidem error diuidere Romanum Imperium in regna terrestria, atque ipsam religionem, quasi duo inter se disincta, Romanum Imperium constat religionem, tum regnis, opibusque corporeis. Cum dicitur regnum sanctum, religionisque regnum, dicitur præclarissima pars Imperij Romani. Quare cum hæc pars religioni fuit consecrata, non fuit à reliquo Imperio abscissa. Nec in eo quisquam est offensus, in quo, reipublica maxime profecit. Tunc enim religio magnum accepit incrementum, aucta autem religione, regnum augetur, omnium bonorum copia prorumpit. Quid de Laurentio dicam, cumne christianum fuisse, qui Christianæ religionis aduentum in urbem, ad imperium Romanum, mœrorem populi, infelicitatem, lachrymas interpretatur? At Lactantius Firmianus prædicat, felicissimum orbi terrarum illuxisse diem, cum Constantinus iniiit principatum, in principio suarum Institutionum. Qui primus, inquit ad Constantinum, Romanorum principum repudiatis erroribus, maiestatem Dei singularis, ac veri, & cognouisti, & honorasti. Nam cum ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum Imperij culmen euexit, salutarem vniuersis, & optabilem principatum, præclaro initio auspiciatus es, cum euerfam, sublatamque iustitiam reducens, terribitum aliorum facinus expiasti. Hæc ille. Laurentius mœrentes, lachrymantem inducit populos, totamque reipublica. & filios Constantini, cum sese totum religioni Christianæ deuouere pararet. Iam enim à principio claruit iactantia eius contra Christum, quem sumptis spiculis vulnerare pararet. Fecit quod promissit, tota enim hæc eius scriptio contra donationem Constantini, effusa est, tenditque clam contra Christum. Reddita igitur est reipublica. longè felicior, ac beatior Constantini sanctissimo illo facto, publicamque latitiam fuisse par est. In primisque familiam ipsius Constantini, propinquos, cõsanguineos, tum proceres omnes, omnemque curiam gauisam esse, quorum in oculis res prodigiosa edita esset. Imperatorem suum fœdissima contagione liberatum, nitidum è salutari lauacro surrexisse. Nec tam ob principis insperatam salutem fuisse stuporè, ac gaudium, quàm super ipso facto prodigioso. Res diuinæ, ac sanctæ, bonitatis, ac iustitiæ plenæ non inducunt homines ad mœrorè, sed lætitiã, gratulationem. Sic quoque diluitur quicquid inducit senatum obijcientem Constantino, urbem prouinciasque donantem. Propones incõmoda reipublica. ex eo prouentura. Maiora enim co-



gitabat Constantinus, quàm illa terrestria, suoque illo facto, rempub. videbat futuram beatiorem. Eadem ratione non sunt consentanea rationi, quæ Syluestrum inducit loquentem super oblati, repudiantemque oblata. Vnus enim idemque spiritus erat Constantino, & Syluestro, quasque Constantinus rationes proposuit Imperij sacrandi, easdem & Syluester agnouerat, nec solum non reiicere cogebatur oblata, vt potius amplissimas haberet gratias Deo ob imperatoris inauditam pietatem. Eratque consensus, mensque vna, dantis, & accipientis. Quidquid de principatu Petri in illo suo decreto scripsit Constantinus, didicit à Syluestro, à quo de Petro, & Paulo, de Iesu Christo, de tota religione cognouit. Quare probabile est, vnum ambobus animum consiliumque fuisse. Nec poterat, aut debuerat spernere Syluester, quæ non sibi, sed Petro, & Christo donabantur. Non hic ego loquacis hominis sequar vestigia, vt totidem verba in contrarium proponam, quot Syluestrum, Constantinumque inducit loquentes, super quibus mirè rhetoricatur, more videlicet eorum, quibus omnis fiducia in verbis est. Quæ enim munera spreuit Heliseus sanato à lepra principe Syriæ, iure potuit spernere, quod sibi dabatur: at de Syluestro longè alia ratio. Successor erat Christi & Petri Syluester, eaque quæ sibi dabantur, Christo & Petro dabatur, à quo fuerat Imperator sanatus, ad Regnum Christi adiungebantur. Instituebatur regnum sanctum, regale sacerdotium: id agi à Deo per Syluestrum videbat Constantinus, vt religio stabiliretur, amplificaretur, magnum autem incrementum accepturam, si Romanum Imperium ei subiiceretur. Hoc factum ferre secum omnem felicitatem, ornamentumque reipub. plusquam humanum factum appellandum. Quod si Fabij, & Scipiones, ac Cæsares ob eam rempub. diuinos honores meruissent, longe certè diuiniore debentur Constantino. Non poterat, aut debebat hæc spernere Syluester, animumque feruentis Imperatoris impedire. Adiunctum est illo præclaro facto Imperium Romanum religioni Christianæ, Imperio autem Romano adiuncta est religio Christiana quæ fuit diuinissima, maximeque salutaris coniunctio. Hoc tantum commodum, oblatam cælitus peruenierum terrarum orbem diffundendæ religionis occasionem potuitne Syluester repudiare? Si Rex regum dicitur Summus sacerdos, si regibus imperat, tora hæc gloria Christi est. Præstabat tẽpore illo nascentis Ecclesiæ inferre in fidem Christi, Imperij partem: futurum erat eo, vt plures crederent. Hõcne debuit contemnere Syluester? Hæc ratio quoque est, quod modernis piissimi Imperatores arbitrati ab Imperio non aliena, quæ religio possidet, sed Constantini imitati pietatem, auidè, animoque promptissimo parent huic sancto regno, quæ ab eo possidentur, non ab externis teneri, sed in corpore reipub. existere, sibi persuadentes. Atque hæc sua, & Christi, Christianæque reipub. existimantes ea gladio districto deffendentibus similes aspicuntur. Neque pie, sed planè impiè, & quasi vna domo inter se, aut membro cum membro pugnatè factum est, cum inter hoc regnum, & imperatores deffensio coorta est. Quid enim aliud ad fuit, quàm cum rabie quis correpus, ipse sua mēbra morsibus discerneret? Est vna respub. vnum Imperium, quod ab Imperatoribus, quod à regno sancto possidetur. De vtroque velut duobus disunctis differere, est eorum qui cuiuspiam interitum cupientes, eique persuadere conati duos in eodem corpore inesse, eum ad ipsiusmet exitiū adigerent. Primā igitur ratio Laurentij, vt sæpius hæc exagitem, fuit, Cum populum Romanum, senatumque in medium protrahit clamantes, accurrentesque ad imperatorem, quod rempub. quasi perdere decerneret, eripiens Imperio, filiisque suis tam præclaram Imperij partem. Secundo loco Syluester multis cum verbis, multis rationibus auersatur oblata. Suo facit eū ore loqui Laurentius, qui si viueret, nec ore illo scelerato locutus esset, nec illa mens ei placuisset, omnia superius diluta sunt. Ea fuit facti Constantini diuinitas, vt nullam calumniā, nullā controuersiam patiantur. Longe enim maiora comoda erant prouentura ex illa piissima liberalitate, Imperijque consecratione, quàm mala in religionē ex tantarū opū possessione. Nam coniuncta religione, ac pietate, cum rerū terrestriū moderatione, fit ipsa res administrata melior, solidior. Rectius, iustiusque reddit Imperiū religio, dirigit, moderatur, erigit, efficit iustitiam clariorem, reddit quos complectitur seruatissimos æqui. Quare non debuit Syluester repudiare, quo minus religio cum Imperio sociaretur, acciperet focium Imperium religio. Nam mala quæ quis rhetoricando enumerare valeat, ex opulentia illata in religionem, sunt longe minora, quàm vtilitas consequens ex illa societate. In omni autem re consideratur num comodus præstet incommodo: vt si quis hortum, aut vineam constiturus, multum ea ex colenda sudoris profusus, multū pecuniæ agricolis impensurus. Considerabit videlicet comodum, fructumque longe locupletiorē præstare laborem, pecunia-

A pecuniarumque iacturam. Ita accedente ad religionem Imperiū, opibus associatis, & Christo sacratis, præsertim religione nascente, longè maximum fuit commodum, longè autem minor iactura ex possessione diuitiarum. Nam populi intelligentes Imperatorem se, & imperium Christo sacrasse, tam præclaro, tam prodigioso facto, cogitare cogebantur, religionem illam esse verissimam, sanctissimam, cui tantæ opes, tanto sanguine partem sacrarentur, donarentur, Imperator propter Christum eas contemneret. Fiebatque quod Christus præceperat, vt renuncians pro nomine eius omnibus quæ possides, centupli accepturus. Si sapiēs à Christo iudicaret, qui fratrem, patrem, matremque relinquit, qui vedat quæ habet, & pauperibus eroget: tanta pietate. Constantinus id imitatus à Syluestro, nõ debuit comprobari, non debuit Syluester suspicere mentem diuinitus actam, incensam ardore cælesti? Si Syluester has opes affectasset, si voluptatibus satiatis accepisset, ratio de repudiandis opibus audiri posset. Nam cum donantur ecclesiis diuitiæ, cum donatur altari, cum sacrantur Deo, sacerdotes reiicere ne possunt, nec debent, nec aspernari donantes, non sibi dari, & sacrari, sed Deo perspicuum habentes, fieri sacra, fieri thesaurum ecclesiæ, vt cum calices, cum vestes offeruntur. An si seruo quid tradideris, quod Domino deferat, rem refusabit, quasi potestatis sua suspenderit; quasi sua respuat. Arquis vapulabit multis, rem Domino oblatam, & donatam, aut ferre recusans, aut abiiciens, vel recusando tardans, impetum donantis. Quare rationes illæ Laurentij de non acceptandis oblati, cum ad scopum verum non tendant, rem vti est, minime proponentes potius cauillationes, quàm rationes sunt. Contemnere enim diuitias, nostras, libidines adiuuantes iubemur: non diuitias quæ Christo sacrantur, non opes Christi, non sacrificia quæ ei offeruntur. Data est sacerdoti pecunia vt ecclesiæ adificet, vt domos virginibus distribuatur, vt domicilia peregrinis, pauperibus instituat: tantum illud homines occasione non admittat, quia Laurentij monstrat pecunias in religionem non esse inferendas. Quod autem ex ore Laurentij repudiari Syluester prouincias quæ Constantinus offerret, ostēdit, si sacerdotes regnare ceperint, necesse est eis euenturum vt inter cades, & sanguine versentur, gubernando, retinendoque Imperio, eadem poterant opponi antea quàm Constantinus donasset, si quid ecclesiæ tempore Syluestri possiderent, si quod ius, si quid ditionis, ac potestatis. Eadem obiciuntur, cum Abbatiæ sacrantur, cum benedictio, ceterisque sanctis oppida, castra donantur, cum in Germania, Hispania, amplissimi Episcopatus statuerentur. Omnibus enim his locis ius dicitur, sunt magistratus, delinquentes puniuntur, laboratur gubernando, hos labores Benedictus Augustinus totaque orbe Christiano sanctissimi quique, qui Episcopatus, dignitates ecclesiasticas erigebant, non recusauerunt propter comoda à principio enumerata. Detrimta autem fore longè inferiora, potestatem, ditionemque ecclesiæ accipiente, intellexerunt, postea quàm primus ardor refrigerat, cælestes gratiæ cessauerant, miracula non amplius visebantur. Expellenda erat illa Constantini donatio, omnis idolatria, confirmandum regnum Christi, tollendi ex urbibus superstitiosi cultus, omnis impietas abolenda. Cui autem dubium, facilius idolatriam excidendam, si Imperium religioni subiiceretur, aut vtrunque sociaretur, alterumque alterius ope adiuuaretur, quàm si Imperiū religioni dominaretur? Adiuuat religio Imperiū, efficiēs id iustius, sanctius, rectius. Imperiū autē, nepe opes corporeæ religionē defensant. Hæc cum sint maxima bona, eos insannire facile cogunt, qui leuiora mala proponentes, ingentia illa bona nituntur euertere. Velut si quis orationem contēderet esse perniciosam, maximorumque hominibus causam malorum, clades urbibus illatas à malis oratoribus enumeraret. Et in omni genere rerum si quis vitia recēseret, prætermittis magnis bonis. Aut si quis quæpiam calumniari cupiens, referret quadam in eo leuiora vitia, magnas virtutes silentio prætergressus. Coniunctio igitur Imperij & religionis cum diuina fuerit, nõdum ecclesiæ stabilita, dum vexationibus iactaretur, dum in eam plurimum possent mali, certè indigna sunt quæ opponantur, si qua vitia comitata sunt hanc coniunctionem. Quis item est, qui nesciat, diuinos scriptores, theologosque nostros, quos Romanis Imperatoribus adidit ætas, sæpe res illorum temporum describentes, solitos appellare felicitatem illorum temporū, solitos prædicare, Ecclesiā floruisse, lætissimam fuisse, quoties aliquid gratiæ, ac benignitatis ab Imperatoribus manaret, Quoties eos aut persequi desisterent, aut omnino rem Christianam adiuuarent, si quam pietatem in religionem præferrent, si quibus opibus sustentarent, si quid ecclesiis largirentur, quod miseris donaretur, quo necessitates ecclesiæ subleuantur. Hanc inquam Imperatorum in se propensam voluntatem, felicitatem suam

rum temporum vocant sancti Theologi, religionis incrementum. E contra sævas hyemes proponunt, procellas, & tenebras, cum cardine verso, tempestatibus irruentibus conflantur. Si felicitas igitur fuit aliqua in religionem animi propensio, si patres sancti exosculabantur hanc occasionem, gratias immortales habebant Deo, Nonne maxima felicitas fuit, maximus mœror infidelibus incessit, magna suæ superstitionis fuit consternatio, cum Imperator aduenit, qui non aliquid gratiæ, benevolentia ve religioni impenderet, sed fulmen gratiarum effunderet, quantum vix aptare liceret. Quoad cogitare posset, qui cum ardorem concepisset, vt se totum Imperiumque cum filiis pietati, ac religioni consecraret. Ob hanc causam exultant sancti Theologi, prædicant maximam ad ecclesiam tunc factam bonorum accessionem, felicitatem illorum temporum oratione prosequuntur, in defesse concelebrant. At id Laurentio non est gratiam acceptumque, affert ei mœrorem, luctum veluti pagano indignanti ecclesiam creuisse, id ab Imperatoribus gratiæ in eam exundasse vt Imperium ei traderent. Quod patribus summa lætitiæ fuit, in eo triumphabant, gloria-bantur, Laurentius vt id tollat, opprimat, ne tantum lætitiæ, donique cælestis ad ecclesiam venisse comprobet: (solent enim qui invident, dolorem ex alterius felicitate capere) artificiose proponit Syluestrum ea repudiantem, afferentemque rationes in ecclesiam opes inferendas non esse. Cur non potius inducat Syluestrum nescio quam cogitationem concipientem quæ mihi interdum occurrit: Si quis apud remotissimos Indos degens eò nostris ex locis profectus prædicaret, esse sacrosanctam in orbe terrarum religionem: cuius caput, ac moderator ab omnibus Regibus, principibusque adoratur, isque tanta potestatis apud eos habeatur, vt omnia Regna nutibus eius regantur, propter religionis, ac pietatis altissimum principatum, quem Reges adorent, quibus perspectissimum sit, summum hunc sacrorum principem, successorem esse Christi, totamque illam potentiam ac maiestatem, si quis per ætates ascendat redigi resoluatque ad ipsum Dei filium, qui quendam suum in terris legatum reliquerit, quem homines vt interpretem, magistratumque eius respiciant, ab eo de pietate, ac religione discant. Ob hanc causam solitum esse apud eos, vt non tam mortalem illum hominem, quam in eo, Deum ipsum, qui eum sibi in terris suffecisset suspicientes, omnes actiones, muneraque pietatis exprimant, summa veneratione tolerantes abstinentesque maledictis, si quid is vt homo peccet, propterea quod in eo venerentur filium Dei. Nonne cogitabunt hæc audientes eam religionem esse verissimam, à Deo profectam quam inde ab initio Reges piissimè coluerint, cui Regna, opesque suas sacrauerunt, cui subiecerint Romani Imperatores Imperium suum, quo non fuit toto orbe terrarum maius? Nonne percipient ingentem causam fuisse cur sese deuouerint, sacrauerintque. Cur ante principis eius pedes procumbant, eos exosculantes? Quid etiam hoc loco de Laurentio, & his, quibus eius maledicentia non displicuit, dicam, sed maxime de ipso: quàm solet seipsum mendacium, ac malitia proderet quippe quæ contra naturam tendit: quæ autem naturæ aduersantur, non diu subsistunt, citius euanescent. Si quis tuetur falsa, quantumuis congestis argumentationibus rhetorizando: veritas temè cogit eum quippiam efferre, quo tota eius oratio refellitur, conatus malus coarguitur. Ait Laurentius in aliis suis scriptis efferens linguam Latinam, non penitus eam concidisse, remansisse, velut in Imperio Romano, in Italia, Hispania, Germania, quot nationes Latinè loquantur, totidem dicendas esse Romanum Imperium. Cur igitur non perspicit huius rei causam Romanæ ecclesiæ fuisse maiestatem, quæ velut filius Romano Imperio successit. Hæc enim hæc fecit, vt Romanum Imperium, quod iam senescebat, in occasum præcipitabat, tanquam propago ex ipsa renasceretur, Latina lingua retineretur, Latinè loqui nationes perseverarent. Ex arido stipite surgens formosa arbor insitis oculis à Constantino ramis felicibus vniuersum terrarum orbem occupauit. Filius adolescens, patri senectute confecto, propediemque morituro successit, continuata patris in omni æuum dominatione per filium. Ac verè profertur à nonnullis de ecclesia carmen Virgilianum oraculum summi Iouis.

*Imperium sine fine dedi.*

Hoc inquam de ecclesia, de Romanæ sedis maiestate verè profertur, quæ fecit vt Imperium Romanorum esset sine fine reatum in ipsa ecclesia. Hinc fit, vt in palatio summi Pontificis in cunctis ferè negotiis Latinè loquantur. Est enim quasi populus Romanus, Senatus, plebsque Romana. Fuit igitur Dei beneficium, vt Constantinus hunc filium adoptaret, qui hæres esset occidentalis Imperij, quod maxime Romanum Imperium fuit. Hoc domicilium, hi natales Romani Imperij. Agnoscant omnes Laurentianam cæcitatem.

Indigna-

A Indignatur, fremit, admiratur Imperium ad ecclesiam accessisse, & in Imperij gratiam, non patitur ecclesiæ donasse Constantinum: dum scilicet Romanum Imperium tuctur, non videt sese illud potius euertere. Quod putat Imperij defensionem, Non donasse Constantinum: id non cernit esse Imperij euerfionem. Perinde si quis quempiam his argumentis defenderet, quibus in mortem apud iudices conflaret? Excepit ecclesia imperium senescens, Constantinus diuinitus inspiratus hanc successione prouidit: inclinatumque Imperium, ecclesiæ veluti fortissimo parietis admouit, alioqui magno interitu ruiturum, in primis ipsa Imperij sede labente Roma. Non igitur mens ea fuit Syluestro, quam Laurentius ei tribuit, non ea oratio. Syluester, & ipse Romanus, incomparabiliter melior, ac sapietior Laurentio, patriæque suæ amantior summis laudibus extulit Constantinum donantem, sacrantemque Imperium Christo, acceptauit, approbavit, gratias Deo egit immortales, tantæ felicitatis auctori, qui tam prodigiosam pietatem magno Imperatori aspirasset, quo patriam suam videbat non ruituram, sed longè nobiliter renatam, cum Imperio terrestri, etiã cælestis religionis principatum habitationem præsentem, quod fingit Laurentius, non falsa pietate, fallaque diuitiarum detestatione præsentem, quod fingit Laurentius, reprobauit. Mirificè gauisus est, prospiciens patriæ & religionis mirabile augmentum. Non aspernatus est gratiam cælitus venientem, spiritum illum sanctissimum, quo magnus Imperator agebatur non restinxit, imperium non tardauit, potius animum incensum inflammavit amore. Perspexit, fatius esse Imperium à religione possideri, atque administrari, quam à profanis, ab inimicis Christi, qualis postea fuit Iulianus. Si qua apud Antipodes natio antea profana, idolatra, ad Christianam religionem trāsire cupiens, totam sese, & quidquid publicè possideretur ecclesiæ consecraret, an sacerdos qui quasi Rex apud eos institueretur, pietatem hominum contempserit, repudiarit, persuaserit eis id factum esse perniciosum? Quid etiam mirum profana facta esse sacra, velut templadeorum facta sunt ecclesiæ sanctorum? Pantheon tunc omnium deorum sanum, nunc est ecclesia virginis. Castoris, & Pollucis in foro Romano, nunc Cosmæ & Damiani. Omnes vestes, ac ritus profani, nunc sacri sunt. Sic imperium antea profanum, factum est eo tempore sacrum, ad religionem tralatum. Claret igitur Syluestrum nulla excusatione respuere debuisse Imperij donationem, ac consecrationem, nec cum locutum esse, aut loqui potuisse, quæ fingit Laurentius. Nec rationibus, & argumentis ex Theologia productis impedire tantum bonum decuisse. Repudium diuitiarum alio tempore vtile esse posse, sed repudium Imperij accedentis ad religionem, non sine iniquitate, & scelere futurum fuisse. Imperij donationem fuisse religionis auctorem. Plus detrimeti passuram fuisse religionem non adiuncto imperio quam diuitiis in eam illatis. Nam Imperio non adiuncto, periculum erat idolatriam remansuram, ac regnaturam. Adiuncto autem Imperio periculum erat ne sacerdotes insolescerent. Collato vtroque malo, res ipsa contrariæ quod apud philosophos fit, intelligantur. Vt si quis scire cupiens quæ clarior virtus, Pietas, an Liberalitas, assumat contraria vtriusque virtutis. Pietati aduersatur Impietas, Liberalitatem, ac opes sequitur insolentia. Maius autem malum Impietas, quam Insolentia aut Superbia: præstantius ergo bonum Pietas. Sic maius bonum Imperium venisse ad religionem, quam Imperium contempnisse, ne religio in insolentiam, aut superbiam incideret. Maius malum incidere in idolatriam, quam iactantiam ex diuitiis. His omissis quoniam Laurentius descendit ad aliam Romæ oppugnationem, Italiæ omnique occidenti bellum indicens, & donationem non fuisse conatur ostendere, etiam si superiora argumenta nihil roboris haberent, ea ratione quod nihil constet de acceptatione, non constet Syluestrum possedisse, de eo disquiratur. Hoc scilicet agunt qui quempiam circumuenire nituntur, qui quippiam possideret, vnde eum deturbare contendunt. non desunt inquam qui si quid prætere possent, falsosque testes adducere, vestem quam possides non esse vestem tuam, quod minus id facerent. Aut qui patrimonio tuo, muneribusque insidiantes aliquam cauillationem excogitarent, qua tibi patrimonium eriperent, aut munera auferrent, quæ dicerent te rapuisse, non te à donante accepisse. Eiusmodi nunc quoque est Laurentiana cauillatio. Non habetur scriptio acceptationis, nullis tabulis est incisa, non ascendit Syluester in Capitolium, nec per Imperium est à Constantino circuectus: non promouit magistratus, Prætores, quod faciunt, quibus regna traduntur. Non igitur donatio fuit. At non ista leuiora, sed longe maiora gesta sunt: Inspectante toto populo, cunctis proceribus, omni senatu, omnibus propinquis, Romanum Imperium est consecratum Christo & Petro, in manibus Syluestri donatum. Hoc maximum fuit argumentum ad confirmationem donationis. Hæc maxima fœdera, hi

maximi testes. Vulgaribus & plebeis dabis curus uestationemque, summo, & sacrosan-  
cto sacerdoti satis erat, imò maximum erat, Imperatorem procubuisse ante altare, super  
ipso coram tot testibus Imperium sacrasse, deuouisse. Vt nouum erat, & inusitatum hoc  
Constantini factum, diuinum potius quàm humanum, sic nouo genere celebrationis  
transactum est. Quæ Laurentius profert profana sunt, plebeia, vulgaria. Hæc summa  
pietate, summo cultu exercebantur, non aura popularis, non strepitus, clamorque ple-  
bis aderat. Coram Deo & angelis eius, coram senatu, & proceribus gerebantur. Absuit  
ambitio tumultus, vanitas ostentatio. Nouus spiritus insinuauerat mentes illas præsen-  
tes, in lachrymas prorumpentes: astabant reuerenter, corde eorum alia, quàm terrestria,  
quàm vana cogitante. Fuerunt grauissimæ cæremoniæ, non ante id temporis celebratæ,  
quia nunquam accidisset in Imperio Romano eiusmodi prodigium. Sed grauius vrgens  
percunctatur Laurentius, quid egerit Syluester abeunte Constantino, quæ bella gesserit,  
quas ad arma nationes spectantes oppresserit. Nunquam eum fuisse in possessione, si de-  
tur possedisse, omnes Cæsares, etiam ipsum Constantinum vsque ad vltimum diem possede-  
disse, profert testimonium Eutropij de Iuliano filio fratris Constantini, qui totum Orien-  
tale & Occidentale Imperium tenuerit. Reperta fuissent aliqua numismata, si Pontifices  
impasserent, quemadmodum aliorum Imperatorum reperiuntur. In secunda ratione po-  
nitur testimonium Melchiadis Papæ, Constantinum donasse palatium Lateranense, &  
quædam prædia: de Imperio nullum verbum. Agit postea de priuilegio. Principio di-  
cebat Romanos, eorum quæ Constantinus egisset testimonio probabat religionem esse  
veram generis humani salutem, per vniuersum terrarum orbem ad ecclesias de facto Con-  
stantini scribebat, magistratibus, Prætoribusque prouinciarum, quæ gubernarent Chri-  
stianæ religionis esse probabat, si quos euestigio ad pietatem commouere posset sin mi-  
nus, sinebat eos præesse, gubernare. Non potuit fieri subita mutatio à profanis ad sacra,  
quemadmodum non itur repente à morbo ad sanitatem. Bonus medicus insequitur na-  
turam, tempusque optimus pietatis præsul, non subito cuncta turbabat, rapiebat, pro-  
uinciis idolatras deturbabat. Satis erat Imperium fuisse Christo, & Petro consecratum.  
Tempus autem, opitulante Deo, paulatim animos mutabat, sensim ab idolatria transie-  
batur ad religionem, sensim Imperium iam semel sacratum, ad eos redigebatur quibus fuisset  
sacratum. Paulatim imperare incipiebat religio, habenas Imperij capere, Ius suum acqui-  
rere. Nihil hic subitum, tumultuarium, nihil solitum quòd non fuit solita, sed inusitata Im-  
perij mutatio. Non fuit velut si mortuo patre filius statim regnare cœpisset. Alia mutatio  
Imperij, alia successio. Quemadmodum mortuo, ac resurgente Christo, non protinus om-  
nis mundus factus est Christianus, licet tantum initium præcessisset, tantum miraculum in  
mundo conspicuum fuisset, omnia pristinae consuetudini institerunt, tametsi Christus de-  
claratus esset à Deo patre suo Imperator mundi. Remanserunt iidem Reges, magistratus,  
nec subito regnare Christus cœpit. Sic totum occidentale Imperium, & si erat religioni sa-  
cratum, in manus Syluestri traditum, nec statim cœpit Syluester Imperare, ac tumultuare,  
magistratus commutare, nec alios eorum loco sufficere, omnia miscere. Nihil horum egit,  
quòd insolita esset, noua, & inaudita Imperij sacratio, mutatio. Religio cuncta moderatè,  
patienter agit, interuallo temporis iniecto. Multa conténit. Ius suum non agnoscit, execra-  
tur iactantia, tumultum, insolentiam, superbiam. Nihil ei cum strepitu, & perturbatione, ac  
contentione agere consuetum est. Patienter tépora expectat, si quis etiam res illius rapiat,  
haud propere confurgit ad arma, regnare patitur quos ad regnum cupiditas rapuisset.  
Omnia suffert, benigna est, patiens est. Itaque non oportebat, tum primum Syluestrum,  
rerum habenas capere. Quiete, & tranquille ad religionem reginam, verumque Impera-  
torem omnia transibant. Interim ea Pontifices, vt sua agnoscebant, ac fatebantur, publi-  
cis edictis, epistolisque ad Reges & principes ea pro suis habebant, vt postea probabo. Ita-  
que non oportuit Syluestrum bella gerere contra nationes, reipub. tuendæ causa, quemad-  
modum non oportuit eum cõfestim Imperiũ concessum inuadere, audidum regnandi. Non  
hec agit religio: principes terrestres agunt, quibus cupiditas inest dominandi. Quocirca non  
mirum si permittente, & conuiuente Syluestro, multisque Pontificibus post Constantinum  
in Italia imperatores qui res occidentales moderarentur, præfuerunt. Eos habuit Syluester  
vti regni Christo sacrati ministros, habuit, & habere se eis probauit. Volens & prudens pas-  
sus est eos imperare, reiecta in eos cura gubernandi: ostendebat tamè & fatebatur ea Christi  
esse,

A esse, Imperiumque illud religioni deberi donatum Christo, & Petro à Constantino. Au-  
toris orbis misceri debuit à Syluestro, Imperij possessione capiendâ, nouis magistratibus  
describendis, omnibus nouandis? Quæ si etiam facile, & sine strepitu fieri potuissent, nun-  
quam Syluester fecisset. Clarum tamen erat, Imperium Christo, & Petro esse sacratum,  
clarum perspectumque summis Pontificibus, & ecclesiæ, idque omni tempore, sæculorumque  
decurfu fatebantur, litterarum monumentis mandantes. Quod probari multis exēplis po-  
terit. Itaque quid prohibet fuisse donatum Imperium, si Syluester nunquam fuit in possef-  
sione, quasi non esset Christus Imperator mundi, tametsi per cultum nominis sui apud na-  
tiones nondum esset in possessione. Terrestria sunt quæ proponit Laurentius, & ex terre-  
stribus conatur conuincere, ac deicere cælestia. Non eodem ordine sancta, pia, cælestia  
tendunt, ac terrestria, corporea. Assumit exempla corporea, mortalia exhibet Syluestrum  
quasi quendam satrapam. Commodum, aut Heliogabalum, aut duos filios Seueri, qui si-  
mul defuncto patre, pro Imperio inter se armis decertarunt. Eadem responsio est de Nu-  
mismatis non repertis. Scilicet is labor erat Syluestro, vt profanos principes gloriam huius  
mundi affectantes, imitaretur, quasi studuerit vanitatem Romanorum Principum æmu-  
lari? Deerant videlicet meliora, quibus gloriam Imperatoris Christi propagaret. Vanissi-  
ma proponit Laurentius, nec pudet hominem ex rebus, & exemplis profanorum Impera-  
torum disceptare contra Imperium cæleste, contra religionem. Velut si quis animum  
oppugnaturus, aut mortalem ostensurus exclamaret, pes, manus, oculi fauciantur, cor-  
rumpuntur, ergo fauciat corumpiturque animus. Cum fuerit factum illud Constan-  
tini cæleste, diuinum, prodigiosum, cum Donatio sit tota cælestis: cum is qui donabat, &  
is cui donabatur, & is qui acceptabat fuerint alterius rationis, alterius mentis, ingenique,  
quàm principes terrestres, ipsæque res fuerint omnino diuersæ. Cur miscet tam discrepantia,  
& ex vno probas alteri? De his igitur qui post Constantinum in occidente Imperauerunt,  
etiam filij Constantini, ea est responsio, non prohibere, quo minus Imperium Christo,  
& Petro fuisset sacratum, quòd illi rebus præessent, tum quòd religio nihil miscet, nec  
fremit cum strepitu, iactantia, tumultu, tum quòd simul esse religionis illa regna pote-  
rant, simul à Regibus & principibus, Imperatoribusque teneri. Quemadmodum in se-  
cutis temporibus, tametsi multa regna Pontifices ecclesiæ esse fatebantur, idque ipsi reges  
agnoscebant venerantes ecclesiam, vt quæ eis regna donasset, id tamen non prohibebat,  
quo minus ecclesiæ essent. Velut cum Romanis sinentibus, Reges in Ægypto, Arme-  
nia, Pergami regnabant. Christus venit, vt in eodem exemplo persistam, cum medium  
silentium agerent omnia, adueniente Imperatore cælesti in terras, nullus fuit in orbe ter-  
rarum tumultus, nulla perturbatione. Vix agnitus est aduentus ille. Mirum erat tanto ad  
homines Rege veniente silentium. Quid igitur mirum, si donato Imperio nulla fuit in ec-  
clesia iactantia, tumultus, strepitus, ostentatio? Facta ac declarata ecclesia Imperij Roma-  
ni regina, Christum Regem suum imitata, super ea donatione non adeo gloriata est, vt  
vbique se ostentauerit, omnia miscuerit, euerterit: Reges possessione deicerit, contra Cæ-  
sares qui post Constantinum in occidente imperare, ac iura antiqua retinere voluerunt,  
arma sumpserit. Eadem modestia silebat, & conuiuebat illis donata occupantibus, qua  
donata accepisset. Accepit autem sine vanitate, ostentatione terrestri, accepit quasi non  
accipiens, tantum ob gloriã nominis Christi, & Petri. Quare exempla de Iuliano apostata  
à Laurentio producta ex Eutropio, & de reliquis Cæsaribus, qui in occidente post Con-  
stantinum imperauerunt, nullum habent locum: nec tollunt donationem. Multa autem  
eius mendacia post coarguentur, velut quod ait ex Eusebio Constantinum à pueris cum  
patre Constantino fuisse Christianum: cum Eusebius in vita, siue Encomio Constantini,  
quod nunquam Laurentius vidit, apertè fateatur eum tunc religionem Christi penitus  
agnouisse, cum contra Maxentium pugnaturus signum crucis vidit in cælo. De Melchiade  
quoque qui tantum prædia quædam scripserit donasse Constantinum, postea disquiretur,  
eoque apertè contra eum probabitur, qui dicat Constantinum prædia donasse, non ex alio  
potuisse dicere, quàm quod scripsit Syluester, qui ei successit. At Syluester scribit Con-  
stantinum Imperium donasse. Sed controuersia de Melchiade postea dissoluetur, quan-  
doquidem Melchiade martyrio coronato, non fuerit Christianus Constantinus, quo impe-  
rante, vel superiore sæculo interfectus est Melchiades. Omnes autè historiæ fatentur à Syl-  
uestro fuisse Constantinum baptizatum. Tum historia quæ scribat Constantinum donasse  
palatium Lateranense, & ob reuerentiam cessisse, eadem scribit donasse occidentem, licet id

Melchiades non expresserit. Et apud Græcos quæ de Melchiade scribuntur, pro falsis habentur, ab Arrianis conficta, ut ostendam. Sed his omisis, ad Priuilegium cum Laurentio veniendum est, dissoluendæq; illius calumniæ. Nam quod de pagina scribit, & de eo qui Gratianus videri voluit, qui ad iura Pontificia quædam adiecerit, mihi de eo nulla cura erit, cuius ante oculos sunt longe potiora, neque de donatione mihi dicendum est ex Gratiano, sed vetustissimis autoribus. Neque nomen Paleæ mihi curæ est, cum id sit nomen barbarum, & apud bonos autores Græcos, & Latinos appelletur Decretum, siue Oraculum Constantini: Græce *Δικταίρις*, siue *θεσπισμα*, à Latinis Donatio, ab indoctis canonistis Palea, ab antiquis pagina donationis. Neque de his, quæ locutus est Constantinus, dicendum mihi erit, ut apud Gratianum habentur, ac leguntur: sed ut in antiquioribus exemplaribus Latinis ac Græcis, vnde forte desumpsit Gratianus. Quare nunc Gratianum missum facio. De testimonio quoque Gelasij super historia Syluestri postea locus erit differendi. Nam Gelasius, qui fateatur gesta beati Syluestri à plebisque legi, & approbari, idem hoc suo testimonio etiam quæ de donatione in ea historia scribuntur, comprobatur. Est enim eadem historia, quæ si vera est in vno, in altero quoque vera sit necesse est. Omnia sunt inter se connexa atque apta. Quod Gelasius scripsit de gestis Syluestri, scripsit de tota historia Syluestri, in qua est donatio Constantini à reliqua historia indissociabilis, si quis omnia perspexerit ut postea docebo. Testimonium quoque Iacobi Voraginis, cum oppositum fuerit antiquorum, longèque illo doctiorum testimonium contra donationem nullum erit. Quod igitur ait primum Laurentius, inter gesta Syluestri priuilegium non haberi, prorsus in contrarium est. Omnes historiae quæ Græcæ & Latinæ de Syluestro meminerunt, simul cum gestis eius habent donationem. Nec alia ferè sunt gesta Syluestri, quàm ea, qua inter ipsum, & Constantinum acciderunt de baptismo, de donatione, de discessu ab vrbe propter donationem. Quare mirabilis hominis impudentia, qui neget in historia, siue gestis Syluestri, quorum meminit Gelasius, haberi donationem, seu priuilegium. At ego testes omnes bibliothecas proferam, quæ habent historiam Syluestri cum baptismo & donatione Constantini, siue priuilegio. Quod posterius clarè probabitur: Ostendeturque in cassum tot verba super eo Laurentium profudisse insultantem, & triumphantem vbi non esset opus. Quod autem cupit in auro vel argento, ut æreis, siue lapideis tabulis incisam fuisse hanc donationem: ridiculum est, quàm leuissima quæque captauerit, ut suæ opinioni faueret. Quasi hæc tollant donationem, quæ in memoria hominum per succedentes ætates incisa remansit omnibus testimoniis confirmata, ac corroborata. Quas quidem solidas, ac veras tabulas, vel nesciuit, vel noluit in medium afferre Laurentius. Sed delectatur insultare contra eos, qui hanc donationem, aut Paginam, aut Priuilegium vocauerunt. Quasi hæc nomina à recentioribus inducta debuerint tollere vetustissimam donationem. Iam docui non vocari Paginam, vel Priuilegium priscis scriptoribus, sed Edictum, siue Oraculum, siue Ordinationem, aut Concessionem Constantini. Omnis labor Laurentij toties ut impius est, sic vanissimus est captans ex leuissimis causis calumniandi. Totumque hoc calumniarum genus contra donationem cognoscetur esse inane, propterea quod profert verba ex donatione, ut apud Canonistas haberentur: nec curauit, auiditate calumniandi prouectus, proferre ex Græcis, aut vetustis Latinis codicibus verba ista donationis.

Quod primum exclamat contra principium donationis. Vtile iudicauimus vnà cum omnibus satrapis nostris. Ecce fons totius inficitia, totius iniquitatis, omnium calumniarum, non profert antecedentia, vnde ventum fuerat ad istam concessionem. Vnde Constantinus ardore prouectus exclamauit, dignum, siue utile iudicauimus. Antecedentia sunt commemoratio totius miraculi, ut è lauacro purus emerferit, ut primum ei principes Apostolorum apparuerint, quibus docentibus, atque virtutem suam inspirantibus, pristina incolumitati sit restitutus: ut manum è cælo tangentem mundantemque lepra corpus aspexerit. Hæc omnia antecedunt, ob quæ subiecit: Necessarium siue utile duximus, Græcè *δὲν ἐμὲν μὲν*. Vetustissima enim historia à Græcis in suam dialecton fuit tralata. Hæc, ait, causa nos impulit, ut Imperium Deo, & Petro dicaremus. Antecedit etiam confessio totius Trinitatis, & totius mysterij, quo genus humanum fuit redemptum. Quibus commemoratis diuino furore commotus Imperator exclamauit: Hoc visum est nobis, & vniuerso senatui, proceribus, bellique magistris. Quorum in conspectu cum sanguis innoxius puero fundendus esset, facinus exhorrescens perorauerat. Audite inquit me, ò pro-

Ad proceres. Horum in conspectu scdissima contagione liberatus, Imperium sacrauit ipsi approbantibus, inauditamque salutem admirantibus. Si considerasset hæc Laurentius, atque ea quæ antecederant perspexisset, fortasse contra reliqua scriberet, aut veritus esset, cum quibus priora oportuisset euertere, aut cum omnino sceleris puduisset. Nam qui tollit donationem ac consecrationem Imperij: Confessionem, totamque historiam euerterat necesse est. Euentus enim confessionis est Imperij consecratio. Continuisset etiam sese contra donationem, & clarius totum ipsum sermonem cognouisset, nullamque causam contra sacra dimicandi habuisset, si vidisset antecedentia, cum in conspectu procerum, magistrorumque belli execratus facinus sanguinis effundendi orasset. Eos ibi appellat Proceres, Optimates eosdem adhibet, cum Imperium adiungit religioni. Quare super his minime admirari debuit Laurentius, nec fuisse admiratus, si priora vidisset. Vociferatur autem contra principium illius edicti, quod in conspectu Senatus, & illis approbantibus Imperium fuerit sacratum. Cum nemo senatorum, nisi multo post, fuerit Christianus. At tu Laurenti, prædicas quæ ignoras. Cur non potius suspicaris, Imperatorè cum matre, & filiis cum vniuersa familia ad religionem Christianam transeuntibus, multos ex senatoribus hoc exemplum imitatos? Nam Helena mater Christiana tunc fuit, & Constantia filia. Si potiores Christiani erant exemplum principis secuti, cur inferiores multi esse non debuerunt, præsertim tanti miraculi testes, ac spectatores? Huc adde, quod omnes historiae demonstrant, & Eusebius perferipit, in exercitu Constantini, multos duces, ac prætores Christianos fuisse. In exercitu quoque Constantij patris. Quinetiam in exercitu Maxentij, superius etià in exercitu Diocletiani Christianis inimicissimi. Hos ergo testes adhibet Constantinus, ac primum nominat Senatum, tum Optimates, ac Satrapas. Quod autem indignatur, fuit contra nomen Satrapæ Laurentius, ipsumque sermonem donationis ostendit minime Romanum. Cui dubium tempore Constantini non fuisse purum Romanum Sermonem, nec principes illius temporis loqui solitos ut priores Romani Cæsar, Pompeius, senatusque. Cuius rei testimonia sunt tam multa, cum in arcu Constantini, qui visitur Romæ habeatur, Diuinitatis instinctu sumpsisse Constantinum arma contra Maxentium. At nunquam apud priscos Romanos leges Diuinitatem pro Deo, instinctu Dei, siue deorum dixissent, non more Græco τὸ θεῶν. Lege epistolas Imperatorum in concilijs Niceno, Ephesino, Chalcedonensi, aliisque, quàm abhorreant à prisca Romanorum phrasibus. Non mirum igitur, sermonem donationis non esse purè Romanum. Est sermo illius sæculi: potius id indicio sit eo tempore scriptum edictum quod redoleat sermonem sæculi iam in barbariem degenerantis. Lege scriptores illius æui, præter vnum Lactantium. Desine mirari nomen Satrapæ illatum fuisse in sermonem Latinum, quo tempore non purè Romanè loquerentur. Quamquam id nomen apud Euripidem, apud Terentium inuenies. Est nomen Persicum in sermone Græco, à Græcis enim venit ad Romanos, ut Machæra, Sarissa, primum Germanicum, alterum Macedonicum, pluraque alia. Sermo igitur si legeris illius temporis scriptores, non videbatur ab illo sæculo alienus. Adeas Ammianum, Arnobium, Boërium Seuerinum. Non est sermo, quo senatus tempore Cæsaris, ac Pompeij loquebantur, edictaque scribebant. Non in lingua solùm, sed omnibus penè ritibus, Romanis priscus candor abierat. Nulla itaque prudentia desiderat illic puritatem Romani sermonis Laurentius, desiderat edictum more priscorum, aut cum Respub. floreret, perscriptum fuisse. Somniat antiquitatem Romanam, ad eam reuocat sæculum Constantini, de optimatibus, satrapis. Et cur de cæteris magistratibus sit silentium, admiratur. Inuehitur etiam contra verbum quod dixerit populos subiacentes Romanæ ecclesiæ. Sed suus liber falso habebat Romanæ ecclesiæ, cum dicendum sit iuxta vetera exemplaria, Romanæ gloriæ. Lege Græca τὸ τῆς ῥωμαϊκῆς βασιλείας μεγαλότητι ὑποκειμένη λαὸς. Populo qui Romani Imperij maiestati subiacet. Aliud item exemplar καὶ τῶν ἑθνεῶν τῆ ἀδελφῆ ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὑπέκεινται. Et populo qui gloriæ Romani Imperij subiacet. Quemadmodum igitur dixit in confessione subiectos omnes Episcopos, Archiepiscopos ecclesiæ Romanæ: sic decuerat intelligere Laurètium scriptum esse populum, siue plebem Romanam subiacere Romanæ gloriæ. Ex ea quoque confessione perspicuum argumentum est, quemadmodum apud Reges ac principes sit, ut loquantur ore eorū, quos habent à secretis, per quos edicta conscribant, stylusque eorum est, non Imperatorum: sic Constantinum, illud suum edictum donationis, & illam confessionem dictasse ore alicuius Christiani forsan Episcopi, qui magis Christianè, & iuxta sacras litteras, quàm Romanæ loqueretur. Ac forsan quispiam

Græcus fuit, qui postea iubente Imperatore scripsit edictum quantum ei Latine loqui datur. Edita enim est confessio, & Imperij consecratio, litterisque conscripta post aliquod tempus. Euestigio quidem confessus est, & donauit Constantinus, sed hæc litteris mandata sunt, annis iniectis. De stylo igitur donationis non graetur miraretur Laurentius, potuit excusare styllum esse alicuius Christiani, qui non omnino Romano loqueretur. Qualis ut dixi Arnobius, Ammianus. Sed maxime potuit esse aliquis peregrini sermonis homo; postea quam Constantinus Byzantium tenuisset. Scire quoque operæ pretiū est verba donationis à Laurentio proferri non adhibitis variis exemplaribus, sed quo calumniis suis esset locus dumtaxat, ut legerat apud Gratianū. Nam quod prosequens profert ex edicto. Eligetes nobis ipsum principem apostolorum, vel eius vicarios firmos apud Deum esse patronos, & quæ sequitur. In codice Græco poterat varietatem subnotare. Et volumus, inquit, ipsum principem, aut coryphæum apostolorum *καὶ τὸς ἀποστόλους αὐτῶν*. Successoresq; eius ex persona eius *ἀποστόλους τῶν θεῶν πατέρων εἶναι* primos apud Deum esse patres. Vides ut non habeat, Firmos apud Deum esse Patronos, sed primos apud Deum esse patres. Apud Deū quoque sentit rogando, intercedendo, precādo. In religione quoque, & his quæ ad pietatē spectāt, Primos patres, principem locum inter omnes patres, habentes. Nec dixit Vicarios, sed Successores. Sed demus Vicarios esse in codice Latino vetusto, uti est, vox vsitata in antiqua ecclesia vsque ad hæc tempora. In sermone quæ barbaries. Eligentes esse patronos, eum etiam Græci eo modo transfulerunt. *ἀποστολικὸν καὶ μαρτυρικὸν ἔργοι καὶ τὸν πότον οὐκ ἐστὶν ἐπιχορηγῶν*. Eligentes proponentes beatum Petrum, locumq; eius tenentes apud Deum nostros esse patronos. Nonne bonus sermo? Nec excludit aut istum, aut illos; ut tu maligne interpretaris, sed copulat, coniungit, tam illum, quam istos, tam istos quam illum, quia successores eius. Nobis, & nostro Imperio. Non barbaries, sed & se, & totum Imperium adducit donatorem, se suamque coronam, suum Imperium prosternit Christo, & Petro. Terrena Imperialis potentia, Rectè duo adiectiua, imperialis potentia quæ terrestris est contra quæ ista Petri cælestis tota, Græcum quoque *ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν ἐς τὸν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται ὡς θεοῦ ἐξουσία καὶ τιμᾶται τὸν ἀρχαῖον τῶν Ρωμαίων ἐκκλησιασίων*. Et quemadmodum, inquit, Imperialis nostra maiestas in terris adoratur, & colitur, haud aliter decernimus coli, atque adorari ecclesiam Romanam. Vides ut Laurentius quo facilius proscinderet, ac debaccharetur, non inspexit exemplar emendatius, adhibere etiam Græca si modo notum ei esset hæc apud Græcos haberi potuisset. Is dicendi modus bonus est. Non erat cur ascisceret Lactantium. Sunt codices qui habent firmos, quid hoc absurdi est; stabiles, veros, solidos, synceros patronos. Vigor & honorificentia. In antiquis emendatis exemplaribus Græcis *διδόντες αὐτῇ δύναμιν καὶ δόξαν καὶ ἐξουσίαν*. Dantes ei potestatem, honorem, dignitatē, siue amplitudinem. Nec tumor est in oratione gloriosè exaltari: sed oratio sacris litteris vsitata, qua utebantur, qui ex ore Constantini edictum scripserunt, utentes sacrorum librorum vocabulis, quæ reliqui Imperatores, & Theologi vbiq; vsurpare consueuerunt, sed de stylo in secundo libro Arrogare sibi titulos Dei frequenter Constantinum, iniquissimus est hæc prædicans impudens grammaticus. Prosequitur proferens ex edicto, vbi præfertur ecclesia Romana quatuor ecclesiis, Alexandrinæ, Antiochenæ, Hierosolymitanæ, Constantinopolitanæ: primūque ait, Omitto sermonis barbariem: iam de hoc dictum. Misereri nos potius oporteret tantam hominis barbariem, mentisque caliginem, quæ omnem ei lucem, benignitatēque dicendi, & sentiendi denegauit. Non est in exemplari vero eiusmodi barbaries. Ac primum non est, ut tu legisti, Celsior: & Princeps cunctis sacerdotibus: sed Græcum exemplar vetustum habet, Atque eum qui per atates succedentes futurus est Romanus Episcopus *ἀφείλει εἶναι ἑνδοξότερος καὶ ὑψηλότερος τῶν πάντων τῶν ἱερῶν τῶ κόσμου*. Decet esse insignem, omnibusque mundi sacerdotibus superiorem. Princeps, ut vides, hoc loco nusquam est, nullaque in sermone barbaries, neque pro casu gignendi, positus est casus dandi. Sed demus in exemplaribus Latinis haberi eam lectionem, non est barbaries si quis styllum illius temporis respiciat, ut postea probabitur. Sic quoque Extiterit, pro existat: & Totius mundi, in toto orbe terrarum. Fides autem, & stabilitas habent rectè, & venuste *καρὸς διάρρωσιν καὶ σταθερότητι πίστεως*. Ad correctionem, stabilimentūque fidei. Hæc loquendi ratio nonne bona est? Reliqua ut leuora prætereo. Quod autem grauer reprehendit, nec ferendum putat, quo totum edictum euertat, quod cum à Christo primatum accepit Romana sedes, & id Gratianus, & octava synodus asserat, dicatur in edicto accepisse à Constantino vixdum

A vixdum Christiano. At non perspexisti Laurenti Constantinum apertè fatentem, principatum hunc à Christo profectum. Ipsum autem Imperatorem, qui Christum imitari decreuisset edicto confirmasse, ac comprobasse. Hoc clarè profatus est Constantinus, ut superius demonstratum est. Quare non primus hunc principatum Constantinus constituit, sed à Christo constitutum confirmauit edicto. Hoc non vidisse animi fuit strabi. Secunda calumnia est de sede Constantinopolitana, quod de ea fiat mentio in edicto, cum nondum esset Constantinopolis: nondum Constantinus ad eam profectus ei nomen indidisset. Responsum superius est, Constantinum quidem ea, quæ sanctione, aut constitutione illa continentur, cum primum baptizatus est, edidisse: insecutis autem non multis annis edictum conscriptum fuisse. Cuius rei clara ratio est, quod in confessione, quæ lepra expiatus scribitur protulisse, multa loquitur præ clara de Trinitate, de mysteriis Christianæ religionis. At hæc qui nosse potuisset in ipso limine fidei, & vixdum Christianus: Ergo perscripsit confessionem sanctæ trinitatis, mysteriorūque religionis Christianæ multos post annos, iam doctior, & instructor, pleniusque pectore sacra philosophia, haud aliter donatio, siue edictum donationis cum confessione coniunctum perscriptum est eodem tempore, nonnullis annis interpositis, digestūque inter Imperatorij decreta. Quemadmodum Dauid plebrosque edidit psalmos in senium ætate vergentē super his quæ pertulisset multis retro annis, decantans victorias olim auxilio Dei partas, eaque carmine digerens, pronunciansq; velut si tunc res accidisset. Videat igitur, qui vult, Confessionem Constantini, quam tragem ac prophetas, qui de Christo vaticinarentur. De verbo Dei ad nos è regnis cælestibus delapso, utq; ex virgine nasci voluerit, tuleritque humanas passiones: multaque prætere, quæ nisi à doctissimo, & in sacra philosophia eruditissimo proferri nõ potuissent. Hæc certe à Constantino tertio die postea quam baptizatus esset: neque sciri, neque recenseri potuissent. Est igitur vera ratio, hæc post aliquot annos, & forsitan sub tempora concilij Niceni fuisse digesta. In quo concilio est dispositio cathedrarum Constantinopolitanæ, Alexandrinæ. Datūque primatus Romanæ sedis. Ad eum canonem concilij Niceni directā est confessio, & donatio, siue ante concilium, siue aliquanto post, cum diuinus Imperator religionis Christianæ feruore penitus arderet, ut demonstrat Eusebius in eius vita, siue Encomio. Imperator Byzantium profectus, tactus ardore diuino, nihil non pro Christianæ religionis augmento animo agitabat. Cui dubium igitur quin cum de principatu Romanæ sedis locuturus esset, necessarium ei fuerit inferere de reliquis patriarchalibus sedibus, si contendas hæc ab eo fuisse à principio perscripta. Totam historiam, seriēque multorum annorum, necesse fuit complecti, ut esset edictum perfectum, atque absolutū. Pronunciatumq; est edictum, ut à principio res accidisset, adiunctis his, quæ tempus attulit de sedibus patriarchalibus. Commemorauit autem Byzantium, respiciens tempus illud, cum primum baptizatus est: de sedibus autem patriarchalibus additum est ex his, quæ postea constituta, atque ordinata fuerunt. Hunc ritum omnes historiæ sequuntur. In sacris litteris sæpe est Chystron proteron, ut cum Sara dicitur fuisse vetula, ut sibi videretur filium parere nõ posse, non procul inde rapitur à Palaistinis ob pulchritudinem. In libro Genesis cum agitur de creatione mundi, sæpe est ὑστερον πρότερον, ἀνακεφαλαίωσις recapitulatio, repetitio eorum quæ dicta sunt. Et sæpe referuntur prius, quæ posterus facta sunt, ob continuationem historiarum. Hæc ratio mihi clara videtur. Omnia igitur quæ locutus est Constantinus de transferendo, aut tralato Imperio, & quæ de Byzantio declarant potius contra Laurentium edictum hoc, & hanc confessionem perscriptam fuisse temporis intercapedine iniecta. Cum autem tota donationis historia principum habeat (quod toties relatum est) à confessione summæ trinitatis, religionisque Christianæ in ipso principio non retulit Imperator vsquam, hæc se protulisse, ac sanxisse tertiam die, sed est simplex rei narratio sublata temporis definitione. Confitetur autem Imperator se è tenebris ad lucem beneficio cælesti euocatum, traditūque ad cognitionem veritatis, lumine diuinæ claritatis circumfusum. Lepre turpissima contagione emaculatum: totamque historiam recenset. Quare videtur apertè hæc miraculi commemoratio, historiarūq; totius repetitio multo post tempore perscripta. Recensetur quod prius accidisset quemadmodum Dauid commemorauit iam senex bellum Goliath, & coniurationem Absalon, commemorauit auxilium Dei sibi allatum. Itaque referri potuit à Constantino, de baptismo, de Syluestro, de vrbe condenda sui nominis Byzantio, posteris annis, cum esset Byzantij, quod narratio respicit historiam præteriti temporis, re-

ferens miraculum quod Romæ accidisset, & quid ob pietatem oblatamque cælitus salutem, de relinquenda vrbe, Byzantióque tenenda decreuisset. Hic igitur neque mendacium est, neque obliuio. Quod autem ordinem illum sedium patriarchalium, præsertim Romæ, & Constantinopolis, instituerit Cōstantinus, quemadmodum ipse in suo decreto memorat, in quo Vallengis imperitia cognoscitur, præter alios declarat Zonaras historicus his verbis ἄλλοις τε ἢ ὡς εἴρηται πολλοῖς τῶν πόλιν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος συνέστησεν, καὶ πρῶτον ἐπισκοπῆν δὲ τὸ Βυζάντιον τῆς Θεσσαλονικῆς Ἡρακλείας ὡς ὑπὸ Σεβήρῃ τοῖς Περσικοῖς. ὑποστῆν μετὰ τὴν ἄλλοισιν ὡς ἐν τοῖς ἀπὸ Σεβήρῃ ἰσχυροῦσι, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς πατριαρχικῆς τῆς ἀρεσούτης. Ῥώμῃ, τὰ ἀρεσούτῃα τῆς αἰῆτος Δ' ὅ, τὴν ἀρεσούτῃα καὶ τὸ ἐκείθεν τὴν βασιλείαν ἐν ταύτῃ μετενεχθῆναι. Nempe. Multis igitur aliis ornamentis vrbe decorauit magnus Constantinus, & cum prius episcopatus esset Byzantiū Heracleæ Thraciæ quippè à Seuero subiectū Perinthiis postea quàm ab eo captū esset, quemadmodū in historia Seucri scriptum est, ad patriarchatum honorem eam extulit, seruato vetustæ Romæ primatu, tum propter antiquitatem, tum ob eam causam, quod illinc Imperiū huc esset tralatū. His inscitia Laurentij coarguitur: decretū autem donationis verū esse probatur, in quo Cōstantinus sedes patriarchales quod inter se gradu differrent, instituit, & declarat, in primisq; Romam decernit omnium ecclesiarū habere primatū, quod nunc scribit Zonaras. Hæc nota perspectaq; habentes antiqui patres, qui sub Theodosio iuniore conciliū Constantinopoli ex diuersis prouinciis coegerunt: inter alia diffinierūt, τὸν μόνον τῆς Κωνσταντῖνης πόλεως ἐπισκοπὸν ἔχειν τὰ ἀρεσούτῃα, τῆς πάλιν μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπισκοπῆν Δ' ὅ, τὸ εἶναι αὐτῶν νέων Ῥώμῃ ἐπισκοπὸν Constantinopolis principalem honorem habere debere post Episcopum Romæ, propterea quod ipsa est noua Roma. Quod verò reprehendit quod Byzantium prouinciam appellet, & quod Thraciam velit esse in Oriente, quæ potius vergat ad Aquilonem. Exemplaria Græca quæ ad coarguendam Laurentianam cæcitatē, plurimum suffragantur, non habent, In Byzantiæ prouincia optimo loco, sed rectius, & sine barbarie καὶ ἐν τῇ ἑσπέρῃ τῆς Βυζαντίας ἀρεσούτῃα. Et in regione Byzantii qui locus optimus est, siue fertilissimus, & amoenissimus. Cernis vt non dicat Byzantii prouinciā, sed prouinciam, siue regionem seu situm Byzantij: vt si dixeris, Situm, aut regionem Romanæ vrbis, Regionem vbi sita Roma est. Sed demus in codice Latino haberi in Byzantia prouincia. Hoc loco adiectiuū est Byzantius Byzantia Byzantium. Orientales autem locos respectu Vrbs, & Italiæ appellare regionem Byzantij, adeo nihil habet absurdum, vt non alia ratione etiā hodie loquantur in Italia, præsertim Venetiis, cum profecturi Constantinopolim, aut ad Helespontū in orientē ferant se proficisci. Quin ipsam Asiam minorē, quæ opposita est Thraciæ, interiacente freto, hodie vocant Græco nomine Anatoliā nepe ἀνατολίω orientē. Hæc regiones in oriente sunt Italiæ, quemadmodū Græci vocauerunt Italiā, Hesperiam à stella quæ visitur eis in occasu, Imperiumq; Romanū incipiens ab Italia, vocatur occidentale, vt orientale cū Constantinopoli reliquæ omnes prouinciæ. Quod autē reprehensus subiicit ex edicto: Ecclesiæ beatorū apostolorū Petri, & Pauli pro cōtuatione luminariorum, possessionū, prædia cōtulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostrā Imperialem iussionē sacra tam in Oriente, quàm Occidente, quàm etiā à Septentrione, & Meridionali plaga, videlicet in Iudæa, & Græcia, Asia, Thracia, Aphrica, & Italia, vel diuersis insulis, nostra largitate eis cōcessimus ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Syluestri summi Pōtificis successorūq; eius, omnia disponantur. Hæc protulit Laurētius ex edicto, primūq; coarguit, quod videatur asserere, fuisse tunc Romæ templa Apostolorū Petri, & Pauli, multaq; alia de luminibus. Primum scire operæpretium in antiquis exemplaribus Græcis (quatuor autem ante oculos palatina bibliotheca suggesterat cū hæc scriberentur) nō haberi totam superius propositā periodon: ac suspicari cogimur, multis in locis corruptum fuisse hoc edictum propter crebras trāscriptiones, Librorum cōmunis fere calamitas. Igitur in vetustioribus exemplaribus ea particula non extat, forsan interiecta ex aliis libris. In duobus vetustis codicibus Græcis nihil habetur, de luminibus, de Aphrica, & Asia, Septentrione, de prædiis possessionum. In aliis autem duobus exemplaribus vbi hæc habentur, nullus patet locus Laurētianæ calumniæ. Nam summus Imperator primū memorat vt ipse apostolorum templa exædificauerit, eaq; ditauerit. Nullas autem ecclesias apostolorū ante id tempus fuisse, sed à se ædificatas, dotatasq; memorat. Sic enim scribit ἀποδομῆσαι μὲν δὲ Σικελίας καὶ τοῖς μακαρίοις Πέτρῳ καὶ Παύλῳ τοῖς ἀρεσούτῃα ἀρεσούτῃα ἀρεσούτῃα καὶ χρυσῶν Δ' ὅ, ἀρεσούτῃα καὶ ἀρεσούτῃα μὲν εἶναι καὶ τὰ γυνώσκοντες αὐτῶν σῶματα καὶ κληρούσαντες μεγάλην τιμὴν θήσαντες αὐτοῖς ἐξ ἐλέκτηρος ἢ ἀπὸ ἐδάμια, τοῖς δὲ δυνάμεις ἔσθιν ἰσχυροτέρως καὶ ταπεινοτάται μὲν γινώσκοντες χρυσῶν καὶ θησαυροτάται καὶ μαρμαρέται καὶ πύλων

A πμῶν πεπονημένων καὶ ἐκτετατων ἴσχυρῶν ἀνέθηκον χρυσῶν ἀρεσούτῃα ἡλοῖς, αἷς Σικελίας καὶ ἀρεσούτῃα καὶ ἀρεσούτῃα καὶ ἀρεσούτῃα. Edificauimus autem beatis Petro & Paulo primis apostolis ecclesias, eaque argento, & auro illustres, & præclaras reddidimus, vbi sacratissima eorum corpora magno cum honore condentes, eis loculos fecimus ex electro, quo nullius elementi vis est robustior: crucemque ex auro purissima, pretiosisq; margaritis ad vtrunque loculum adhibuimus, aureis clauis affigentes. Quibus ecclesiis, vt habeant lumina semper accensa, possessiones & agros adiecimus. Cernis vt expresse fateatur, se templa apostolorum ædificasse, vt mirabilis sit impudentia Laurētij, qui paginam carpat, quod asserat fuisse templa apostolorum Romæ ante Constantinum, pro quorum luminibus Imperator possessiones adiudicauerit. Quod beatissimum dicat Syluestrum, ac apostolos beatos respice rectis oculis modò beatos modò beatissimos apostolos appellentem. Quamquam ea periodus in emendatis exemplaribus non habetur. Cetera quæ persequitur, cum sint nullius ponderis, nullum responsum merentur. Mihi quidem maximè probatur vt periodus de prædiis, & luminibus sit interiecta. Quæ si etiam esset ex contextu, facile posset defendi: cum apertè de ædificatis ecclesiis, de arcibus quibus apostolorū corpora condidit, easque auro, & argento, & cruce aurea decorauit, meminere, quæ fabulosa esse non possunt. Eiusdem insipientiæ est, carpere, quod dixerit Luminariorum, pro Luminariū. Quasi id vitium scriptoris esse non potuerit. De plagis quoque nominatis in edicto indignum est, vt respondeatur: quod tum in edicto non habentur, tum si cui recta mens sit, facile possit percipere verum locutionis sensum. Neque verò sese prouincias has tribuisse fatetur pro luminibus duntaxat, sed eas in potestate arbitriūque spirituale permissit Syluestro. Hæc se ait donasse, aut arbitrio ecclesiæ subiecisse, ex liberalitate nempe affectum se cæleste beneficium, liberaliter remunerari. Sed visum mihi est subicere primi Nicolai testimonium, vt inde certa coniectura colligatur super luminaribus ac prædiis concessis: Nicolai seruus seruorum Dei. Dilecto filio Michaëli glorioso Imperatori Græcorum. Oportet vestrum Imperiale decus, quod omnibus ecclesiasticis vtilitatibus vigere audiui- mus, vt antiquum morem, quem vestræ Ecclesiæ habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem quam nostra sedes per episcopos, vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem, Epirumque nouam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam ripensem, Daciam mediterraneam, Nisiam, Dardaniam, & Trebalim, beato Petro apostolorum principi contradicere nullus presumat. Quæ antecessorum nostrorum temporibus scilicet Damasi, Siricij, Innocentij, Bonifaci, Cælestini, Xisti, Leonis, Hylarij, Simplicij, Felicis, atque Hormis de sanctorum Pontificum dispositionibus agebatur. Quorum denique institutionibus ab eis, illis in partibus destinatas per vestros missos, vt rei veritatē cognoscere queatis vestræ Augustali potentie dirigere curamus. Præterea Calabritanum patrimonium, Siculumque, quæ nostræ ecclesiæ concessa fuerunt, & ea quæ ad possidendum obtinuit, & disponendum per suos familiares regere studuit, nostris concessionibus reddantur. Quoniam irrationabile est, vt ecclesiastica possessio vnde luminaria, & concinnationes ecclesiæ Dei, fieri debent, terrena quauis potestate subtrahantur, sed domus Dei restituta, meritum redditoris multiplicet, & suscipientes votum spiritualis desiderij lucris exerceatur. Inter ista, & superius dicta, volumus vt consecratio Syracusano Archiepiscopo à nostra sede impendatur, vt traditio ab apostolis instituta, nullatenus vestris temporibus violetur. His antiqui Pontificis dictis hæc ratio ac coniectura colligitur, sunt octingenti paulominus anni cū floruit Nicolaus, tempore scilicet Michaëlis Imperatoris. A Cōstantino magno, qui trecentesimo paulò superius anno ab aduentu Christi floruit, ad Nicolaum sunt ferè anni quingenti. Reuocat autem tempus ipse Nicolaus ad Damasum, qui paulo post Constantini tempora floruit, imperante scilicet Valentiniano. Eius Pontificatum, asserit omnes prope prouincias Orientis ac Septentrionis solitas à sede Romana per episcopos gubernari in his, quæ ad religionem attinent. Erat igitur ab vsque Constantini tempore latissimum ecclesiæ Romanæ in Oriente Imperium, id scilicet quod ipse Constantinus suo priuilegio edicto statuerat, omnes ecclesias huic principi subiectas esse oportere. Is igitur talis ac tantus dominatus qui vsque à tempore Damasi viguit in Ecclesia Petri, declarat veram esse Constantini constitutionem de maiestate Petri, vt toto orbe terrarum religionis princeps, ac pater, & caput haberetur. Alterum, quod maximè in verbis Nicolai obseruandum est, de patrimonio Calabritano & Siculo diui Petri, idque pro luminibus & concin-

nationibus ecclesiarum. Quo quidem clarissimo testimonio, cum hæc à prisco Pontifice D  
 scribantur, probatur veritas priuilegij Constantini, in quo ipse magnus Imperator agit de  
 his patrimoniis pro luminariis & pro concinnationibus. Dementia verò grammatici dete-  
 gitur, qui irrisit hanc partem in priuilegio veluti fictitiam, barbaram, minimè que intelli-  
 gibilem? Nihil enim legerat veterum historiarum, sed audacia tantum, ac temeritate, veluti  
 vento pulsus, venit ad scribendum, in fauorem Alfonsi, apud quem exulabat, propterea quòd  
 in antiquis Imperatorum concessionibus habebatur, Calabriam, Siciliamque esse sedis san-  
 cti Petri, concessas primùm quidem à Constantino, idque pro luminariis, ecclesiarumque  
 concinnationibus, tum à cæteris Imperatoribus ipsi ecclesiæ confirmatas. Audi igitur  
 Constantinum, & confer cum his quæ scripsit vultus Pontifex Nicolaus: Quibus, inquit,  
 ecclesiis apostolorum pro concinnatione luminarium, possessionem prædia contulimus, &  
 rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram Imperialem iussione[m] sacram tam in Orien-  
 te, quam in Occidente, vel etiam Septentrionali & Meridionali plaga videlicet in Iudæa,  
 Græcia, Asia, Thræcia, Aphrica, Italia, vel diuersis locis, & insulis nostra largitate concessi-  
 mus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Syluestri Pontificis, successo-  
 rumque eius omnia disponantur. Hæc Constantinus. Vides in his, Calabritanum, Sicu-  
 lumque patrimonium, pro luminariis ecclesiarum apostolorum, pro concinnatione. Ve-  
 rum igitur esse priuilegium ex omni parte probatur. Insequitur reliquam edicti partem  
 noster Zoilus, vbi Constantinus transfert insignia Imperatoria ad summum Pontificem,  
 primum ipsum Lateranense palatium clargitus. Vbi partem hanc edicti proposuisset, ma-  
 ledicentiæ suæ crudelissimus barbarus laxat habenas, Christi, & omnium bonorum aperte  
 inimicus, hostis sacrosanctæ religionis, primùm coarguit quod profana vestimenta sum-  
 pserit Syluester. At nõ omnia ferè, quæ Romæ quondam profana essent, sacra effecta sunt?  
 Quemadmodum omnia templa Deorum, facta sunt ecclesiæ sanctorum: Ritus item pro-  
 fani, cœperunt esse ritus sacri. Nonne Pantheon templum omnium idolorum, effectum est  
 templum sanctæ virginis? Nonne in Vaticano templum Apollinis, vbi condita erant cor-  
 pora apostolorum, conuersum est in ecclesiam ipsorum apostolorum, vt superius demon-  
 stratum est, totque alia? Quibus exemplis inauditam Laurentij improbitatem cognosci-  
 mus. Sed ad singula veniendum. De donato Lateranensi palatio, quòd bis hoc dicat, quid  
 habet absurdi, quasi nõ omnis historia eadem sæpe repetat. De diademate offenditur Lau-  
 rentius, quod dixerit Diadema aureum, cum solet esse ex panno. Quis contineat animo,  
 & pectore crumpentem indignationem? Nõ potuit esse diadema, auro, gemmisque insigne,  
 atque ita ex serico, aut panno? Quod autem ait, non ausurum fuisse Constantinum ap-  
 pellare se Regem, regioque se adornare indumento. Non videt tempestate Cõstantini ad  
 eos ritus Remp. recedisse, vt veterum Romanorũ ritibus abolitis, alij ex ritibus regum ex-  
 terorum inferrentur, adorationes, consecrationes, cum referrentur in Deos, quod priscis  
 minime fieret. Insignia igitur erant Imperatorum qualia cæterorum Regum, additis ple-  
 risque ab ipsis Imperatoribus. Prætereo de nomine Imperatoris, cum à Græcis Impera-  
 tor appellatur βασιλεύς, Rex, intelligentibus idem valere nomen Regis atque Imperatoris,  
 præsertim eo tempore apud Romanos Imperatores. Itaque Romani insecutis temporibus,  
 cum ad vnus arbitrium omnia essent deuoluta, crāt, quales cæteris nationibus Reges.

Quod autem inuchitur in id quod in edicto est. Simulque Phrygium, necnon Superhu-  
 merale, videlicet Lorum quod imperiale circumdare solet collum. Phrygium, ait, nunquam  
 auditum apud Latinos. At hoc idem, atque de Satrapa, Quid si tunc vsui esset id nomen vt  
 postea semper fuit sumptum ex Sermone Græcorum, quibus Phrygium opus est insertum  
 imaginibus aureis, contextumque gemmis sericũ, quod Phryges exercere solebant, quem-  
 admodum vocatur in Italia Ricamo nomine Hebraico, quod Hebræorum ea sit ars. Erat  
 igitur vsui nomen eo tempore. Græcus codex, declarans quid esset Phrygium, Tradimus,  
 inquit, etiam diadema, nempe coronam capitis nostri ὁμοίως δὲ καὶ τὸ φρύγιον τὸ ἐστὶ τὸ  
 κελευστρεῖν ἢ τὸ μίτραν ἔμην ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ μὲν ἠγροῦ τὸ λαβρὸν ὅσπερ εἶαθε τὸν βασιλεῖον περιουκλῆν  
 αἰχμήν. Similiter inquit & phrygium, nempe tegmen capitis, siue mitram, Atque superhu-  
 merale, nempe Lorũ quod Imperatoris collum solet obnubere. Fortasse mitra dicta phry-  
 gium, quòd mitra propria esset Phrygum, vt poëta:

*Et tunica manicas, & habent redimicula mitre.*

Codex quidam Latinus satis vetustus habet, Pileum, vel mitram, phrygium: necnon & su-  
 perhumeralis, videlicet Lorum. Quamobrem cum apud Græcos, & Latinos receptũ esset  
 id no-

A id nomen, cum Græci suis exemplaribus eo vti non recusarint: cur super eo, more gramma-  
 ticularum destomachatur Laurentius, & Romanitatem in his quæ ad religionem perti-  
 nent somniat, ac tam leuibus argumentis nititur euertere donationem? Exposuerunt ergo  
 Græci quid esset Phrygium, videlicet pileus, vel mitra, aut capitis tegumentum. De loro  
 quoque clarum est ex Græcis, ignoratum à Laurentio. Mos erat humerale vocari lorum,  
 Latino & Græco nomine. Nam alius quoque codex habet καὶ τὸ λαβρὸν τὸ ἀμαρβόλον. Lorum  
 superhumeralis. Cum sint igitur hæc in antiquis Græcis, ac Latinis exemplaribus, cur ir-  
 ridentur à Laurentio? De Chlamyde, & tunica, eadem ratio. Nam exemplar Græcum ha-  
 bet ἐπίτε τὴν πορφυρῆν χλαμύδα καὶ τὸ κάκκινον ἱμάτιον. Insuper, & purpuream chlamydem, &  
 indumentum, aut tunicam coccineam. In antiquo codice Latino, deerat, Tunica coccine-  
 a. Alius Græcus codex καὶ χιτῶνα κάκκινον. Et tunicam coccineam. Nec, vt leuissimus ir-  
 risor putat, hæc ex Euangelio sumpta sunt: sed erant ornamenta Imperatoria. Cui obscu-  
 rum est de purpura? Nec voluit, vt improbus calumniatur, vtrumque connectere, potius si  
 recti iudicij, si mentis æquæ fuisset, diuersa exemplaria contulisset, vicium codicum confi-  
 derasset, si quid additum, si quid detractum, aut variatum quod in ipsis exemplaribus cer-  
 nitur. Nam Latinus antiquus codex vt dixi ex Bibliotheca palatina, non habet Tunicam  
 coccineam. Clarum est igitur hoc loco purpuram candidam, scriptorem sensisse, Coccineam  
 verò dixisse, quid vitij habet, cum Græci etiam eo modo transfulerint, quod Laurentium  
 palam est ignorasse? Quòd ad postremum irridet in edicto concedi Syluestro omnia Im-  
 perialia indumenta, num videlicet venatoria, num bellica? Hæc euomat planè maledicus,  
 cui studium sit omnia carpere? Quòd irridet edictum vbi dicitur, Seu etiam dignitatem  
 Imperialium præsidentium equorum. Obscurum erat, nec potuit à Laurentio intelligi, con-  
 sulamus Græca. Concedentes inquit, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν βασιλικῶν περιουκλῆν ἀξίαν, καὶ τὴν  
 τῶν ἰστωίων. Insuper, & Imperialium præcedentium, siue ante alios sedentium dignitatem,  
 equites inquit Imperatorij qui ante alios sedent, dignitatem equitum qui apud Imperato-  
 rem cæteris præstant, præstant. Quanquam alius codex peructustus Græcus clarius habet  
 καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων. Et omnia Imperialia in-  
 dumenta, & honores imperatoriorum equorum. Nempe insignia equorum qui Imperato-  
 rem antecedunt. Hoc intelligere non potuit Laurentius. De sceptris imperialibus, dein  
 loquitur impurus, quæ in edicto etiam concedi dicantur. Sceptrum vnum est inquit, si mo-  
 do sceptrum Imperator gerebat. Equidem arbitror, hæc omnia haud dubie Imperatores  
 habuisse. Sceptrum quoque numero multo dixit quemadmodum reliqua omnia. De signis  
 loquitur Laurentius quæ nominatur in edicto, nec voluit intelligere quid scriptor sentire  
 potuerit. Sensit insignia Imperialia faciliè quidem intellectu, non tabulas, aut aquilas, si mo-  
 dò respicere ad hæc blaterator voluisset. Commemoratur edictum etiam Banda, quod nomẽ  
 fingit ille se ignorare. Omnes Græci codices habent Banda, siue Banta: nec barbaries in ser-  
 mone est. Nam quemadmodum in omnibus Græcis ac Latinis exemplaribus habetur, no-  
 men erat illo sæculo receptum. Banda sunt insignia Imperatoris procedentis, sunt velut ve-  
 xilla, cæteraque insignia. Vnde nunc quoque Banderæ Italico sermone vocantur, propter-  
 ea subiecit, processionem Imperialis culminis. Qua videlicet pompa procedere Imperato-  
 res solebant. Propterea Græcus codex habet καὶ πᾶσαν τὴν ἐν ταῖς περιουκλῆς τῆς βασιλικῆς κο-  
 ρυφῆς δέξασθαι καὶ δύνανται. Et omnem maiestatem, potentiãque quæ cernitur progrediente  
 imperiali magnificentia. Is sermo mihi sine buccis, & tumore videtur, si Laurentius men-  
 tem calumniandi exuisset. Cuius inscitia maximè irridenda, qui non existimet insecutos  
 Imperatores post aliquot sæcula, neglecta prisca fragilitate, ac modestia, procedere solitos  
 magna cum pompa, cuius rei plenæ sunt omnes historiae, vt Herodiani, & aliorum, qui de  
 moribus Imperatorum scripserunt. Multa enim illata sunt in illam Romanorum sanctam  
 frugalitatem, vt cum Diui appellari cœperunt post Cæsarem. Eos in numerum referentẽ  
 multitudinem, eisq; aras erigente, & sacrificante: quod apud priscos minime licuisset. Quòd  
 potius dixerit Gloriam, quam Splendorem: iam ostensum, non oportere ab illo sæculo ex-  
 pectare nitorem Romani sermonis. Nec Græci dedignati sunt vsurpasse δέξασθαι, gloriam.  
 Fit deinde mentio in edicto de clericis, quos Imperator hoc suo edicto adornauerit. Quasi  
 non fuerit eadem consecutio, vt qui ad summum Pontificem ad Christum, & Petrum  
 omnia insignia Imperialia transferre decreuisset, non oportuerit etiam officiorum, ac mu-  
 nerum, & eorum qui ea gerunt, meminisse. Quod prosequitur Laurentius quia dicatur  
 in edicto effici patricos consules. Vera lectio est, Vt quemadmodum senatus constat pa-

triciis, & consulis, (sunt videlicet eiusmodi dignitates in senatu) sic quoque essent in senatu sacro clericorum, ut clerici efficiantur patricij, & consules gerentes easdem, aut similes dignitates. Sic enim habent etiam Græca τὰ ἐπιπατρικίως αὐτῶν γένησθαι καὶ ὑπάτους. Declarat quid sibi velit patricios eos fieri, & consules, cæterisque dignitatibus adornari. Quid est quod hic reprehendas? duo dixit distincta, quæ te apertè ignorare fateris. Quæ de Patriciis, & Senatoribus disserit Laurentius, quoniam huic negotio non seruiunt, prætereò. Tota enim res eò reuertitur, ut omnia fateatur se vel ignorare, vel quid dicatur in edicto non percipere. At si quis lector ad hæc melioris mentis, quàm gràmaticus accesserit, omnia clarius percipiet. Nam Græci qui sæpe ac multis tralationibus hæc in suam dialecton conuerterunt, clarè omnia transferentes cuncta se intelligere ostenderunt. Nec clericos dicit fieri milites. Nec Imperatoria dignitate vult insigniri ministros, qui ecclesiæ deseruiat Romanæ, sed eas dignitates, & quasi sacrum quendam senatû côm memorat, tralatis omnibus ad ecclesiam. Improbis Laurentiana, quæ nullis scriptis eius non occurrit, inuehitur in clericos, cum possint omnia si cui candor insit rectè interpretari, nullâq; aut in verbis, aut sententiis stoliditatem agnouisset. Sed quid his facias qui mentem secû improbam attulerunt, velut febricitantes omnia vina iudicant amara. Certum erat Laurentio veritatem, æquitatemque, quo ad eius possor, effugere, claudere oculos ad omnia quibus illa donatio probari, ac rectè explicari posset. Sed Græcorum, ut dixi, testimonium clamat contra eum, qui donationem suis litteris toties rescripserunt, nec in verbis aut sententiis iudicauerunt esse stoliditatem, ut potius ego hominis huius coarguendi, & ad singula immorandi laborem inanem, stolidum, nulliusque prope fructus iudicem: cum omnia potius sint cauillantis quàm recto iudicio decernentis. Concubitores nominat improbus irrisor ex edicto, qui nusquam sunt, sed excubitores palatij, etiãque Græci excubitores posuerunt vtentes voce Latina καὶ ἄσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξέσται. Διὰ φόβου ὀφρικόις καὶ κενεπλαεῖαν καὶ ὀστρεῖων καὶ ἐξχαλκιστόρων κοσμητέων. Quemadmodum Imperialis magnificentia variis officiis exornatur, cubicularijs, ostiariis, & excubitoribus. Vbi sunt ὁ caput maledicum Concubitores? Indignumne est etiã nominata esse in edicto omnia palatina munera, nominatim cunctis appellatis, ut totus ordo tralatus ad sacrosanctam religionem noscatur non dedignante Imperatore, qui palatium donasset, etiam munera palatij exhibere nominatim, quemadmodum se stratorem fuisse commemorat, equumque aliquot passus duxisse? Descendit deinde noster Zoilus ad vestimenta, ad mapulas, & lintamina: quod Mappæ sint mensarum, Lintamina ad lectos pertinent. At Græcos adire oportebat, consulere vetustatem, non in maledicendo dumtaxat defixam habere mentem, huncque scopum sibi proposuisse. Transtulerunt hæc Græci: Clericorum, inquit, equos sanctæ ecclesiæ Romana: Μανιπολίοις καὶ ὀθόναις λευκοτάτης χεράματος καὶ λαπίλλου. Manipulis, & lintaminibus candidissimi coloris ornari. Alius autem textus habet οὐκ ἔστι μὲν οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ. Instrati erunt equi eorum sindone. Vides quid Græci senserunt appellari manipulos, & lintamina, nempe ornamenta equorum candidissima, etiam si non purè Latinè scriptor edicti sit locutus. Sensus erat clarus Græcis, ac Latinis priscis: non finxerunt se nescire, candidè sunt interpretati. Ut autem eius inscitia melius innotescat, de Mapulis, quod fuit ornamentum pontificalium equorum, quemadmodum dixit in edicto Constantinus: audi antiquam historiam: Constantinus, natione Syrus, Pontifex, cum venisset Constantinopoli, obuiam processit ei Imperator Iustinianus, Pontifex & eius clerus, & primates cum scellaribus Imperialibus, & franis inauratis simul, & mappulis ingressi sunt ciuitatem. Audis mappulas ornamentum summi Pontificis & aliorum. Est item præclarum, ad coarguendam Laurentianam inscitiam super mappulis, testimonium quod scripsit Gregorius Ioanni Episcopo Rauennati, quem coarguit, quod multa fierent in eius ecclesia præter consuetudinem, & quod sibi ornamenta non conuenientia vsurparet: de mappulis autem sic subiicit: Illud autem quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus, nulli hoc unquam alij cuilibet fuisse concessum ecclesiæ, nec Rauennates clericos vel illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse. Nec si tentatum fuisset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari, sed etiam si in qualibet ecclesia, hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessio est Romani Pontificis, sed sola surreptione præsumitur. Hæc ille. His intelligi potest, Mappulas fuisse ornatum clericorum Romanorum, quemadmodum in suo priuilegio edidit & instituit Constantinus. Intelligi etiam datur quot aliæ inscitia possint occurrere in illo arrogantissimi, ac temerarij grammatici-

Aggrammatici libello. Nam de Conone etiam Pontifice in rebus gestis Pontificum scribitur: Is, inquit, apud Siciliam edoctus, natione Thrax, sedit menses vndecim. Hic vltra consuetudinem absque consensu cleri ex immissem malorum hominum in stia ecclesiarum Constantinum diaconem ecclesiæ Syracusanæ rectorem in patrimonio Sicilia constituit, hominem nequam, & versutum. Sed & mappulo ei ad cabalicandum vti, licentiam concessit. Sic historia. Nec dixit equos equitent, ut mira sit maledicentis cæcitas, sed decorare his ornamentis equos, & ita equitare. Quod ait de vdonibus ornatum pedum, quod se ignorare prædicat, negatque eos esse ex lino, Græci sic sunt interpretati, ἔδνοις τετέτα λευκοτάτη ὀθόνη περὶ τὰ ὑποδήματα Χρησθαι. Vdonibus nempe candidissimo linteo, ad pedes vti. Si igitur explicant illi nomen, cur obuoluit Laurentius? Quod autem in edicto subiicitur, sicut cælestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Dubitat Laurentius quæ nunc appellantur cælestia. Vera lectio verus sensus declaratur à Græcis. Vnus peruerstus codex habet ἔτι καὶ τὰ ἕρνια, καὶ ὡς καὶ τὰ ἑπιτρία. Sic sunt, habeantque cælestia, quemadmodum terrena. Quemadmodum terrestres, ac mortalis principatus instruitur, insignitur: sic ornatur, decoraturque principatus religionis, ac pietatis, tralatis terrestribus ad cælestia. Alius quoque codex habet ἔτι καὶ τὰ ἕρνια, ὡς καὶ τὰ γήινα. Sic habeant cælestia quemadmodum & terrestria ad laudem Dei. Agnoscis verum, germanumque sensum, quem se fingit non percipere Valens. Vera igitur lectio, quam is nec potuit, nec voluit agnoscere est, comparatio à terrestribus ad cælestia, non è contra, tralatis terrestribus ad cælestia. Quod autem hæc non putat spectare ad laudem Dei, idem liuor, eadem improbæ mentis cæcitas. Quid prohibet, quo minus ad laudem Dei fecerit Constantinus, tamen clerici licentiosius viuant? Quid hoc cum pietate Constantini? Quod autem subiicit ex edicto (sunt autem verba obscuriora), præ omnibus autem licentiam tribuimus beato Syluestro, & successoribus eius ex nostro indictu, ut quem placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religioso numero religiosorum clericorum connumerare, nullus ex omnibus præsumat superbè agere. Hæc verba cum sint obscuriora, Græcis illastrentur. Ante omnia, inquit, concedimus facultatem ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro vrbis Romæ Episcopo, & Papæ, & omnibus qui post eum singulis ataribus Pontificatum tenebunt, beatissimis summis sacerdotibus pro honore, & gloria Domini nostri Iesu Christi, in magna hac catholica & apostolica amplitudine εἰ πᾶσι τῶν τῆς περὶ φανθῆς ἡμῶν σκληρῆς βασιλευῖης καὶ εὐλαβείης κληρικῶν συναεθμιῶν, μηδὲνα πῶναις τῶτο καλῶς μὲν δι' ὑπερηφανίαν τῶν ἐπιτελεσθαι τῶν τῶν. Si quem ex illustrissimo senatu nostro, vellet reuerendis clericis adnumerare, neminem ex his, qui ad hoc vocantur, per superbiam debere detrectare, aut excusare ordinem. Ut nemo inquit impedimento sit, aut nemo recuset, si quem Siluester ex nostro senatu ad religionem vertere voluerit. Ut scepra, ut Imperium, ut palatium: ut omnia insignia transfert ad religionem, sic traducit homines ex senatu. Alius codex Græcus clarius. Ut si quis ex senatu voluerit μετατῶν ἰδὲν γελήματος καὶ εὐαρίστου γυνεῶν κληρικῶν καὶ εἰπὶ ἀεθμιῶν τῶν ἀγίων κληρικῶν συναεθμιῶν μηδὲνα τολμᾷ εἰς τὸ πᾶσι ἔμποδίζειν. Propria, & spontanea voluntate esse clericus, & in numero sanctorum clericorum aggregari ne quis impedimento sit. Is sermo nonne bonus est, licet Latina sint mendosiora? Nec instituit, ὁ Laurenti, quasi sacerdotem Melchisedec Constantinus, sed edicto prohibet ne quis impediatur, eos qui volunt sacris initiari. Hoc nonne optimum est? quibusnam calumniis obnoxium est? Quod si verba sunt paulo à candore Latino remotiora, vitium fortasse codicum sit, quod apparet ex Græcis exemplaribus. Dixi quoque in defuetudine eo tempore sermonem Latinum abiisse, conscriptum etiam à Christianis episcopis edictum fuit, Constantino iubente, ob eam causam sunt pleraque ex sacris litteris admista. Arguit deinde, quod iterum reuertatur ad diadema, dubitat an Cæsares coronarentur. Dubitatio longe Imperitissimi, quo nihil apud historicos clarius si Cæsares ac imperatores sentias qui multo post Romanos illos priscos floruerint. In Historiis Græcorum, qui de Imperatoribus Constantinopolis scripserunt, in omni Imperatoris vita describenda, cum primum eos principatum suscepisse scribunt, ferunt eos coronatos diademate à Patriarcha. Non affero in medium testimonium, cum sit res clarissima. Videte sapientiam Laurentij. Cate-ra quæ calumniatur, facilius prætereò, quoniam ab optimo interprete candide possunt accipi de sermone, quo conscriptum est edictum. Quid? quod homo maledicus accusat, quod rasuram vocet coronam, quasi ea non sit totius ecclesiæ consuetudo Græcæ & La-




tinæ, & Græci non sunt dedignati interpretari *σεφάνη τῆς ἱεροσύνης* Coronam sacerdotalem? Considerate cuiusmodi sint reliqua, Quando ea, quæ sunt tam clara carpit, calumniatur. Quando reprehendit in edicto dici Phrygium designare dominicam resurrectionem, atque in id atrocissimè more suo videlicet inuehitur, quòd Phrygium designet Imperiū Cæsareum, atq; resurrectionē, duo videlicet inter se pugnantia. Potuisset nisi tenebras mēti improbitas offudisset, nosse verū sensum. Omnia enim imperialia tralata sunt ad religionem à Constantino, totum Imperium sacratum Christo, tum ipsum palatium, ipsa insignia omnis imperialis magnificentia, quæ cū essent antea profana, facta sunt sacra, sic Phrygium, quod mitra est, vt Græci superius ostendebant, erat quidam insigne Imperij Romani: sed cū esset radiantissimum, plenum clarissimarum, illustrissimarumq; gemmarum, voluit diuinus Imperator hoc insigne esse clarissimæ resurrectionis, quæ tenebras omnes difiecit, fuitq; luminosissima. Vnde festum luminum vocatur Græcis. Et Constantinus, Eusebio teste, primus instituit, vt nocte resurrectionis tota vrbe lumina accenderentur. Hæc lumina, is resurrectionis splendor, expressus est gemmis illis flagrantissimis, luminosissimis: propterea Græci locum transferentes scripserunt. *ὅθεν τὸ φρύγιον ἐν λευκῇ λαμπρότητι εἰς δειγμὰ τῆς αἰθρίας κυμαίνῃς ἀναστάσεως*. Vnde Phrygium eximia claritate, in signum ætheriæ dominicæ resurrectionis, ætheriæ nempe luminosissimæ, percipis singula. In resurrectione omnia candida, nitentia, splendentia. Quid mali fuit, magnum Imperatorem, vnà cum Episcopis, illo eximio candore, gemmisq; lucentibus, & ipso imperij Romani fulgore resurrectionem designasse? Quæ grammaticus nosse non potuit, inscitia tenebris latissime circumfusis. Scripta sunt hæc, vt superius expositum à Constantino, longo post tempore, vnà cum Episcopis.

Fuit autem, vt Eusebius ostendit, eximia pietatis Constantinus, mysteriæque religionis Christianæ adeo percepta habuit, vt ea quæ super his scriberet, ab apostolis scripta viderentur. Reliqua quæ sunt apud Laurentium plena maledicentiæ, & improbitatis, nihil homine pessimo aliud quærente, quàm omnia peruersè interpretari, hucq; toro peccatore omnique animi imperu incumbente, nullam lucem ad cæcos oculos aspirare sinente ego prætergressus, eum cum suis tenebris, inauditæque illa barbarie dimittam. Quod denuo repetit concessam Italiam cum occidentalibus locis, quod in edicto prosequitur Constantinus debuisse nominatim provincias, vrbesq; appellare, cū id nullius momenti sit, cur eo diluendo loborem? Querit, cur potissimum elegerit Byzantium, vbi Romanum Imperium constitueret, sed causam scire noluit, in finibus Europæ, & Asiæ delectam urbem, vnde vniuersum Romanum Imperium facilius gubernaretur. Inuehitur in Constantinum, pessime de nomine Romano meritum. Is scilicet animus erat scribenti, hac vesania, hoc odio in religionem Christianam ad scribendum se contulit. Profert David, & Salomonem, qui in eadem vrbe habitauerint cum sacerdotibus: & Constantinus ait, nefas esse terreflrem principem dominari vbi fuerit, à Deo constitutus principatus cælestis. Quasi non interfit inter illa Hebraica, atque magnitudinem Christianæ religionis. Multa reprehendit, multa irridet, quibus nullum responsum debetur. Multa in suam sententiam torquet, quæ ego maiora animo versans, & ad ea properans libenter prætereo, pro explorato habens, nihil hæc animos bonos, ac verè Christianos motura. Nam quæ in extrema edicti parte ponuntur, quibus obtestatur successores Constantinus, vt ea quæ sanxit, inuiolata custodiant, quæ miris sannis cyclops insequitur, quis ad singula respondeat, tempus insumens, quod alià honestius, vt iliusq; transfigatur? Hæc oratio, atque is sermo Constantini est, sed fieri potest vt adhibito aliquo sacerdote Christiano edictum fuerit multo post tempore conscriptum. Illud quoque perspicuum est, idque scripta Constantini & epistolæ, quæ sunt apud Eusebium, testatur eum piissimum fuisse, Christianæ religionis apprimè gnarum. Potuit igitur fieri, vt verbis eius edictū fuerit conscriptū, quemadmodū tot epistolas, orationesq; perscripserit. De pagina igitur, & quòd propriis manibus super corpus beati Petri eā reposuerit, & cur reticuerit Paulū: iā dixi, leuiores mihi hæc videri, quàm vt vlla verba in eis defendendis profundatur. Querit Laurētius, vbi tūc esset corpus beati Petri, Quasi nō esset Christianis persuasū, atq; per omnes ætates celebre apud sūmos sacerdotes, ibi esse corpus beati Petri, vbi ecclesiā cōdidit Imperator in tēplo Apollinis aut iuxta, quod historiæ testantur vt possis doceri. Quòd miratur cur sacerdotes, & Pōtiffices nō cōseruauerint paginā eamq; à carie corrodī passū fuerint, Eadē de euāgeliis, quæ propria euāgelistarū manu conscripta sunt

A sunt, possent requiri. Quasi non potuerit tempus absumpsisse, quemadmodum omnia mortalia exeduntur. Reposuisse quoque super corpus beati Petri potest intelligi, corpus eius pagina fuisse tactum, vt esset edictum robustioris autoritatis. Neque vero est ad singulas calumniatoris blasphemias, irrisionesque respondendum, ex leuitate, maledicentiæque profectas, quasi non multa subito exemplaria conscripta fuerint, idq; ipse Constantinus palam confessus est. Cū hæc ad omnes nationes prouinciæque conscripserit. Sed ego quid agam, possūmne cōtinere quin Turcæ, Saraceni, Mahometani vbique impiam stultitiam, impias irrisiones stolidamque loquacitatē veris rationibus refellam? Qui veterum historiarum ignarus, tantum temeritate ac petulantia prouectus insultat sanctorum priscorumque patrum purissimæ sanctitati, purissimis eorum ceremoniis, quas cū veteres esse ignoraret, aut eas cuperet irridere, nouas esse petulanter asseruit: aut cū magnorum Imperatorum, summorumque Pontificum fuissent, eadem pessima inscitia, tribuit eas alicui stolido clerico. Multa loquitur scelestus de eo quod dicitur in priuilegio, Imperatorem propriis manibus reposuisse paginam donationis super corpus beati Petri. At is non antiquissimus mos fuit magnorum Imperatorum? De Carolo verè ferunt historiæ: Carolus Rex francorum Christianissimus filius Pipini, germanus Caroli magni, confirmans promissionem, quam genitor eius Pipinus, & ipse Carolus cum germano suo Carolo magno fecerat beato Petro & eius vicario sanctæ memoriæ Domino Stephano iuniori Papæ, quando perrexit in Franciam pro concessione, & restitutione multarum vrbiū ac prouinciarum in Italia ac tradendarum & restituendarum beato Petro, omnibusque eius vicariis in perpetuum: Cū eam denuo perlegisset, atque ei omnibusque proceribus placuisset, iussit ascribi per Eucherium religiosum, ac prudentissimum capellanum, & notarium suum, factaque hac donatione, & propria sua manu ipse christianissimus Francorum Rex eā corroborans, vniuersos Episcopos, abbates, duces, etiam & graphiones in ea scribi fecit. Quam prius super altari beati Petri, & postmodum intus in sancta eius confessione ponentes, tam ipse Francorum Rex, quàm eius iudices, beato Petro & eius vicario sanctissimo Adriano Papæ sacramento sese omnia conseruatuos, quæ in eadem donatione continentur promittentes tradiderunt. Apparem ipsius donationis eundem Eucherium ascribere, ipse christianissimus Francorum Rex, intus super corpus beati Petri subts euangelia, quæ ibidem osculantur pro firmissima cautela, & æterna nominis sui, ac regni Francorum memoria propriis manibus suis posuit. Aliaque eiusdem donationis exempla per Scrinium huius nostræ sanctæ Romanæ ecclesiæ ascripta, eius excellentia secum portauit. Vides omnia fecisse christianissimum Regem, quæ dicitur fecisse Constantinus, quem quidem reor regem imitatum. Quem locum habent hic impij grammatici irrisiones, hoc tam vetusto exemplo, eius nugamentis opposito? Cuius alia quoque admiranda inscitia coarguenda est, qui asserat corpus beati Petri non fuisse tunc, vbi nunc est. At non vetustæ sacræque historiæ docent à Cornelio Pontifice, qui floruit ante tempora Constantini, corpus beati Petri leuatum ex Catacumbis repositum fuisse in Vaticano in templo Apollinis, palatij Neroniani? Vbi scilicet nunc templum eius est, vbi altare, vbi locus, qui vocatur confessio, propterea quod ibi Imperatores ac Reges & principes confitebantur nomen Christi, & Petro colla subdebant. Est autem sacerrimus sub altari beati Petri locus, vbi sacrum erat euangelium quod Imperatores exosculabantur, eoque tacto iurabant se beati Petri religioni subiectos fore. Hæc ignorans grāmaticus impiè irrisit. Mira quoque in eo hominis inscitia, qui putet Elephantiam morbum dictum, quod inter omnes morbos excellat, quemadmodum elephas, inter omnes bestias: nesciens videlicet, appellatum id genus morbi Elephantiam, quod carnem efficiat scabrosam, qualem autem habent elephantes. Considerentur reliqua, cuius autoritatis, ac sapientiæ possint esse. Quod ait, Leprosum Imperatorem non potuisse gerere consulatum, sed in priuatā vitam secedere solitos leproso. Quasi verò Romani, ritus Hebræorum seruari, præceptis Mosis tenerentur. Videant omnes quàm leues, quàm frivolas calumniandi causas quæserit. Et his putat, si Diis placet, everti, profligarique totum priuilegium. Eadem leuitas de mense Martij consulatus Constantini, & quod epistola dicantur dari, non decreta & edicta. Ad postremum non est mihi differendum cum eo super his, quæ ait Romæ esse fabulosa, quæ pro veris habeantur, vt est de Biblia Hieronymi, quæ sua ipsius manu credatur scripta. Aliud longè est de edicto Constantini, aliis radicibus nititur. Sic de effigie apostolorum Petri & Pauli, & de epistola Lentuli, de effigie

Christi. Non sunt hoc loco discutienda. Quod ait ad postremam, historiam de Syluestro à quodam Græco perscriptam, quæ natio sit ad mentiendum propensa. Post hæc de historia Syluestri, & de dracone. Interea non possumus non execrari improbam eorum audaciam, qui iudicia sanctorum animorum effrenate secuti, præcipiti in denegandis his quæ sibi vera non videntur, temeritate tumescunt, quo in hominum genere Laurentius tenet principatum, tam magis audax, ac temerarius quam inperitus, ac supra grammaticum nõ multum se attollens. Qui ne in sua quidem professione satis posset, duntaxat maledicus, omniâque mordicus corripuens, vt qui calumniatur quod in ecclesia existimetur Petrum esse dictum Cepha à Græco κεφαλή, quod sit caput apostolorum: cum nemo sit adeo inperitus, qui nesciat, Cepha Hebraicum esse nomen petram, tametsi nonnulli Græcam vocem sequantur. Multâque præterea proponit ab opportunitate, ac necessitate longe remota, quibus velut irrefragabilibus argumentis putat donationem posse conuelli, propterea quod multa crassa, ac rudia fabulosâque in ecclesia habeantur, quæ à Pontificibus credantur. At exempla hæc inperitiæ, non sunt ex doctissimâ ecclesia, sed potius ex scholis grammaticorum inperitorum. Itaque nihil hæc cum donatione. Nihil nunc agam de his quæ scribit de Ludouico Imperatore longè alienissima ab ea institutione, qua de donatione scribendum quis sibi proposuisset. Quod Romani Pontifices coronent Imperatores, quod Laurentio videretur in contrarium tendere, vt coronent qui acceperint non videtur coronationem fieri velut à Summo Pontifice quemadmodum Constantinopolitani Imperatores à Patriarchis coronabantur, & olim Reges à prophetis inungebantur? Velut hostis ecclesiæ angitur, excruciat, coronationem esse Pontificum, quæ debeat esse populi Romani. Vbi que etiam præfert hostilis animi indicia, cum velit Romanistas Imperatores recuperare Romam. Nihil agam contra eum de historia Syluestri, de dracone, quæ cum sit vetustissima, à summis, ac magnis Pontificibus pro vera habita, leuissimi grammatici contra tantorum, tamque præcorum virosum autoritatem impetus, quid possit quem potius decuerat aliis rationibus incommoda quæ in historia eum offenderent vitare. Quid refellere contendam quæ de venenato pectore profudit, in postrema suæ philippicæ parte, qua contra ecclesiam præliatur, quam ruere mirum in modum cupiebat, Regi Neapolitano, apud quem exulabat, gratificaturus, ingentem sacrorum stragem sperans se editurum. Sed ego multis eius blasphemis propter earum indignitatem omisissis, ad secundum librum pergam. Illud quidem (atque hic demum finem dicendi faciam) admirandæ inscitæ in eo videri poterit, hincque omnibus palam fiet, quam temerariè sese contulerit ad scribendum, historiarum scilicet veterumque monumentorum longè inperitissimus, aut qui neglexerit, hæc apud antiquiores inspicere. Profert primum in euerisionem donationis, eam apud Gratianum non haberi: nescius videlicet unde Gratianus opus illud suum deflorauerit. At ipsos autores adire oportuerat, quos Gratianus est secutus, apud quos vbi que donationem reperies. Erant autem in vetusta Laterani bibliotheca omnia monumenta, quibus Ecclesiæ Romanæ regna patrimoniiâque continebantur. Ex his monumentis Anselmus & Iuo Carnotensis vetusti theologi, pluresque alij veterum theologorum decerpentes, quædam ipsi quoque volumina condiderunt, de iuribus ac ritibus veteris Ecclesiæ, quæ ex parte collecta sunt à Gratiano, qui & ex his, & ex registris præcorum Pontificum, totum opus conflauit. Hæc perferenda fuerant Laurentio, ex his fontibus, non riuulis bibendum. In plerisque vetustissimis exemplaribus, quæ ex bibliotheca Lateranensi allata sunt in Vaticanum inuenies donationem. Quamobrem tota ea pars, qua de Gratiano loquitur Laurentius, quod apud eum donatio non inueniatur, maximum est inscitæ, ac temeritatis eius testimonium. Hi sunt ergo marmorei tituli, quos expectare debueras: hæc tabulæ æneæ. Similis inscitia de testimonio Gelasij, qui ferat gesta Syluestri fidelia esse, & in his legi de Constantino, de baptismo. Nam si vetera monumenta ex vetusta bibliotheca Lateranensi perferat fuisset, omnibus illis locis reperisset eiusmodi Gelasij testimonium. Ibidemque vidisset ex illis Syluestri gestis, de quibus loquitur Gelasius, descriptam esse donationem. Quod etiam manifesto testantur vetusti, vnâque docti, etiâque in numerum sanctorum relati Theologi Anselmus & Iuo Carnotensis, quemadmodum superius demonstratum est. Hi profecerunt donationem ex gestis Syluestri, quorum meminit Gelasius. In Bibliotheca Vaticana sunt vetusti codices ex præca Bibliotheca Lateranensi. Irrisiones igitur & scommata Laurentij insulsa sunt, in ipsummet recidentia, singulare stoliditatis suæ testimonium. Cum clericu-

A clericulum quendam furciferum nebulonem ridendo quale solent Grammaticelli, prædicat auctorē donationis. Non erant nebulones Anselmus & Iuo Carnotensis illustres Theologi, eruditione ac sanctitate magnis regibus ac populis olim admirabiles, qui donationem non ipsi quidem finxerunt, sed in antiquissimis Ecclesiæ monumentis repertam in lucem scriptis suis protulerunt, fidem que ei constantissimè habuerunt. Profert Voraginensem testem ignobilem, ignarus videlicet sanctæ vetustatis, ob quam causam negauit vili in locis donationem haberi. Chartula igitur priuilegij, vt super hoc quoque tibi respondeam, perire non poterat, vt cuius exemplaria toto orbe circumferebantur. Paginam autem priuilegij vocat, quod ad hunc modum eo sæculo loquerentur. Nam & in donatione Pipini Caroli, Othonis, Henrici, inuenies appellari paginam, Priuilegium quoque adeo non est insolens appellari istam orbis terrarum donationem, vt potius inperitissimus conuincatur, qui hæc adeo perspicua nescierit. Nonne Nicolaus ille primus quem toties hoc opere appello, qui iam octingentis annis floruit scribens ad Michaëlem Imperatorem, Priuilegia, inquit, istius sedis vel Ecclesiæ perpetua sunt, diuinitus radicata, atque plantata sunt. Insolentem tumidumque grammaticum palam hæc latuerunt.



## LIBER SECVNDVS CONTRA LAURENTIVM VALLAM,

*De Falsa Donatione Constantini.*



RIMVS liber proposuit ea, quæ Laurentius contra donationem Constantini sibi effundenda existimasset, quod negotium in duas partes partitum videbatur, quod ille quasdam primùm validas, vt ei visum est, rationes obiecit, quibus donationem euerteret, atque omnibus persuadere niteretur, neque veram fuisse, neque vtilem, neque concedi à Constantino, aut à Syluestro acceptari potuisse, si contendas fuisse donationem. Secunda pars fuit cum ad ipsum priuilegium, verbaque ipsius sanctionis ventum fuerat, quorum ineptia argueret recentem esse, non veterem, ficticiam nõ veram donationem. Hic quantum ipsa res postulare videretur, prolatis singulis calumniatoris verbis, responsum est. Hoc autem libro vt negotium sit confectum maiora complecti necesse est, quibus persuadere sibi homines possint, tametsi nunquam donatio fuisset, certè maiora, & clariora cogere argumenta, vt credatur fuisse, quam valere rationes Laurentij ad persuadendum non fuisse. Nam cum apud veteres scriptores Græcos, & Latinos, atque in antiquis conciliis de iis quæ inter Syluestrum, & Constantinum gesta sunt, multa extant, cum multa hinc inde ex vetustate de dominatione, & regnis ecclesiæ argumenta colligantur, certè hæc longe maioris ponderis erunt ad persuadendum donationem fuisse, quam merè illa, nudæque Laurentij cauillationes ad hanc fidem euertendam. Etenim cui profliganda, euertendâque aliqua opinio est, nemini dubium est quin ei propositum non possit succedere, si contra rationes atque argumenta ex pectore suo prolata, occurrant testimonia ex veterum scriptis. Vt si quis aliqua sui tantum capitis ratione persuadere niteretur nunquam à Romanis, victos, profligari-



uestri certior fieri potes, peruerus tam eam esse: sed etiam cultum imaginum esse longe uerustissimum, quippe quæ ante tempora Constantini magni in ecclesiis haberentur, quibus homines pij ad memoriam earum rerum excitarerentur, quas Christi humana sumpta figura uisibiliter exercuisset. Sed nostrum nunc est super historiæ ueritate philosophari, quâdo tam uerusta est. Græca quæ sunt prolata sic Latinè uertere licet. Hoc autem ad satisfactionem & omnem corroboracionem nouerit diuinum Imperium uestrum, uos opus ingens aggressos esse, si uobis autoribus fuerit absolutum restitutaque fuerit religio catholica, atque antiqua in partibus uestris, restitutaque fuerint sacræ imagines in pristinum statum, confortes eritis felicitatis Constantini & Helenæ, qui fidem orthodoxam stabilierunt, multo autem magis sanctam matrem nostram catholicam Romanam ecclesiam promouerunt. Ac post eos uobis pie succedentibus, atque Imperantibus uestrum piissimum nomen uocandum est noui Constantini, atque nouæ Helenæ nomine in uniuerso orbe terrarum laudabiliter celebratum, per quos sancta catholica ecclesia reuiuiscat, præsertim in orthodoxa fide, & ecclesia Petri, & Pauli summorum apostolorum gaudeat, & gloriatur quemadmodum priores Imperatores ante uos honore affecerunt vicarium eius, eumque toto corde amplexi sunt, uestra diuinitus uobis concessa potestas, atque honore affecerit sanctissimam Romanam ecclesiam supremorum apostolorum, quibus data est potestas ab ipso Dei uerbo soluendi, & ligandi peccata in cælo, & in terra, ipsi defensores erunt Imperij uestri, & omnes barbaras nationes pedibus uestris subiicient, & quocunq; perrexeritis uictores uos facient. Ipsi enim proceres apostolorum, qui catholicam & orthodoxam fidem constituerunt, scriptis fidem suam promulgauerunt, quam omnes successores retinerent qui in throno eorum sessuri essent, atque in his permanerent usque in finem. Atque ita retinet & obseruat nostra ecclesia, & honorat, ueneraturque eorum imagines. Quocirca etiam usque in hodiernum diem adornantur, & illustrantur ecclesiæ eorum imaginibus, quemadmodum beatissimus Papa Syluester testatur in principio orthodoxæ nostræ fidei, cum Constantinus diuino instinctu electus Imperator ad fidem conuersus est. Nam cum die abacta, nox obumbrasset, silentiumque toto palatio esset, ipseque somno premeretur, ecce astiterunt ei sancti apostoli Petrus & Paulus dicentes, Quoniam execratus es, ô Imperator, puerorum sanguinem effundere ob ægritudinem tuam, ecce missi sumus à Christo, ut ibi restituamus sanitatem. Audi igitur præceptum nostrum, & fac quæ tibi iusserimus, mittensque accersere Syluestrum Episcopum, qui fugiens persecutionem tuam latitat in monte Soracte in speluncis cum clero suo. Ipseque tibi parabit piscinam pietatis, in qua baptizabit te, crîsque sanus à lepra, omnibusque morbis. Quod beneficium consecutus, statim præcipe in omni loco Romani Imperij, ut ecclesiæ restaurentur. Tu uerò purus, ac mundus, omnem idolorum cultum abiiciens, Deum solum, ac uerum adora, & secundum uoluntatem eius incede. Experrectus autem Imperator conciliura totius palatii indicit, eisque somnium indicauit, statimque misit ad montem Soractem, in quo sanctus Syluester latitabat cum clero, uacans lectioni librorum. Cumque uidisset circum se exercitum, suspicatus se ad martyrium quæri, dixit clero: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Cui progresso dictum est à militibus quamobrem inquireretur. Cum ad Imperatorem uenisset cum tribus presbyteris, & duobus diaconibus, uidissetque Imperatorem, dixit: Pax tibi, & uictoria de cælo Imperator. Imperator alacri uultu, ac sincero corde amplexatus ea quæ ab illo dicebantur, quæcunq; essent ei reuelata exposuit sancto Syluestro. Quibus expositis, interrogauit eum Imperator Constantinus, quos uidisset Petrum, & Paulum quinam Dij essent. Sanctus Syluester respondit: Hî quidem Dij non sunt, sed serui, & discipuli domini nostri Iesu Christi, quos elegit ad conuertendas omnes nationes, ut credant in eum. Hoc audito imperator rursus rogauit eum, num haberentur usquam de eis historiæ, aut notiones? Tunc Syluester, misso diacono, iussit afferri imagines sanctorum apostolorum, quos Imperator conspicatus exclamauit, hos esse quos oculis, aut uisione conspexisset. Nec amplius dubius sum, ait: fiat piscina salutis meæ, eaque facta baptizatus est, subitoque sanatus. Memorque quod beneficium esset assecutus, cœpit instituere ecclesias, erigens in eis sacras imagines ad honorem, & recordationem domini nostri Iesu Christi, qui humanitatem nostram assumpsisset, omniumque sanctorum, ut omnes conuertantur ad religionem Christianam, ad lumen, & ueritatem, ac desiderium diuinæ pietatis, omnesque discedat ab idolatriâ gentium, ac dæmonum erroribus, quemadmodum dixit Gregorius successor apostolorum omnes homines illiteratos, & qui non possint

A possint legere contemplantur euangelicas historias in pictura, ac per eas agantur ad gloriam, & recordationem incarnationis domini nostri Iesu Christi. Hæc à multis in eo concilio. Locus igitur clarus, præclara, & insignis autoritas, quæ rabida ora, atque omnium cerberorum latratus subito compeecat. Sunt enim cum concilium illud celebratum est plus octingenti, aut circiter anni. Considerentur quæso hæc à prudentibus, mecumque per omnes ætates decurrentes, rationes, argumentaque euoluant, quibus ueritas, quæ ab improbis trahitur in tenebras, è manibus eorum erepta ad suum nitorem resurgat. Tot annis antea celebris erat historia Syluestri, tempore Adriani Pontificis. Neque enim ab illo potuit confingi, cum in confesso tot doctissimorum, sanctissimorumque uirorum prolata sit. Sin autem nulla ratione fieri potest, ut Adrianus eam confinxerit, nonne putes ante eum, ut dixi, plurimis sæculis celebrem fuisse? Neque enim sapiens quisquam sibi persuaserit, summum Pontificem recentem fabulam in concilio prolaturum fuisse. Quod si non erat tempestate Adriani noua, nupérque conficta historia Syluestri, Adrianus autem floruit post Constantinum quadringentos plus minus annos, nonne putes ante annos eius Pontificis eam celebrem, cognitamque à summis Romanis Pontificibus, si per ætates ascendas, attingere ad tempora Constantini? Ratio enim sic euoluitur. Sunt octingenti anni cum floruit Adrianus, huius Pontificis tempore, historia Syluestri & Constantini non erat recens, ac noua. progrediebatur igitur supra annos Adriani: uerisimileque est non paucos annos, neque enim eam protulisset, nisi quid uerustatis habuisset. Probabile igitur est eam progredi usque in tempora Constantini. Minus etiam credibile proferendam à Pontifice in concilio fuisse, nisi pro comperto Romæ apud ipsos Pontifices, & in Romana ecclesia fuisset, rem ueram esse. Ac forsitan excabant quod ipse Adrianus monuit clara, recentiaque monimenta baptismi Constantini, ecclesiarum ab eo conditarum, donati imperij, discessus ex urbe. Neque enim hæc sunt nostræ ætatis ut potuerint à recentioribus pontificibus confingi. Ac nisi autoritatem habuisset, qua ob omni suspitione falsitatis redimeretur, nunquã fuisset in concilio prolata. Ratio igitur clara super historiæ ueritate, quoniã proferebatur, celebrisque erat tempestate Adriani superare eam octingentos annos, atque idcirco summæ audaciæ homines appellandos; qui non erubescant eam dicere fabulosam. Ego quidem arbitror, qui omnes pontifices, qui Adrianum antecesserunt adeat, agniturem ad tempora Constantini historiam attingere. Quod si hoc concessio, quoniam uitarum non potest, refugis ad aliam calumniam: ueram quidem esse historiam, sed donationem non esse cum historia sociatam: super quo Laurentius imperite rhetoricatur, probatum est superius nec ulla ratione negari potest, edictum donationis coniunctum esse cum confessione magni Constantini. Confessio autem refert totam historiam Syluestri, & Constantini. Si historia uera est, uera quoque confessio, propterea quod non est aliud confessio, quam totius illius historiæ relatio, recentente summo, ac sancto imperatore, uelut Dauid prodigium mundatæ lepræ. Historiam describit, recententeque lepram, uitos apostolos, accitum Syluestrum, baptismum, mundationem, pietatem à Constantino conceptam, ecclesiarum ædificia: eadem ipse imperator canit ore suo in confessione subiiciens hanc causam donati imperij, & quod ex urbe ob eam causam cedere uoluerit, Christo, & Petro principatum Romani imperij relicturus. Quidquid igitur firmat, corroboratque autoritatem historiæ Syluestri, & Constantini, constituit etiam confessionem atque edictum donationis. Quæ item apud Græcos habentur, similia prorsus his, quæ retulit Adrianus de Syluestro, & Constantino, quanti roboris sunt contra uesaniam Laurentij, & eorum quibus eius maledictoria placuit? Est apud præcos constantissima fama, Eusebium Cæsariensem voluminibus, quas Enneadas appellabat, complexum esse uitas eorum, qui Apostolis ubique terrarum usque ad sua tempora successerunt: & quoniam Syluester successor esset Petri, descripsit eius uitam, omnia complexus, quæ Romæ apud Latinos de Syluestro & Constantino circumferuntur. Percurre Vaticanam bibliothecam, uerustæ Lateranensis bibliothecæ thesaurum, hic perspicue nosces quæ de Syluestro, & Constantino feruntur, esse longe uerustissima, quorum uerustas facile pudefaciat, si sciret erubescere, grammaticum: eiusque irrisiones, ac blasphemias, hominis delirantis, ac parum eruditi esse comprobet, cum nebulonem, cum furciferum uocat scriptorem illius historiæ, & edicti: cum putat recentem aliquem, nostrique sæculi hominem eam finxisse gloriatur, exultat impotenter. Scripta enim est ab Eusebio, illius temporis homine tota historiæ, & cuncta quæ narratur accidisse Romæ de Syluestro, & Constantino, de lepra, lauacro. Qui illius historiæ





mifericordia cōmotus, missis sanctis prophetis, & per hos lumen vitæ, nempe filium suum D Dominum nostrum seruatorē, & Deum Iesum Christum annuntians, postea misit etiam ipsum vnigenitum suum filium verbum sapientiæ. Qui descendens de cælo propter nostram salutem, conceptusque ex Spiritu sancto, & ex Maria virgine, verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non amittens quod erat, sed incipiens esse quod non erat. Deus perfectus, vt Deus miracula faciens vt homo passiones humanas perferens. Sic verbum hominem, & Deum verbum, hominem & Deum verbum sentimus documentis patris nostri Syluestri summi pontificis, vt Deus verus, & homo verus idem existat, nullōque modo dubiteretur. Electis igitur duodecim Apostolis in eorum conspectu & innumerabilium populorum admirandis prodigijs inclaruit. Confitemur ipsum Dominum nostrum Iesum Christum adimpleuisse leges, & prophetas, passum esse, & crucifixum secundum scripturas, tertia die à mortuis surrexisse, assumptum esse in cælum, sedere ad dexteram patris, inde venturus iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non est finis. Hæc est nostra orthodoxa fides à beatissimo papa nostro Syluestro nobis exposita. Hortamur igitur, & monemus omnes populos, variisque hominum nationes hanc fidem retinere, prædicare, & in nomine sanctæ Trinitatis, baptismi gratiam suscipere, & dominum nostrum, seruatore Iesum Christum, qui cum patre, & spiritu sancto in æterna sæcula regnat, adorare corde pio, quem beatissimus pater noster Syluester vniuersalis antistes prædicat.

Ipse enim Dominus noster me peccatorem miseratus, misit sanctos Apostolos suos, visitansque nos lumine claritatis suæ, nos circumfudit, abstractosque è tenebris, ad veritatis cognitionem dignatus est deducere. Postea quàm valida turpitudine lepræ omnem corporis mei carnem inuasisset, à multisque medicis curatio mihi adhiberetur, quorum studio sanitatem consequi non poteram: in his sacerdotes capitoli ad me venerunt, oportere dicentes, piscinam in Capitolio fieri, & hanc innocenti, calidōque cruore repleri, vbi ablutus, expiationem, ac nitorem consequeretur. Iuxta igitur horum monita multis innocentibus pueris collectis, volentibusque sceleratis sacerdotibus eos mactare, eorumque sanguine replere piscinam, lacrymis matrum, nostra serenitas permota, euestigio exhorruimus execrandum scelus, easque miserati imperauimus reddi filios, datisque insuper vehiculis, ac multis muneribus, lætas ad propria domicilia dimissimus. Hæc die exacta, nocturnaque quiete superueniente, somno nobis deditis, adfuit sancti Apostoli Petrus, & Paulus mihi dicentes: Quoniam sceleribus imposuisti modum, & effusionem innoxij. cruoris exhorruisti, ecce à Domino, & Deo nostro missi sumus daturi tibi consilium, quo sanitatem recipies. Audi igitur præceptum nostrum, & fac quæ te monuerimus. Urbis huius episcopus Syluester persecutiones tuas fugiens in cauernis petrarum cum suis clericis delitescit in monte Soracte. Hunc ad te accersere, eoque docente, discas veram veritatis, piscinam, in qua eum ter demersus fueris, omnis lepræ deformitas te relinquet. Quo facto, hanc remunerationem compensa seruatori tuo, vt tuis imperiis & ecclesiæ per totum orbem restituantur. Et tu te ipsum in hac parte emunda, vt omnem idolorum superstitionem relinquens, solum viuum & verum Deum, qui solus est verus Deus, colas, & adores, & eius adimpleas voluntatem. Experrectus igitur iuxta quæ fuerant imperata ab Apostolis feci, aduocansque eximium, & egregium patrem vniuersalem Papam, qui nos illuminauit, Syluestrum omnia quæ mihi mandauerant sancti Apostoli ei exposui, requisuique ab eo, quinam Dij essent Petrus, & Paulus nuncupati. Ille dixit, eos non appellari verè Deos, sed esse Apostolos seruatoris nostri Domini Iesu Christi. Iterum cœpi rogare beatissimum papam: Num quæ clarè horum Apostolorum haberentur imagines, si ex pictura saltem possem eos agnoscere, quos ex visione didiceram. Tunc omnibus modis venerandus ille pater diuorum Apostolorum imagines afferri per diaconum iussit. Quas ego conspiciens, & eorum effigies quos in somno vidissem, per eas imagines recognoscens, magna voce coram satrapis nostris exclamaui, hos esse quos vidissem in somnis. Ad hæc beatissimus is pater noster Syluester vrbis Romæ Episcopus, tæpūs nobis pœnitentiæ præscripsit in cilicio intra nostrum palatium Lateranense, vt omnia à nobis impurè gesta, & iniuste perpetrata, ieiunijs, vigilijs, lachrymis, & precibus apud Dominum seruatore nostrum delerentur. Exin clericis imponentibus mihi manus, vsque ad ipsum summum pontificem perueni: ibique renuntians pompis satanæ & operibus eius, & omnibus manufactis idolis, me credere in vnum Deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ, visibilibus omnium, & inuisibilibus, & in vnum Dominum Iesum Christum filium

A filium Dei vnigenitum Dominum nostrum, conceptum ex spiritu sancto, & Maria virgine sponte in conspectu omnis populi confessus sum. Benedicta piscina, illic me terna immersione salubris aqua expiauit. Cùmque essem in sinu piscinæ, manum tangentē me de cælo, proprijs oculis vidi, & ab ea mundus exurgēs omni lepræ foeditate me mundum cognoui. Elatū autem me ex sacra piscina, candidis vestibus induerunt. Septiformēque Spiritus sancti signum indidit, beatæ vnctionis contactu, signum sanctæ crucis pater meæ fronti impressit, dicens: Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omnisque clerus respondit, Amen. Adiecitque summus antistes, Pax tibi. Tertia igitur die posteaquam accepissem mysterium diuini baptismatis, & post lepræ curationem, cognoui non esse alium Deum, præterquam Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, quem beatissimus Papa Syluester prædicat, Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitate. Omnes enim Dij gentium, quos olim colebam, esse dæmonia, opera manuum hominum, clare probantur. Ad hæc quantam autoritatem ipse seruator noster, Apostolo suo beato Petro tribuit in cælo & in terra, apertè nobis ipse eximius pater exposuit, quando illum fidelem inueniens in interrogatione dixit; Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Considerate principes & auribus cordis attendite; quid bonus præceptor, dominusque suo discipulo donauerit dicens: Et dabo tibi clauēs regni cælorum: & quod ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Verbum stupendum, & admirabile, in terra ligare, & soluere: in cælis ligatum esse, & solutum. His igitur cognitis beato Syluestro docente, sentiēsq; beneficio beati Petri corpori meo reddita sanitatem, dignum iudicauimus cum omnibus satrapis nostris. Audistis confessionem, ac donationem, singulāque mysteria Christianæ religionis confidentem, explicantēque Constantinum, omnia præclara, & admiranda ex admiratione Christianæ religionis, miraculorumque inspectione, ventum est ad donationem, consecrationemque imperij. Ex historia cognoscitur confessio, eodem ordine, ac serie, ac consecutione ab illo præclaro baptismo, prodigijsque ante senatum, populūque editis progressus est Imperator cum eodem illo spectatore senatu ad deuouendum se suāque omnia summo Deo Christo, eiusque insignibus Apostolis. Nosti cum non precipitater, non temerè ad consecrandum imperium deuenisse: sed prius Trinitatē mysteriaque religionis Christianæ confessum, eorum se prudentē, ac penitus gnarum, peritumque ostendisse. Fatetur se à Syluestro eruditum fuisse. In ipsa confessione, vt cernitis, cōtinetur tota historia quæ in concilio fuit prolata. Quæ fides, quæ veritas est historia, eadem est confessio. Omnia quæ protulit, legitque Adrianus, Damafus, Gelafus, Nicolaus de Syluestro, & Constantino expressa sunt in confessione de lepra mundata, de visis Apostolis, eorumque imaginibus, de baptismo. Additur à Constantino, cum baptizaretur, vidisse se manum è cælo corpus suum tangentē, maculāque abstergentem. Eiusdem sunt ordinis omnia, eiusdem vetustatis, cum confessione vides annexam consequentemque donationem. vnum est decretū, vnum edictum, quo hæc vniuersa continentur, vt in ipso exordio licet conspiciere. Inter alia est quod maxime conuincit Laurentium, *εὐσεβία γνώμη παντός ἐμπαροθεν τῆ λαῖ ὁ μαλόγησα*. Sponte mea, meo iudicio coram omni populo confessus sum Christianæ religionis mysteria. Isto populo & omnifrenatu præsentē omnibusque proceribus astantibus, iustum, dignumque iudicauit omnia se Christo deuouere. Cuius item sit vetustatis, cuius venerationis apud Græcos hoc decretum, aut edictum, eo sit perspicuum, quod tum in Italia litteris vetustissimis Longobardorum scriptum reperitur, egoque ostendam volenti, tum à Græcorum Imperatoribus insertum est inter alias leges, decretaque imperatorum. In libro iurium ecclesiasticorum, atque imperialium qui inscribitur Nomocanō, sic habet: *ὅτι πάντα συνέληξα ἀπὸ τῆ παπᾶ ρώμης διακρίσαι ὡς εἶναι τῆ μεγάλῃ ἀρχιεπισκοπῆς ἰδῆν ἐστὶ τῆς δὲ βελγῆς ἢ ἀρχῆς ἐστὶ πᾶσα τῶν ἡγεμονῶν ἢ τῆς διακρίσεως εἰς δέκα τέσσαρα πτῆλεις*. Quod omnis ecclesia à Papa Romæ ius accipit, quemadmodū ex edicto Constantini cernere licet. Huius libri initium, obedite præfectis, qui liber diuiditur in quatuordecim titulos. Hæc apud Græcos in libro supra proposito. Vigésimo autem capite est, *πάντα πόλις τῶ συνήθη παλαιῆς ρώμης ἀκολουθεῖν ὀφείλει*. Omnis vrbis sequi debet consuetudines Ecclesiæ Romanæ. Tum subiicit, *οἷα δὲ εἶσιν πρὸ παρονόμα τῆς παλαιῆς ρώμης ἀγίας συνέληξαις παρεστῆσιν ἡμῖν πρὸ ἰσαποφύξαι ἀγίας Κωνσταντίνου μεγάλῃς γέροντων ἐργασθῆναι θεασίμα τῶν ἀγίων συνέληξαισιν τῶν τότε παπᾶ τῆς ρώμης ὅ ἡ ὅπως ἐγείναι*. Quæ sunt autē priuilegia antiquæ Romæ factæ Ecclesiæ, exhibet nobis sancti, magni, & qualis Apostolis Constan. decretū, scriptum ad sanctū Syluestrū tunc papam Romæ, quod hoc modo habet. Hucusque illi. His clarum est quam fidem

habuerint Græci decreto, siue edicto Constantini. Non contempserunt: sed approbaverunt, amplexi sunt: non crediderunt, quemadmodum veterum, reconditarumque litterarum imperitus Grammaticus, esse fabulosum. Sunt alia apud Græcos, & Latinos præclara, ac peruehusta monumenta, quibus quisque percipere possit, edictum donationis esse verissimum, à magno Constantino editum, si per omnes ipsius edicti partes animum vertens eas conferas cum his, quæ dixi monumentis. Velut quod Constantinus sanxit, vt Ecclesia Romana, sedesque Petri esset caput omnium Ecclesiarum, & ab ea totius religionis ordo dependeret, ab ea iudicium in causis fidei expectandum esse, eam esse in religione consulendam. Hoc sciens, perceptumque habens Carolus Magnus Imperator, eodem tempore quo Adrianus pontifex protulit in concilio historiam Syluestri, scribens & ipse de Imaginibus cum imperaret Constantinopoli Constantinus, & Irene mater, recipiens quæ magnus Constantinus statuisset, sic scribit libro primo capite sexto: (est autem liber vetustissimus litteris Logobardicis scriptus in bibliotheca Palatina, non credenti videnti fiet potestas, Antequam, inquit, discutiendorum testimoniorum, quæ absurdè Orientales in sua synodo taxauerunt, sylvam ingrediamur, dignum duximus, vt qualiter sancta Romana ecclesia cæteris ecclesiis à Domino prælata est, & à fidelibus consulenda est, sic prosequamur: præsertim cum non ab aliis scripturis, nisi ab his, quas illa inter canonicas recepit, testimonia sint sumenda. Hæc aliorum doctorum, nisi eorum, qui à Gelasio, vel à cæteris illius sanctæ sedis pontificibus suscepti sunt, dogmata sint amplectenda. Nec aliter, atque aliter pro cuiuslibet arbitrio, sed sanè, sobrieque quæ ab illis dicta sunt, sint intelligenda. Ait enim E. B. Augustinus cum institueret, quæ scripturæ essent recipiendæ, vel qualiter intelligendæ: Erit igitur diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primò totas legerit, notatque habuerit scripturas, & si nondum intellectum, iam tamen lectione duntaxat eas, quæ appellantur Canonicæ. Nam cæteras securius leget, fide veritatis instructus, ne præoccupent imbecillum animum, & periculosas mendacis, atque phantasmatis eludentes, præiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In Canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quam plurimum autoritatem sequatur. Inter quas sanè illa sint, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Nam cum hic cunctis per orbem constitutis sedibus, Apostolicas generaliter proferat sedes, multo magis illa omnibus præferenda est, quæ etiam cæteris Apostolicis sedibus prælata est. Sicut igitur cæteris discipulis Apostoli, & Apostolis omnibus Petrus eminet: ita nimirum cæteris sedibus Apostolicæ, & Apostolicis Romana eminere dinoscitur. Hæc enim nullis synodicis constitutis cæteris ecclesiis est prælata, sed ipsius Domini autoritate primatum tenet, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit solutum & in cælis. Cui non incongruè beati Pauli doctoris gentium est attributa societas, vt illius sanctæ ecclesiæ omnino firmaretur autoritas. Quatinus altero ad piscandas animas electo ex piscatore, altero ad muniendam ecclesiam, ex persecutore: vt in altero Dei filij vera confessio, in altero appareret diuini verbi sacra prædicatio: cum alteri cõcesserit idem Dei filius claves regni cælorum, alteri clauem aperiendorum legalium verborum. Vtrique tamen virtutem signorum, quo alter ad eum cruce, alter gladio pergens, fidelibus arrabonem corporalis sarcinæ relinquentes, & exempli fulgore, & verbi decore, & sancto cruore supra dictam ecclesiam Romanam ei dicarent, quam supra solidissimam petram fundatam, nec descendens pluuia, nec venientia flumina, nec flantes venti ruere compellerent. Hæc ergo sanctæ fidei spiritalibus munita armis, & à fonte lucis, & origine bonitatis, salutaribus satiata fluentis, & horrendis atrocibusque hæresum obsistit monstris, & melliflua prædicationis pocula catholicis per orbem ministrat ecclesiis. Nam beatissimus Hieronymus, vir diuinis legibus, & multarum linguarum peritia eruditus, dum Bethleemiticis moraretur in armis, & à beato Papa Damaso Romæ posito de difficillibus consuleretur quæstionibus, eum pro causis fidei versa vice consuluisse dignoscitur: & siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon vel quibus in Orientalibus partibus communicare debeat, humilibus apicibus, vt apices accipiat deprecatur. Mira res, & magnis prædicanda præconiis: interrogat, à quo interrogatur: consulit, à quo consultitur: qui magistrum se in interpretandis diuinis scripturis sentit, in causis fidei venerandi pontificis se discipulum minime erubescit: & cui sacra legis quæstionum nexus enodat,

Enodat, vt tum hypostasis dicere debeat, quibusue in Oriente cõmunicare efflagitat. Vnde datur intelligi sanctos, & eruditos viros per diuersas mundi partes prædicationis, & scientiæ lampade coruscantes, non solū à sancta Romana ecclesia non recessisse, sed etiam tempore necessitatis ob fidei corroboracionem, ab ea adiutorium implorasse: quod regulariter, vt præfati sumus, & exemplis docuimus, omnes catholicæ debent obseruare ecclesiæ, vt ab ea post Christum, ad muniendam fidem, adiutorium petant: quæ non habens maculam, nec rugam, & portentuosam hæresum capita calcat, & fidelium mentes in fide corroborat. A cuius sancta, & veneranda comunione, multis recedentibus, nostræ tamen partis nunquam recessit ecclesia, sed ea apostolica eruditione instruit, & eo à quo est omnne donum optimum, & omnne datum perfectum, tribuente, semper suscipit reuerenda charismata quæ dum à primis fidei temporibus cum ea perstaret in sacra religionis vnione, & ab ea paulò distaret in officiorum celebratione, venerandæ memoriæ genitoris nostri illustrissimi, atque excellentissimi viri Pipini regis cura, & industria siue aduentu in Gallias Reuerendissimi & sanctissimi viri Stephani Romæ vrbis antistitis, est ei etiam in Gallias ordine copulata, vt non esset dispar ordo psallendi, quibus erat compar ardor credendi. Et quæ vnità erant vnus sanctæ legis sacra lectio, essent etiam vnità vnus modulaminis veneranda traditio. Nec seiungeret officiorum varia celebratio, quas coniunxerat vnica fidei pia deuotio. Quod quidem & nos collato à nobis à Deo Italiæ regno fecimus, sanctæ Romanæ ecclesiæ fastigiū sublimare cupientes. Et Reuerendissimi Papæ Adriani salutariibus exhortationibus parètes, scilicet vt plures illius partis ecclesiæ, quæ quondam Apostolica ecclesiæ sedis traditionem in psallendo suscipere recusabant, nunc eam omni diligentia amplectantur. Et cui adhæserant fidei munere, adhæreant quoque psallendi ordine. Quod non solum omnium Galliarum prouinciæ, & Germania, siue Italia, sed etiam Saxonæ, & quædam Aquilonaris plagæ gentes per nos, Deo annuente ad veræ fidei rudimenta conuersæ, facere noscuntur. Et ita beati Petri sedē in omnibus sequi curant, sicut illud peruenire, quod ille clauicularius extat, desiderant. Ad quam beatitudinem nos peruenire, & in sanctæ ecclesiæ consortio, & vnione, ille nos faciat perseuerare, qui ecclesiam suam in Petro dignatus est fundare, & ipso interueniente cuius cathedræ sumus sequaces, regni cælorum, cuius ille clauiger est factus, mereamur effici compotes. Cernitis magni Imperatoris autoritatem vt asserat, confirmet quod magnus Constantinus edicto statuerat. Dixerat Constantinus, *καὶ τὸν χριστὸν κεφαλὴν αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀγίας ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας ὄντων ἀρχιερεῖς ὑψηλότερον ἐναίης ἀρχηγὸν πάντων τῶν ἱερῶν τῶν ἐν πίστει τῆ ὁικουμένη, ἀλλὰ ἡ πίστις ἂν δὲι φρονήσει τὰς ἐκκλησίας τε τῶν ἁγίων λατρεῖαν ἢ τῶν ἁρεμάτων τῆς τῆς χριστιανῶν πίστεως τῆ τῆς χριστοῦ ὁικονομείσθαι.* Et qui pontifex per tempora futurus est in sancta ecclesia Romana celliorem esse, atque imperare omnibus terrarum orbe sacerdotibus. Sed & omnia gubernare sancimus, quæ ad religionem Dei stabilitatemque Christianæ fidei spectant, eiusque iudicio subiecta esse. Hæc Constantinus. Carolus autem, qui hæc in eius edicto haberi nosset, consentaneè scripsit, Sancta Romana ecclesia cæteris ecclesiis à Domino prælata. Et, Tempore necessitatis ob fidei corroboracionem ab ea adiutorium, sanctos, ac eruditos viros implorasse. Et, quod primatum à Deo habuerit. Quæ Carolus magnus de testimonio diui Hieronymi super Ecclesia Romana scripsit, quoniã præclarū est, & dignum quod ab omnibus sapientibus, ac verè Christianis consideretur, subiiciam. Quandoquidem & magni viri, summique Theologi, necnon antiquitate conspicui, inter decreta, & compendium sacrorum institutorum referre id voluerunt, scilicet Anselmus, & Iuo Carnotensis. Scripsit igitur Hieronymus in hunc modum, cum in palæstina degeret, Arriana hæresi per totum Orientem omnia populante, ac deuastante: cuius vocem hodiernam in religione ferocitatem audire oporteret, ipsumque Vallensem sceleratorum antesignanum perpendere docuisset, quid veteres patres de sede Petri prædicassent, tunc intellexisset, piissimum Constantinum omnibus factis expressisse quod sancti illi patres scribendo aut loquendo confessi essent, posteritatisque reliquissent. Quoniam, inquit diuus ille, verus oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frustra decerpit, & Christi vineam exterminant, vulpes inter lacus contritos qui aquam non habent, vt difficile vbi fons signatus & hortus ille conclusus sit, possit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri, & fidem, Apostolicam ore laudatam censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christifiti vestimenta suscepi. Neque vero tanta vastitas elementilientis, & interiacens longitudo terrarum, me à pretiosa margarita potuit inquisitio-



ne prohibere. Vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Profligato à sò-  
bole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrù seruatur auctoritas. Ibi cespitè terra  
fecundo dominici seminis puritatem centeno fructu refert, hic obruta sulcis frumenta in  
lolium, auenàsque degenerant. Nunc in occidente sol iustitiæ oritur, in oriente autem lu-  
cifer ille qui ceciderat, supra sidera posuit thronù suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ,  
vos vasa aurea, & argentea: hi testæ, seu vasa fictilia, virgam ferream, & æternum opertum-  
tur incendium. Quante tui me terret magnitudo, tantum inuitat humanitas, à sacerdote,  
victimam salutis, à pastore præsidium, ouis efflagito. Facessat inuidia Romani culminis, re-  
cedat ambitio, cum successore piscatoris, discipulo Christi loquor. Ego nullum primum  
nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communionem confocior. Su-  
per illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra domum hanc agnum co-  
mederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, perit regnate diluuiò. Et quia pro fa-  
cinoribus meis ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam cognomento barbariæ sine  
differminat, non possum sanctù Domini, tot interiacentibus spatiis à sanctimonia tua sem-  
per expetere: ideo collegas tuos Ægyptios sequor, & sub eorum parua nauicula delitescò.  
Non noui Vitalem, Meletum respuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit,  
spargit. Hoc est, qui Christi non est, antichristus est. Hæc eximius ille theologus. Audis  
solum in cathedra Petri incorruptam patrum seruari auctoritatem: in occidente Solem ius-  
titiæ exoriri: hic lucem mundi esse: super illam petram audis ædificatâ Ecclesiam Christi:  
profanum esse qui extra domum hanc degat, veluti qui in arca Noë mundate diluuiò non  
fuisse, naufragari: Antichristi signa sequi, qui non sequatur doctrinam, & fidem Petri.  
Verum vt noscās omnium sanctorum præcorum theologorum eandem fuisse sententiam.  
audi etiã vt diuus Ambrosius non secus locutus fuerit, quàm diuus Hieronymus, vterq;  
Constantini magni vicini temporibus. Hanc inquit solam Ecclesiæ nauem Dominus as-  
cendit, in qua Petrus magister est constitutus. Quæ nauis in altum sæculi istius natat, ita  
vt pereunte mundo, omnes quos suscipit, seruet illæsos. Sicut enim Noë arca, naufragante  
mundo cunctos quos susceperat incolumes seruauit, ita & Petri ecclesiæ, conflagrante sæ-  
culo, omnes quos amplectitur, repræsentabit illæsos. In vrbe, inquit, Roma quæ princi-  
patum, & caput obtinet nationum, passi sunt gloriosi Apostoli: vt vbi caput superstitionis  
erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic ec-  
clesiarum principes morarètur. Sic diuus Ambrosius, qui clare eam priuilegij Constantini  
periodon asserit, comprobatur, qua magnus imperator, actus spiritu diuino exclamauit: Ius-  
tum non est vt Dominus terrestri imperet, vbi Deus constituit principatum cælestem.  
En Ecclesiarum principes, en cælestis principatus, vt omnes mirificè consentiunt super  
re diuina, ac præcipua. Eadem hæc vidit, notaque habuit sanctissimus Athanasius. Floruit  
enim eadem tempestate, viditq; ipsum Constantinum, cuiusque filios: Niceno concilio in-  
terfuit, cum haberet percepta, quæ Constantinus Christi præcepta secutus illo edicto fan-  
xisset, sic scripsit: Non erat copia exemplaris Græci ex peruetusto Latino: quod erat in bi-  
bliotheca Palatina. Domino beatissimo Papæ, & honorabili sancto patri Felici. sancta se-  
dis Apostolica vrbis Romæ Papæ, Athanasius, & vniuersi Ægyptiorum, Thebaidorum, &  
Libyæ episcopi in sancta Alexandria synodo gratia Dei conuocati. Pater beatissime,  
quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sancta sede, auxilium hausimus,  
& nostri vos curam habere cognouimus, præfatam Apostolicam, & summâ expetimus  
iuxta canonum decreta, sedem: vt inde auxilium capiamus, vnde prædecessores nostri or-  
dinationes, & dogmata, atque subleuationes ceperunt. Ad eam quoque quasi ad matrem  
recurrimus, vt eius vberibus nutriamur: quoniam non potest mater obliuisci infantem  
suum. Sic & vos nolite nos obliuisci, vobis commissos, quoniam non leuibus nos inimici no-  
stri implicuerant, & quotidie facere moliantur, afflictionibus, & apprehendere, ac fer-  
reis nos constringere minantur, nisi eorum consentiamus erroribus: quod vobis incon-  
sultis nequaquam agere præsumimus: Canonibus quippe iubentibus absque Romano nos  
de maioribus causis nihil debere decernere pontifice. Ideoque ad propositum currentes,  
& ad brauium properantes, vestræ Apostolicæ sedis imploramus auxilium. Quia, vt credi-  
mus, non despexit Deus preces cum lachrymis sibi oblatas seruorum suorum: sed ob id  
vos vestrosque prædecessores Apostolicos videlicet præfules in summitatis arce consti-  
tuit, omniumque ecclesiarum eis habere curam præcepit, vt nobis succurratis, nosque  
tuentes, cui omne iudicium episcoporum est commissum liberare non negatis. Nam sci-  
mus in

A mus in Nicena magna synodo cccviii. episcoporum, ab omnibus cõcorditer esse coi-  
roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari. Hæc diuus  
Athanasius, multaque præterea grauiora. Audis in summitatis arce cõstitutum Romanum  
pontificem, omne iudicium episcoporum ei commissum, omnium eum ecclesiarum habe-  
re curam, de maioribus causis ab ea sede iudicium expectandum. Ea videlicet quæ sanxe-  
rat, promulgauerat in edicto Constantinus. Sed quid me piget, cum præclara sint, & ad  
impietatem grammatici conuincendam maxime idonea, proferre quæ idem Athanasius  
proloquitur: Similiter, inquit, & à supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quis  
quam episcoporum, aut metropolitanum, aut comprouinciales, aut iudices suspectos ha-  
buerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso domino potestas ligandi,  
& soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum à domi-  
no fixum, & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidif-  
simam, dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer-  
vertex, in qua omnes vertuntur, sustentantur, & releuantur: & sicut in Christo Christiani,  
ita in petra, id est Petro, Christi renouantur Ecclesiæ. Tu es enim, sicut diuinum veraciter  
testatur eloquium, Petrus: & supra fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, id est episco-  
pi, qui Ecclesiam sustinere, & propriis humeris reportare debent, tibi sunt confirmatæ. Ti-  
bi que claus regni cælorum commisit, atque ligare, & soluere potestati tuæ, quæ in terra,  
& quæ in cælis sunt promulgauit. Tu profanarum hæresum, & imperitorum, atque om-  
nium infestantium depositor vt princeps, & doctor, caputque omnium orthodoxorum do-  
ctrinæ, & immaculatæ fidei existis. Igitur ne despicias patrum tuorum patet pietatem, bo-  
nâque intentionem, & sicut illi patres, & prædecessores à multis liberauerunt oppressio-  
nibus, & angustiis, ita nos liberare digneris. Nam semper fuit vestræ sanctæ, & apostolicæ  
sedi licentia, iniuste damnatos, vel excommunicatos, potestati suæ, sua auctoritate restituere,  
& sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apo-  
stolico punire priuilegio, sicut etiam nostris, & anterioribus cognouimus actum temporibus.  
Idem Athanasius: Antiquis enim regulis censitum est, vt quicquid quamuis in remo-  
tis, aut longinquo positis prouincis in super episcoporum querelis, aut accusationibus age-  
retur, non prius tractandum, aut accipiendum esset, quàm ad notitiam almæ sedis vestræ  
fuisse deductum, vt huius auctoritate iuxta quam fuisse pronuntiatum infirmaretur, aut  
firmaretur. Indè que sumerent normam, vnde Ecclesiæ sumpserunt prædicationis exordium,  
ne passim ab insidiatoribus columnæ auerterentur Ecclesiæ. Certum est enim, quod eidem  
sedi vestræ in honore beatissimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuerunt reuerentiam  
Dei, pro rebus inquirendis, atque determinandis, quas sollicitè decet iustèque ab ipso præ-  
sulum vertice examinare Apostolico, cuius sollicitudo semper fuit, & est, tam mala dam-  
nare, quàm probare laudanda. His Athanasij magni, ac sanctissimi theologi dictis, nemo  
erit tam vecors, tam improbo ingenio, qui non percipiat, ac persuaderi velit, modo apud se  
sit, quoniam hæc dixit is, qui cõcilio Niceno interfuit, interfuit etiam Cõstantinus, ea quæ  
cipse magnus Imperator illo suo priuilegio edidit, redolere mentem ipsius concilij, vocem  
illam Constantini, esse vocem totius concilij, eodem tempore editam. Nihil aliud protulit,  
sanxitque Constantinus, quàm quod Athanasio teste totum concilium Nicenum defini-  
uit, de magna Petri, ac principali maiestate, quæ transferit, perenniter ad successores. Hoc  
irrefragabile est testimonium super priuilegio Constantini, super antiquitate, ac veritate.  
A concilio Niceno natum est edictum illud, admirandumque priuilegium: didicit ab illis  
patribus venerari Petri principatum Constantinus, à quo vniuersa regatur Ecclesia. Quid  
amplius est in priuilegio Constantini, quod non sit apud Athanasium de laudibus huius  
sanctissimi principatus? Quod autem concilio Niceno veluti primas interfuerit ipse de-  
clarat his verbis.

*Petitio Ægyptiorum episcoporum pro capitulis LXX. Niceni concilij ab auctoritate  
sedis Apostolicæ.*

Domino sancto, & Apostolici culminis dignitate venerando, Marco sanctæ Rom. & Apo-  
stolicæ sedis, atque vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Athanasius, & vniuersi Ægyptiorum episco-  
pi. Nicenam synodum in contumeliam nostram, & omnium Christianorum, Arriani in-  
cenderunt. Quapropter precamur pater beatissime vt illa nobis exemplaria, quæ sanctæ  
recordationis prædecessori vestro Syluestro missa fuere, sub tuta mittatis stipulatione.  
Nam sub nostræ præsentis testimonio per beatos Victorem, & Vincentium presbyteros,

& apocrifartos Apostolicæ sedis missa sunt prædicto Papæ Syluestro cū stipulatione subnixa, capitula LXX. Sanè præsentibus nobis LXX. in memorata Synodo capitula tractata sunt. Scilicet XXX. à Græcis, Græca lingua edita: & XXX. à Latinis, Latinè edita. Sed visum est CCC. & XVIIII. patribus, vt decem capitula adunarentur in congruis locis, & ad formam LXX. discipulorum, vel totius orbis terrarum linguarum. LXX. tanti, & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum orbem in vna fide firmarent. Nunc ergo optamus, vt à vestræ sedis autoritate, quæ est caput, & mater omnium ecclesiarum, ea ad correctionem fidelium orthodoxorum percipere per præsentēs legatos mereamur.

Vt autem noscās vera esse quæ scripsit Carolus magnus, & quæ magnus Constantinus, itémque Athanasius de sedis Romanæ principatu: audi quæ longe vetustissimus Pontifex Iulius primus, post Marcum Syluestri successor, scripserit orientalibus. His persuaderi facile poteris, verè priuilegium à Constantino pio, sanctoque Imperatore editum fuisse: quippe qui complexus eo fuerit ea, quæ superiores theologi, & concilium Nicenum vnanimiter cōfessi fuerant. Scribit ergo Iulius orientalibus: Venerabilibus fratribus vniuersis orientalibus episcopis Iulius. Porro dudum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hæcenus sancta, & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerunt: & sicut beatus Petrus primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata domino instituyente, primatus, & caput sit cæterarum, & ad eam quasi ad matrem, & apicem omnes maiores ecclesiæ, causæ & iudicia episcoporum recurrant, eiusque iuxta terminum sumant sententiam. Nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem. Hæc ille. Quibus clarissimè probatur, cū Constantinus magnus eodem ferè tempore floruerit, quo hæc scripsit Iulius, tantopere suo illo ædificato hæc de principatu Romanæ sedis prædicasse, tantopere reliqui theologi suis epistolis, cæterisque scriptis idem prius asseruissent. Ipsumque Constantinum eum vetustis illis theologis, os quoque suum super his summa pietate inflammatum aperuisse. Quod & magnus Carolus pariter est insecutus. Similia eidem orientalibus prosequens Iulius addidit, vt noscās veterum patrum de sedis sancti Petri maiestate, ac primatu sententiam, qui quidem principatus, ac maiestas, non nostris sæculis exorta est: sed à Christo profectam Apostoli, veterisque theologi confessi sunt, posterisque scriptum, ac prædicatum reliquerunt. Iulius reprehendens eosdem orientales, quibus semper fere mos fuit inolescere, audi quid de Concilio Niceni decretis pro Romanæ sedis excellentia scripserit: Quid Christus, quid Apostoli de ea statuerint: vt nō sit mirum, eodē tempore similia scripserit, ac sanxisset Constantinum. Iulius eidem Orientalibus: Si quis ab hodierna die, & deinceps episcopum præter huius sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellice sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetim honore. Eosque qui absque huius sedis sententia sunt eieci vel damnati, huius sanctæ sedis sententia, vel autoritate, scitote pristina recipere communionem, & in propriis restitui sedibus. Quoniam & prius, à tempore scilicet Apostolorum, hæc sanctæ huic sedi concessa sunt, & postea immemorata Nicena synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus roborata, vt magis singuli præuideant, nec talia audeant perpetrare, & caueant si nō propter Deum, & honorem fraternū, tamen propter opprobrium hominum, & ruborem suum, atque canonicam vltionem, saltem hæc timore, & verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius usurpationis excessu. Quia nullus debet præsumere quæ sibi non videntur esse cōcessa. Quam in culpam nullo modo potuisset incidere, si vnde consecrationem & honorem accipitis, inde legem totius obseruationis sumeretis. Et beati Apostoli Petri sedes quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset & Ecclesiasticæ magistra rationis. Vellem enim vos magis ad eam dictam canonicam venire vocationem, vt coram vniuersali cōcilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum, & fratrum in Antiochia subuertendum, & Niceni magni concilij destructionem fecistis. Aut cur nobis inconsultis episcopos in eam cōuocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio? Canonibus quippe in Nicena synodo iubentibus non debere præter sententiam Romani pontificis vilo modo concilia celebrari, nec episcopos damnari: cur in prædictorum locum fratrum, alios posuistis, antequam penes nos, aut nostros apocrifartos

A crisarios eorum causa canonicè esset examinata, finemque perciperet rectum? Quibus ita gestis scripsi vobis, & omnibus qui in Antiochia contra Apostolicam, canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati, arguens vos primum de iniuriis litterarum. Deinde cur Athanasium suosque consecratos ad vestrum concilium conuocassetis, omnibus scilicet præcipientibus nihil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc, & maiora ecclesiarum negocia tam ab ipso domino, quam ab omnibus vniuersorum conciliorum patribus, speciali sunt, vt iam dictum est, priuilegio contrada. Vobis verò refugientibus, & ad concilium totiens conuocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamazione, & iusta ratione persistentibus, vestraq; cognoscentibus crimina, & illorum iustam examinantem rationem, omnesque eos Niceno concilio comperientes, & nostris Apostolicis iussionibus obtemperantes, visum est nobis, ac vniuerso concilio, vt vos diuinis præceptis, & Apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus affectu. Si quicquam reprehensione vsquam inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut à præsumptionis usurpatione reuocemus. His taliter consideratis, atque decretis, tanquā omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem, suscipimus eos in communionem, singulisque cum suis autoritate huius sanctæ sedis rebus propriis reddimus ecclesias. Quoniam huic sanctæ sedi propter prauorum hominum insidias, ipso domino instituyente, & sanctis eorum successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licebitque domino auxiliante in perpetuum. Vnde qui se scit aliis esse propositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis ipse requirit gratis, & ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, quia non rectè tractastis viros inculpato, & à nobis minime examinatos, de suis ecclesiis communionem priuatos pellentes, & ecclesiasticæ disciplinæ iniuriam irrogantes, constitutæque Niceni concilij minime seruantes, talia in disciplinatè agere non formidastis. Idcirco quoniam dudum venire vocati renuistis, modò ad certum diem, id est quinto decimo Cal. Nouembr. vos iterum regulariter litteris missis que euocemus, vt coram vobis ostendamus nos, iniustam in eos postulasse sententiam, & de cætero non talia esse passuros. Est enim in antiquis ecclesiæ statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est: Quod si aliquid defraudauit, reddo quadruplum. In lege quoque cautum est, Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui: & dicit omnis populus, Amen. Quare miror vos tam audaces esse, & tam imprudenter egisse, & terminos, ac iura beati Petri Apostolorum principis inuasisse. Sui enim, vt paulo superius prælibatum est, iuris erat vt absque eius sanctæ sedis autoritate nullus deberet, aut cōcilia celebrare, aut episcopos ad synodum conuocare, vel eos damnare, aut propriis pellice sedibus, aut alios in eorum loco ordinare. Quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid rogo est aliud talis præsumptio, nisi quoddam Apostolorum suorumque successorum decreta transgredi, & maledictionem superius comprehensam, in lege cautam, quam omnis populus vno ore, consonaque responsione per Amen, id est, Fiat, confirmauit, suscipere non timuistis? Nam vt reor, talibus transgressionum funiculis cōstricti, nostrum ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis, & ad sæpe dictam vocationem venire distulistis. Sanè manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui totiens euocati, absque inenitabili causa venire distulerint, & purgandi se voluntate non vtuntur. Regula vestra nullam habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ legatio interfuit, canonibus præcipientibus sine eius autoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est, aut erit vnquam concilium, quod eius non fuerit fultum autoritate. Mihi, cui vice principis Apostolorum vniuersalis ecclesiæ cura commissa est, summopere prouidendum est, ne talia deinceps fiant. Quoniam ideo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis conciliis, & iudiciis, ac restitutionibus episcoporum, quam & de summis ecclesiarum negotiis, vt ab ea, omnes oppressi auxilium, & iniuste damnati restitutionem sumant, & talia ab improbis, nec præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione. Aspice etiam vt concilium Nicenum voluerit autoritate Apostolica, quæ statuisent cōfirmari, omniāque hæc nouisse Constantinum.

*Peritio Niceni concilij, vt ab Apostolica autoritate confirmetur.*

Beatissimo Papæ vrbis Romæ Syluestro, Osius episcopus Cordubensis prouinciæ Hispaniæ, & Victor, & Vincentius presbyteri vrbis Romæ, & cæteri episcopi CCC. & XVIIII. salutē.

Quoniam omnis corroborata est diuinis mysteriis ecclesiastica utilitas, & ea quæ ad robur pertinent sanctæ ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ, ad sedem tuam Romanam explanata de Græco in Latinum gesta sancti concilij scribimus. Itaque censeat vestra gloria in vestra Apostolicæ vrbs sinu episcopos vobiscum habere concilium, sicut decet vt firmet vestrum sanctimonium gradus præfixos, vel textus ordinationis. Quoniam quicquid constituimus in Niceno concilio, precamur vt vestri oris consortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro vniuerso concilio. Data v i i. Cal. Septembr. Paulino, & Iuliano cõsulis.

Eandem edicti partem, vt penitus noscas, non esse fictitium, sed vetustissimum, & à magno Constantino prolaturum, à doctissimis priscis Theologis confirmatum, Theodoritus, qui concilio Chalcedonenfi interfuit, in libro suarum epistolarum in epistola ad Leonem expressit. Exemplar est in bibliotheca, ex vetusto exemplari exscriptum. Videbis vt omnes mirificè congruant super Romanæ sedis maiestate, laudibus summorum Apostolorum, eorumque sepulchris Romæ. Vt in causis fidei ab ea sede sit auxilium expectandum: vt citatur tota religio, quæ superius Athanasius abunde cum magno Carolo, reliquisue theologis. Græca hæc sunt,

Λέοντι ἑπισημότατο ῥόμης.

Εἰ Παῦλος τῆς ἀληθείας ὁ κίρυξ ἢ τῆς παναγίας πνεύματος σάλπιγξ, τὸς τὸν μέγαν ἑδραμε Πέτρον ἄστε τοῖς ἐν Ἀποχίᾳ, καὶ τῆς ἁγίας νόμου πολιτείας ἀμφιθέσθησι παρ' αὐτῆς κομιῶσαι τιμὴν λύσον, πολλὰ μᾶλλον ἡμεῖς οὐ εὐπελεῖς καὶ σμικροὶ πρὸς τὸν ἀπεσταλτὴν ὑμῶν τρεῖς ἔχοντες ἥρῳον, ὡς τε παρ' ὑμῶν λαβὴν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἐκκεσι θεραπεύειν, διὰ πάσα γὰρ ὑμῶν τὸ σωφρονεῖν ἀρμότιον. πολλοὶς γὰρ ὁ ὑμέτερος θρόνος κοσμεῖται πλεονεχίῃσι. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας πόλεις ἢ μέγιστος ἢ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων κοσμεῖ, ἐν ἰσὶς δὲ τῆς τῶν ἐσσημῶν πνευματικῆς πίνα λαμπαρῆναι χειροσμάλα. τῆ δὲ ὑμετέρῃ φρονεῖ ἐδραμε ἁγίων ὁ τῶν ἀγαθῶν χρηρῆς, ἢ γὰρ αὐτὴ πασῶν μεγίστη καὶ λαμπαροτάτη, καὶ ὅτι οὐκ ἐμὴς προκαθημένη καὶ τῶν παλαιοῦ τῶν οἰκητόρων κομωμένη. τὸς δὲ τῶν καὶ τῶν κρᾶτῶν ἡγεμονίαν ἐβλάστησεν, καὶ τῆς οὐκείας προσσηείας τοῖς ἀρχιερεῶσι μετέδωκεν. κοσμεῖ δὲ αὐτῶν ἀγαθῶν φερόντων ἢ πῆξι καὶ μαρτυρῶν ἀξιοχρεῶς ὁ θεῖος σπῆνυλος βεῶν ὅτι ἡ πῆξις ὑμῶν καταγέλλεται ἐν ὅλῳ τῶν κοσμοῦ ἐν εὐδῆς δὲ ἀμὴν τὰ τὰ σωτηρίας κηρύγματος ἀπὸμαται τοῖς ἀξιαγάθοις τῶν τοῖς ἐβέβηθει μαρτυρῶν πῆς σπῆνυλος τῶν ἐν αὐτῇ πολιτευομένων εὐσεβῶν εὐφημῶσαι, ἔχει δὲ καὶ τῶν κοινῶν πατέρων καὶ διδασκάλων ἢ ἀληθείας Πέτρος καὶ Παῦλος τοῖς θήκας, τῶν πῆσι τῶν ἀγαθῶν φερόντων. ἢ δὲ τῶν πῆσι μαρτυρῶν καὶ θεῖα ἔκθεσις ἀνέτειλεν μὲν ἐν τῇ ἁγίᾳ, καὶ πάντοτε τῶς ἀκλίνας ἐξέπεμψεν, ἐν δὲ τῇ δύσει τῶν ἁγίων εὐδῆς ἐξάτο τοῖς τῆς βίβης δυοῖς, μακροθεν τῶν καταναρῶν ἐν τῶν οὐκ ἐμὴν. ἔτσι τοῖς ὑμέτερον τῶν φερόντων ἀπὸμαται θρόνον ἢ τῶς ἀγαθῶν τῶν ὑμετέρων ὁ κολοφῶν. ὁ δὲ ἐκείνων θεὸς καὶ νῦν τῶν ἐκείνων ἐλάμπαρνε θρόνον, τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν ἰδρύσαις ἐν τῆ τῶν ὀρθοδοξίας τῶς ἀπῆνας ἀφίεισαι.

Si Paulus, inquit, præco veritatis, cuba Spiritus sancti, ad magnum Petrum accurrit, vt ab eo solutionem referret super his dubitationibus, quæ Antiochiæ inciderant an viuendum esset secundum legem: Multò magis nos abiectionis sortis, & exigui homines, ad Apostolicum vestrum thronum recurrimus, vt à vobis medicinam ad sananda ecclesiarum vlcera discamus. Vestrum enim est in cūctis præesse, ac dominari, propterea quod sedi vestræ omnium laudum excellentia data est. Nam reliquas vrbes, aut magnitudo, aut pulchritudo, siue etiā habitatorum multitudo exornant, quasdam his omnino carentes spiritualia quædam munera reddunt conspicuas. At vestræ Vrbs, omnium bonorum copiam largitus est bonorum largitor. Hæc enim omnium maxima est, ac præclarissima, præsidetque orbi terrarū exundans habitatorum multitudo. Insuper hodiernum imperium ex ea pullulauit, suamque appellationem non inuidet subiectis. In primis autem eam exornant fides, & testis locuples diuinus Apostolus exclamans, Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Quod si subito susceptis salutiferæ prædicationis seminibus, tam admirandorum fructuum edidit copiam, quæ certè sufficiat oratio ad prosequendas religionis ac pietatis laudes, quæ hodierno tempore in ea florescit? Habet insuper sepulchra præceptorum veritatis, patrumque totius orbis Petri, & Pauli, à quibus ad omnes Christianorū animas lumē emicat. Quorum beatissima, prorsusque diuina societas nata est in Oriente, omnemque inde mūdum radiis illustravit: sed in occidente occasum vitæ promptè, & fortiter excepit, atque inde in totum orbem terræ splendorem demittit. Isti sedem vestram admirandam, clarissimamque reddiderūt. Hoc bonorum vestrorum est supremum culmen. Eorum Deus etiam nunc sedem eorum claritate conspicuam reddidit, vestra sanctitate super ea collocata, vnde sanctæ ac puræ religionis radios diffundit.

Illa quoque pars edicti, qua Constantinus prætulit Romanam Ecclesiam quatuor summis ecclesiis, nominatim concilium Nicenum hoc sciens, & eodem tempore, atque Constantinus

Constantinus eadem cum ipso imperatore confirmans, sanxit, decreuit Romanam Ecclesiam ante quatuor illas tenere primatum. Statuit etiam, vt audisti, Athanasium similiter, atque Constantinus, vt consilium ex successoris sancti Petri cogeretur voluntate, veluti principatum in omnibus ei permittens. Atque id clarissimum est. Nemini enim non perspicuum est, id in concilio Niceno haberi.

Id quoque non leue argumentum est, quo decretum Constantini probatur verum esse, ipsius ore prolaturum cum de principatu Romanæ Ecclesiæ secutus Christum, totamque superioris Ecclesiæ quæ veniebat à Christo traditionem sanxit, quod Ioannes Pontifex scripsit Iustiniano. Ioannes vrbs Romæ episcopus Iustiniano Augusto. Inter claras sapientiæ mansuetudinis vestræ laudes christianissime principū, puriore luce tanquam sydus aliquod irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocta ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reuerentiam cõseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius autorem, hoc est Apostolorum primum, domino loquente præceptū est, Pasce oues meas. Quam esse omnium ecclesiarum verè caput, & patrum regulā, & principum statuta declarant, & pietatis nostræ reuerentissimus declarat affectus. Hæc pauca ex magna epistola.

Audis statuta principum ante Iustinianum, Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum esse caput. Statuta scilicet, siue edictum, ac decretum primum quidem magni Constantini, quem reliqui secuti sunt. Scripsit autem prior Iustinianus ipsi Ioanni summo pontifici in hunc modum, vt in eius edictis, seu cõstitutionibus cernere licet. Victor Iustinianus pius,

felix, inclutus, triumphator, semper Augustus Ioanni sanctissimo Archiepiscopo almæ vrbs Romæ, & patriarchæ. Reddentes honorem Apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & est, vt decet patrem honorantes vestram beatitudinem. Omnia quæ ad ecclesiarum statum pertinet festinamus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis.

Quoniam semper magnum nobis fuit studium, vnitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire, qui hætenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes vniuersi Orientalis tractus, & subiicere, & vnire sedi vestræ sanctitatis properauimus. Et in præsentem ergo hæc quæ mota sunt quauis manifesta, & indubitata sint, & secundū Apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firmè custodita, & prædicata, necessarium duximus, vt ad notitiam vestræ sanctitatis perueniāt. Nec enim patimur quicquam quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestū, & indubitatum sit quod mouetur, vt non etiam vestræ sanctitati innotescat, quia caput est omnium sanctarum ecclesiarum.

Per omnia enim, vt dictum est, properamus honorem, & autoritatem crescere vestræ sedis. Petimus ergo vestrum paternum affectū, vt vestris ad nos destinatis litteris, & ad sanctissimum episcopum huius almæ vrbs, & patriarcham vestrum fratrem, quoniam & ipse per eosdem episcopos Hypatium, & Demetrium scripsit ad vestram sanctitatem, Festinans in omnibus sequi sedem Apostolicam beatitudinis vestræ, manifestum nobis faciatis, quod omnes qui prædicta consententur suscipit vestra sanctitas, & eorum qui iudaicè ausi sunt rectam denegare fidem condemnat perfidiam. Plus ita enim, & circa vos omnium amor, & vestræ sedi crescit autoritas, & quæ ad vos est vnitatis sanctarum ecclesiarum inturbata seruabitur, quoniam per vos didicerunt omnes beatissimi episcopi horum, quæ ad vos relata sunt, synceram sanctitatis vestræ doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere prouidentiam. Diuinitas te seruet per multos annos, sancte, ac religiosissime pater.

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

Non esse autem mirum Constantinum dedisse ecclesiæ Romanæ principatum, sed id à maioribus postum, ac cõstitutum didicisse, primum ab ipso Christo, (quo inscitia Laurētij coarguitur, qui neget ausurum fuisse hunc, cum ex suo pectore constituere principatum) declarat, quod Anacletus antiquissimus pontifex, tertius scilicet à Petro, scripsit his verbis. Anacletus seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis, & pax atque consolatio multiplicetur. Si difficiliore fuerint quæstiones ortæ, aut episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt iussione saluatoris, vt maiores, & difficiliore quæstiones semper ad Apostolicam sedem deferantur, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam. Hæc priscus ille pontifex. Quid igitur mirum si Constantinus, cui fuerant hæc à Syluestro, doctissimisque episcopis ostensa, sanxit, confirmauit edictum

principatum Romanæ sedis successorumque Petri, totque ei munera largitus est, qui videtur vniuersam ecclesiam huic fundamento niti in Christum, id est Apostolos statuisse, eum esse totius Ecclesiæ consensum. Nec nouum edidit ipse decretum. Illa quoque edicti pars, qua magnus imperator prædicat se fratrem equi sancti Syluestri tenuisse, equumque duxisse, in quo noscitur pedum deosculatio, probatur vera esse, quod successores imperatores non multo post tempore similia fecerunt. Nam ingrediente Pontifice Romano Constantino, natione Syro, Constantinopolim, Iustinianus Augustus Christianissimus cum regno in capite sese prostravit, & pedes osculans pontificis, deinde in amplexu mutuo corruunt. Item cum Stephanus pontifex proficisceretur ad excellentissimum Francorum regem Pipinum, aduersus Astulfum regem Longobardorum auxilium postulans. Audiens autem idem Rex eiusdem beatissimi pontificis aduentum, nimis festinanter in eius aduentum occursum vnâ cum coniuge, & filiis, & primatibus, & ferè ad centum miliaria filium suum Carolum ei misit cum aliquibus optimatibus, ipse quoque in palatio, quod dicitur Ponticone, fere ad trium miliariorum spatium descendens de equo suo, cum magna humilitate terræ prostratus, vnâ cum coniuge, & filiis, & optimatibus eundem suscepit pontificem. Cui & vice fratris vsque in aliquantum locum iuxta eius sellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit, & omnia, quæ ab eo pontifex petiit, impetrauit. Hæc vera historia prodidit, quam ego ad verbum protuli ex Iuone Carnotensi. Ille ut reor ex Anastasio bibliothecario. Vides tot annis antè ab hoc sæculo vsque à tempestate Pipini, fratris officium reges, & imperatores exhibuisse summo pontifici, iuxta videlicet exemplum magni Constantini, quod in edicto donationis ipse memorauit. Hoc magni Constantini, aliorumque imperatorum exemplum, cum Federicus ob superbiam imitari noluisse, pedemque pontificis ascendens equum tenere more maiorum renuisset, atque ad osculandum Adrianum tertium pontificem accessisset, non admittitur, sed reiectus est à pontifice, anno ad hinc quadringentesimo plus minus. Verum à proceribus edoctus imperator, vestigatis veterum monumentis, reperitque eam antiquissimam esse consuetudinem imperatorum, cum iterum occurisset pontifici, qui iam discesserat, ex equo exiliens in conspectu totius exercitus, quem prope orbem habebat, officium fratris exhibuit, admittiturque est ad osculum pacis à pontifice: Ille igitur Romanæ sedis principatus, quem confirmauit, corroborauit edicto Constantinus, non autem ex suo capite reperit, à Christo fuerat institutus, quod pontifices, qui Petrum viderunt, & audierunt, perceptum habuerunt, memoria prodiderunt. Nam Anacletus, ut superius ostendi, seruus Iesu Christi ait: Hæc sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro, primatum obtinuit, sicut beato Apostolo Petro dixit: Adhibita est & societas in eadem Romana vrbe, beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro coronatus est, & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrauerunt, aliisque vrbibus omnibus in vniuerso mundo, tam sua presentia, quam venerando triumpho pretulerunt. Hæc sanctus, ac primus pontifex. Idemque asserit, primam esse ecclesiam Romanam: secundam nomine beati Petri à sancto Marco fuisse Alexandria constitutam: Tertiam Antiochia eiusdem beati Petri nomine. Hinc argumentum contra Laurentium, ordinem illum ecclesiarum à Constantino in edicto nominatarum fuisse prius in ecclesia catholica ab ipso confirmatum. Addita est Constantinopolitana suo tempore. Legat qui velit, qui codicem non habet, veniat, & videat. Quam præclara sunt illa, quamque admiranda, quam corroborant testimonium Anacleti, & omnium antiquorum theologorum, qui de principatu Romanæ sedis scripserunt: Itemque verissimum probant decretum Constantini, ea quæ scripsit sanctissimus, vetustissimusque post Apostolos theologorum Irenæus de principatu, ac maiestate Romanæ ecclesiæ, in qua prædicat Apostolos vniuersam fundasse religionem. Hic caput, atque arcem totius pietatis constituisse: hanc vnâ omnium ecclesiarum magistratam esse voluisse. Hinc fontem per vniuersum orbem profluentis sanctitatis, ac religionis ab eis erupisse: hinc omnes erudiri oportere decreuisse: hinc manare veram Apostolorum, quasi alterum Euangelium, traditionem: hic Apostolos inquam ipsos traditionem non scriptam reliquisse, quæ sit alterum quoddam amplissimum, vberissimumque Euangelium. Sic scribens aduersus hæreses libro tertio: Qui quidem, & omnes pariter, & singuli eorum habentes Euangelium Dei, ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Euangelij, cum Petrus, & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Ecclesiam.

Eodem

A

Eodem libro.

Sed quoniam valde longum est, in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognita à gloriosissimis Apostolis Petro, & Paulo Romæ fundata, & constituta ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiâ propter potentiorum principatû, necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur, & instructus beati Apostoli ecclesiam Lino episcopatum administrandæ ecclesiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum epistolis meminit. Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab Apostolis episcopatum fortitur Clemens, qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc infonantem prædicationem Apostolorum, & traditionem ante oculos haberet. Non solus enim, adhuc multi supererant tunc ab Apostolis docti.

Post pauca.

Huic autem Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab Apostolis constitutus est Sixtus, & ab hoc Telephorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit, ac deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab Apostolis habet Eleuterius. Hac ordinatione, & successione, ea quæ ab Apostolis in ecclesia traditio, & veritatis præconatio peruenit vsque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, vnâ, & eandem viuificatricem fidem esse, quæ in ecclesia ab Apostolis vsque nunc sit cõseruata & tradita in veritate. Audis de principatu Romanæ sedis admirandam vocem. Audis quid in hac maxima, atque antiquissima, omnibusque cognita, fundata, & constituta à duobus gloriosissimis Apostolis Ecclesia, traditum ab ipsis Apostolis fuerit. Audis traditionem, ac fidei prædicationem, quam Apostoli in hac sede reliquerunt, quæ vsque ad ipsum Irenæum peruenit, qua confidenter omnes profanos, ac perperam sentientes, omnes hæreticos cogeret erubescere. Ad hanc Ecclesiam, vbi sit principalior principatus, verumque religionis robur, omnem Ecclesiam oportere conuenire, omnes Christianos, omnes vbi que terrarum fideles, in qua conseruata sit semper traditio Apostolorum: ea scilicet quæ Carolus magnus, ceterique theologi dixerunt. Et ea quæ complexus est edicto Constantinus de sedis huius principatu, ac summa veneratione, ut omnes ei gentes, omnes Ecclesias subiectas esse oporteat: ad hunc fontem recurrere omnes, quoniam hic veram sapientiam, ac sacrosanctum Euangelium Apostoli reliquerunt. Non sunt fictitia, ac tunc primum in capite eius nata, quæ magnus Constantinus tam mira de beato Petro & Paulo, de eorum sede prædicauit illo suo inlyto priuilegio, de principali ac magistra Ecclesia totius orbis. Sed hæc omnia viderat, intellexerat prodidisse, ac summo cõsensu deprædicasse superiores theologos, qui vsque à temporibus Apostolorum floruisse, aut ipsos Apostolos vidissent. Nam Irenæus discipulus fuit Polycarpi, Polycarpus autem Ioannis Euangelistæ. Ab his manauit ea prædicatio, horum erat certa scientia. Ecclesiam Romanam esse lumen orbis terrarum: hic esse magnum religionis principatum: huius Ecclesiæ sapientia, quæ fusa esset ab apostolis: omnes hæreticos coarguendos, mittendos ad hanc sedem, vnde fons Apostolicæ sapientiæ perpetua per omnes ætates successione scaturiet. Videndum quid hæc Ecclesia sentiat, quid in ea reliquerint Apostoli. Hæc omnia perspexit, prædicauit edicto suo Constantinus, admiratus est, suspexit hanc maiestatem, & quanto studio, quantis opibus potuit, veneratus est: sese suaque omnia subiecit, repetens edicto, quæ maiores de hac principali sede prodidissent, eam habere super omnibus principatum. Hinc per successionem ab Apostolis manare veram doctrinam, purumque religionis fontem: ordinem esse hic venientis ab Apostolis per eorum successores puræ sapientiæ, ac religionis. Atque obserua, dicere Irenæum hanc ostensionem esse plenissimam, videlicet maximum argumentum ad probandam religionem Christianam, Euangelicamque doctrinam, & ad conuincendos hæreticos, quod ab Apostolis pertinens sapientia Christi, in hac Ecclesia sit conseruata, & tradita in veritate. Qua quidem ostensione possis omnes hæreticos coarguere, secus quam hæc Ecclesia doceat, sentientes. Hæc omnia vidit, admiratus est Constantinus, edicto commemorauit, sanxit, asseruit, roborauit autoritate imperiali, non quidem tunc primum nata, aut ab eo re-

A a

perta: sed cum essent antiquissima, vsq; à Christo, & ab Apostolis descendente, admiratus, ac veneratus: suum quoque super his, cum aliis theologis, suffragium tulit. Vidit huc caelestem principatum longè antèire principatum terrestrem. Quocirca proiecit regnum, ante pedes reginè huius. Similia his scripsit vctustus scriptor Tertullianus, asserens què Irenæus prodidisset, aut ex fontibus eius delibans, admiradum certè testimonium, scribens de præscriptionibus aduersus hæreticos: Percurre, ait, omnes Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsententur, apud quas authenticæ litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, representantes faciem: proxima est tibi Achaia, habes Corinthum: si nõ longè es à Macedonia, habes Philippos: si potes in Asia tendere, habes Ephesum: si autem Italiæ adieceris, habes Romanam, vnde nobis quoque authoritas præsto est statura. Felix Ecclesia cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt. Vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est in insulam est relegatus. Hæc ibi.

Aduersus autè Marcionem: Quid etiã Romani de proximo sonent, quibus Euangelium, & Petrus, & Paulus sanguine quoq; suo signatum reliquerunt. Hæc omnia vctustus scriptor Tertullianus, quæ sunt in edicto Constantini. Id quoque si quis consideret magno argumento effe cernet eximios illos honores contulisse Constantinum Syluestro, quos ipse suo priuilegio memorat, quod ait Nicolaus primus, vctustus sanè pontifex, scribens ad Michaëlem imperatorè: Quibus omnibus, inquit, ritè collectis satis euidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse pontificem, quem constat à pio principe Constantino, quæ longe superius memorauimus, Deum appellatū: cum nec Deum posse ab hominibus iudicari manifestū sit. Audis summum pontificem à Constantino Deum appellatum habitum pro Deo. Hoc videlicet factū est, cum eum præclaro illo edicto decorauit, adorauit vt Deum, vt Christi, & Petri successorem, diuinos honores ei quoad eius potuit, contulit, velut viam Christi imaginem veneratus est, totumq; id habetur in priuilegio. Possent item proferri quæ ex parte prolata sunt in concilio Florentino, vt ea quæ scripsit diuus Cyrillus in libro thesaurorum: Christus, inquit, accepit à patre esse dux, & sceptrum Ecclesiæ gentiū ex Israël egrediens, super omnem principatum, & potestatem, & super omne quodcunq; est, vt ei cuncta genua curuentur plenissimam potestatem: sic & Petro, & eius successoribus cõmisit plenissime. Hæc Cyrillus Alexandrinus. At Cyrillus Hierosolymorum patriarcha in persona Christi alloquens Petrum, hæc ait: Tu cum sine, & ego sine fine, cum omnibus, quos loco tui ponam plenè, & perfectè sacramento, & autoritate, cum eis ero, sicut sum tecum. Maximus item in epistola ad Orientales: Omnes, ait, fines orbis, qui dominum Iesum sincere receperunt, & vbiq; terrarum catholici fidem veram confitentes in Ecclesiam Romanorum pontificum tanquam in Solem respiciunt. Hæc omnia à magnis, & priscis Theologis prolata, edicto Constantini continentur, eaq; contineri perspectum Theologis illis erat. Cyrillus item in libro Theaurorum fatetur Apostolos in Euangelium, & epistolis affirmasse, in omni doctrina Petrum esse loco domini: & eius Ecclesiam, nempe Romanos pontifices, eius successores, ei dantes locum in omni populo, & synagoga, in omni electione, & cõfirmatione. Itẽmque eodem loco. Cui nempe Petro omnes iure diuino, caput inclinant, & primates mundi, tanquam ipsi domino Iesu, obediunt. Audis primates mundi, Petro velut ipsi Christo, caput flectere? quod primus Constantinus fecit. Eodem libro autor idem: Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontificum à quo nostrum est quærere quid tenere debeamus.

Audisti magistrum omnis religionis Petrum, & successores, quemadmodum pronunciauit Constantinus. Hæc vniuersa sunt, quæ decreto fuerunt comprobata, & declarata, ab insecutis Theologis prolata, propterea quod scirent, eam summum Imperatorem vnã cum Niceno concilio edidisse, secutū Christum, & Apostolos. Hocq; perspicuo argumento est, magnum Constantinum edictum illud donationis totum conscripsisse, de principatu Petri, & successorum, de magnis ornamentis, quæ propter summum tanti capitis honorem, atque reuerentiam adhibuit, quod Græci fatentur, cum nõ ex suo capite id fecisse, sed quod interesse studuerit magno Nicenæ trecentorum decem & octo episcoporum concilio, atque eodem spiritu plenum, sedem Apostolorum principis, quemadmodum à domino in Euangelium didicerat, omni honore dignam esse decreuisse. Ibi enim priuilegia dignitatum Ecclesiis per vniuersum mundum distribuentes, & ordinantes Ecclesiam Romanam caput esse omnium Ecclesiarum ita dixisse: Sciendum est sanè ab omnibus catholicis quoniam

Aniam sancta Romana Ecclesia nullis synodalibus decretis est prælata, sed Euangelica voce domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit, cum Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Prima ergo sedes est caelesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam beatissimi Apostoli Petrus, & Paulus suo martyrio dedicauerunt. Hæc Nicenum concilium.

Itemq; in alio canone: Veneramur secundum scripturas, & canonum definitionem, sanctissimum Romanam, antiquaq; Ecclesiæ episcopum primum esse, & maximum omnium episcoporum. Hoc autem est consonum sacre scripturæ. quæ inter Apostolos Petro tribuit primum locum, tam in Euangelium, quàm in actis Apostolorum. Nonne vides igitur, vt ipse loquar, quæcunque Constantinus de summa Petri maiestate sanxisset consona esse concilio Niceno, aut inde, eum, sanctionem illam didicisse, quandoquidem ipse concilio interfuit. Nonne vides eodem spiritu actum imperatorem, atque sanctos illos patres? Perspexit à Christo Romæ religionis erectam esse maiestatem, imperium factorum, dominatum caelestem, cui parere terrestrem dignum iudicauit. Potuitne tam cæcus, tam impius esse, non dicam Romanus Laurentius, sed aut Parthus, aut Turca, Romano imperio, & religioni Christianæ inimicissimus, vt non viderit donationem completi concilium Nicenum, fluere ab illo concilio, à spiritu sanctorum illorum patrum totum illud edictum: illud, inquam, decretum natum esse à spiritu, quo sancti patres agebantur. Qui hoc non vidit, atque harum rerum ignarus, suæ barbariæ crudelitatem in facerrimos vctustatis afflatus effudit, quid aliud fuit quàm monstrum, audaciæ, aut temeritatis plenum? Cuius non possum satis admirari, dicamne vesaniam, ac cæcitatem, an incredibilem imperitiam, ipsius autem veritatis inuictam potestatem, quæ sæpe eos contra seipsos eadem arma vertere adigit, quibus eam delere parassent. Laurètius existimat demum letale vulnus aduersariis, qui donationem tuentur, se impressisse, atque vno ictu totam eorum causam iugulasse, prolata historia Melchiadis, qui proximè ante Syluestrum floruit. Sed primum profert, quod falsissimum est, Constantinum à puero cum patre Constantio Christianum fuisse. Quod multæ verissimæ historiæ falsum esse probabunt, vt erunt quæ de eo dicet Iulianus Imperator, & quæ respondit præfectus Aegypti Artemius, qui cum ipso Constantino domi, militiæq; vixerunt, qui eum dicent à cultu Deorum discessisse, quod cum Iulianus stultitiæ, & sceleribus eius tribuisset: Artemius tribuet, quod signum crucis viderit in celo. Eam ob causam non erat Christianus Constantinus, si quam cognitionem huius religionis teneret. Quid quod Lactantius ad eum scribens, prædicat eum primum Romanorum principum errores repudiasse? Prius ergo inter errores versabatur. Hocne est letale vulnus Laurenti, est certè, sed in tuam vaniloquentiam. Venio ad Melchadem, cuius dictis adeo non tollitur donatio, vt maximè confirmetur, stabilatur, roboretur. Is ita ait: Ecclesia ad hoc vsque peruenit, vt non solum gentes, sed etiã Romani principes, qui totius mundi monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & fidei sacramenta concurrerent: è quibus vtriusq; religiosissimus Constantinus fidem veritatis parenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem, suo degentibus imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias, & prædia constituit tribuenda. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem Imperialis relinqueret, & beato Petro, suisque successoribus profuturam concederet.

Hæc pontifex: quæ etiam à Laurentio ad verbum proferuntur. Quæ cum putet sibi adiumento esse ad euertendam donationem: non videt stipes hinc maximè donationem confirmari? Non sentis primum cõtra te dicere Melchadem, Constantinum patenter adeptum esse fidem, quam scilicet prius non possideret: non sentis eum testari ad fidem concurrisse Romanos principes, nempe Constantinum? fidem patenter adeptum: nempe coram omni populo, quod ipse in sua confessione fatetur: fidei mysteria concessum, & baptizatum. Patenter, quid aliud, quàm Senatu, & omni Populo, Proceribus, & Sarapis expectantibus, & in conspectu totius vrbs? Deinde vbi continetur, eum reliquisse Palatium, nisi in edicto, siue decreto donationis? Si verum est decretum hac parte vbi testatur se palatium Lateranense, sedemque imperialem reliquisse, & donasse: cur non est verum in reliquis? cur abscondis vnã partem vti veram, reliquam vis esse fabulosam?

In historia Syluestri non habetur, eum donasse palatium quod tu quoque fateris, sed in confessione, & decreto donationis, ergo id argumento est, vere fuisse decretum illud tempore Constantini ab ipso Constantino editum, cum Melchades id testetur, qui his rebus gerendis non interfuit, sed præfuit: non testis, sed autor, vt ait Laurentius.

Omnia quæ Melchhiades dicit, habentur in edicto de fabrica templi primæ sedis, de im-  
 mensis donariis, vt superius visum, de relicto palatio. Cùm hæc igitur, quæ scripsit  
 Melchhiades, sumpta sint ex edicto de relicto palatio, & sede imperiali, & Petro concef-  
 sa, de fabrica templi, de eius ad fidem accessu, quæ potuit esse maior super donatione, su-  
 perque edicto donationis comprobatio? Tum quid sibi vult, Regalem sedem eum reli-  
 quisse? Urbem reginam, dominamque gentium Petro, & successoribus vacuum dimississe,  
 nisi totum imperium in manus eorum tradidisse? Nam qui dat potiora, dat etiam quæ  
 minoris ponderis sunt. Dedit caput, dedit sedem imperij, quoniam reliqua dedit. Sedes,  
 ac natales imperij Romani, est Roma, cum toto occidenti. Minus fuisset dedisse regna,  
 regnorum autem caput non dedisse. Itaque qui caput dedit, quo nihil esset in omni mun-  
 do melius, qui dedit lucem orbis terrarum, vt ille inquit, vigorem, maiestatem, vim to-  
 tius orbis, & vt ait Aristides, τὸ κόσμος ἐπιτομὴν, mundum paruum, compendium mundi: cer-  
 tẽ videtur ipsum mundum dedisse. Quæ fuit igitur causa, cur Constantinus piissimus prin-  
 ceptus, sed imperialem relinqueret, ad quam totius Italia, totiusque occidentis rationes,  
 gubernationesque redigebantur: nisi quod totum ipsum occidentem vna tradebat, relin-  
 quebat eidem, cui sedem imperialem relinqueret? Hoc letale vulnus est, quo furore pro-  
 uectus, (venerat enim contra veritatem pugnaturus) Laurentius concidit. Quo istu exi-  
 stimabat causam aduersariorum penitus collapsuram. Concidit ipse in seipsum per amen-  
 tiam suis armis conuersis, suo se ipsum pugione transfodiens. Nolo alium testem dona-  
 tionis, extollit, admitatur, profert vti veridicum scriptorem Melchhiadem, qui rebus il-  
 lis spectator, oculatusque testis interfuerit. Audi igitur illam edicti partem, & confer  
 cum his quæ scripsit Melchhiades Constantinus: Quoniam vbi principatus sacerdotum,  
 & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est  
 vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Idemque Imperator: Beato Syluestro,  
 eius vicario, de præfenti tradimus palatium imperij nostri Lateranense.

Hoc etiam testatur Melchhiades fecisse Constantinum, autòrque à Laurentio approba-  
 tur. Approbatur ergo edictum, donatio, decretum: & eodem argumento confirmatur à  
 Laurentio, quo cadere putasset. Veluti qui in cælum expuunt, in eos spūto reuersuro. Quid  
 aliud scribitur in donatione, quàm quod dixit, asseruitque Melchhiades, illius temporis au-  
 tor, testis locupletissimus donationis? Sed verior responsio contra Laurentium est, eum  
 propter historiaram inscitiam, cæcùmque iudicium, non potuisse percipere verba, quæ  
 Melchhiadis esse feruntur, quæ ipse protulit, non esse Melchhiadis, qui ad imperium  
 Constantini non peruenit, vt quem historiæ ferant martyrio coronatum à Maximino. Ac  
 Melchhiades fortasse nunquam vidit Constantinum, nec de eo, deque donatione eius scri-  
 bere potuit, quæ post mortem eius multos annos acta est. Ob hanc causam verum est te-  
 stimonium Græcorum, ab Arrianis confictum esse, Constantinum dedisse Melchhiadi,  
 nescio quas constitutiones. Quod falsum esse historiæ probauerunt, palam ostendentes,  
 Melchhiadem ad tempora imperij Constantini non peruenisse, sed à superioribus impe-  
 ratoribus fuisse martyrio coronatum. Lege Damasum cum multis. Ab Arrianis ergo ver-  
 ba illa Melchhiadis, quæ protulit Vallengis, ficta sunt, vnà cum illis constitutionibus. Hoc  
 hominem fecellit. hic fuit incredibilis cæcitas, qui ex historiis doceri non potuerit, Mel-  
 chhiadem de fide, & religione, ac donis Constantini scribere, ac testari non potuisse. At  
 miser existimat se rem obtinuisse, totamque Ecclesiam mendacem probauisse, quod ex  
 illis verbis ostenderit, quicquid Constantinus Ecclesiæ donasset, non Syluestri, sed Mel-  
 chhiadis pontificatu factum esse, càmque ob causam totam historiaram Syluestri falsam esse.  
 Sed eum cæcitas, historiaramque inscitia præcipitem egit.

Nunc ad nostra reuertor: Gelasius item sanè antiquus pontifex, longe ante Adria-  
 num: floruit enim paulopost Constantinum: quod in antiquo codice Iuonis Carno-  
 tensis, peruetusti Theologi, profertur: neque enim multi facio Gratianum recentio-  
 rem: In gestis, inquit, beati Syluestri, quæ beatus papa Gelasius in concilio septuaginta  
 episcoporum à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hæc imitari  
 dicit Ecclesiæ, in eisdem ita legitur: Constantinus Imperator quarto die sui baptisma-  
 tis priuilegium Romanæ Ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes  
 ita hunc caput habcant, sicut omnes iudices regem. Superius prolata verba (vt ego loquar)  
 sunt vt dixi Iuonis peruetusti theologi. Non pudet autem insolentem grammaticum,  
 vocare impudentem fabulam, quæ tam vetusta est historia, à tam magnis theologis proba-  
 ta, tot

Ata, tot antiquorum pontificum testimoniis vera historia iudicata? Nam etiam Nicolaus  
 primus in amplissima epistola ad Michaëlem imperatorem: Consonat, inquit, huic neces-  
 sariæ sententiæ sanctus Syluester, magni Constantini Augusti baptizator. Audis baptis-  
 mum Constantini per Syluestrum? Damasus, item qui fermè sub id tempus floruit, cum  
 de vitis pontificum vsque ad sua tempora scriberet, ventumque esset ad Syluestrum, ibi de  
 baptismo Constantini scripsit, totumque edictum donationis explicuit. Et hæc ad ipsum  
 Hieronymum scribens. Extat etiam in decretis, seu rebus gestis diui Syluestri, quod apud  
 veteres theologos videbis, hoc testimonium, seu locus ab his theologis prolatus ad quos  
 priscorum patrum scripta, nondum temporum iniuria, sublata peruenerunt, scilicet, Do-  
 mino Constantino Augusto, eodem tempore cum multi nobiles gauderent, quod Con-  
 stantinus esset baptizatus à Syluestro episcopo vrbs Romæ, & mundatus fuisset à lepra,  
 per hoc beneficium, quod accepit à Domino Iesu Christo, per Syluestrum episcopum cœ-  
 pit integre prædicare Dominum Iesum Christum, & cõfiteri eius beneficia. Hæc illic. Ho-  
 rum igitur tam vetustorum autoritas nonne grammatici impudentissimæ temeritati præ-  
 ponderabit? Summa igitur pietas, ac sanctitas Constantini fecit, vt ea corroboraren-  
 tur, totumque per terrarum orbem inulgarentur, principio à Christo decreta, ab Apo-  
 stolis, ab antiquis patribus vbique tradita, & ad posteros deuoluta. Fuit enim verè Con-  
 stantinus eximia pietate, incredibili religione, ac sanctitate. Cui si quæ calumniæ illatæ  
 sunt à nonnullis scriptoribus, harum maxima pars profecta est à scelerato Iuliano impera-  
 tore, & ab his, qui in eius gratiam de Constantino falsa scripserunt. Atque hic ego contro-  
 uersas illas à principio mihi commemoratas, verissimis, & antiquissimis testimoniis dis-  
 soluam: eorum videlicet, qui cuncta ea viderunt, hisque interfuerunt: quarum historiaram,  
 verarumque cognitionum, suggestit copiam locupletissima in Vaticano bibliotheca. Ar-  
 temius optimus, tum Christianus, tum etiam dux copiarum inuictus, summo loco natus,  
 summæ apud magnum Constantinum, & Constantium gratiæ, & autoritatis, qui in exer-  
 citu Constantini in eo bello, quod contra Maxentium gessit, primum pilum ducebat, fuit-  
 que testis oculatus signi, quod in celo vidit Constantinus. Is, inquam, cum ad tempora  
 Iuliani deuenisset, atque cum principatum iniret Iulianus, ipse præfectus esset Ægypti,  
 cum impius Iulianus Christianos insectatus, adigeret ad supplicia parere recusantes. Ob  
 eamque causam diuinus Artemius hæc cernēs ingemisceret, nec crudele spectaculum fer-  
 re posset, in Iulianum necessariò destomachus est. Quod Iulianus admiratus, auditòque  
 eum esse Christianum, multò magis exarsit: sed eum blandis verbis, vt solebat, aggressus,  
 conabatur ei probare, Constantinum, qui primus Romanorum imperatorum religionem  
 Christianam suscepisset, fuisse imperitum, barbarumque hominem, crudelem, ac nefarium  
 in totum genus. Ad quæ necessariò magnus Artemius respondit, quæ cum coram impera-  
 tore ab eiusmodi viro prolata fuerint, qui vidit, & interfuit, facilè omnes calumnias cõtra  
 magnum imperatorem diluent. Iuliano igitur qui de Constantino oblocutus erat respon-  
 dit Artemius, vt in eius historia, rebusque gestis licet conspiceret. Ac primum Iulianus  
 Καλλὰ Κωνσταντίνος οὐκ ἔστ' ὁ ταῖς νεοτελεῖσας διὰ τὰς φίλας αὐτῶ ἀνοσιβήτας ἀπέστη τ' θεῶν ὑψ' ὑμῶν Γαλιλαίων  
 ἔξαπατηθεὶς, ἀτε δὴ καὶ παιδείας ἀμέτοχος καὶ μήτε τῆς ῥωμαϊκοῦ ἐμπειροῦθις, μήτε τοῖς ἑλληνοῖς νόμοις, καὶ  
 ἔθεσι, ἐγὼ δὲ ἀνόσιε τῆς ἑλληνοῦθις καὶ ῥωμαϊκοῦ παιδείας εἰς ἄχρον ἐπειλλημμένος, καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν  
 θεολογίας. Ἐρμῆτε φησὶ καὶ Ὀρφέως καὶ Πλάτωνος ἐξ ἡσθητικῆς, ἐκ ἠέκαστου δὲ τὰς Ἰσραηλιτικῆς ῥησέως διαμνη-  
 κῶς καὶ τῶν τῶν τεθρῆσαν ἐξ ἑθνητικῶς, πρὶν παρὰ τὸ παρὰ τὸ ἀρᾶδων καὶ ἀρχαῖοτατον καὶ θεοφιλῆς, τὸς ἀν-  
 θρώπων ἔθος τε καὶ σέβας ἀνατρέχειν Διὸς κελύουμα.  
 At Cõstantinus ò inimicissimi, propter scelera ei domestica de sciuit à Diis, à vobis Galilæis  
 deceptus, vt pote imperitus, qui neque in Romanorum, neque Græcorum ritibus, ac mori-  
 bus satis confisteret. Ego verdò ò impie, qui Græcas, & Romanas disciplinas apprimè calleo,  
 in veterum theologia, Mercurij, & Orphei, ac Platonis, litteris item Iudæorù diu, multum-  
 que versatus, quiq; eorum superstitionem cõtempfi, rursus ad vetustã, ac patriam pietatem,  
 religionemq; iubeo homines reuerti. Hæc Iulianus. Denuo corã Artemio sic oblocutus est:  
 ὁ γὰρ Κωνσταντίνος ὡσαυτὸς ἄνθρωπος ἀγνοεῖς ἐξ ἑξαπάτητος ἀνδρῶν, ἀμαθὴς τε καὶ ἀνόσιος ἄνθρωπος, πρὶν τῶν θεοφιλῶν  
 ἐμπατήροισι καὶ τῶν ἑλλήνων ἀθετήσας θεῶν, ὅτι τὸν Χριστιανισμὸν ἐξέκλυε, τὰς ἀνοσιβήτας ἀπέστη  
 καὶ ὅτι οἱ θεοὶ αὐτὸν τῆς ἱερᾶς αὐτῶν καὶ παναγαστάτης θρησκείας ὡς ἐξ ἄγιστον καὶ ἴστορον πᾶν  
 καὶ μακρῶν ἀπέσταντο. ἀτε καὶ ὁμογενὴς ἀμαθὸς γενόμενος ἀπίστον, τὸς τε γὰρ ἀδελφῶς ἀπέστεινε ἕδεν ἀποποιεῖν εἰρη-  
 μῶν καὶ τῶν γυναικῶν φάσων καὶ τὸν αὐτὸν ἰδὼν Πέτρον, χρησάμενος καὶ ἀγαθὸν ἀνδρα, τυγχάνοντα.  
 Constantinus, inquit, quod tu quoque nosti, cùm is esset, qui facilè deciperetur, imperitus,







decretaque die, qua cædendi essent, ibat Imperator in Capitolium, illorum cruore lauandus. Sed matres puerorum Imperatore aduentante lugubres voces mittebant exultantes. Quibus ille auditis, causam fletus sciscitatus est. Cumque didicisset matres esse, quæ ob pueros interficiendos lugerent, velut ex ebrietate euigilans, hanc rem præ se ferre certam, & indubitata improbitate, at incertum euentum sanitatis distitans. Quod si etiam certus esset euentus sanitatis, præstare tamen ipsum ægritudine confici, quam tot pueros cædendos aspicere, & gladio mæroris matrum pectora transfuerberare. His dictis abscessit, iubens matribus reddi pueros, eisque insuper pecunias donari, ut gaudium maius perciperent redditis pueris, & pecuniis acceptis. His ad hunc modum peractis, noctu visi sunt ei adesse viri duo dicentes, se esse Petrum, & Paulum Apostolos Christi, qui si vellet animi, & corporis adipisci sanitatem, Syluestrum episcopum accerferet, qui ei labem carnis abstergeret, & æternæ vitæ efficeret dignum. In his Imperator è somno euigilans mittit statim qui accerferent cum honore episcopum. Cumque ad eum Syluester accessisset, Dic, ait, episcopo, coluntur vobis Dij Petrus, & Paulus nuncupati Nobis, inquit Syluester, vnus duntaxat Deus agnoscitur: Petrus autem, & Paulus serui eius, ac ministri sunt. Enarrat deinde somnium Imperator, nostrisque mysteriis initiatur, ac baptizatur, & ex piscina totus sanus confurgit. Statimque immunitatem, ac securitatem Christianis publicè concedit, eisque templa aperit, noua attolere sinit. Contra claudit fana dæmonum, quæ falso Deorum sibi nomen asciuerat: omnes decernit posse securè qui velint accedere ad fidem Christi nolle quidè se cogere quenquã, exosculari autem, qui sponte se Christo dederint. Is igitur ad hunc modum ad fidem Christi accessit. Prædicatio autè diffundebatur, dabaturque audacia Christianis. Hæc historia. In qua multa sunt præclara ab excellentibus ingeniis cõsideranda, vt congruunt omnes maiorem in modum super rebus gestis Constantini, & Syluestri, vt quanquam viderit in cælo signum crucis Constantinus, non tamen à cultu idolorum protinus descuerit: quo declaratur causa baptismi, sitque perspicuum, non fuisse eum baptizatum, cum vidit in cælo signum crucis, totaque illa controuersia dissoluitur. Quibus verbis facinus mactandorum infantium execratus fuerit. Multaque præterea. Is idem mirificè congruit cum Artemio super cede Faustæ & Crispi: quod cum sit memoratu dignum, etiam hoc testimonium huc proferre vehementer opere prætium censui. *Εἰς δὲ καὶ ἐν πολλῶν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει τῶν Κρίστον καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἀλλοτρίων ἐπιπέσει, ὅς ἐστι τὸ πρὸς Δικίνιον πολέμου πολλὰς κείσεται. Τὴν ἢ μητρὶν φάσει ἔπι μανείσει ἐρωπῆως ἔπι μὴ ἐπιπέσει ἐκείνῳ ἐτόγγυον καὶ τὴν πᾶν ὡς ἐρώπῆτος αὐτῆς, καὶ πολλὰς βιάσει αὐτῆς ἐπιχειρήσει, διὸ καὶ θάνατον ὁ Κελασὸς τῶν πατρῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τὴν γαμῆλιν ὡς δὲ ἔγωγε μεταπέσει ὁ αὐτοκράτωρ τὸ ἀληθές, καὶ τὴν γαμῆλιν ἐκείνῳ δάτε τὸ ταύτης ἀνάλασιν, καὶ τὴν φωνὴν τῆς παιδὸς, εἰσαίχθεισιν γὰρ ἐν λειτῶν ἢ φάσει σφοδρῶς ἐκχευθέντι ἐκείνῳ τὴν βιάσιον ἀπέρισε.* Suscepit, inquit, etiam ex pellice alium filium nomine Crispum, maiorem natu, qui in bello contra Licinium sæpe victor discessit. In hunc nouerca Faustæ amore insaniens, cum eum sibi renitentem reperisset, detulit ad patrem, quod eam deperiret, & quod sæpius eivim afferre conatus esset. Quam ob causam Crispus à patre morte dånatus est, cum vxori fidem habuisset. Sed postea veritate comperta, Imperator vxorem supplicio affecit, tum propter eius intemperantiam, tum ob cædem filij. Inducta enim Faustæ in balneum vehementer calefactum, ibi vitam violenter abruptit. Audisti quæ superius retulit diuus Artemius coram Iuliano. Hæc historia, quod non oportuit referre Artemium, exposuit, quo supplicio nouerca Faustæ extincta est. Sed ego reuertor ad edictum, siue decretum Constantini, probaturus eum nil aliud statuisse ac confirmasse, quam quod apud præcos patres constantissimum esset, de principatu, summâque maiestate Romanæ sedis: atque ea, quæ ipse decreuisset, ab inscutis theologis proceribus sacrosanctæ theologiæ, summo assensu fuisse confirmata, ob eamque causam probari posse verè Constantinum ea statuisse, quod tum apud maiores vsque ab ipso Christo manantia habebantur, tum à posteris post ipsum imperatorè summo consensu celebrata, atque asserta sunt. Quod ergo magna pietate Constantinus pronuntiauit in edicto. Quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est vt illic imperator terrenus habeat potestatem. Audiuimus quo consensu theologo ferebant à Christo, & ab Apostolis fuisse decretum, quantopere Græci non minus quã Latini assentientur, illic religionis esse caput, principatumque sacrorum, nec aliud Constantinum quam vniuersæ Ecclesiæ, sanctorumque theologorum sententiam edicto complexum esse. Igitur etiam diuinus Chrysoströmus non longe post Constantinum tempore scilicet Theodosij de hoc princi-

principatu, Petro à Christo tradito, similitè cū reliquis theologis sententiã tulit, cum interpretaretur Euageliū Ioannis, *ἐνεχέρισεν μὲν τὸν Πέτρον τὴν τράχηλον τὴν πιπεύονταν περὶ τὴν Ἱεροσόλυμον Ἰακώβου τὸ θρόνον ἔλαβεν, ἀλλὰ Πέτρος τὸ ὀμιλεῖν ἀπέσις.* Tradidit inquit in manus Petri omnium credentium principatum. Nam et si Iacobus Hierosolymorum sedem accepit, at Petrus totius orbis terrarum. Hæc os aureum haud dissimiliter Constantino. Vnum ferè vtriusque decretum, Petrum habere principatum totius orbis terrarum. Principatum inquam religionis, pietatis, sacrorum. Quod animaduertens magnus Imperator, indignum, & iniustum censuit habere potestatem, Imperatorem terrestrem, vbi caput religionis præficeret, ne ordine falso subessent cælestia terrestribus. Flexi anima ratio plena rationis, ac prudentiæ consideratio. Chrysoströmus item, *δὲυρο φησὶ τὸ ἔλαβε τὸ πρῶτον εἰς τὴν ὀμιλήσιν, ἔξελετε, ἀπολαθεῖ μοι ἐξαργοντί σε περὶ κήρυγμα, καὶ τὴν ὀμιλήσιν ἀπασαν ἐγχερίζοντι.* Eia age, inquit, accipe pecudes, egredere in orbem terrarum, sequere me deducentem te ad prædicationem, totumque terrarum orbem in tuas manus tradentem. Hæc aureus theologus. Quid igitur mirum hæc cognoscentem, perceptaque Cõstantinum habentem, quem pietatis æstus impelleret, decreuisse, atque accellens edictum, statuisse, de religionis principatu, excitatumque à Christo, vera maiestate adornare voluisse. Eundem principatum, quem Constantinus admirabatur, superius tempestate profanorum Imperatorum cæteri theologo prædicauerunt: ne putēs noua molitum Constantinum. Cyprianus magnus, sanctusque Latinis theologus, in epistolis de hæreticis ex Aphrica Romam nauigantibus. Audent, inquit, nauigare ad Petri cathedrã, & Ecclesiam principalem, vnde totius fidei ordo, & vnitas pendet. Cernis caput ordinis, vnitatis religionis Christianæ. Hoc Constantinus, magnus, & ipse theologus, nouit, confessus est, prostrauit imperium, religionis capiti diadema regium subiecit. Audiat quoque Cypriani vocem de sede sancti Petri hodierna gigantum audacia, quibus quasi fuit Vallengis antesignanus. Deus inquit vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & cathedra vna, super Petrum Domini voce fundata: Aliud altare constituit, & sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit, adulterium est, impium est, sacrilegium est, quodcunque humano furore instituitur, vt dispositio diuina violetur. Inde schismata, & hæreses, obortæ sunt, & oriuntur, dum episcopus, qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur. Cernis veluti prophetantem, ac spiritu quodam diuino pronuntiantem hodie vnam hæresim, atque eius præcipuam causam ore prophetico prædicentem diuum. Qua septentrionalis superbia, summum sacerdotem contempnit, aliud altare sacerdotiumque constituit, idque humano furore, cæcitate, dementia, violatis ordinibus, institutumque diuinis. At Constantinus agnouit fundatam esse Domini voce vniuersam Ecclesiam super cathedra Petri. Eoque adorauit Petrum, & successores, se suamque obtulit. Hoc Cypriani testimonium protulit etiam Anselmus theologus apprimè bonus, ac sanctus, etiamque antiquus. Nec te pigeat item eundem audire Cyprianum longè antiquissimum theologum de capite & vnitate Christianæ religionis, vt agnoscatur Constantinum haud ab re exarsisse stimulus cælestibus actum ad religionem.

C) *Ex epistola sancti Cypriani.*

Loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Super vnum ædificat ecclesiam, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, Accipite spiritum sanctum. Tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem, sua autoritate disposuit. Hoc erant vtique cæteri Apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio præditi, & honoris, & potestatis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia Christi vna mōstretur, quam vnã ecclesiam etiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem & beatus Apostolus Paulus docet, & sacramentum vnitatis ostendit, dicens: Vnum corpus, & vnus spiritus, vna spes vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Quam vnitatem tenere firmiter, & vendicare debemus, maximè nos episcopi, qui in ecclesia præsidemus, vt episcopatum quoque ipsum vnum, atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. His diuini theologo dictis cognoscitur, antiquam fuisse, indubitataque fidem, caput religionis esse sanctum Petrum: nec vera esse: quæ nostri temporis audacia conata

est persuadere, fuisse omnes Apostolos æquales, neminem plus cæteris habuisse, quicquid vni datum esset, hoc vnicuique datum esse. En sanctorum theologorum testimonium, à quibus vsque ad sanguinis effusionem defensa est religio, inter Apostolos tametsi parem potestatem omnes à Christo Iesu accepissent, caput tamen esse ipsum Deum decreuisse, ad quod omnia referretur, à quo dependeret religio. Quare conticecat, erubescatque infanorum temeritas. Ipsum autem Laurentium hominem bonarum rerum inscientissimum pudeat, non intellexisse quantos honores huic totius sanctitatis capiti maiores exhibuerint, seseque exhibere debere perceperint. Nec prodigiosum esse quod Constantinus fecisset, cum omnis Ecclesia, omnes ab ortu, & occasu Christiani, Christianæque sapientiae eximij proceres id paribus oraculis efferrent, prædicarent, si vel ab ipsis Apostolis incipias. Hoc idem etiam diuus ille Nicolaus primus asseruit, qui floruit octingentis annis elapsis, etiam superiorum theologorum testimonio dicta sua suffulciens, his verbis: Verum & inter beatos Apostolos, sicut & prius sanctus Papa Iulius, & postea ille magnus, & sanctus Leo describit in similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, ut cæteris præmineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, & magna ordinatione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent: sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres habetur prima scientia. Et rursus quidam in maioribus vrbibus constituti sollicitudinè in eis suscipere ampliore: per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesie cura cõflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret. Quod si quidam ex vobis vilo interiori comprehendissent obtuitu nunquam Rothardum episcopum Suesionicae vrbis sine consensu nostro deponerent, sed reprehenderent, & in exilium pulsum monasteriali custodia manciparent. Quid rogo de presbyteris, & de inferioris gradus clericis ageretur, quorum apud nos quoque causa à Chalcedonensis concilij regulis cum ratio exigit, audiri iubetur si episcopos tanta facilitate deponitis? Posset quoque colligi argumentum super donatione, atque illius decreti veritate ex palatio Lateranensi, in quo proximè post discessum Constantini, pontifices habitare cœperunt. Si enim in decreto donationis continetur, Constantinum sua sponte, sua voce donasse palatium Lateranense, & id à pontificibus cœpit mox habitari prisco illo tempore, ob hanc causam verum est decretum à magno Constantino promulgatum, quia factum est quod dicit se fecisse, aulamque imperialè pontificibus tradidisse. Cur autem palatium, imperatoriamque sedem Syluestro, & successoribus reliquerit, sapientibus, perspicuum erit, percipiuntque veram causam fuisse, quod totum imperium substerneret, cederet Petro, Romanam maiestatem subiiceret Christo. Quis etiam, nisi demens omnique iudicio destitutus, edictum aliqua parte cuius veritatem effugere non posset, verum esse prædicaret, sed inde absunderet aliam partem, eamque falsam esse contenderet. Veluti si quis vnam Ciceronis epistolam vsque ad septem lineas contenderet esse Ciceronis, postea transgressus alias septem, quas Ciceronis esse noller, reliquas ad eundem autorem reuocaret. Aut modò duas lineas illius auctoris modò duas alias alterius, rursus alias Ciceronis esse prædicaret, sicque totam epistolam discerperet. Ad hunc modum si vera est donatio cum loquitur Imperator de donato palatio Lateranensi, cur reliquam partem vis esse falsam? Cur non putas eiusdem auctoris omnia? Cur fides, ac veritas vnius partis nõ firmat, corroboratque reliquas? Si verum fuit, donatam fuisse imperialem aulam, quia pontifices antiquissimo tempore illic habitare cœperunt, & id habetur in decreto donationis: cur non existimes reliquum decretum esse verum, ab eodem autore prolatum? Nisi planè malignus, atque hostis atrocissimus nemo ad hunc modum quempiam insectaretur, ut prolato testamento diceret duas, aut quatuor lineas testatorem condidisse: reliquas falsas esse, non eiusdem auctoris. Quod autem palatium Lateranense post Constantinum mox à pontificibus teneretur, declarat præter alia vetustissimus codex epistolarum Imperatorum, & pontificum, qui est in bibliotheca Palatina. Est præter alia epistola Symmachi præfecti vrbis ad Honorium Imperatorem, qui tunc erat Rauenna, cum post mortem Zozymi summi pontificis dissensio in clerum incidisset de successore eligendo: alique Bonifacium, alij Eulalium probarent, ea de re scripsit Symmachus principi Honorio, atque inter alia: Verum cum vir sanctus Eulalius ad Ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi à populo, & à clericis fuisset adductus: ibi per biduum cum maxima multitudine, & cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut expectaretur dies confectus, quo posset solemniter ordinari. Cum hoc ita esset, subito aliquanti presbyteri cum Bonifacio eiusdem ordinis ad Theodoræ Ecclesiam con-

lecto

A lecto populo properarunt. Ibique habito tractatu ipsum ordinare episcopum velle cœperunt. Quod ubi cõperi omnes qui pariter erant ad me ut venirent presbyteros depoposci. Hæc & alia. Ad Ecclesiam ad palatium Lateranense, de pōtrifice eligendo acclamatura plebs concurrerat, ubi defuncti episcopi corpus iacebat. In alia epistola ad Imperatores Honorium, & Theodosium iuniorum: Sed quoniam, inquit Lateranensem Ecclesiam obrutis penè omnibus ingressibus archidiaconus cõtemptus impiè summi sacerdotis exequiis, diaconibus, & paucissimis presbyteris, ac multitudine turbata plebis obfederat: altero die ad eandem Ecclesiam ubi prius ab omnibus fuerat cõstitutum habita omnium collatione properauimus, ibique participato cum Christiana plebe concilio, quem Deus iussit elegimus. Nam venerabilem virum Bonifacium veterem presbyterum in lege doctissimum, ac bonis moribus comprobatum, & quod eum magis ornabat, inuitum, acclamatione totius populi, & consensu meliorum ciuitatis, asciimus, diuinæ institutionis ordine consecratum. Hæc & alia. Quibus docemur, non multo post Constantini tempora solitos pontifices Lateranense palatium tenere, ubi ipsi defunctis eorum funus celebrabatur, ibique nouus pontifex eligebatur. Hęc quidem ratio super vniuerso decreto Hæctora mihi esse videtur. Nicolaus quoque primus prisca admodum, optimusque pontifex, de Ecclesia Lateranensi, quæ dicebatur Constantiniana, hæc ait ad collectos Constantinopolim: Collecta, inquit, Sancta synodo in Ecclesia Dei, in qua beatus Petrus Apostolorum princeps corpore re-  
dolet, & virtutibus emicat: deinde propter frigiditatem loci in Ecclesia Lateranensi, quæ ab autore appellatur Constantiniana, & quæ prima toto terrarum orbe constructa est. Ibique recitatio. Hæc apud antiquum pontificem: cuius dictum mirum in modum cõfirmat priuilegium donationis. Testatur ipse fuisse in palatio Lateranensi Ecclesiam quæ ab autore appellaretur Constantiniana. Audi autem quid in priuilegio dicat Constantinus: *ὅς ἡμεῖς ἔδωκεν τῆς τῆς λατρεῖας ἡμῶν παλατίου τῶν ἀρχιερέων, αὐτῶ σατῆς ἡμῶν καὶ θεῶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς ἑμελλῶν αὐτῶν μετὰ τῆ βασιλείας.*

Scire omnes volumus, nos intra palatium nostrum Lateranense templum seruatori nostro, & Deo Iesu Christo à fundamentis edificasse cum baptisterio. Est item apud vetustos sacrarum historiarum scriptores de Ecclesia Lateranensi hæc narratio. In nomine domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Imperantibus quoque Constantino, & Constante Augustis, Anno 1111. sub die 11. Cal. Octobrium, Indictione 1. Præsidente sancto, ac beatissimo Iulio Papa sedis Apostolicæ vrbis Romæ præpositis sacrosanctis, & venerabilibus Euangelis in Ecclesia domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ vocatur Constantiniana: Residētibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus Benedicto Aquiliense episcopo, Rufo sanctissimo Cartamano episcopo, Agapito Rauennatis ecclesie episcopo. Et reliquis cum eis episcopis. Sed esto etiam clarissima coniectura super edicti, siue donationis Constantini veritate, id quod de principatu Romanæ sedis reliqui imperatores imitati Constantinum statuerunt, videbis omnia ad veritatem ostendendam, & ad falsitatem conuincendam cõfluere. Imperator Valentinianus Augustus, omnibus sub imperio æternæ vrbis Romæ, ubique terrarum degentibus. Certum est & nobis, & imperio nostro vnicum esse præsidium in supernæ diuinitatis fauore, ad quem promerendum præcipue Christianorum fides: & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis Apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiam synodi firmet autoritas, ne quid præter autoritatem sedis istius illicita præsumptio attentare nitatur, tunc pax ecclesiarum ubique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas. Hæc cum hætenus inuolabiliter fuerint custodita, Hylarius Arelatenis, sicuti venerabilis viri Leonis papæ Romani fidei relatione comperimus, contumaci ausu illicita quædam præsumendo tentauit, & ideo transalpinas ecclesias abominabilis tumultus inuasit, quod recens maximè testatur exemplum. Hylarius enim, qui episcopus Arelatenis vocatur, Ecclesie Romanæ vrbis inconsulto pontifice, iudicia, siue ordinationes episcoporum sola temeritate vsurpans inuasit. Nam aliquos inuitis, & repugnantibus ciuibus ordinauit. Quod quoniam non facile ab his qui non elegerant recipiebantur, manum sibi contrahebant armatam, & claustra murorum in hostilem morem, vel obsidione cingebant, vel aggressionem referabant, & ad sedem quietis, pacem prædicaturos per bella ducebant. His talibus, & contra Imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ sedis admissis, & per ordinem vrbis Papæ cognitione discussis, certa in eum, & de his quos male ordinauerat, lata sententia est. Et erat

Bb



principe, ac vertice, cuius Romanus pontifex est successor. Et quemadmodum præter alias ecclesias habet potestatem de fide iudicandi: Sic & si qua de fide subortæ fuerint quaestiones, huius iudicio dissoluendæ sunt. Ad hanc vnusquisque vexatus prouocare potest, & in omnibus causis, quæ ad examen Ecclesiasticum spectent, ad huius iudicium potest quisque recurrere: Et huic omnes ecclesiæ sunt subiectæ. Hæc Imperator Andronicus, consentiēs cum superioribus imperatoribus. Similiter patriarcha cum ipso imperatore in sua epistola scripsit, *καὶ τὸ πρῶτον τῷ Σπυριανῷ θρόνῳ ὁμολογῶμεν, ἀναγνωρίζομεν, ἀποδεχόμεθα καὶ ἐκείνους ὑποδεχόμεθα καὶ αὐτοὺς: τὴν αὐτῆ ἰσχυρὴν ἐκείνοι ἐρχόμενοι ἄρχων καὶ φυλάττειν ἅπαντα τὰ ἐκείνων ὑποδείγματα καὶ διαβεβαιώματα.* Paulopost. *Ὅτι δηλαδὴ ἡ αὐτῆ ἰσχυρὴ καὶ ἀγία τῆς ῥάμης ἐκκλησία, ἀκρον καὶ τέλειον πρῶτον καὶ τέλειον καὶ ἀρχὴ καὶ ἀρχή.* Etiam principatum sedis Apostolicæ confitemur, agnoscimus, amplectimur, & voluntariè suscipimus: Et ad huius obedientiam voluntarie venientes, eam amplectimur, & inuiolabiliter seruare promittimus, & cōfirmamus. Hæc scilicet Romana sacrosancta Ecclesia supremum, absolutum quæ habet principatum ac potestatem. Et quæ sequuntur vnâ cum Imperatore. Vt verò reliquæ controuersiæ principio commemoratæ dissoluantur, omnibus modis falsum est, idque tibi, & Nicenum concilium, & historiæ clarum reddent, Concilium Nicenum præsidente Syluestro Ecclesiæ, non fuisse celebratum. Iulius enim tertius floruit. Lege ipsum concilium. Falliturque in eo historia tripartita, ex eoque error perspicuus, quod scribat, eum concilio interesse præ senectute non potuisse. At eundem scribit post conciliū quindecim annos vixisse. Hoc cum exiguo labore possit refelli, nec longiores probationes requirat, omittam. Nec verum est, in principio Imperij Constantini Syluestrū Ecclesiæ habenas tenuisse. Quod si etiam verum esset, cum viginti quatuor annis præfuerit Syluester, potuit faciliè vnâ cum Constantino ab initio principatus peruenire ad annos concilij: quandoquidē Constantinus triginta annos, Eusebio teste, imperauit. Inchoante igitur vtroque eodem tempore suum principatū, anno autem quintodecimo, vel circiter, Cōstantini concilio inchoato, nonne supersunt Syluestro nouem anni post concilium? Est etiam testimoniū sextæ synodi, actione octaua, Cūm Arius inquit diuisor atque partitor trinitatis insurrexisset, continuo Cōstantinus semper Augustus, & Syluester laudabilis, magnā atque insignem contra eum in Nicea synodum congregauerunt. De discessu ex vrbe cum ipse Imperator veram, ingentē, maximeque impellentem causam reddiderit: quos alios nos audire fas est, eosque opponere viua voci ipsius autoris: Cūm alioquin multos hostes Philosophos, & Historicos habuerit eo tēpore Christiana religio, qui de ea multa contra verū scriberent. Maximeque tunc ab inimicis recens, inualida, nondum regina oppugnaretur. Pronuntiauit ergo Cōstantinus: Quoniā vbi principatus sacerdotū, & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutū est: iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Quæ potuit esse maior causa? Si qua prolata, & existimata est alia discessus eius ex vrbe, id factū est partim ab imperitis, & ignaris huius rei, partim ab inimicis Christianæ religionis, qualis fuit Iulianus, Porphyriusque eius familiaris, Libanius, multique alij philosophi, & Rhetores, quibus cum cōtinentia bella Christianis intercesserunt. Quæ res impulit Lactantiū, ut opus aduersus hostes cōscribens, duas quasi acies instrueret, alterā contra philosophos, ex inani sapientia in Christum virus effundētes: partim aduersus ineptē superstitiones. Sed acrius bellum fuit contra philosophos. Quot scelera Zozimus aduersus Cōstantinū, simili atque Iulianus impulsus odio, conscripsit. Videbant eum templa Deorum euertentē, nouam religionē quam illi deridebant, barbaramque superstitionē appellabant, ubique crigentem, perque omnes nationes mirabiliter augentem. Partim igitur ignorabant causam discessus ex vrbe, profectiois in Thraciam: partim malignè supprimebēt, aut veram causam silentio prætergressi, aliam absurdiorē afferebant. Idque etiam à nostris peccatum est, quale fuit à doctissimis proditum, cum filius Constantinus à Nicomediensi Eusebio fuerit rebaptizatus, patrem id fecisse. Similes igitur fraudes commenti sunt, nescio qui scriptores ignobiles de eius discessu. Super quibus ego, veluti falsis, atque explosis, nil amplius addam. Quoniam autem superius eam edicti partem, argumenta, & testimonia veterum Theologorum probabant à Constantino fuisse sancitā, ac ratam, qua maiestatem, principatumque cælestis religionis Petro, & successoribus à Christo datam assererat, & probabat: nunc aliis rationibus, & coniecturis probandum est, illam edicti partem, facile nos induci posse, ut credamus conscriptam à magno Constantino fuisse, qua regna occidentalia, totūque ipsum occidentē Christo, & Petro, Ecclesiæque subiecit. Has siue rationes, & argumenta, siue coniecturas pa-

Aras palam est Laurentium comitesque eius ignorasse: quippe quæ in reconditis, & interioribus litterarum thesauris habeantur. Sed cum data esset hæc scribenti, diuino munere amplissima librorum Græcorum, Latinorumque copia, vnde & super hac re, & reliqua theologia flores, ac gemmæ colligerentur: hoc scilicet laborandum, atque omni studio contendendum erat, ut hæc præclaræ supellectilis facultas, ad honorem Dei, & Ecclesiæ ipsius præsidium proferretur. Illa mihi videtur clarissima coniectura super regnis Ecclesiæ à Constantino donatis, super ea cælestis decreti parte, qua subiecit Ecclesiæ totum occidentem, prima ex antiquissimis pontificum sanctionibus, siue epistolis, (vulgo registra vocantur,) quas per vniuersum terrarū orbem ad reges, ac principes, velut eorum Domini, transmittabant: eisque uti subiectis imperabant, eorum regna Ecclesiæ esse fatebantur. Atque hi libri vetustissimi sunt. Qualis est liber sanctionum, siue Epistolarum, siue registorum Gregorij septimi, qui floruit ab hinc nostra tempestate iam septingentos annos: cum scribens regibus, ac principibus Hispaniæ, diceret: Vos scitis, quod antiquitus regnum Hispaniæ est Romanæ Ecclesiæ. Si quis igitur euoluat, ac pēsitet, inueniet profecto eiusmodi claram, perspicuamque rationem. Quemadmodum nostra tempestate non dicerentur antiqua, nisi quæ saltem quadringētos, aut quingentos annos superaret: sic antiqua fuisse tempore eius pontificis, qui tot annis ab hoc sæculo elapsis floruit, quæ supra quadringētos, aut quingētos annos, nempe vltra millesimum tenderent. Itaque si rectè censeas, erant antiqua, tempore illius pontificis, quæ ferè ad ipsum Constantinū attingebant, à quo ad Gregoriū quingenti plus minus anni præterierunt. Si igitur & obedientiā ipsorum regum, ac principum, & ex vetustis monumentis argumenta contuleris, poterunt faciliè tibi indicare, illas occidentales prouincias, ac regna à magno Imperatore, quæadmodum habetur in edicto fuisse Petro consecrata. Neque enim nunc commemoro magnam Italiæ partem à Pipino, Carolo, Ortone donatam. Parte alia si contra reges ipsorum pontificum audaciā consideres, id poterit indicio esse, non tam cælestem potestatem gladiumque religionis hos animos eis dedisse, quàm substratam, ac subactam pedibus eorum potestatem. Velut quod proditum est de Agapito pontifice, qui profectus Constantinopolim, cum cepisset super religione altercari cum Iustiniano imperatore, ei dixit Imperator: Aut consenti nobis, aut exilio te deportari faciā. Cui alacriter pontifex respondit: Ego quidem peccator ad Iustinianum Imperatorem venire desiderauī, nunc autem Diocletianum inueni: tamen minas tuas non pertimesco. Igitur quod de Gregorio septimo prodidi, in eius vetustissimo, ac præclarissimo registro, seu codice variarum eius epistolarum, ac sanctionum, in hunc modum habet: Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, Regibus, Comitibus, cæterisque principibus Hispaniæ salutem. Notum fieri vobis volumus, quod nobis quidem tacere non est liberum: vobis autem ad præsentem, & futurā gloriam valde necessarium: videlicet, Regnum Hispaniæ ex antiquis constitutionibus beato Petro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ in ius, & proprietatem traditum esse. Quod nimirum hæctenus, & præteritorum ipsorum incommoda, & antecessorum nostrorum tacuit negligentia. Nam postquam regnum illud à Saracenis peruasum est, & seruitium, quod beato Petro inde solebat fieri, propter infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum ab vsu nostrorum tot annis interceptum est, pariter etiam rerum, & proprietatis memoria delabi cœpit. Verum quia diuina clementia concessa vobis in hostes illos, semperque concedenda, terram in manus vestras tradidit, vltimus vos causam hanc ignorare nolimus, ne quod supernus arbiter, legum, ac iustitiæ conditor, de recuperanda iustitia, & honore sancti Petri, eiusque sanctæ, & Apostolicæ sedis gloria nostræ humilitati ad benemerendum contulit, nobis, aut vobis ex taciturnitate in negligentia culpam, aut vobis ex ignorantia, quod absit, ad detrimentum propositæ, & diuinitus oblatae retributionis obueniat, &c. Hæc pontifex ille in libro sui registri primo, qui erat in bibliotheca Lateranensi, postea delatus in Vaticanum. Cernis ut asserat, ex antiquis cōstitutionibus regna Hispaniæ esse sedis Apostolicæ, etiam ante quàm à Saracenis occuparentur. Quod si retrocedens per annos, ante impetum Saracenorum in Hispaniam, perrexeris, inuenies rationem ferè deduci ad tempora Constantini. Hinc certè tot iam annis antè, ea regna sedis Apostolicæ fuerunt. A tempore Constantini, aut prope, ius, ac potestas hæc cœpit. Eadem propè, aut similis ratio est de regno Hungariæ, de quo idem: Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Salomoni regi Hungariæ salutem, & cetera. Sicut à maioribus patriæ tuæ cognoscere potes, regnum Hungariæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, à rege Stephano olim beato Petro cum omni iure, ac po-



testate sua oblatum, & deuotè traditum. Præterea Henricus piæ memoriæ Imperator regnum illud expugnans, victoriam adeptus, ad corpus beati Petri lanceam, & coronam regis transmisit, & pro gloria triumphii sui illuc direxit insignia. Quo principatum eius dignitatis attingere cognouit. Hæc & alia. Noris de hoc regno, quòd cum à Barbaris, Scythis, ac Pannonibus non Christianis fuisset post Constantini tempora occupatum, ereptumque Romano Imperio, cui Ecclesia hæres successit, fuisse à Christianis regibus Ecclesiæ Romanæ, cui debebatur, restitutum. Quod de Hispania luce clarius est, quæ & ipsa à Barbaris occupata cum esset, Ecclesiæ restituta à regibus est. Idem Gregorius de eodem regno ad Geusam Hungariæ regem eodem libro, sed non eodem capite: Notum vero tibi esse credimus, regnum Hungariæ, sicut & alia nobilissima regna in propria libertatis statu debere esse, & nulli regi alterius regni subiici, nisi sanctæ, & vniuersali matri Ecclesiæ Romanæ: quæ subiectos habet non vt seruos, sed vt filios. Quod quia consanguineus tuus à rege Theotonico, non à Romano pontifice vsurpatiuè obtinuit: dominium eius, vt credimus, diuinum iudicium impediuit. Audis quo dominatu imperet Ecclesia: non vt seruos, sed vt filios habeat subiectos sibi. Non deiicit reges possessione, sed finit eos vt filios dominari, quibus dominantibus etiam ipsa dominatur. Vult tamen agnosci regina, ac Domina. Audis omnia nobilissima regna sedi Apostolicæ subiecta esse? Et id scribebant ipsis regibus, ipsisque veteres constitutiones antiquum dominatum proferebant. Alioqui quæ audacia fuisset ea scribere, vel maximè priscos, sanctosque pontifices, à quibus iactantia, superbiæque & ambitio aberat. Vnde igitur hæc regnorum antiquissima possessio venit ad Ecclesiam, nisi à magno Constantino, cum ab vrbe Domina gentium cessit, eam alteri maiori imperatori relinquens. De eodem item regno ad eundem regem Hungariæ sic scripsit idem summus, ac sanctus Pontifex, capite septuagesimo: Verum vbi correpto dominio nobili, beati Petri Apostolorum principis, cuius regnum esse prudentiam tuam non latet, rex subdidit sese Theotonico regi, & regale nomen obtinuit. Dominus iniuriam suo illatam principi præuidens potestatem regni suo ad te iudicio transtulit. Et ita consanguineus tuus si quid in obtinendo regno, iuris prius habuit, à se sacrilega vsurpatione priuauit. Petrus enim à firma petra dicitur, quæ portas inferi confringit, atque adamantino rigore destruit, & dissipat quicquid obstitit. Hæc magnus ille pontifex. Denuo cernis regnum illud beati Petri esse, id sapius, audacterque à Pontifice prædicari. Cernis Romanam sedem tametsi Domina regnorum sit, pati tamen, & velle reges suis regnare locis, reginam tamen vniuersalem agnoscentes. Quæso igitur vnde profecta est ista sedis Apostolicæ magna, ac peruetusta dominatio? Qui sit alicuius iudicij, quid aliud sentiet quàm à prisco illo Constantini tempore venisse? Similis ratio est de regno Anglorum quod antiquissimo tempore Ecclesiæ Romanæ fuisse veterum monumenta testatur, etiam antea quàm ipsum regnum oblatum fuisset Ecclesiæ à rege Iohanne. In registro Alexandri tertij, qui scribens Gulielmo Anglorum regi, hæc ait: Alexander episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Gulielmo regi Anglorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Nouit prudentia tua Anglorum regnum ex quo nomen Christi ibi glorificatum est sub Apostolorum principis manu, & tutela extitisse, donec quidam membra mali capitis effecti, zelantes superbiam patris sui Satanæ, pactum Dei abiecerunt, & Anglorum populum à via veritatis auerterunt. Et paulo post: Nam vt bene nosti, Angli fideles erant, piæ deuotionis respectu, ac cognitione religionis annualem pensionem Apostolicæ sedi exhibebant: ex qua pars Romano pontifici, pars Ecclesiæ sanctæ Mariæ, quæ vocatur Schola Anglorum, in vsum fratrum deferebatur. Hæc pontifex priscus sanè, ac sanctus, quod res eius gestæ probant. Ex quo nomen Christi, inquit, auditum in insula est, fuit insula sedis Apostolicæ, eo videlicet tempore, cum paulo ante decesserat Constantinus. Idem summus pontifex eidem regi Gulielmo, præter cætera scribit: In rebus verò sancti Petri, quæ in Anglia colliguntur, sic te vt tuis inuigilare monemus, sic liberalitati tuæ committimus, vt pium, ac propitium debitorem Petrum reperias, & eum tibi ex debito subuenire admoneas. Hæc, vt ego nunc loquar, nonne luce clarius comprobant vetustissimum, vniuersalemque super regnis occidentis Romanæ sedis dominatum: quo liquidissimo perspicias, verissimum fuisse Constantinum sua voce sanxisse, sua manu scripsisse illam donationem. Hisque omnibus palam sit imperiti grammatici inaudita temeritas, qui sese contra firmissimam, antiquissimamque summæ sedis maiestatem, velut à rege Turcarum ad eam euertendam missus opposuerit, vbi que scommatis, & maledicentia grammaticis vsitata religioni insultans.

Hoc

A Hoc quoque loco quæso omnes respiciant, atque altissimè in pectus recondant, quo dominatu se mater Ecclesia reginam regnorum agnoscat, fateatur, non videlicet possessione suarum rerum dominis, ac regibus deturbandis: sed eos cupit, finitque regnare, modo dominam, reginamque agnoscat. Cumque ab Hispanis, Gallis, pensionibus beato Petro persolutis vt regina consalutetur, adoretur: nonne palam fatentur sese dominæ ac reginæ ea persolvere, Christum, & Petrum, veluti magi muneribus allatis venerantes? Hac ratione coepit post Constantinum imperare mater, ab eo inducta in possessionem. Sed ego reliqua prosequor. Si quidem etiam regnum Danorum est peculium & vestigal sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod eadem pontificum vetera monumenta testantur. Alexander, idem episcopus, seruus seruorum Dei, Dilecto filio Sueui regi Danorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quapropter prudentiam tuam monemus, vt censum regni tui, quem antecessores tui sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ persolvere soluti sunt nobis, & successoribus nostris transmittere studeas: ita tamen vt non sicut oblatio super altare ponatur, sed vt supra diximus tam nobis quàm successoribus nostris, vt certius approbetur præsentialiter offeratur. Hucusque ille. Regnum item Rusciæ iuris, ac ditionis est Romanæ Ecclesiæ, quod eadem prisca monumenta præ se ferunt. Gregorius idem septimus regi, & reginæ Rusciæ scribens, Dilectis, inquit, filiis Demetrio regi Ruscorum, & reginæ vxori eius, salutem, & Apostolicam benedictionem. Filius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit, & quod regnum illud dono sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro Apostolo debita fidelitate exhibita deuotis precibus postulauit: indubitater afferens, illam suam petitionem nostro consensu ratam fore, ac stabilem, si Apostolicæ autoritatis gratia, ac munimine donaretur. Cuius petitionibus, quia iustæ videbantur, tum ex nostro consensu, tum ex donatione poscētis, tandem assensum præbuimus, & regni nostri gubernacula ex parte beati Petri illi tradidimus, ea videlicet intentione charitatis, vt beatus Petrus vos, & regnum vestrum sua apud Deum intercessione defendit. Hæc perantiquus pontifex. Animaduertisti, ac clarè percepisti, dono beati Petri regnum illud per manus pontificis tradi postulasse. Audisti, Debita fidelitate beato Petro: itemque, Regni nostri gubernaculum ex parte beati Petri tradidimus. His perspicuum fit, tametsi regna essent Ecclesiæ Romanæ ea tamen regibus petentibus tradere consueuisse. Tametsi illi regnarent, atque in possessione consisterent: reginam tamen, veramque regnorum dominam, ac largitricem solitos agnoscere. Nec repetit Romana sedes hæc regna, regibusque cupit eripere: sed vult reges, imperatoresque regnare, modo dominam, ac reginam quod toties inculco, agnoscant, & fateantur. Regnum item Croatia, & Dalmatiæ, Ecclesiæ Romanæ sunt, quemadmodum habetur in archiuio sacri palatii Lateranensis in registris Gregorij septimi, in quibus hæc de rege, & regno Dalmatiæ leguntur: In nomine domini sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Anno dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo sexto, indictione quartadecima, mense Octobris. Ego Demetrius, qui & Suinimir nuncupor, Dei gratia Croatia, Dalmatiæque dux, à te domino Gebizo ex Apostolicæ sedis legatione domini Papæ Gregorij, potestatem obtinens in Salontana Basilica sancti Petri, synodali, & concordia totius cleri, & populi electione & Croatorum, Dalmatinorumque regni regimine per vexillum, ensẽ, sceptrum, & coronam inuestitus, atque constitutus rex, tibi deuoueo, & polliceor, me incommutabiliter completurum omnia, quæ mihi tua reuerenda iniungit sanctitas, vt in omnibus, & per omnia Apostolicæ sedi fidem seruem. Et quicquid hoc in regno tam Apostolica sedes, quàm legati sui sanxerunt, vel sanxerint, irreuocabiliter custodiam, iustitiam excolam, Ecclesiam defendam, primitiæ, decimæ, omniumque ad ecclesias pertinentium procurator existam vice episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorumque, vt caste, & regulariter viuant providebo. Pauperes, viduas, atque pupillos protegam: parentelæ illicitam copulam destruens, legitimam dotem anulo, sacerdotisque benedictione constituam, & constitutam corrumpi non permittam: hominum venditioni contradicam. Atque in omnibus, quæ ad rectitudinis statum congruunt, me æquum exhibebo. Ducentorum quoque Byzantium tributum meorum omnium consultum, primatum sancto Petro per singulos annos in resurrectione domini de mihi concesso regno persoluedos statuo. Et vt post me regnaturi, hoc idem perpetuò seruent, sentio, corrobore, atque sancio. Dono insuper, concedo, atque confirmo Apostolicæ sedi sancti Gregorij monasterium, cui Vrana est vocabulum, cum omni suo thesauro, scilicet cum capsâ argentea reliquias sacri corporis eiusdem beati Gregorij continente, cum duabus

Bb iij

crucibus, cum calice, & patena, cum duabus coronis aureis, gemmis ornatis, cum Euangeliorum textu de argento, cumque omnibus suis mobilibus, & immobilibus bonis ut sancti Petri legatis semper sit ad hospitium receptus & omnino in potestate eorum. Hoc tamen interposito tenore, ut nulli alij potestati detur, sed omni tempore sancti Petri sit proprium, & à me, meisque successoribus defensum, atque ab omni homine liberum, atque securum. Cuiuscunque autem audacia, temerario ausu præfatum monasterium ex assignato thesauro priuauerit, terribilem illam iudicis vocem, quam diabolus cum suis Angelis auditurus est, audiat. Præterea cum Deo seruire, regnare sit, vice beati Petri, ac domini nostri Papæ Gregorij, atque post se successorum in Apostolica sede me tuis manibus committo, & committendo hanc fidelitatem iuramento stabilio. Ego inquam Demetrius, qui & Suinumir Dei gratia, & Apostolicæ sedis dono, rex, ab hac in antea sancto Petro, & domino meo Papæ Gregorio, & suis successoribus canonicè intrantibus ero fidelis: & ut ipse, siue post eum futuri pontifices, siue legati eorum, aut membra perdant, aut capiantur, neque in consilio, neque in facto ero. Et consilium quod mihi crediderint ad illorum dñum, scienti mihi intimabo. Regnum autem quod mihi per manum tuam domine Gebizo traditur, fideliter retinebo, & illum, suumque ius Apostolicæ sedi aliquo ingenio aliquando non subtraham, dominum meum Papam Gregorium, & suos successores, atque legatos, si in meam potestatem uenerint, honorificè suscipiam, & honestè tractabo, & remittam, & vnde quaque me inuitauerint, prout potero simplicitèrque eis seruiam. Hucusque ille. Quibus omnibus, si rectè perpenderit, videbis Ecclesiæ Romanæ esse regnum Croatiae & Dalmatiae, ut quod ipse sua voce rex fatetur, inuestitus, atque constitutus rex. Et quod ait, Quicquid sanxerint, vel sanxerint hoc in regno legati sedis Apostolicæ, Itemque quod ait, De mihi concessio regno: & quod apertè, Dei gratia, & Apostolicæ sedis dono, rex. Et illud, Regnum autem quod mihi per manum tuam domine Gebizo traditur fideliter retinebo. Quibus omnibus apertè perspicitur, regnum illud esse sedis Apostolicæ, donatum, ac traditum ipsi regi: veram eius patronam esse sedem Apostolicam. Quid igitur super est in occidente, quod apertè non sit sedis Apostolicæ? Clarius etiam perspicitur, denuo que confirmatur, regnum Aragoniæ esse sedis Apostolicæ, his quæ subiiciam. Petrus rex Aragoniæ anno tertio domini Innocentij tertij Papæ venit Romam ad eundem Innocentium, ab eoque militiam solemniter, ac honorificè accepit: obtulitque sponte totum regnum beato Petro, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ: ibique accepit in feudum prædictum regnum. Itemque pro regno Sardiniae certam pecuniæ summam constituit se daturum. Itemque regnum Portugalliae, Ecclesiæ Romanæ est. Nam Hildefunus cum prius esset dux Portugalliae, siue Lusitaniae quod à prisco tempore nouerat esse sedis Apostolicæ obtulit ipsum, subiicit eidem, vestigalque constituit. Deinde ab Alexandro tertio rex appellatus est, duasque auri Marcas censum singulis annis persoluit. Regnum quoque Boemiae vestigal pendet Apostolicæ sedi, quod scriptum habebatur in bibliotheca Lateranensi. Nam Spicionenus tunc dux Boemiae impetrauit à Nicolao ut mitram ferre posset, censumque constituit centum libras argenti. Exin à sede Apostolica rex est declaratus. Suetia quoque, & Noruegia ut subiicitur: F soluunt Romanæ Ecclesiæ vestigal, quod in antiquis summorum pontificum monumentis, & in antiqua bibliotheca Lateranensi conspicitur. Omnes enim domus Suetiae soluunt censum Apostolicæ sedi singulos denarios. Regnum quoque Daciae, ut subiicitur, obnoxiumque Apostolicæ sedi, quod apparet ex registro Paschalis, annum vestigal persoluit, Laterani datum edictum episcopis Daciae. Ianua quoque in Italia separatim persoluit censum sedi Apostolicæ, Consules scilicet & ciuitas pro medietate insulae Corsicae. Sed quid ego cuncta commemoro, quem cuncta recensentem dies deficeret. His omnibus sit perspicua barbarica grammatici temeritas. Nam quid aliud appellem hominem plusquam Turcam, & Saracenum, vetustissimæ Petri maiestati, & sacrosanctæ matri Ecclesiæ detrahentem, qui librum pessimæ maledicentiae, arrogantiae inaudita plenum conscripsit, litterarum Graecarum ignarus, veterum historiarum imperitus, & eorum quæ nesciebat irrisor, sibi ipsi vanissima illa loquentia mirificè placens? Rex item insularum de Maij recepit cas à sancta Romana Ecclesia in feudum. Quid igitur plura insequar, ut hoc argumentorum genere comprobem vetustissimam, ac fere omnipotentem Ecclesiæ Romanæ super omnibus regnis, ac regibus potestatem, atque eorum vetustissimam possessionem? Quando quidem plena sunt omnia pontificum prisca monumenta excelsæ potestatis, quæ totum orbem terrarum imperiis moderabantur, habenas omnium terrarum tenentes: hocque,

A hocque, ut dixi, non nouum, sed longe vetustissimum est imperium. Quid euoluam Innocentij tertij edicta caelestia, ad omnes occidentis, atque Orientis, Septentrionisque principes missa? Sed quando propofita fuit ad comprobendam Constantini donationem ea moles argumentorum, quibus probabatur antiquissima Romanæ Ecclesiæ, firmissimæque regnorum possessio: nunc aliud argumenti genus non ineptum erit ad probandam eam quam Constantinus donauit, aut à Christo venientem confirmauit Romanæ sedis maiestatem. Videlicet audacia, atque intrepidus animus ipsorum pontificum aduersus principes, si quid grauius deliquissent, velut qui eorum domini essent, ipsi autem suæ potestatis conscij in eos suæ potentiae arma vibrarent. In primis memoriae proditum est, Felicem secundum, genere Romanum, Constantinum filium magni Constantini, propterea quod in Arrianorum dogma delapsus, ab Eusebio Nicomedienfi fuisset rebaptizatus, excommunicasse, hæreticumque declarasse. Innocentius autem primus, genere Albanus, non est veritus Archadium Imperatorem excommunicare, propterea quod ab Eudoxia vxore impulsus Chrysostrum è sua sede perpulisset, qui veterat ludere puellas ante ipsius simulacrum, idolatriam id esse dictitans. Necnon Anastasius secundus Romanus ad Imperatorem Anastasium Eutychem hæresi maculatum, legatos misit, monuitque, ut resipisceret. Qui cum legatos, nec audisset, nec videre voluisset, multaque indigna ipsi pontifici contra rescripsisset, eum anathemate pontifex damnauit, Imperatorem contra pontificem frementem, fanda, atque infanda canentem caelestis ira in ipsius palatio fulmine percussit.

B At Constantinus Syrus summus pontifex Iustinianum Imperatorem anathemate percussit, quod Calinicum patriarcham excaecatam relegauit. Sed cum postea Imperatorem sceleris pœnitisset, deiectus vna cum regno in terram, pontificem venientem Constantinopolim adorauit, veniamque impetrauit. Gregorius quoque secundus Romanus Leoni Imperatori aqua, & igni interdixit, quod imaginibus bellum indixisset. Itemque tertius Gregorius Syrus exemplum antecessoris secutus, denuo ob idem scelus eum excommunicauit, atque ab eius imperiis Romam, Italiamque auertit. Omnibus iuramento fidelitatis absolutis. Coactaque Romæ synodo ferè mille episcoporum venerationem imaginum restituit declarata contra violatores sententia. Zacharias autem Græcus genere, Childericum Francorum regni gubernaculis velut inutilem deiecit, omnibus à iuramento fidelitatis absolutis: Pipinum eius fratrem aulae regiae principem instituit: eumque Stephanus denuo cum filiis Carolomano, & Carolo inunxit. Qui quidem Stephanus Romanus Imperium à Græcis transfudit ad Carolum Magnum, propterea quod contra Astulfum Longobardorum regem, Ecclesiam vexantem, ut opem ferret Imperator Constantinopolis imploratus rem neglexisset. At vero Gregorius quartus Romanus Ludouicum regem Gallorum Imperio deiecit, contententibus id proceribus. Necnon Nicolaus primus Romanus duos Imperatores eodem tempore intrepide excommunicauit, Michaëlem Constantinopolitanum, propterea quod Ignatium sine ipsius pontificis auctoritate sede deiecesset. Et item Lotharium Imperatorem occidentis, propterea quod Galdradem pellicem nollet dimittere. Gregorius septimus genere Tuscus in Hæricum Imperatorem, qui Ecclesiæ vnitatem scindere tentasset, excommunicationis sententiam protulit, eundemque nihil pœnitentem Imperio abdicauit: Rodolphusque Burgundiorum dux pontifice iubente Imperator est declaratus. Vrbanus item secundus Philippo Regi Franciæ sacrificiis interdixit, propterea quod superinduxerat vxorè alterius viuientis. Adrianus autem quartus genere Anglus, Gulielmum Regem Siciliae excommunicauit, eundemque pœnitentem in sua regna remisit. Alexander tertius Senensis Federicum primum Imperatorem superbissimum sæpius admonitum, sed minimè pœnitentem, in cœna domini publicè sententia excommunicationis percussit. Sed eum demum pœnitentem in Syriam ad locos sanctos recuperandos misit. Innocentius tertius corona redemit Othonem quartum in basilica sancti Petri. At propter eius insolentiam eum summus pontifex excommunicauit, omnesque subiectos à fide, & iurciurando absoluit. Honorius Romanus Federicum secundum, quem Romæ coronauerat, Ecclesiæ aduersantem excommunicauit. Gregorius verò nonus in eundem Federicum nimis ferocientem, nullisque flagitiis abstinentem animosè prolata sententia excommunicationis superbiam eius perfregit. At Innocentius quartus lanuensis eundem Federicum in pertinacia sceleris permanentem veluti Ecclesiæ Dei, publicumque hostem condemnauit, imperioque deturbauit. Clemens autem quartus, quia Siciliam, & Apulciam peculium beati Petri manu rapida occupauerat,

Manfredum filium supradicti Federici excommunicauit. Bonifacius octauus contra Philippum Gallorum regem, quod contra Ecclesiam sese extolleret, cum ei pontifex vetera monumenta explicasset, quibus doceret, quod Romanæ Ecclesiæ & in sacris, & profanis Gallia subesset, quo necesse esset pontificem uti dominum regni sui, eum venerari, & colere, cum ille despiceret, eum excommunicauit. Hæc, & id genus multa, ex immenso oceano registorum, quæ quidem ego sciens, & prudens prætereo, quem adeo tardum, atque hebetem non excitent, & ad cognoscendam, suspiciendamque celestem veritatem non prouocent super vetustissima regnorum Romanæ sedis possessione super excelsa eius in omni Romano Imperio, quod hæreditario iure ad eam deuolutum est maiestate: qui regibus, & principibus perperam agentibus non vererentur sese opponere, eisque & Christo, & Petro delegatam, ab Imperatore autem Constantino veluti non suam, non Romanorum, sed Christi, restitutam, ac sacratam Deo potestatem ostendere. Nam quid ego nunc memorem, quonia notiora, ac leuiora sunt Pipini, Caroli, Ludouici, primi Otthonis, primi Henrici, in Italia donationes? Donauerunt enim hi non sua, sed quæ prius essent Ecclesiæ, à Barbaris autem occupata, ipsiq; Ecclesiæ erepta, restituerunt. Prius enim Ecclesia domina Italiae, earumque urbium fuerat, quam eorum regum, atque Imperatorum nomen, sui que generis fama his in locis audiretur. Et ad eos Imperium ab Ecclesia translatum est. Eos Ecclesia Imperatores, dominosque Italiae declarauit. Nam quod illi non donauerint, sed à Barbaris occupata restituerint, declarant verba ipsorum Imperatorum in eorum edictis. In edicto Ludouici filij Caroli Imperatoris hæc habentur: Necnon Exarchatum Rauennatem sub integritate, cum urbibus, & ciuitatibus, oppidis, & castellis, quæ pia recordatione dominus Pipinus rex, ac bonæ memoriæ genitor noster Carolus Imperator, beato Petro Apostolo cum prædecessoribus nostris iam dudum per ordinationis paginam restituerunt.

Hæc igitur non sunt donata, sed è manibus Barbarorum erepta, reddita sunt Ecclesiæ.

In eodem etiam priuilegio legitur: Necnon & sensum, & pensionem, seu ceteras donationes, quæ annuatim in palatium regis Longobardorum inferri solebant. Hæc illic.

Percepisti Longobardos consueuisse in suum palatium inferre, quæ prius essent Ecclesiæ: ob quam causam Stephanus pontifex auxilium à Pipino implorauit. Et cum in eodem priuilegio, ac Pipini, Otthonis, primique Henrici restituitur Ecclesiæ Tuscia, Longobardorum, quæ scilicet à Longobardis occupata, ab eis nomen acceperat. Quod superius de Hispania clarissimum vidimus, quæ antea quam à Saracenis occuparetur, erat Ecclesiæ Romanæ. Hæc enim perspicuissima sunt. Totaque Italia est Ecclesiæ: quod ex parte declarant illis suis edictis Imperatores, cum nihil ferè in Italia monstrant reliquum, quod non sit Romanæ sedis, antequam imperatorum nomen transferretur ad stirpem Pipini. Hæc igitur alia sit sapientibus de donatione Constantini coniectura, cum Romana sedes ante Regnum Longobardorum tot urbium, ac prouinciarum in Italia domina esset, quas ei Longobardi eripere conabantur, aut iam eripuerant, cum hoc tempus sit antiquissimum, amplius mille annis videlicet ante aduentum Longobardorum in Italiam, quid Iustiniano imperante è suis sedibus exciti sunt à Narcete Eunuchò, requirendum est, unde tantum imperium, tot prouincias usque ab eo tempore possederit, quis eam in possessionem tot urbium in iuxerit. Deuenietque temporum supputatio, totaque ratio proxime ad tempora magni Constantini. Nã quod Romana Ecclesia ante aduentum Longobardorum in Italia dominaretur, ob quam causam à Longobardis tot prouinciis ereptis confugere coacta sit ad Reges Francorum, declarat Adrianus in epistola recitata in synodo. Dominus, inquit, Carolus Rex Francorum, & Longobardorum, patritius Romanorum, nostris obtemperans monitor, atque nostram in omnibus adimplens voluntatem, per sua laboriosa certamina, eiusdem Apostoli Ecclesiæ ob nimium amorem plura dona in perpetuo obtulit possidenda, tam prouincias, quam ciuitates, seu castra, & territoria, immo & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti, eiusdem Dei Apostolo restituit, cuius & iura esse dignoscantur. Sed aurum, & argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, seu alimoniis pauperum non desinit offerre.

Hæc Adrianus.

Itaque Anastasius Bibliothecarius transferens Græcam historiam Theophanis sic scribit: Papa Stephanus vi pressus, & crudelitate Astulphia coactus simul etiam ab ipso adhortatus est ire in Franciam, & facere quæcunque posset. Veniens Pipinum prouehit virum in omnibus probatissimum, qui præerat tunc quoque rebus post regem, & debellauerat Arabes,

Arabes, & occidit etiam principem eorum Abderachman, & multitudinè haud facile memorabilem iuxta Rhodanum fluuium, & amatur à gente, nõ solum propter hoc, sed & propter alia præcipua gesta, & præficitur genti non ignobiliter primus, Soluente scilicet cum à periurio in regem commisso eodem Stephano. Qui & totondit decessorem eius regem, & in monasterio cum honore & requie circumscripsit. Idem Anastasius addit: Stephanus natione Romanus, abiit ad excellentissimum regem Francorum Pipinum aduersus Astulphum regem Longobardorum auxilium postulans, &c. Itaque ex rebus gestis pontificum hæc ad verbum prolata sunt: Adrianus natione Romanus, necessitate compulsus, direxit maritimo itinere suas Apostolicas litteras Carolo excellentissimo regi Francorum: deprecans, ut sicut suus pater sanctæ memoriæ Pipinus, & ipse succurreret sanctæ Dei Ecclesiæ aduersus insolentiam, & tyrannidem Desiderij regis Longobardorum. Tunc ipse à Deo protectus Carolus rex aggregans vniuersi regni sui exercituum multitudinem, per sex menses obsedit eundem Desiderium in ciuitate Papia.

His testimoniis intelligi potest quæ Pipinus, & Carolus Ecclesiæ donarent, fuisse prius ipsius Ecclesiæ, à Longobardis occupata: atque ea quidem Ecclesiam Romanam possedisse antea, quam Longobardi in Italiam euocarentur: quod tempus, ut dixi, deuenit fere usque ad imperium Constantini.

Sic vndique claris testimoniis, & coniecturis perspicuum fit, vera esse quæ Constantinus edicto illo suo præclaro statuit, protulit, asseruit de maiestate Ecclesiæ Romanæ, de regnis, B urbibus, prouinciisque concessis. Hoc item clarius probatur his, quæ de Ariperto Longobardorum rege scribuntur in eorum rebus gestis: Aripertus, inquit, rex Longobardorum donationem patrimonij alpium Cottiarum quæ longa per tempora à iure Ecclesiæ priuata fuerant, ac ab eadè gente detinebantur, in litteris aureis exarata iuri proprio beati Apostolorum principis Petri reformauit. Sic historia, ad alpes Cottias Ecclesiæ Romanæ ius pertinebat, à Longobardis iam longo tempore occupatas. Non est igitur instituti mei ex edictis horum Imperatorum, quoniam recentiores sunt, monstrare quæ sint Ecclesiæ, nominatimque vrbes, regiones, totamque ferè Italiam Romanæ sedis esse ostendere, sed tantum his omnibus probare, verissimum offerri coniecturas super donatione Constantini, quibus vnà collectis, atque ad veritatem comprobendam coactis, irrefragabilis comprobatio efficitur super donatione Constantini: insignis autem deceptio, singularis audacia, demonstratur eius, qui vetustatis nescius, ut Thraso prodiit in aciem, ut cum Aloidæ manibus magnis rescindere cælum Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis.

Aut cum Mezentius contempit diuum suam dexteram Deum appellabat. Is autem suam vanissimam loquentiam velut Deum habuit, quæ sese veri Dei Ecclesiam sternere putaret.

Audi igitur quæ scripserit optimus, ac peruetustus pontifex Nicolaus primus Michaëli Imperatori de priuilegiis Romanæ sedis in amplissima epistola. Si verò nosse parumpenditis, & solum contra priuilegia Ecclesiæ Romanæ nisi vestros erigitis: caute, ne super vos conuertantur. Durum quippe est vobis contra impetum fluminis reluctari, durumque est C contra stimulum calcitrare. Porrò si nos non audieritis, restat ut sitis apud nos necessario, quales dominus noster Iesus Christus hos haberi præcipit, qui Ecclesiam Dei audire contemnunt. Præsertim cum Ecclesiæ Romanæ priuilegia Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita antiquitus obseruata, & à sanctis vniuersalibus synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari. Quoniam fundamentum quod Deus disposuit, humanus non valet amouere conatus: & quod Deus statuit, firmum, validumque consistit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tætat. Priuilegia istius sedis, vel Ecclesiæ, perpetua sunt, impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt: quæ ante imperium vestrum fuerunt, & permanent Deo gratias, hæcenus illibata, manebuntque post nos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Ista igitur priuilegia huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, synodis non donata, sed iam solimmodo celebrata, & venerata. Audis imperium, roburque sedis Apostolicæ fuisse ante imperium terrestre, antequam tralatum esset imperium in Græciam. Imperium inuictum, sine fine, post nos, usque dum Christianum nomen auditum fuerit, futurum, maius hoc imperium quam vllum aliud toto orbe. Ut autem clarius hæc causa cognoscatur: & quam facile sit homines in iudicando decipi, maximè qui sibi videntur aliquid, intelligatur, visum est aliquot exempla proponere, quibus fiat palam, quis stylus esset illius tem-

poris, quo Constantinus, atque infecuti Imperatores loqueretur: atque hinc clarescat, non modò non adiuuari Laurentium ex stylo ad euertendam donationem, vt potius hoc in suam perniciem tendat, totumque eius iudicium insanum cæcùmque prorsus comprobet. Est autem idem seculum Constantini, atque Imperatorum, qui vsque ad Honorium, & Archadium imperauerunt. In vetustissimo igitur codice epistolarum Pontificum, & Imperatorum, qui est in bibliotheca Vaticana, hæc habentur: vt ex his stylo cognoscas. De constructione basilicæ sancti Pauli: Valentinianus, Theodosius, & Archadius Augusti, Salustio præfecto Urbis. Desiderantibus nobis contemplatione venerationis antiquitus iam sacratæ Basilicæ Pauli Apostoli pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate conuentus amplificare, pro studio deuotionis attollere, gratum fuit tuæ sublimitatis officium, quod ad inspicienda vniuersa, vt res exigebat, detulisti, & omnem situm locorumque faciem sermonis congrui diligentia nostræ serenitatis auribus intimaisti. Instruções enim nos iubere decuit quæ iubenda sunt. Quare participato examine cū venerabili sacerdotibus intimatisque omnibus & magnificentissimo ordini, & Christiano populo, quæ iubemus, sublimitas tua rem diligentiore tractatu, & plenius rerum inspectione discutiat. Ac si placuerit, tam populo, quàm senatui vt vetus quo Basilicæ præterit dorsum, quòdque ripæ Tyberini amnis adiacet innouari. Ita vt præsens via spacij futuri operis applicetur, eatenus per architectos futuræ basilicæ diriget formam, quatenus se planities extruccioni amica prætulerit, ne vlla inæqualitas splendorem fabricæ amplificentiorè sublimet. Si quidem in omni mœnium facie decor summus est, quem seruari oportet prima statim fronte magnarum ædificationum demonstrat intentio. Iam illud ipsa res exigat, vt & Synopsis operis cõstruendi, fidei tendatur examine, sumptusque omnium iuxta pretia rerum, quæ in sacratissima Vrbe prætaxatis plenius ordinetur, atque ad nostram clementiam debita maturitate referatur, vt communi omnium consilio, nostræ quoque serenitatis nutus accedat, quo facilius id quod deuota mens statuit, pro tantæ religionis meritis explicetur. Et alia manu principis: Diuinitas te seruet per multos annos parens carissime, atq; amatissime. Hæc est epistola magnorum imperatorum: is stylus illius temporis. Simili stylo, atque etiam clariore conscripta est donatio. Eat nunc superciliosus Laurentius, atque inflatis buccis hæc quasi moderna, quasi nostratia, quasi sermonem alicuius furciferi, aut nebulonis irrideat, ipse potius vanissimus nebulo, imo verò mōstrum arrogantissimum. Est alia quoque epistola gratulatoria de ordinatione Papæ Syritij. Aue Pipiniane charissime, nobis populum Urbis æternæ gaudere concordia, & optimum eligere sacerdotem, & populi Romani esse cernimus instituti, & nostris gratulamur id euenire temporibus. Proinde quoniã religiosum Syritium antistitem sanctitatis, sic præesse sacerdotio voluerunt, vt Vrsum improbū acclamationibus violarent, nostro cum gaudio memoratus episcopus esse permanet Pipiniane charissime, & iocūdissime. Si quidem magnum innocentiæ, & probitatis exemplum est, in vna acclamatione, & ipsum eligi, & alios improbari. Data v. i. Cal. Martij, Mediolani. Videte quæso quis stylus illius seculi, quo conscripta fuit donatio Constantini, stylus inquam ipsorum Imperatorum, non priuatorum hominum. Est item alia epistola eorundem Imperatorū ad Prætextatum. Aue Prætextate charissime. Nobis licet iusta videatur fuisse vindicta quæ illic turbulenter exercitam factionem coërcitione fedat, vbi maxima debet esse concordia scilicet in Ecclesia, vel sede, vel causa, quarum vtraque, & modestiam poscit, & cultum. Tamen nos, omnes qui nuper propter illum tumultum deportatione damnati sunt, & propria lenitate naturæ, & ipsius religionis, ac legis contemplatione miseremur, Prætextate charissime, ac iocūdissime. Cunctos igitur qui sunt eius, & sortis, & culpæ præcella sublimitas tua nostri autoritate iudicij liberabit. Hanc verò formam tenebit in posterum, vt si idem pristino statu restituti, aliquid spiritu iterum gesserint in quieto, quo tranquillitas reformata turbetur, seuerissima in eos sententia proferatur. Nullam enim possunt veniam promereri, qui non desinunt peccare post veniam. Hæc Imperatores scripserunt vt Vrsum, & qui cum eo essent, ab exilio relaxarentur: sic enim habetur in argumento epistolæ. Hæc pauca è multis proposui, vt hinc prudentes intelligant, quo sermonis genere Imperatores postea quàm in Græciam abierunt, loquerentur. Quinetiam Romæ, & in omni Italia cultus orationis, proprietatque Romana in desuetudinem eo tempore abierat. Vidimus etiam quemadmodum locutus fuerit illius temporis homo Melchades, si modo illius est quod prolatum est. Quid ego plura ex eisdem epistolis exempla proponam, vt cum dicunt Urbem sacratissimam, Enixissimo studio, In æuum omne, Egre-

gia

A gia sublimitas tua, Spectata sinceritas tua, Illustris autoritas tua: idq; genus alia, ad quæ Laurentius exclamasset. Reuivisce paulisper Lactanti Firmiane. Imo ipse ex alta imperitæ temeritatis voragine pedem referat, suam inficitia agnoscat. Et si non agnoscit ipse, agnoscant certè quos ille decepit. Stylus donationis quod similis est ei stylo quo tunc loquerentur Imperatores, non infirmat donationem, probatque fictam esse, conscriptamque à recentioribus: sed potius probat prisco illo tempore scriptam ab Imperatore Constantino. Nõne igitur fieri potuit, vt vox barbara satrapa vsurparetur eo tempore, quemadmodum tam insolenter, atque inuitate loquebantur, vt dicerent Synopsis totius operis, Antistes sanctitatis, Religionis contemplatione, Sanctimonio religionis, Urbem æternam, Nostra serenitas, Mansuetudinis nostræ sensibus, Natura nostræ mansuetudine leuigati, Amplificatione morum, Suburbicarias regiones. Responsonem quoque Imperatorum, appellabam Sacrum rescriptum, Cælestem præceptione. Ex verbis quoque Melchadis si modo illius sunt, potest cognosci, quemadmodum dixi, stylus illius temporis. Dicit, Patenter adeptum: dicit, Religiosissimus: & Fidem veritatis: & Suo degentibus Imperio: & Prædia constituit tribuenda. His omnibus ad postremum intelligi potest impietas, ingratitude, temeritas Laurentij, qui cum afferat veterum pontificum iniuriã esse de donatione Constantini quicquam prædicare orantibus potius argumentis superius propositis fuit clarissimum, veteribus sanctis pontificibus, omnibus item Græcis, ac Latinis Theologis maximam iniuriam facere, qui donationem, siue decretum Constantini pro falso, fictoque habendum prædicent. Vt item clarius innotescat Laurentiana impietas, atque eorum Gigantea immanitas, qui summis pontificibus tam effrenatè maledicunt: audiant omnes, quid super hoc antiquitas senserit, iudicauerit: quod nos abundè docere poterit Nicolaus ille primus in epistola ad Michasem Imperatorem. Atque hinc facildè intelligemus, quid veritatis inesse possit libro Laurentij, in quo nihil non contra veterum patrum sapientem sanctitatem, sanctamque sapientiam scripsit. Tempore, inquit, Diocletiani, & Maximiani Augusti, Marcellinus episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est à paganis, vt templum eorum ingressus, grana thuris super prunas poneret: cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum sententiam proferre ausus est, dum ei sapius omnes perhiberent, Tuo ore iudica causam tuam. Noli in nostro iudicio, sed in sinu tuo collige causam tuam. Quoniam ex te, inquit, iustificaberis: aut ex ore tuo condemnaberis. Et item dicunt: Prima sedes non iudicabitur à quoquam. Idem Nicolaus hæc insuper addit: Cum quidam tempore quodam, contra Sixtum papam tentassent quædam non boni rumoris obicere, & in concilio, cui Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset, Non licere aduersus pontificem sententiam dare. Surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati pontificis tribuit iudicium suum. Hæc diuus ille. Quo veterum patrum exemplo iuniorum improbitatem deregere, atque eos cæcitatibus arguere possis, qui tam facile summo capiti detrahunt, quæ ne idolatriæ quidem crimen lapsum voluerit concilium condemnare: omnesq; continerint os suum, vel Imperatores super eo iudicando. At Laurentius vbiq; sui similis, expers, vbiq; altioris sapientiæ, nunquã ad sacra Musarū adyta admissus, his blasphemis librū suum referat. Addit item Nicolaus: In tantū autem hanc præsumptione sancti patres apud Chalcedona detestati sunt, vt Dioscorū Alexandrinū antistitem inter cætera idcirco potissimū sine restitutione damnauerint, quia ponens in cælum os suum, lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in sanctum Leonem Papam dictauit. Ita vt in præsentia contra ipsum prolata hoc videantur memorare præcipuè dicentes. Quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim excommunicationem dictare aduersus sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum Romæ Leonem. Nunquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iuste, an iniuste Dioscorus ipsum excommunicationem dictasset? Non planè. Sed absque omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia cum esset inferior, potiorum quibuslibet conatus est lacerare iniuriis. Teste Anatolio Cõstantinopolitano præfule, qui dicit: Propter fidem non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino Leoni Archiepiscopo Romæ.

Obserua etiam quæ super his statuerit septima Synodus: Dominicum, inquit, sermonem quem Christus suis Apostolis, & discipulis suis dixit: Quia qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Ad omnes etiam, qui post eos secundum ipsos facti

C c



sunt summi pontifices, & pastores, principes in Ecclesia catholica dictum esse credentes. Diffinimus neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus præsent in honore, aut mouere à proprio throno temptare, sed omni reuerentia, & honore dignos iudicare. Præcipue quidem sanctissimum papam senioris Romæ: deinceps autem Constantinopolæos patriarchas, deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, ac Hierosolymorum, sed nec alium quemcunque, scriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare, vel componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius, & multò ante Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia, & audacia vsus fuerit, vt secundum Photium, & Dioscorum in scriptis, vel sine scriptis, iniurias quasdam contra sedem Petri principis Apostolorum moueat, æqualem, & eandem, quam illi condemnationem accipiat. Si verò quis aliqua potestate fruens, vel potens, pellere temptauerit præfatum Apostolicæ cathedræ Papam, aut aliorum patriarcharum quenquam, anathema sit. Porro si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quæuis ambiguitas, & controuersia, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de proposita quæstione sciscitari, & solutionem accipere. Et aut prouectum facere, aut proficere. Non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ pontifices. Orientalium synodorum sedium vicarij dixerunt: Sanctissimi vicarij senioris Romæ, ac nos, qui reliquarum sedium vicarij sumus, hæc omnia dissoluimus hodie gratia Dei Iesu Christi, qui dedit nobis summi sacerdotij potestatem iuste, ac congruè ligandi, atque soluendi: quoniam violenter, & coactè omnia facta sunt. Ille enim Photius prænosceus quod non per hostium intrauit in ouile ouium, sed aliunde ascendit, multitudinem episcoporum ad se per varias machinationes attraxit, videlicet chirographis, & iuramentis, quæ ipse confecit. Opinatus per hoc incursum se habiturum proprium præsulatum. Bachanis magnificus patritius dixit vicariis senioris Romæ, & reliquarum sedium: Inductis Photio datis iam completis, duximus eum rursus ad hanc sanctam synodum. Audisti antiquitatem, (sunt enim septingenti, ac plures anni, cum septima synodus celebrata est) quid censuerit de his, qui contra summum præfulem venenatæ linguæ verba effudissent. Non pudet autem minores, suorum maiorum vestigijs non insistere, non eorum sapientiam attendere? Non hinc suam impiam stultitiam agnoscent, agnoscentes execrabuntur? Quid veri putes inesse impij grammatici libello, quem contra quam, omnes viri probi, quam Synodi, quam Imperatores faciendum sensissent, aduersus religionis caput instituit, direxit, longe Photio, ac Dioscoro deterior?

## TESTIMONIUM IOANNIS IOVIANI

PONTANI DE LAURENTIO VALLENSI.

*Libro eius primo, de sermone capite, de Contentiosis.*

**L**AURENTIVS Vallensis, in Grammaticis, Rhetoricis, Dialecticisq; ita & scripsit, & disputare est solitus, vt minime videretur velle præcipere: nec appareret tam contendere illum de veritate, proprietatèque aut docere velle, quàm maledicere, obiectarèque vetustis scriptoribus, atque obloqui. Itaque Ciceronem vellicabat, Aristotelem carpebat, Virgilio subsannabat. Quippe qui propalam sit asseuerare ausus siue Pindarus quispiam autor is nomine suo fuerit, siue alio (de hoc enim ambigitur) qui Homericæ libros omnis Iliados non multos ad modum in versus contractos, Latinè conuertit: qui propalam sit, inquam, asseuerare ausus, Pindarum eum Virgilio anteferebat. Est autem carminis illius principium,

*Iram pande mihi Pelidæ diua superbi,**Tristia qui miseris iniecit funera Cræuis.*

Tali igitur iudicio hominem, ingenioque tam siue retroverso, siue præpostero (quippe qui maximis quibusque ringeret autoribus, vni tantum Epicuro assurgeret) quem, ob communem vtilitatem contendere, aut cognitionem, dicas, atque altercari: qui nec alium vellet, curaret, studeat, quàm vt detrahat, quibus minime par est, ac maledicat? Quando qui cum Laurentio familiarius vixerunt, affirmant illum eo nequaquam consilio in Grammaticis scripsisse

**A** scripsisse, ac Dialecticis, quo doceret, disciplinæque ab ignoratione vindicaret atque à forde, verum vt malediceret, obloquendoque detraheret de fama, atque autoritate rerum scriptoribus, tum illis qui exemplo sunt ad scribendum alijs, propter antiquitatem, maiestatemque dicendi, ac præcipiendi, tum illis ipsis, qui tunc viuerent: qui ne dubitauerit ipse quidem dicere, profiterique palam, habere quoque se in Christum spicula. Sed nobis propositum minime est detraheri homini maximè studioso: quem senem adolefcens ipse, cum è Roma se Neapolim contulisset ad Alphonsum regem, & inuiserim etiam reuenter pro illius, meaque ætate, & plures post congressiones maxime familiares ita ab eo discesserim vti ex eo, de me nisi pleno, atque amico ore locutus fuerit nunquam. Sunt ex his igitur quos non tam contentiosos dicas, quàm insectatores cum singulorum, tum etiã humani generis, quod de Timone traditur, neque veritatis ipsius cultu, & gratia, sed quod ita quidem sint à natura instituti, atque ab assuetudine confirmati, & moribus.

## DE ROMA.

*Ex præclaris præfcorum scriptorum monumentis.*

**S**ANCTA Romana Ecclesia & reuerenda, & amanda est, non quia Roma fundata est super arenam per Romulum & Remum, profana sacerdote, & quo nescitur sacrilego, editos, sed quia edificata est super Christum per Petrum & Paulum. Neque quia, illius fraterno primi maduerunt sanguine muri: sed quia postmodum fraterno agone fuerunt purificati: Cruce videlicet Petri, & sanguine Pauli: quos eadè fides, & deuotio, ac vnus, eiusdemque dici passio, verè germanos, & per omnia concordés, ad dominum virtutum pariter subiecit. Cum spurios illos discordes perfidia, & superbia ad fratricidiu direxerit. Nec quia habuit infame asylum flagitiosorum, crimina sua defendentium, non agnoscentium: sed quia post Deum facta est laudabile lapsum refugium, lapsus suos humiliter accusantium, & scelera præcordialiter effugere querentium. Nec quia instituit Senatam, & Curiam ciuilem, & quoddam velamen suæ malitiæ, vnam libertatem: sed quia hætenus sancit catholicam disciplinam, & dirigit ecclesiasticorum officiorum ordinarias dignitates, decernitq; generales, & speciales vniuersitati Christianæ leges diuini famularus, ad veram libertatem gloriæ filioru Dei. Nec quia produxit Decios, natumq; patremq; illustres bellis animas, acrumque Camillum, Et Curios, Syllam, vel nomina vana Catones, Paulos, Brutos, & popularia nomina Drusos, legibus immodicos, ausosq; ingentia Gracchos, Marcellos, Mariosq; truces, nudosque Cethegos: Sed quia patronos sibi post Petrum, & Paulu vendicat Clementem, Xistum, Laurentiu, Corneliu, Pancratiu, Syluestru, Damasum, Celestinum, Leones, Gregorios, Bonifacios, Stephanos, Agathonem, Adrianum, Nicolaum, alios quoque vtriusque sexus martyrum, & confessorum innumerabiles populos, iuuenum scilicet ac virginum, senum, atque iuniorum. Ea quidem illorum improbitate, insanæque clementia, ius suæ potentia, terra, marique protulit. Horum verò modestia, & saluari disciplina non solum orbem terrarum regit, verum, & ipsum calorum regnum sibi præsumit, cui violentiam inferre non desinit. Hæc & si ex tyrannis & principibus suis, Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ, notari meruit: in ea tamen princeps Apostolorum Petrus Ecclesiam esse electam asserit. Hæc & si meretrix magna prius, & ebria sanguine martyrum Iesu, de vino prostitutionis suæ, id est idolatriæ potauit, & inebriauit omnes gentes calice aureo, eloquentia scilicet sæculari, atque potentia: postmodum tamen desponsata vni viro Christo, virginem castam seipsam exhibet, atque ab ipso introducta in cellam vinariam, omnibus gentibus præclaro saluiferæ confessionis poculo, multa noua gratia, ac vina veteris acrimonie profert, quibus ipsa inebriata, inebriare quarit omnes. Nec solum suæ septicolis arcis mania, subuersis delubris, demonumque figmentis & genijs, insignita Iesu domini cruce, sanctorumque basilicis, iconijs, & titulis, verum & plenitudinem orbis. Quæ non tam ciuitas hominum, quàm martyrum dicenda est camiterium. In qua aut nil, aut minimum soli constat, quod sanctorum cruor inscindo non possidet, balnea, propolas, meritoria, templa, theatra, turres, & cryptas, circos, madidantque popinas, arches, & pontes, pomaria, rostra, forumque, Cui portis, domibus, thermis, stabulisq; cloacis. Sic sanguinem piorum, quæ impia quondam, & crudelis passim velut aquam effudit, nunc pia, & mitis ad tutelam sui venerata suscipit. Et quid plura? Hæc regnum

terris, & famam terminat astris. Cui non magis terrenum regnum, quam cæleste successit. Postquam enim lapis ille reprobatus, & probatus abscissus, de mōte sine manibus, regnum Romanorum, & in ipso Græcorum, Persarum, Babyloniorum, quæ in Daniele, bestiis crudelibus, & statuarum corruptibilium metallorum ad monstrationem principis huius mundi in eis tunc regnantis, contriuit funditus, & in fundamento Apostolicæ fidei fundatus, impleuit vniuersam terrâ, mons magnus est factus, fecit nos ex omni tribu, lingua, populo, & natione, regnum, & sacerdotes Deo nostro super terra, vt iam nō regnet mundus in nostro mortali corpore ad obediendū concupiscentiis eius, sed iustitia sempiterna, quæ est Christus, per fidem habitet, atq; regnet in cordibus nostris, nōsq; cum eo perpetuo regnemus.

## AD PAVLVM III.

PONTIFICEM MAXIMVM.

### De restituenda nauigatione Tiberis à Trusiamno, agri Perusini castello, vsque Romam,

AVGVSTINI IGVINI BIBLIOTHE-  
CARI SVI ORATIO.



**V**T de nauigatione Tiberis scriberem, atque eam tibi, maxime Paule, religionis Christianæ Princeps, restituendam proponerem, mouit me cum amor quo Romam vt Patriam, & quæ me, te clementissimo principe auctore in hoc dignitatis gradu collocavit, amplector, veneror, omnes ei priuilegias dignitates, copias, diuitiâsq; cupio, tum idem amor quo regiones has, quas Tiberis peruagatur vt alteram patriâ diligo, eisq; maximum commodum ex hac nauigatione profecturum, ingenti voto desidero. Denique mouit me pietas qua te principem, dominumque meum colo, vt quemadmodum Deus summus per te multa Ecclesiæ suæ ornamenta reddidit. Tu solus enim, vt mittâ alia, inuicta animi magnitudine, rem antehac inusitatam aggressus, sanctum senatum, cui veluti cardini tota nititur Ecclesiâ, ex optimis quibusq; atq; doctissimis viris coëgisti, & Ecclesiâ, vt refloresceret, auctor fuisti. Sic tu prior esses, qui rem à superioribus Pontificibus, aut propter infertiam, aut quòd tam salubria cōsilia animo minime agitant, diuersa omnino quam qua: ad publicū vsum spectent, cogitantes, intentatâ perficeres, & te, atq; tuos hoc rā præclaro facinore apud posteros celebrem redderes. Etsiq; de quibus doctissimus Vates, *Inuentas aut qui vitam excoluere per artes, Quisque sui memores alios fecere merendo.*

In concilio Deorum collocat nobilissimus vates eos, qui fecerunt vt celebrarentur in posterum ob mortales beneficiis affectos: ostendens & in hac vita eis remanere laudē nominis sempiternam, & apud superiores in cœtu Deorum sedes esse paratas.

Noram quoque te, sanctissime pater, ex his esse, quibus Hesiodus primum in omni laude locum tribuit, qui ex seipis quæ sunt optima noscant, in lucemque edant. Deinde eis qui cæteros salubria suggerentes libenter audiant. Tu certè ille es, qui ex fecundis pectoris tui thesauris optima quæq; depromas, tum libenter audias, qui salubria consulere videntur. Scribam igitur ego salubria, laudata ei qui libenter audit. Scribam autem facilia, & quæ priscorum Romanorum, à quibus tu genus ducis, probati scriptores ostendunt fuisse. Atque spero me facile, quæ scribo, persuasurum: quòd ei scribo, qui rerum bonarum est cupidissimus: & consulo facilia, prona, quæq; solo Principis imperio nullis expensis fieri poterunt. Tum ea, quæ ad sempiternum decus ipsius Principis pertinent: itémque & Romæ, & omnibus prope finitimis terris utilia: fungorque hæc scribens multarum urbium quasi legatione, quæ ad me oratum venerunt, vt hoc earū nomine à tua maiestate suppliciter peterem. Ipsaq; ad sanctissimos istos pedes procumbūt, vt nauigatio Tiberis ab agro Perusino, nempe à castro Trusiamno, qua multa flumina influunt in Tiberim, atque adeo

augent,

**A**ugent, vt sit nauigiorum capax, restituatur vsque Romam. Ab hoc castrò, qua multa flumina in vnum alueum coacta incurrunt, triduntq; se in Tiberim, iam largus aqua, iam nauigiorum capax Tiberis vsque Romam nauigabatur. Hinc Romani, quorum omnis amor erga patriam, vt Vrbs omni commeatuum genere esset refertissima, & vt finitimæ regiones hoc commodo iuarentur, ita fluminis alueum redegerant, intrâque ripas aquam coëgerant, atque ripas extulerant, vt facilè multa nauigia flumen mercibus, rebûsq; ex vicinis agris onusta, Romam deferret. Plenæ erant lintres vini, olei, fructuum, carniū, altilium, necnon lignorum ad ædificia, mercium quoque, quæ à supero mari eò iumentis traducta, hicque imposita lintribus Romam traiecebantur. Atque tanta ex hac nauigatione percipiebatur utilitas, vt magna vis mercium ex omni Germania, Anglia, partimque Gallia reliquisque superis regionibus, Rhauennæ nobilissimo eius tempeltatis emporio, quemadmodum hoc sæculo Venetiis exposita, inde mari ad portus, Pisaurum, Fanumque traiecta, tum iumentis vsque ad eum locum, quo iter breue est, delata, deinceps per Tiberim, Romam deferrentur. Nominauerunt Romani locum hunc, vbi merces exponebantur, vnde libera Tiberis incipit nauigatio, Trusiamnum, quòd illic, vt superius monstrauius multi amnes se tridunt in Tiberim, quibus auctus nauigiorum est capax. Hanc ob causam, & ob hanc longam Tiberis nauigationem, reliquæ quoque finitimæ regiones, quædam sua flumina ita redegerant, atque aptauerant, vt paruulis nauigiis, res ex agris in Tiberim deferrent, quæ maioribus nauigiis imposita, Romam per Tiberim deueherentur. Ex omni agro Spoleti, Mouaniæ Forissamminij, omniumque vicinarum regionum per flumē Tiniam, siue vt hodie incolæ vocant, Tiniam, quod exiguis nauigiis nauigabatur, in Tiberim commeatu deducebant. Influit autem Tinias in Tiberim paulo infra locum, quem superius monstrauius Trusiamnum, profluit ex monte qui Fulgineo, Spoletòque imminet, medio fere itinere, & per fines earum urbium, itémque Meuanatum deuolutus, acceptisq; nonnullis aliis fluminibus exonerat se in Tiberim. Hoc igitur memorans locupletissimus testis Strabo, qui non modo loca, sed cōsuetudines locorum sui temporis, fideliter describit, ait de Meuania: *παρ' ἢ ῥήϊ ὀρνίσις ἢ ῥήϊ ἑλὰ πον σκάρεισι χεπάων ὅτι τὸν πῆρεν τὰ ἐκ τῆ πεδίας.* Iuxta Meuaniam fluere Tiniam, qui exiguis nauigiis res, fructusque ex regione campeltri deducat in Tiberim. Non detulissent autem nauigiis res in Tiberim, nisi Tiberis quoque fuisset nauigabilis. Apparet hodie quoque flumen Tiniam posse exiguis nauigiis enauigari, ita alueus directus est plenus aquæ ad ripas. Regiones præterea, atque vrbes Romæ propinquiore, Interamna, Narnia, Carsiculum, vicinæque oppida subuehebant res, mercésque suas in Tiberim, per flumen Narem, ipsum quoque nauigabilem, de quo idem Strabo *ἄρα δι' ἧς ῥήϊ ὁ κέρ πταπαιμὸς συμβάλλων τῷ πῆρεϊ μικρὸν ὑπὲρ οὐκίλων. πλάτος δὲ οὐ μεγάλοις σκάρεισι.*

Per Narniam fluere flumen Narem, qui paulo supra Oericulos misceatur Tiberi, ipsūque esse nauigabile nauigiis non magnis. En igitur Nar quoque nauigabilis, per quem finitimæ vrbes, merces, resque omne genus traiectas in Tiberim, Romam maioribus lintribus deducerent. Tertius erat fluuius, quo Aethruria demissas omnium generatim rerum copias in Tiberim, Romam deferebat: cuius fluminis nauigatione vsque in Tiberim utebatur Arreccium, Cortona, Clusium, vetulonia, omnesque vicinæ vrbes, is dicitur Clanis, profluit ex paludibus, fontibusque Clusinis haud ferè minor, nec ad sustinenda nauigia minus aquæ ducens, quam Nar. De eo Strabo cū copias rerum, quas flumina Romam transmitterent, & quibus è locis profluerent memoraret, recensens in his fluuiis Clanim sic perhibet: *Ἄρα δὲ τῆς τυρρησίας καὶ τῆς κλασίνης ὁ κλάνης.* Per Aethruriam, agrūque Clusinum fluere Clanim. Quartus erat fluuius nauigabilis, quod & Plinius testatur, Anio, cuius nauigationem, tu sanctissime Pontifex paucis ante diebus renouare exorsus es. Itaque propter præcipiti, maiorisque fluminis nauigationem, hæc quoque nauigabantur, atque ab vrbe vsque ad agrum Perusinum à dextra, atq; sinistra fluminis, omne rerum genus confluebat in Tiberim, omnes regiones res suas venales lintribus transmittébant Romam; vrentes fluminis beneficio, diuino certè munere, quo simul magnas itinerum, expensarūque difficultates vitabant, simul urbem omni rerum copia refertissimam reddebant, se quoque pretiis rerum venditarum locupletabant. Atque vt Spoletum, Meuania, Forumflaninij, omnesque vicinæ regiones, utebantur fluminis Tinicæ nauigatione, in Tiberim copias iniferentes, sic ad alteram Tiberis partem, Perusini, Tudertes, reliquæq; ciuitates per totum ipsum Tiberim enauigabant, nec-

ces, resque venales, in primis vinum, oleum, altilia, nauibus deferentes. Vt verissimum sit quod de his fluminibus, quantam, quamque admirabilem rerum copiam Romam transmitterent, scribit idem Strabo, describens vrbs vbertatem, fluminibus illatam, præter inquit Romanæ regionis felicitatem: *καὶ οἱ χειμαρομίζοντες ποταμοὶ, θαυμαστὴν παρέχουσι ἕσπερον χρησίμην. πρῶτος μὲν ἄνιον ἐξ ἄλβας ῥέαν τῆς παρὰ μαρσίου λαπίνης πόλεως, καὶ δευτέρω αὐτῆ πεδῆος μέγας τῆς παρὰ τῆς ἑσπερίας συμβολῆς. ἐπειδὴ οὐκ ἔστι οὐδὲ τινέας οἱ δευτέρω ὀμβροκίης εἰς αὐτὸν χειμαρομίζοντες ποταμοὶ τὸν τίβερην, δευτέρω δὲ τῆς πυρρῆως καὶ τῆς κλουστῆς ὁ κλανίς.* Flumina quoque, quibus res subuehantur admirabilem afferunt copiam. Primus quidem Anio, qui ex Alba Latina vrbe iuxta Marfos profluens per campos, qui ei subiacent, vsque ad cōfluentem Tiberis fertur: tum Nar, & Tinias, qui per Vmbriam in Tiberim deuoluuntur. Per Æthuriam verò, finésque Clusinos fertur Clanis. Hos fluuios memorat Strabo nauigabiles in Tiberim, qui Romæ admirabiles copias suppetent, ex omni regione finitima, res quibus mortales iuuantur, inferentes. Vt autem superius per flumen Tineam scripserat nauigiis in Tiberim deferri, τὰ ἐκ τῆς πεδῆος, ea quæ in campis Meuanatum nascuntur, nempe vinum, oleum, fructus: sic ex parte memorat, quæ reliquis fluminibus importarentur ad vrbem. *πρῶτος τε καὶ δεύτερος, ἀνθὴν τε πολλὴν χειμαρομίζεται ποταμοῖς εἰς Ῥώμην.* Defertur Romam Papyrus, cremium, storca fluminibus, quæ lacus, & paludes profundunt in Tiberim. Ait flumina, paludes, lacusque emittere. Hæc inquit flumina deducunt eas res in Tiberim. Est igitur clarum, totum flumen vsque ad cōfluentem Tinia, & Tiberis, qui est paulo infra castellum Trusiamnum, in agro perusino, cui res ipsa nomen dedit fuisse nauigabile, multis, prægrandibusque nauigiis, quoad natura fluminis pateretur. Huc velut ad portum confluere omnes, res suas venales flumini exponentes, Romamque ducentes, semperque deinceps Tiberis aliis in eum riuus, fluuiisque defluentibus sit maior, & ad locum Trusiamnum, hac quoque tempestate nauigio, nunquam prope vado transitur. Facile autem intelligi potest, posse ab eo loco, vt olim Tiberim nauigari: quandoquidem in Gallia Cisalpina videmus hac tempestate minimum quemque fluuium, qui cum Tiberi non sit conferendus, cum fluit ad Trusiamnum magnis nauigiis enauigari, cuiusmodi est Meduacus, qui à Patauio Venetias, & contra, nauigationem peragit, deferens grandia, multaque nauigia, plena hominum, plena mercium, rerumque venalium. Talem fuisse par est nauigationem à Trusiamno ad vrbem per Tiberim, agentem noctisque, diesque lembos, maioraque nauigia, plena hominum, rerumque venalium. Sunt alia quoque flumina, deductionisque paludum in Gallia Cisalpina, longe Tiberi minores, magnorum nauigiorum capaces, quibus aut in Padum, aut mare deferunt incolæ res, omne genus. Factumque in Gallia, hominum industria, vt omnis prope eorum regio riuos, siue vt ipsi vocant, canales habeat, per quos nauigiis onera in maiora flumina, inde in mare deducant. Nam nec Bononiæ, nec Mutinæ deest suus riuulus, quo non exigua nauigia ducunt in Padum: idem est reliquis vrbus vsus. Quanto igitur facilius fieret id in Tiberi, longe latiore, atque aqua vberiore?

Pace superiorum principum dixerim, quos ab amore rerum publicarum priuatorum commodorum cogitatio abstraxit, fuit eorum & Romæ dedecus, non vti tam diuino fluminum beneficio, quæ natura ad dextram, sinistramque fluminis ita posuisse videtur, vt ne hoc quidem ad Romanam felicitatem deesset. Nam restituta Tiberis nauigatione, dabitur facultas, vt per totam Æthuriam, per flumen Clanim vsque in mare, ad hostia Arni traiciat nauigatio, quod superiores Pontifices tentasse feruntur. Nam Clanis Alliam ingressus influit in Tiberim. Si per Tiberim ab vrbe versus Æthuriam ascendas, tum Clanim qua Tiberi miscetur, nauigio subeas, tunc sinibus Clusinis superatis, quod Clanis ab altera parte versus occasum propinquat ad Arnium: Arnus nauigium vsque Liburnum, qua mare influit, adducet. Clanis velut Amphibena, propter longius, latèque restagnantes fontes, ac paludes, alterum in Tiberim, alterum versus Arnium caput infundit. Hæc ob causam Tiberio Principe, Cornelius Tacitus autor, actum in Senatu, vt totus Clanis propter Tiberis alluiones, verteretur in Æthuriam, Florentinis reclamantibus, his verbis: Actum, inquit, deinde in Senatu ab Aruntio, & Ateio, an ob moderandas Tiberis exundationes verteretur flumina, & lacus, per quos augetur. Auditæque municipiorum, & coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis, solito alueo demotus, in amæm Arnium transferretur, idque ipsis perniciæ afferret. Hæc Tacitus. Audis Clanim transferri posse in Arnium? Per Tineam vero, atque Narem, partemque Tiberis, maximam Vmbriæ partem licebit nauigio traicere. Illud autem, quod scribit Plinius de Tiberi. E media fere longitudine Appennini, sinibus Arreti

**A** Arretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corruatus, emissusque nauigabilis, sicut Tinias, & Clanis influentes in eum. Nouenorum ita conceptu dicrum si non adiuuent imbres, sed Tiberis propter aspera, & confragosa, ne sic quidem præterquam trahibus, verius quam ratibus longe meabilis fertur. Plinius hæc loquitur Tiberim vbi nascitur tenuem esse, & per confragosa, asperaque delabi, in quibus his locis, vbi tenuis est non ita nauigabilem esse: quapropter incolas eorum locorum cogere in piscinis, gurgitibusque aquam, per quam coacta rates, ceu trabes per ipsum flumen agant. Hoc igitur refert Plinius de Tiberi, vbi oritur, vbi tenuis est in sinibus Arretinorum, atque Tifernatum: Nam his in locis tenuis est, & per confragosa, asperaque delabitur. Sed vbi ad Trusiamnum appropinquauit, delatus in planum, tum aquæ multitudine vehementer augetur, tum non amplius pedibus, sed nauigio transitur, & deinceps vsque Romam semper per planum fertur. Afferit quoque Plinius, quod superius Strabo, Tiniam, & Clanim in ipsum influentes nauigabiles esse. Simili sensu intelligenda sunt, quæ scribit Plinius Iunior in Epistolis de nauigatione Tiberis. Is ad Apollinarium describens villam suam amoenitatem, quæ non procul ab Appennino in Thusciam ad Tifernum sita esset, hæc ait: Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur, ibi aquæ plurimum, palus nulla, quia deuexa terra quicquid liquoris accipit, nec absorbet, effundit in Tiberim. Medios ille agros secat, nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbem, hyeme duntaxat, & vere, æstate submittitur, immensisque fluminis nomen arenti alueo deferit, autumno refumit. Hæc quidem Secundus. Principio obseruandum est, vilam, quam describit, fuisse versus Appenninum, vbi fontes Tiberis scaturiunt. Meminit enim Appennini in epistola, ad alia refert villam à tergo habuisse Appenninum, licet longius. Ab Appennino quoque salubres afflatus in eam exhalari, alia Epistola prædia sua vicina fuisse Tiferno Erat, igitur villa supra aut infra Tifernum in Thusciam, vt idem meminit, non procul sinibus Arretinorum. His locis Tiberis erat nauium patiens, sed hyeme, & vere duntaxat. Quamobrè hæc Secundus non scribit de Tiberi, vbi capos Perusinos secat, multisque fluminibus acceptis, omni tempore est nauium patiens: sed vbi tenuis est, exarescitque æstate supra Tifernum infraque. In capis autem Perusinis ad Trusiamnum, semper largus aqua, quæ è viuus fontibus deuolunt in eum multa flumina, à Meuania, à Forostaminij, ab Iguio veniunt, nunquam non est nauium patiens, nullo tempore deficit aquarum vbertas, plus enim illa flumina portant aquæ, quam solus ipse Tiberis. Quod si locis illis, vbi Tiberis exarescit, erat nauigabilis, quæto facilius ad eum locum, vbi flumina in eum se tradunt, restituetur eius nauigatio? Clare enim Plinius scripsit, omnes fruges ab illis locis in vrbem deuehi, eodemque respicit vterque Plinius originem Tiberis describentes, & his in locis vnde profluit nauigabilem esse ferentes, difficili nempe nauigatione, hyeme, & vere duntaxat. Sed in campis Perusinis ad Trusiamnum, pleno fluit alueo omni tempore. Quæ verò scribit idem Plinius de nauigatione Clytumni, multo magis asserunt, corroborantque hæc, quæ de nauigatione Tiberis scribimus. Nam Clytumnus est fons vberissimus qui ad mœnia Meuania, Timia receptus nomen suum amittit. Vbi profluit Clytumnus, vt superius monstratum est, appellatur. Fons amplissimus, pluribus venis scaturiens, subitoque natus, ingens flumen, nauium patiens. Is, vt diximus, cum Tinia & Clasio Ignicio ad castrum Trusiamnum Tiberi miscetur. Si igitur nauigabatur Clytumnus, quem Tiniam vocat Strabo, atque in Tiberim fruges deuehebat, certe ipse Tiberis, in quem scaphas, & cymbas, lincisque transmittit Clytumnus, siue Tinias, nauigabatur. De eo igitur idem Plinius in epistolis: Vidistine aliquando Clytumnum fontem? Si nondum, & puto nondum, alioqui narrasses mihi: vide, quem ego (pœnitent tarditatis) proxime vidi. Modicus collis adurgit antiqua cupressu nemorosus, & opacus: hunc subter fons exit, & exprimitur pluribus venis, sed imparibus, eluctatusque facit gurgitem, qui lato gremio patescit purus, & vitreus, vt numerare iactas stipes, & relucens calculos possis. Inde non loci deuexitate, sed ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur. Fons adhuc, & iam amplissimum flumen, atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque, & cōtrario nisu in diuersa tendentes, transmittit, & perfert, adeo validus, vt illa, qua properat, ipse tanquam per solum planum remis non adiuuetur, idem ægerrime remis, contisque superetur aduersus. Iucundum vtrunque per iocum, ludumque fluitantibus, vt flexerint cursum, laborem ocio, ocium labore variare. Ripæ fraxino multa, multa populo vestiuntur. Quas perspicuus amnis velut mersas viridi imagine adnumerat. Rigor aquæ certauerit niuibus, nec color cedit. Adiacet templum præcum, & religiosum. Stat Clytumnus ipse amictus, ornatusque prætexta. Præfens numen, atque etiam fatidicum

indicant fortes. Sparsa sunt circa facella complura, totidemque Dei, sua cuique veneratio, D suum nomen, quibusdam verò etiam fontes. Nam præter illum quasi parentè cæterorum, sunt minores capite discreti, sed flumini miscuntur, quod ponte transmittitur. Is terminus sacri, profanique. In superiore parte nauigare tantum, infra etiam natate concessum. Balineum Hispellates, quibus illum locum diuus Augustus dono dedit, publice præbent, & hospitium. Nec desunt villæ, quæ sequuntur fluminis amenitatem, margini insistant. In summa nihil erit, ex quo non captes voluptatem: nam studebis quoque, & leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille, Deusque celebratur. Plura laudabis, nonnulla ridebis, quanquam tu verò, quæ tua humanitas, nulla ridebis. Vale.

Hæc Plinius de Clytumno, quæ de Timia, siue Timia superius Strabo, Vnius fluminis duo nomina, quemadmodum Ister, & Danubius, Tiberis, & Albula, siue Timia iuxta Meuaniam hodie quoque ab incolis vocatur. Clytumnus vbi nascitur, à Clytumno Deo, cui templum est super ripis eius fluminis. Sed Timia fluuius est Fulginatum in quem ad Meuaniam sese Clytumnus effundit. Huius nauigationem, vt vidisti, copiose, luculenter enarrat, describitque Plinius. Quod item prodidit Strabo Narem fuisse, quo tempore scriberet, nauigabilem. Tacitus etiam Romanæ scriptor historiæ probauit, cum de Pione ex orientis locis in Italiam reuertente, fugamque accelerante ob suspicionem oblatis veneni Germanico, libro tertio scriberet. Ab Narnia vitandæ suspicionis, an quia pauidis consilia in incerto sunt, Nare, ac mox Tiberi deuectus auxit vulgi iras, quia nauè tumultu Caesarum appulerat. Cernis vt aperte doceat, illum deuectum fuisse flumine Nare: & quoniam Nar influit in Tiberim infra Hortinos, Tiberi quoque deuectum esse, appulisseque nauim ad busta Caesarum. Quo nunc quoque naues ex Sabini, vicinisque locis adactæ, onera velut in portu deponunt, è conspectu Mausolei Caesarum, iacentis, fractique obelisci, qui cum cæteris ornamentis, quæ Strabo descripsit, obibat Naufoleum in Campo Martio. Cuius etiam loci meminit Virgilius de funere Marcelli.

*Vel quæ Tiberine videbis Funera cum tumulum præter labere recentem.*

Constat igitur Romanos, quorum animi magnitudinem, ingentisque opes, cum varia vbi que terrarum monumenta, tum vero reperti passim in viis, quibus itur ad urbem, pontes, arcus, ipsaque viæ cæruleis lapidibus, aut glareæ, vastisque saxorum molibus instratæ restantur, non modo facultatè terrestris itineris euntibus ad urbem, cum ad Narem ventum est, parasse: vbi Flaminia via ex Carfeolo ad hoc oppidum per pontem miræ magnitudinis super Narem ascendit, sed etiam fluuiio copiam nauigandi, vitato horrendi montis transitu, præbuisse, perspicuumque est, si qua saxa hac tempestate in eo flumine resonantia, nauigationem impedire videntur, ex adiacentibus montibus ea decidisse, facileque non nata, sed aduētitiā remoueri posse. Perspicendum nunc quàm facile quàm nullo negotio, quàm nullis expensis, hæc nauigatio possit restitui. Cuius rei exemplum erit, vt docuimus, Gallia omnis transpadana, ac cispadana, in qua nulla propemodum vrbs est, quæ priuatis expensis non sibi deductiones fluminum, aut paladum accōmodauerit, quæ nauigiis transmittantur. Si vna igitur vrbs Bononia, Mutina, Patavium, riuulos illos (vt sic loquar) ita direxit, aptauit, collocauit, vt nauigarentur, quanto facilius esset summo, ac potentissimo principi, populis suis, qui Tiberim accolunt, imperare, vt flumen expurgent, alucum dirigant, ripas propter alluiones attollant, quod illi circunpadani Galli vbi que ad sua flumina quotidianis operis studēt? Id cum fecerint nostri eadem atque illi commoda consequentur. Nam vt mittam nauigationis beneficium, maximum certè, ac diuinum, tum multum agri vbi que lucrabuntur, quod Tiberis vagus, ac liber, nec intra ripas propter incolarum segnitiam cōrexit, alluit, ac populatur. Plusquam decem milia passuum agri, Perusini, atque tudertes lucrabuntur, si ripas fluminis coarctauerint, direxerintque, atque marginem, aggeremque altius extulerint. Id facientes, tum aptabunt fluuium nauigiis idoneum, tum prohibebūt ne amplius agros alluat, quemadmodum infra Oriculos vsque Romam, & ostia fertur lateribus inclusus, vt quod perhibet Plinius, nulli fluminum minus liceat, inclusis vtrinque lateribus. Id certe etiam in agro Perusino, Tudertique foret. Omnes igitur magna cum voluptate, lætissimisque animis, hanc operam suscipient, omnium aderit excellens studium, vnde tantum commodi, atque lucri consequētur, nec laudes tuas, Summe Pontifex, vilo æuo celebrare desistent. Quinetiam ad me plerique rogatum venerunt, vt his de rebus tecum Summe Princeps agerem, ne omitteres eos hoc tanto beneficio afficere.

Atque

A Atque quod in Gallia fit, vt minora nauigia vsque ad ampliora flumina deducāt. Inde maiores lembi excipiant, fieri quoque posset in Tiberi, vt minora nauigia à Trusiamno duferent, vsque quo Clanis, aut Nar influnt. Hic maiora nauigia exciperent, nam illic quamlibet magnorum nauigiorum capax est Tiberis. Præstiterit igitur fidum, prudentem, beneuolumque hominem negotio præficere, qui iussu tuo populis imperet, circum Tiberim sedentibus, alucum fluminis dirigere, cōrexit, arctiorēque facere, aggerem attollere, & iuxta Gallicam consuetudinem salices, populosque pro ripis plantare, quorum radicibus agger contineatur. Vidi ego longe difficiliora, propter vtilitatē tamen à priuatis vrbibus, hominibusque fieri. Inuenti sunt priuati homines, qui Rauennæ latissimas paludes audent exhaurire, quas frumentis confererent. Bononienses immensas paludes, quas fluuius eorum Rhenus, Pado propinquus instagnat, superioribus annis exhauerūt, imperatis vndique operis, qui cum fluminis aggerem altius extulissent, fecerunt, vt omnis ille propter alluionem inutilis, paludosusque ager, optimus deinceps esset. Id fieri longe facilius ad Tiberim posset, propterea quod latius duntaxat euagatur, paludes autem efficit nullas. Quid nonne diuinos honores Principes illos meruisse fatemur, qui summo studio publica commoda iuissent, qui paludes exhaurissent, flumina direxissent, pontibus instrauissent, nonne hoc vno Romanos admiramus, obstupescimus, magnitudinem animi eorum considerantes, cum quædam adhuc tantæ magnitudinis vestigia viatoribus occurrunt. Certè tu, Summe Pater, qui sanguis eorum es, non potes, quod hætenus vbi que præstitisti, eorum gloriam, magnitudinemque animi non æmulari. Atque illud quoque perspicendum est, quantum commodi non ipsis modo populis, quantæ copię prouenturæ sint Romæ ex hac nauigatione: verum etiam quid quæstus, quid lucri publico arario, quantum vectigal: optime enim nosti Summe Princeps, quàm multa, quàm laudati vini genera fert omnis regio, quæ nauigatione fluminis vti posset: deferrent igitur Romam quicquid optimi vini apud eos nascitur, atque omnis illa pecunia, quæ Corsicam, Regnumque Neapolis, vinis diuenditis, importatur, in vrbibus, regionibusque tuis remaneret. His populos tuos locupletares, quæ quanta sint, vix enumerari potest. Adde, quod Vrbs cum vini penuria maxime laboret, tunc esset refertissima. Quid, quod ab eis regionibus magna vis altitium, quod hodie quoque difficile fit, Romam inferretur? Quid olei copiam memorem? quid carnes? plus enim vnum nauigium adduceret, quàm quinquaginta iumenta, quicquid hodie multorum iumentorum dorso, magno cum labore, summis expensis Romam afferretur, vno nauigio, vitatis expensis, afferretur. Multa quoque sunt, quæ dorso iumentorum propter iacturam portari non possunt: mitto merces, mitto vestem, omneque cibarium genus, nam vno verbo Strabo superius exposuit, cum scriberet flumen afferre Romam *ἡλικίαν ἡλικίαν* copiam admirabilē. Quanta igitur erit vrbium tuarum lætitiā, quod gaudium hac nauigatione restituta? Neminem qui cum hac de re sum loquutus, inueni, qui non votis intentissimis eam efflagitaret, supplēxque oraret, tibi id faciendi mentem Deus aspiraret. Scio quidem non defuturos, qui vel tibi præclari operis, vel ei qui scripsit egregij propositi famam inuidēs, vel certè quod in animos eorum, humilia semper, atque abiecta spectantes, magnarum rerum cogitationes adherere nequeāt, te quacunque liceat eis ratione ab egregio facinore deterreant. Nullis enim sæculis inuitato, atque admirando opere reperto, quod carperet, atque obrueret præsto legionum in Germania Lagato. Is cum cerneret Mosellam, atque Ararim fluuios, quorum primus Rheno receptus influit Oceanum Germanicum: alter receptus Rhodano, deuoluitur in mare mediterraneum in meridiem, propinquas inter se habere origines: nempe in celtis vidit fieri posse, vt interiecta fossa vtraque flumina connecterentur, atque à mari mediterraneo per Rhodanum, tum per Ararim, exin per fossam in Mosellam copię subuectæ hinc per Rhenum, in Oceanum inducerentur, sublatisque itinerum difficultatibus nauigabilia inter se Occidentis, Septentrionisque littora fierent. Huic igitur operi inuidisse scribit Seliū Gracilem Belgicæ legatum deterrendo Lucium Verum, periculosum esse Romano Imperio, atque ipsi Legato si Germanicas legiones infaceret Gallicas affectare copias, quæ hac nauigatione affatim suppetere. Inuidiam igitur indicauit Tacitus, rectam quidem, atque fucatam ratione. Multa enim commoda mortalibus abstulit inuidia, monstrumque horrendum, quasi regia larua, rationis sumpta figura aggreditur principum animos, dolisque fallacibus eos à virtutibus auertit. At

quibus est robur benefactorum laudem memoriámque rerum præclare gestarum omnibus præstare perspectum habentes, suáque sponte honesti cupiditate flagrant, quã facile dissipat Aquilo nubes tenebrosas reddita terris serenitate, tantopere animi sui magnitudine, illis insanorum hominum fabulis ciectis, sese à laude deduci, aut vllis sibi casibus dedecus, noménque eripi non sinunt, vanis persuasionebus ad aures aditum denegantes. Addidit ad postremum, vbi hoc commemorasset Tacitus, plerunque conatus honestos invidia prohiberi, obiicere sese ex aduerso velut acerrimam inimicam, grauéque aduersariam conatibus honestis inuidiam, Certè igitur principibus maximè perspicendum est, ne quemadmodum Cassandram Teucris, sic ipsi bona vtiliaque canentes audire contemnant. Quod si tu Romam viis, plateisque, patefactis, atque directis, veterique ædificiorum deformitate deiecta, longe meliorem, pulchriorémque reddidisti: si propugnaculis, & ante hac inaudito muri genere muniisti. Principis Apostolorum inchoatum à superioribus Pontificibus ædificium templi, sed longo tempore intermissum, magno studio repetitum excitare cœpisti: si magnorum Principum inter se conciliandorum causa, tantum itineris obiisti, longe autem maiora à te expectamus in dies. Certe & hanc tantę laudis occasionem, tale, ac tantum virtutis tuę testimonium prætermittere non debes. Omnium verò in te laudes, acclamationésque confluent, verum Pontificem, patrem patrię celebrabunt, tēque de stirpe Romana procreatum, Romanum facinus edidisse prædicabunt.

## AVGVSTINI EVGVBINI BIBLIOTHECARI, DE REVOCANDA IN VRBEM AQVA VIRGINE.



**R**IS terrarum domina, mater omnium gentium, bonarum rerum fecunda parens, maiestatem eius memorię repetenti incredibile desiderium accendit, vt eam, si non qualis, ac quanta fuit, quoddam certè tantę magnitudinis aliquando meis oculis videam simulacrum, quod omnium gentium denuo in se oculos, atque ora conuertat, communemque parentem omnes agnoscentes ad instaurandam claritatem eius vniuersos concurrere cernam. Atque hoc meum desiderium, neque prodigiosum, inusitatumque haberi potest, neque earum rerum, quas naturę facultas nõ admittat: sed earum, quę & naturam habeant, vt fieri possint, & quę nostris oculis facile conspicerentur si qua publici commodi, solidęque glorię cupiditas, principibus nostris inesset. Simul præteritos annos, totamque posteritatem animo complectentes, quę studia hodiernam hanc amplitudinem Romę conciliarint secum considerarent, quibus causis omnes nationes hanc sedem venerandam, colendamque sibi maxime existimarint. Quibusue pietatem, venerationemque omnium gentium Roma assecuta fuerit. Tum quid aliud superstes fuerit his, qui olim rerum potirentur, aut possit esse quantas velint, cumularint opes, patrimoniamque auxerint, suos in excelso dignitatis gradu collocauerint, quã gloriam, famamque rerum gestarum. Quarum rerum consideratio, quid aliud agere cogat eos, qui rebus moderentur, quã glorię summi Dei, atque immortalitati suę enixè studere: quę omnis in amplificatione publicę vtilitatis perspicitur? Cui veteres pontifices omni conatu, totaque animi contentione incumbentes, dum nihil publicę charitate antiquius habent, dum paterna benevolentia cunctos generatim amplectuntur, fecerunt vt hunc locum omnes nationes sacrosanctum habentes velut pietatis domicilium venerentur, & ad hoc sanctius ararium pecuniam sacram omnibus è locis mitterent quas optimi principes in publicos vsus transigerent. Itaque si parem gloriam, atque immortale decus insequuti principes adamasent, iam Romam ex toto orbe Christiano, subsidiis huc confluentibus in pristinum ferè decus restitutam conspici liceret, in quam plurimis ab hinc annis tanta pecunię vis est illata, vt ea res effici potuerint, quę Romę veterem potentiam, magnitudinemque operum facile consequerentur. Mirari certè necesse est, cum tantus laudis campus pateat, cum magnitudinem animi multis in rebus principes comprobare possint, quorum tanta sit apud omnes nationes autoritas, quibus reges parere gaudeat, quin ad hanc occasionē excitati maximas res, ipsi in primis vt, tum vniuerso

Chri-

**A** Christianorum generi profuturas animo concipientes, sese simillimos Deo eximiis factis ostendant. Quos viuentes vniuersi laudibus in cælum ferant, factis acclamationibus profectantes, incolumitatem, salutemque eis optantes, defunctos veluti Deos colant, eorum memoriam cum admiratione repetentes. Quis autem non perspicit quanta materia laudis consequendę propolita sit, cum multa hinc inde iacencia, pietatem, charitatemque alicuius principis desiderent, qui rerum restitutarum gloriam à ceteris neglectam sibi præripiat, quam curis inanibus, celeriterque extinguendis, ac perniciosis factis animos implicantes, ceteri nec sensu perceperunt, nec oculos in hanc meliorem partem cõuerterunt, quorum dum viuere interitus ab omnibus expetebatur, defunctos contemnant, execrantur. Eū certè, qui celsę huic religionis arci præsidet, cõuenit esse, de quo prædicare solent philosophi *πεθαρχῆν τῶ νῶ* obtemperare menti, & rationi, quem amore iustitię conflagrare norint omnes, quam iisdem illi asserunt vespertinum matutinumque sidus claritate superare *ἔθ' ἁπτερος ἔθ' ἑώος, ὅτω θαυμαρός*. Neque Luciferum aiunt, neque vesperum tantopere admirabilem esse. Romam igitur cum vetusta religione, ac pietate, quam sanguine suo illustres animę peperere nobis, reslorentem, & ad cultum ornatumque priscum restitutam aspiciere cuperem, huc me demum multa collustrantem, veteresque ruinas animo versantem, miserantemque cupiditas deduxit, vt Aquam virginem reuersam in Urbem, largitèrque domos, ac paradisos, vt quondam, foraque influentem cernerem. Quam quidem meam cupiditatem, ne vana, aut impossibilia affectasse viderer, non ipsa modo ratio, ac rei contemplatio, sed itè experientia, & vsus, probatamque oculis res vehementius incendit. Omnium enim aquarum, quas olim Romani patrię suę, ac publicę vtilitatis amantes induxerant in Urbem, quibus vrbs omnis, teste Strabone, velut altero Tiberi largissime confluebat, vna hæc in primis largior, vberiorque omnibus, & ad hodiernam urbem accommodatior, minori dispendio reuocari posset. Ortus autem huius aquę, à Julio Frontino, exitus ex arcu, palsimque per urbem memoriis intelligi potest. De toto autem aquę ductu discere licet si per agrum Romanum ab ortu, atque exitu aquę vestigia quę nunc extant, & spiramenta in subterraneum aquaductum descendit secutus, totum aquę iter oculis complectaris. Sed finis Aquę Virginis nemini non perspicuus est, cum omnes qui campum Martium incolunt, quod nunc maxima pars Urbis deducta est, hauriant ex fonte, incisi que marmore tituli testentur, hanc esse Aquam Virginem. Estque porta Septorū, qua sepiebatur, secludebaturque campus Martius à reliqua Vrbe, ad eius caput aqua transiētum per campum Martium delapsa pomaria, lucos, necnon lacum nauinachię influebat. Hac porta tituli marmorei conspici testes sunt inde transeuntis aquę, cuius arcus vetustate collapsos, Titus Claudius Germanicus Cæsar restituerit. Nicolaus etiam Quintus, memoriam facti sui posteris relinquit inscripsit marmori, quod omnes, qui haurirent, prospicerent sese fontē virginem suis expensis restaurasse. Sillus autem superioris memorię Põtifex quod eius aqueductus detrimēta quędã sarissset, obtinuit vt à põetis ei caneretur.

*Virginem Truij quod reparauit aquam.*

**C** Nemo igitur est, cui non sit perspicuum, Fontem Virginem esse, quem nunc vulgo vocant fontem Truij, quod tituli priscorum Imperatorum, & recentium Pontificum testantur. Sed maxima perturbatio, multiplexque incertitia obiecta est, quod si quis iter à campo Martio reflectat, manantis aquę exordium scrutaturus, cum sese in subterraneum iter mox aqua recondat, vix mille passus egressus urbem ex puteis illis cognita, inde recedens ab oculis, nullisque amplius iudiciis perspecta, quum etiam depressis vallibus occurrentibus, per quas in lucem prodire opere arcuato eam oportuisset, nulla eius vestigia, nullos arcus, nulla omnino indicia cernas. At Julius Frontinus docet octauo ab vrbe milliario Aquam Virginem in agro Lucullano, in locis palustribus via Collatina concipi, tum totum iter aquę explicans, maxima parte substructionibus, aut specubus subterraneis, nonnullis autem locis propter demissiores valles, opere arcuato, à cliuo ad alterum cliuum fluere monstrauit. Sed cum multas iuxta eam viam aquas concipi videns, nullas tamen hodierno tēpore cernes, seu conspicias operis arcuati structuris, seu subterranea fossa ad urbem delabi. Nec fortasse ad hanc usque ætatem repertus est, qui huc ingenium appulisset, cogitationemque exacuisset, vt cum in vrbe titulos marmoreos amplissimos Virginis testes, ipsumque fluentem fontem habeamus, nullis tamen toto Romano agro collustrato locis, Aquam virginē descriptam à Julio, quę hodie in urbem deprehendamus. Tū cõtrouersiam quis dissoluat, quanta sit exigua illa aqua quę hodie ex Fõte Virginis hauritur, cum

Virgo, quam descripsit Iulius, non veniat ad Urbem, & fons ipse hodiernus cum tenuis est, D  
 vt dixi, tum breue iter extra urbem vix ad mille passus progreditur. Meo igitur opere, mea  
 in hanc omnium gentium matrem, lucem orbis terrarum pietate, hoc omne patefactum  
 est, ( si quem Deus demittat è caelo, qui factum hoc immortale fecutus, aeternumque suae  
 bonitatis in vrbe testimonium relinquens non leues illas Sisti, aut Nicolai super hoc aquae  
 ductu minutias, sed omne laudis tantae corpus amplexus, totam ipsam aquam, tot annis à  
 mœnibus vrbs exulem, incredibile huic magnae patriae vtilitatem, commodumque allatu-  
 rus reuocet. Quis enim venerabili bonarum artium genitrici, omnium mortalium benefa-  
 ctorici, non omnia bona, omnem lucem, ornatumque cupiat? Itaque incredibili studio (fere-  
 bar enim cupiditate inueniendi, quae magno commodo clarissime terrae futura prospice-  
 rem, incendendumque ad hanc laudem, quos Deus ad eam destinasset) reperta mihi est om-  
 nis ab ipsis largissimis scatebris ad urbem vsque per agrum Romanum vaganti, illaque spi-  
 racula sequenti, via non quidem nunc fluentis aquae, sed quae felici priscorum Romano-  
 rum saeculo, forsitan ad tempora Gottorum manabat in Urbem, allucens, quemadmodum su-  
 perius docui, campum Martium, quem locum omnium toto orbe pulcherrimum, amoenis-  
 simumque fuisse scripsit Strabo. Reperta est autem nec labore, nec tempore exiguo, cum  
 omnis penè aquaeductus ab origine sit subterraneus, omniaque tanto temporis spacio ve-  
 tustas miscuerit in agris, vt cum quatuor, aut septem puteos introrsus iter aquae monstnan-  
 tes repereris, hic necessario nullis amplius, vel multa indagine reperitis, nefcius quam in  
 partem spiramentorum ordo procurrat, incepto desistas. Sed quid non studio, atque indu-  
 stria, opponat sese difficultas omnis licet, mortales consequuntur? Quo non aspirat ardor,  
 quem speculari, mentemque exercendo semel concepisses? Recte priscis dictum est, D E V S,  
 A D I V V A T F A C I E N T E S. Itaque iuxta viam Praenestinae, & Collatinae ab vrbe septi-  
 mo, aut octavo milliario, in locis palustribus, scatebant vberissimi fontes, ijsque nusquam in om-  
 ni agro Romano pulchriores, aut largius, abundantiusque in lucem exilientes. Atque ex propin-  
 quis montibus, vt par est, ea liquorum copia in hunc locum cogitur, vt omnia fontibus  
 irrigua, largas vndique scaturigines manare cernas: vt recte scripsit Iulius, locum esse pa-  
 lustris, non quidem aqua segni, aut lacunis restagnantium aquarum, sed multitudine, ac  
 largitate gelidorum, salubriumque fontium. Ex his largus, ac perlucidus amnis coactus non  
 procul inde recipitur Aniene, qui ex monte Tyburtino praecipitans, celeritatemque ruinae  
 vbique demonstrans, sese Tiberi miscere paulo longius properat. Hanc celeritatem, atque  
 hunc Anienis iuxta fontium horum scaturigines praecipitem cursum constat Romanis in-  
 dicio fuisse posse fontes hos licet accurrerent editi colles Romam deduci, quod deiectioni-  
 bus locis, depressiorque sit Roma, nempe campus Martius, vt ad quam Anio cum Tiberi  
 citatus fertur. Itaque opere Signino circumiecto, quod solidissimum, & ad continendas aquas  
 aptissimum est, coactisque in vnum omnibus scatebris, atque his cliuis, qui occurrerent,  
 quorum plenus ager Romanus est suffossis, ac conuallibus circumactis semper per cliuos  
 aquaeductu vitatis, aut in his arcus attollentes, Romam in campum Martium, qui depre-  
 ssior locus esset, Roma autem in collibus habitaretur aquam deduxerunt. Haec vestigia pas-  
 sim per agrum Romanum reperies, nunc videlicet tumulos effossos, quod ordo frequen-  
 tium, & inter se propinquorum spiramentorum demonstrat, quibus dum erueretur aquae-  
 ductus materiam effossam egerebant, deinceps autem ipsum aquaeductum cum vsus pos-  
 ceret expurgabant, aut in aliqua conualle, videas nunc integros arcus, nunc eorum frag-  
 menta. Ab ipsis autem fontibus, quod demissiore loco exprimuntur in lucem, continuo per  
 colles obiectos specus agere necesse fuit, ac longissime per subterraneum meatum iuxta  
 viam Praenestinae, & Collatinae aquam deducere. Inde tribus, aut quatuor passuum mil-  
 libus propter hanc viam confectis, flectitur ad viam Tyburtinam, reditura ad Anienem,  
 quem à principio itineris reliquisset. Hunc in magna conualle per arcus, qui ripae fluminis  
 imminet non procul à ponte Nomentano, praetergressa redit in viam Nomentanam, ca-  
 que per effosum collem traiecta, oblataque alia conualle atque arcus ascendens, flectitur  
 Romam versus ad viam Salariam, seu Collatinam. Pincianamue: Exinde vineta ingressa,  
 ac veluti cubito ad ortum, & meridiem sese retorquens, occasu, & septentrione relicto,  
 inter portam Flaminiam, ac Pincianam subit mœnia vrbs semper meatu subterraneo, do-  
 nec ad radices collis in campum Martium egressa super portam Septorum fundit sese  
 per vicos vrbs. Ipsa igitur viae indices sunt itineris. Operae pretium autem est nosse, quae  
 nunc in vrbe ex fonte Virginis hauritur aqua, non eam esse, quae locis palustribus septi-  
 mo

mo ab vrbe milliario, in agro Lucullano concipitur, autore Iulio: Sed cum ipse Frontinus  
 in descriptione huius aquae, asserat eam in illo subterraneo itinere multis acquisitionibus  
 crescere, reperitis scilicet dum aquae ductus feruili manu effoderetur, nonnullis aquae venis  
 hisque associatis, haec sunt videlicet quae hodiernum fontem conficiunt vix mille passus extra  
 urbem ortum habentes. Non est igitur haec principalis, amplissimaque illa aqua, vberissimi  
 illi, illustrisque latices, sed tenues riuli, non procul vrbe nascentes. Ipsa quineriam aque-  
 ductus magnitudo indicat, non riulis illis fuisse paratum. Pleno autem aluco fluxisse do-  
 cent currentis aquae in pariete dextra, laeuaque impressa vestigia. Cum igitur fons hodie-  
 nus ea tenuitate habitatoribus incredibilem alacritatem asserat, quid fore putes, si quan-  
 tus est ad scaturigines afflueret? Medius fidius omnia fora, domos, palatia, hortos fontibus  
 irrigua videremus. Ipsam planè Urbem huius aquae commodo resorberet, ingenti ad eam  
 colonorum facta accessione spectaremus. Hos igitur admirandos, illustrisque fontes esse  
 aquam Virginem omnibus poetis, historisque celebrem, cum totus aquaeductus, quem  
 indicibus spiramentis secuti venimus ad urbem, tum verò Frontini descriptio perspicue  
 comprobatur, quod plenus scaturiginum, quod palustris hodiernus locus, quod spacium ab  
 vrbe ipsum est, & iuxta viam Praenestinae & Collatinae, quod iter aquae totum penè sub-  
 terraneum mediis effossis, penetratque montibus, & quasi eorum visceribus adapertis,  
 vt vix mille passus super molibus arcuaris exeat in lucem, locis deiectionibus. Cumque spa-  
 tium ab vrbe ad fontes recto itinere ad septem millia passuum extendatur, propter inflexio-  
 nes tamen aquae quod Romani effodere montes, ac per aquam circumagere malue-  
 runt, quam in vallibus arcus attollere, nisi necessariò cogerentur, efficitur vt hoc spacium  
 ad alia millia septè passuum augeatur. Hi fontes hodie vocantur Salones, omnibus notissimi,  
 nisi quod ignotum erat hanc esse Aquam virginem, hos olim fontes in Urbem solitos influere.  
 Atque adeo res obscura fuit, vt etià illustres Romanae curiae viri, qui ad hanc aquam villas extru-  
 xerunt, inscripserint marmoris, hanc esse aquam Appiam, quos aperte fecerit codex mendosus  
 Iulij Frontini, quo describens aquam Appiam, dixit eam concipi via Praenestina sinistrorsus. Sed  
 propter similitudinem scriptionis sinistrorsus, ac dextrorsus effectum est, vt de aqua Appia  
 medosè sinistrorsus scriberet, quod in alijs plerisque sit. Sed docere illustres illos viros pote-  
 rat reliqua pars descriptionis aquae Appiae, quae proficitur Iulius, qua docuit caput huius  
 aquae esse ad Salinas, & ingredi urbem per portam Capenam siue Appiam. Quod iter tenere non  
 posse fontes Salonis, quod ager Romanus ad eam partem, nempe ad praecipitantem Anienem,  
 maxime deprimitur, nemini non perspicuum est. Exurgitque agri Romani dorsum ad ortum  
 æquinoctiale portaeque orientales vrbs. Quo quidem assurgere minime Salonis aqua potuif-  
 set. Sed quid moror? nonne ipsi vulgo aqua Appia notissima est? vt quam veteris appella-  
 tionis remanente vestigio, vocant, Aqua d'Acio, quae quidem eodem itinere quod Iulius do-  
 cuit iuxta portam Appiam siue Capenam prolapsa, demum viam Hostiensem intersecans  
 deuoluitur in Tiberim semper ad meridiem: at Virgo in occasum, & Septentrionem. Ipse  
 quoque Virginis aquaeductus conspicuis illis viris index esse poterat, hanc Appiam esse  
 non posse, quod euestigio iuxta fontes illos ingrediens terebratum collem, ac longissimo  
 per agrum Romanum circumacta tandem urbem influit in campo Martio, vbi marmoris  
 tituli aquam Virginem demonstrant. Percepta igitur insignis aquae origine, deprehensis,  
 indicatisque egregijs fontibus, nec non eorum itinere cognito, ac quanta futura sit vrbi  
 ex aqua commoditas, omnibus perspecto, iam certè perspicuum est, quid laudis affecuturus  
 sit, quos titulos sibi, trophaumque erecturus, cui mentem ad hanc aspirabit Deus, magnum  
 suae laudis architectum eum constituens. Ac quanquam animi magnitudo ex difficilibus  
 reddit facillima, vt si qua etiam grauior occurrat hoc in opere difficultas, ea magna men-  
 tem tanto commodo proposito deterrere non debeat, ut tamen eadem nos prudentia, &  
 rerum comprobatio quae fontium originem, iter, & omnem huius rei naturam indicauit,  
 docuit item nullam obstare causam, quo minus iniuria temporum, grauissimarumque Ita-  
 liae calamitatum concursu collapsam sanctissimi facti memoriam restituamus, atque eam  
 minus, quam videatur si nobiscum cogitauerimus labefactatam reparemus. Non enim pro-  
 ponitur nunc vt nouum aquaeductum, quod fortasse opes hodiernae praestare non possent,  
 effodiamus, non ex longinquis spatijs aquam ad urbem euocamus, sed expectantem nos-  
 tras manus, & ad se suas fontes implorantem reduci astare paratum non magnas expen-  
 sas poscentem, exiguo labore resciri posse inque eo omnia nobis fore procliuia praedicamus.  
 Est integer totus, saxa illa, molisque tumulorum, efforata eadem sunt nullo labentis aui  
 detrimento deleri, atque euerri potuerunt, iidem collium situs eadem locorum natura.

Nihil ex pristina consuetudine ferè demutatam. Omnis enim aquæductus est subterraneus, non ut reliqui in altam Romam excelsis fornicibus aquam transportantes, quos senio, & Barbarorum iniuriis collapsos reficere nostræ opes forsitan non possent. At paucis locis cogemur duntaxat meatu infernè perpurgato, arcus reficere, quorum num etiâ fundamenta extant; nonnunquam substructiones, quæ supersunt redintegrare. Quæ omnis expensâ ipsi architectis autoribus, qui ad hæc visenda, solertèrque perpendenda sæpius convenere vix ad quindecim milliū aureorum summam accedit, si quis modò rectam secum rationem inire insistat, secumq; cogitet, quantus operarū numerus omni subterraneo meatu expurgando sufficiat, aut quid reficiendis paucis illis arcubus pecuniarum debeatur. Ostensâ quoque prudentibus, rerūque peritis ratio est euestigio recuperandarum expensarum cum refecto aquæductu, redditūque Vrbi vberima aqua, qui Romanis olim mos fuit, idq; nonnullæ Italiæ vrbes retinent, ut aquæ volentibus in suas domos deducere venundetur, quod pretiū longe multiplex inita ratione futurū est, quàm expensæ reficiendū aquæductus. Tanta autem hæc aqua est, ut vniuersam vrbem possit alluere velut amnis decurrens, atque deprehensum quoq; architectorū ratione est vbi in Campo Martio ex specubus illis prodit in lucem, cum locus is sit adradices collis, reliqua deinceps hodierna vrbs sit plana per totum campum Martiū, reliquamq; planiciem, in qua publicæ operæ fuerunt, rempla, theatra, thermæ, vrbs autem in collibus habitaretur hunc locum altiorè esse omni ipsa vrbe, ut duci possit aqua per omnem. Primū in foris vberes spectare fontes publicèque haurire licebit ante portam Flaminiâ, vrbem ingressis, tum per omnē ipsam viam ad forum sancti Marci. Tum in foro Pantheon, in campo Floræ, demum per omnē vrbem, omnibus illustrium virorū domibus exiliètia aqua Citriorumq; lucos obeunte, non fontes ficticiōs, quorum iam ingens copia Romæ esse cepit, sed veros naturalesq; Latices fluere mediis in penetralibus aspiciemus: quo spectaculo, quid iucundius esse possit? Quis non laudibus in calum feret, diuini muneris autorè, quando Nicolaus, & Siftus sibi immortales titulos excitari voluerunt, ob leues nescio quas huius aquæ sanctas iacturas, idq; non per totū aquæductum, sed ad caput tantū. Quis hodie virorū præpotentum est, quin sibi intra palatium quibusvis expensis pareat hanc voluptatem, ut quando salientis aquæ, veroq; riuo decurrentis facultas denegata est, eam simulatis fontibus scatentē, murmurantēq; aspiciat? Mitto veriora, solidaq; commoda. Aqua venali ex Tiberi vititur Roma salubri quidē illa, quod ex montibus defluens, cruditates omnes multa spacia per saxa, harenamq; deuoluta relinquit, aut quod sulfureus Nar excoquēs redigit reliquam aquam ad naturam mitiorem. At illi fontes saluberrimi quoque sunt ex vicinis montibus longa spacia prolabantes, ætate, tactu gelidissimi, hyeme calidiores, quod salubrium aquarum indicium est. At quanta lætitia erit, quæ rerum exoptanda cōmutatio ab aqua venali, cuius sæpe inopia est, quam ex longinquo flumine allatam, eamq; sæpius limosam, ac turbidam emere, ac subito bibere cogimur, ventū esse ad aquam omnibus expositā, ac paratā ad veros, vberesq; fontes, vnde omnes ad satietatem hauriant, & commodè vtantur? Quid aliud hoc planè futurum est, quàm ipsam denuo condere vrbem? At quæ nam fraus, aut inuidia nunquā non conatibus honestis inimica, dissuadensq; vtilia, nos deterreat ab inceptis, quibus proxime ad superos accedamus, futuras scilicet has intolerabiles impetas, aut cum sint inclyta, plenaq; laudis, deijciat, ac deprimat, non esse tanti, ut huc aduertere mentē principes deceat. Iterum itaque moneo debere nos huc omnem cogitationem, vimq; animi conferre, intentè perpendere, num vera sint quæ scribantur. An reipub. rãtopere intersit rationibus scribentis persuaderi. An verè hæc sit aqua Virgo, atq; his ex locis aduheret vrbe, an extet antiquus aquæductus integer ferè totus quippe subterraneus intra montiū, saxorumq; duritiem cuniculis actis, rofoq; suffosso. An is verus sit virginis aquæductus, & an facile possit opus non magnis expensis restitui. Magnas autem dico, quæ superent opes hodiernas. At ego contendo multa quotannis solitos facere pontifices longe maioris impendij. Quod si hæc refugiunt, nequid detrimenti publicū ærarium patiat, at populū, quoniam totius vrbs hoc beneficium est, in singula capita ad hoc opus cōcurrere iubeat. Nam neq; multū erit quod à singulo exigatur. Sed hæc mihi facillima videntur, si modò non desit, aut succubat animus, qui sæpe ad bona, laudatq; frigeſcit. Nec subit virtutis imago. Paucos enim euexit ad æthera. Hoc me quidem omni spe destitutum egritudine conficit deuiū iter nostrū, seclusumq; à consortio Deorū aspicientem, in cælumq; auolasse, quæ terras aspectu iucundissimo solari consueſſet, & crudelè inter algores, noctemq; profundā nos deseruisse, ut nouem exulare sorores omniq; aditu prohiberi videreamus. At erit cum reflorentē vrbem, cum ver antiquū rediſſe lectabimur

tabimur. Nulla nostros oculos res exoptata diffugiet, excussaq; hyeme terris irradians nouus ardor afflabit. Et Charites manibus spargent lilia plenis. Quæ igitur, ut ad lymphas redeam, tam abiecta Italiæ vrbs est, (nam sæpe parua magnis, ut ille inquit, rectè cōferuntur,) quæ non etiâ difficili tranſitu fontes, seu flumina ad se deduxerit? Aliæ saxa inter ardua, & scopulos; præruptas, asperasque rupes; iter fontibus aperientes, nullis sumptibus parcetes, qualem Iguuſi patriæ meæ aquæductum suspiciendo obstupesces, aut Perusia longissimè petitâ, & ex alto monte in infimas valles cubis plūbeis ruentem, hinc tantundem in alterū collem resurgentē, forumq; vrbs, quod altissimo in loco est, ascendentē aquā aspicias. Quæ quidē & magna fuit audacia, & non credēdis sumptibus exacta. Brixia Cenomanorū vrbs, tantum fructū ex aquæductu in eam procul deducto percipit, ut nemini non liceat, vel priuato, ac plebio emptā aquā deducere in atrium, pomariū, omnemq; domum. Quid ceteras vrbes memoriè res omniū oculis expositas explicans? Solane regina orbis, principū incuria, suis in perpetuum cōmodis ornamentisq; carebit? Non redibit, quæ facile redire possit, ad eam vetus pulchritudo? Quid autē ipsi principes moratur, an dum eos manibus preſentēs ad ipsas scaturigines per totū aquæductū, ad postremos in vrbe puteos, ac spiramēta deducamus, eisq; dexa prorēsa, effossos colles, viamq; sectam intra supercilia, & interiorē laticis meatū ostendentēs, non fabulosa, atque arbitraria, sed maxime probata nos referre doceamus? Iterū edico oportet, ex haurire aquæductū, terra, rebūq; aliis egestis longo tēpore deuolutis, ex quo videlicet effrata ad ipsos fontes aquæductū, signinōque opere deleto, quo latices cogebantur, qui mox semitā illam subterranea subibant, delapsi per planum ad Anienē redierunt relicto itinere ad Vrbum, ipse autē interior meatus inde procurrens vacuum aqua media secat iuga, frequētī puteorū ordine supernè perspēctus, quos secutus primum in viam Prænestinā ingredieris, eos semper habens à læua multis caprificis ad fauces enatis, sed cum ad vrbe propius accesseris, oblata ingēti valle flectit iter à via Prænestina, versus viam septemtrionē per agros, donec transgressus viam Tyburtinā, semper in septemtrionem versus Anienē descendit. Hoc autem in flexo itinere progreditur, quod valles obstabāt, ac præstare Romanis visum est per tosum incisum, per specus, aut cuniculos longissimè pertinentes quā opere arcuato nisi cum necessitas cōpelleret aquā ducere, cum in cōminōres sumptus fierent, Nam extruendo opere arcuato, calce, sabulo, lateribus, tum ædificadi peritos adhibere opus erat, ac effodiendis tumulis, seruorū multitudine res expediebatur. Fit quidē ut nonnullis locis cognitionē, iudiciāq; aquæductus amittas, nesciūsq; per agros circumuagari cogaris, veluti si quis venationi insistat, sed demū redit in lucem spiramentorū ordo. Quorū pleraq; agricolæ feruntur obstruxisse propter crebros iumentorum casus. Omnis autem hæc spiramentorum via, facile perspicietur, nullaq; amplius obscuritas scrutantibus offeretur si subeuntis opere meatū aquæ perpurgado detexerint, iterq; ante oculos apertū, expeditūq; ad vrbe vſq; tenere ceperint. Fieri autē id prædicant oportere non estate, propter algores interius à superno calore refugientes hominibus intolerabiles. Hyeme autē ob diuersam causam supernū frigus, ut in puteis, fontibusq; fit, naturali calore non ferente calet intus meatus. Superest igitur ut si cui nostra ætate rem maximi cōmodi edendo sese celebrem, & quod caput est, gratū, acceptūq; superis reddere propositū fuerit, huicque rei omnibus modis studendū sibi persuaserit: superest in quā ut tantæ laudis cōparandę occasione elabi non sinat, neu diutius amissorū fontium in cōmodum veterāſcere, aut hanc aboleri memoriā patiat, ipsūq; aquæductū, qui tametsi nonnullis iniuriis acceptis, effringi tamen, euertiq; non potuit, saltē ne senio, ac defuetudinē fatiscens, funditusq; labefactatū amittamus, ut nulla posthac hominū memoria possit restitui. Quæ quidem iacturā haud inuitis fatear, futurā non mediocrem vrbs calamitatem. Et quoniā ea temporū alacritas tenebris abactis reniderē iam cœpit, ut in dies vrbs ex fœdissimis miseriis, quibus esset obruta paulatim resurgat. Iam enim seditiosorū ciuium, qui quotidianis eam cladibus deuastabant, furor cōpressus est. Iam publicis viis, aut in syluis insidiari soliti latrones è medio sublatis sunt, quorū teterrima importunitas in festa omnia itinera reddiderat, ipsa autē eorū latibula, densissima nemora penitus patuere, omniq; in agris aperiri cœperūt. Iam hi, qui ei nihil non iniuriatū ad omnē tēpus inferre paratī essent, longius submoti sunt. In dies autem domiciliis, viarum pulchritudine, tectorū venustate, ad pristinam magnificentiā illustratur, fitq; maior ad eam colonorum cōcursus, tempus quoq; posceret, ut hæc quoq; redditi fontis felicitas cæteris ad eam redeuntibus gratiis adderetur.

FINIS.

Dd ij



RERVM ET MATERIARVM IN HOC  
volumine contentarum Index locupletissimus.

**A**braham Chaldaeus veteris Theologiae  
heres, quid viderit, eiusdem aetas 2.c.d  
Abrahamus natus antea quam decessisset  
Noë 1.c  
Abstinendo à vitiiis assuefaciendus animus ad  
virtutes 230.c  
Absurda, quae aeternitatem mundi consequantur  
153.c  
Absurditas ex opinione de mundi aeternitate  
126.a  
Absurditas quae consequitur aeternitatem mundi  
119.c  
ex Absurdo, absurditas 127.  
ex Absurdo vno plura nascuntur incommoda  
223.a  
ubi est Abundantia, est obseruantia rerum sa-  
crarum, quomodo 254.c  
Abusus verbi 21.f  
Acmon & Mercurius philosophi vetustissimi  
Actio animi 206.c (56.f)  
Actio animi segregata à corpore 153.c  
Actio Dei, quae 86.d  
quae Actiones meliores 249.d  
Adam de caelo fugatus 196.d  
Adami aetas 1.c  
Adami lapsus & fuga è paradiso 222.c  
Adam nobilissimus 1.c  
Adam quomodo creatus 199.a  
Adamus Deum & angelos visibili forma vidit  
1.f  
aditus ad patrem nobis nullus, nisi per mentem  
13.c  
adiutores non fuerunt dii in creatione, 199.d  
adastia scelerum vltix 244.b  
Aegyptij edocti à Zoroastre 24.c  
Aegyptij & Chaldaei constanter mundi creatio-  
nem astruunt 88.e  
Aegyptij, omnium rerum principium rer accla-  
mabant 40.a  
ab Aegyptiis praëceptoribus graeca philosophia  
profecta est 137.a  
Aegyptius Theuth. 35.c  
Aemigatis vtendum censet Plato ad atcendos  
Aëri creatus 141.f (imperitos 90.f)  
Aërem daëmonibus assignatur natura à Deo nõ  
esse credendum 179.d  
Aëris vsus 161.e  
Aër nõ habet alia animalia quam volucres 179.f  
cur Aër, sedes daëmonum non liquet 184.f  
Aër vnde 145.a Aeschilus de Deo 53.c

Abraham } 2.c  
Adam }  
Marthusalæ } 1.c.d  
Noë } 2.c

tres Aetates philosophia 2.a  
Aeterna lux beatis 67.a  
Aeternitas aëris 66.f  
aeternitas Dei 89.f  
aeternitas Dei, mundi creatio 128.a  
aeternitas, Deo peculiaris 122.a  
aeternitas, est deificatio quaedam 120.c  
aeternitas & tempus non idem 156.c  
aeternitas mundi perinde execrabilis, vt mudo-  
rum infinitas 121.e  
aeternitas mundi, scelus inexpiabile 117.e  
aeternitas mundi tollit pietatem 157.f  
aeternitas praeterita non trahit futuram 219.f  
aeternitas rerum, nõ est melior creatione rerum  
118.c  
aeternitatem astruere iis qui discernunt de iis  
tantum quae fiant in tempore, absurdiss. & pla-  
ne difficile 122.c  
aeternitate mundi posita tollitur pietas 153.a  
aeternitatem mundi qui statuerint 122.f  
aeternitatem mundi sequitur omnium virtutum  
euerfio 126.d  
ex aeternitate mundi, nihil boni 120.c  
in aeternitate, nihil maius & minus 64.f  
aeternitatis assertores quid velint 119.f  
aeternitatis mundi primus assertor Aristoteles  
aeternum & Praeternum, quid 13.a (152.d)  
caelum, Aether, ab aeterno cursu nomen habet  
ἐπὶ τοῦ αἰθέρος τοῦ θεοῦ 123.d  
aether, vt accipiat ab Aristotele, 34.b  
aërum Deorum, quod 167.c  
aërum & tempus, non idem 139.c  
affectionem vnã & solam habet bonitatis, Deus  
affectiones, quid 185.d (90.b)  
affectionum mouendarum vim habere daëmonas  
affirmatione melior negatio 11.c (185.d)  
τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸν θεόν, quid 4.f. 5.a  
ca agenda quae Deo grata 227.c  
agens intellectus & causa prima 224.f  
Ἀγγέλων in sacris, idem quod ἐρμηνεύων  
philosophis 179.c  
Ἀνώτατος ἰσαπόστολος à Graecis vocatus  
Constantinus quare 256.c  
agi cum mortuis melius quam cum viuuis 158.f  
Ἄνθος Platoni, quid 6.b.f  
Alexandri Aphrodisi error 119.c  
Alexander Peripateticorum princeps, vnus è sum-  
mis 100.c  
allegoriarum studiosus Proclus 173.d  
sola alteritate metem à bono separari, non sub-  
stantia 39.f  
ambrosia, nectarque 165.f  
qui à Deo Amatur, aut qui odio habeatur 106.d  
Amelius

I N D E X

amelius Platonicus 32.d  
Amici, vt angeli, colendi, inimici, vt ferae pla-  
candi 235.a  
cur Amicitia omnia lata faciat 110.a  
amicos ad amicos accedere facit Deus 53.a  
Ammon & acmon, idem 56.f  
amor Deus 93.d amor daëmon 93.d  
amor, Chaos, Terra 150.b  
amor ante Chaos 148.d  
amoris vinculum in animalibus 9.b  
amor sapiens & verus, qui 150.f  
amor, spiritus sanctus 45.b  
amor vnde nascatur 110.b  
anaxagoras 3.f  
anaxagorae sententia 19.a  
anaxagoras vbi posuit rerum principium ex ve-  
rerum sententia 4.d  
andronici imperatoris super Ecclesiae Romanae  
principatum ac potestatem testimonium 284.c  
ἀνιωτός, anima 36.c  
Angeli, ab opifice Deo creati, sed dicere quo-  
modo, non est nostrae facultatis 64.b  
angeli absoluti & mundani, qui 175.c  
angeli appellati homines angelorum vitam  
amulantes 188.d  
angeli boni & mali 187.c  
angelicarum potestatum nomina 170.b  
angeli creati ab vnitare 57.f  
angeli daëmones 165.a  
angeli, dii minores 64.c  
angeli, dominationes, potestates, throni 93.f  
angeli & archangeli 66.c  
angeli & daëmones nomine non differunt 177.c  
angeli, exigua Dei portio 69.d  
angeli filij Dei vocantur 165.c  
angeli humana forma 34.c  
angeli inferiores à superioribus nõ pendent tan-  
quam causis & authoribus 174.a  
angeli intercedunt inter Deum & homines, nõ  
daëmones 180.c  
angeli internuncij & interpretes 180.d  
angeli in terris visi, quando 182.b  
angeli, media inter Deum & homines natura 163.e  
angeli ministri Dei 75.f  
angeli minores quid accipiat à maioribus 174.b  
angeli nobis dati custodes 181.c  
angeli non sunt aërij, sed caelestes 179.f  
angeli nuncij 178.c  
angeli omnes creati à mente 43.d  
angeli omnes pendent ab vnitare 44.c  
angeli participes diuinae virtutis, quomodo 176.d  
angeli peregrinorum forma diuersa apud pios  
& innocentes viros 169.d  
angeli praefecti mundo 98.d  
angeli quomodo facti daëmones 183.e  
angeli sacris litteris dicti, qui daëmones pagani  
178.b  
angeli tanquam germina & propagines 57.f  
angeli visi in acie pro suis dimicantes 188.a  
angeli vnifici coniunctores ductores 171.f  
angelorum appellationes 9.a  
angelorum bonorum officium est offerre pre-  
ces hominum Deo 180.b  
angelorum duae species 8.a  
angelorum officium 171.f  
angelorum, seu Deorum definitio 181.c

angelorum tres hierarchiae 170.d  
angelos bonos & malos eisdem esse statuerunt  
homines similitudine decepti 180.b  
angelus & homo Dei imago 8.a  
angelus nationi praefectus 195.b  
angelus, officij nomen, non naturae 166.d  
angelorum regnum ex antiquissimo tempore  
Ecclesiae Romanae fuisse veterum monumen-  
ta testantur 285.c  
anima actus corporis organici 213.f  
anima à Deo creata & Deo similis 200.b  
animabus omnibus dominatur mens 49.b  
anima caeli, quid 92.a. 160.a  
anima diis finitima 204.c  
anima, ebria facta diuinitus 209.d  
de animae procreatione 108.c  
animae per aëra volitantes daëmones 184.c  
animae, quomodo ad Deum reuertantur 223.f  
animae separatio à corporeis illecebris 205.c  
anima & mens differunt 203.c  
quot animae, tot species animarum 8.a  
animae vehiculum 146.b  
anima expers corruptionis 55.c  
anima extrinsecus adueniens 201.e  
neque anima fuit neq; chaos ante mundum 159.f  
anima humana ex substantia diuiniore 92.a  
anima immortalis, quo argumento intelligitur  
animalia aërea 91.c  
animalia aëria inuisibilia, daëmones putantur à  
Philone 187.d  
animalia in seminibus, quomodo 143.d  
animalia mitia 161.c  
animalia nata post creatam terram 142.d  
animalia omnis generis, naturam, id est Deum  
sequuntur 74.b  
animalia perdurant specie, non numero 154.c  
animalia perpetua, non secundum numerum,  
sed speciem 201.a  
animalia singularia Deus armauit 504.d  
animalium vsus 161.c  
animal, quibus constat 214.b  
animal sanctum homo 198.d  
de anima malefica Plutar. reprehenditur 159.f  
anima, mens, Bonum 40.b  
anima, mentiformis, mens vniformis 14.a  
animam cur expetant daëmones 191.a  
animam effici puram, Dei cultu 226.f  
animam liberam, stitq; iuris creauit Deus 113.f  
anima mundi, mens sapientiaq; perfecta 70.c  
de anima mundi multorum sententiae 37.d. c. f  
anima mundi 36.f. 48.c  
anima mundi ignea 12.a  
anima non Deus, sed opus aeterni Dei 209.b  
anima non est Deus, sed opus Dei 216.b  
anima, non fit deterior ob mortem 215.a  
anima quibus constet 8.a  
an anima in omni mundi parte necessario exi-  
stat 184.b  
anima rationalis & mudus, duo Tépla Dei 26.a  
animarum distributio 202.b  
animarum origo, mens 11.c  
animarum numerus, finitus vel infinitus 153.b  
animarum triplex sortitio 245.b  
animas particulares reuerri ad animam vniuer-  
si, dogma vetust. philof. 223.d  
anima vniuersi 66.c



I N D E X

Animi à Deo creati è nihilo 152. f
animi à Deo creati, & cur eos de caelo lapsos in corpora creditum est 196. c
animi à Deo veniunt, & ad Deum redeunt 223. e
an Animi æterni 217. a
animi beati contemplatione diuina 233. b
animi creatio à Deo 88. b
si Animi decerpi à Deo, ergo & creati 217. c
animi origo & migratio 206. c
animi origo caelestis 205. d
animi radiationes 176. e
animis longe plura videmus quam oculis 30. a
animi sunt mundo meliores 153. e
animi supercelestes, & quod eorū munus 166. f
de Animorum beatitudine Senecæ verba 207. d
animorum è corporibus exēitium duæ viæ etiā apud Ciceronem 239. c
animorum illuminator solus Deus 225. a
de Animorum transitu 146. c
animos mori facius fuit si antea vixerint quàm in hanc venire vitam 221. d
animum aduersari corpori 215. d
animum non esse interitui obnoxium quomodo probatur 215. c
animus, auulsiō à Deo 211. d
animus contemplator mundi 206. b
cur Animus corpori colligatus 213. b
animus mundi 101. d
animus diuinus, non Deus 218. b
animus mundi, diuinus spiritus 156. e
animus non est tantū corporis harmonia 215. d
animus noster Deo simillimus 27. c
virgetur Animus per absurdas infinitates, vt finitum rerum statum tandem agnoscat 121. d
animus per oēs mundi partes iurētus, Deus 63. a
animus, separabilis, diuinus, deiformis 208. b
animus vt expietur 114. d
animorum infinita millia philosophi temere posuerunt 130. a
annorum multitudo non adducit mūdo senium 248. a
ἀνθρωπος homo dictus, quomodo 198. e. d
Antipater, de Deo 108. c
antipodes esse, certissimum est 122. c
antiqua Theologia de mente 6. a
antiquus quid 81. d
ἀόρατος θεὸς λόγος 10. f
apologia pro christianis 55. a
Apollo Pythius vnde dictus 193. a
Apollo cacodæmon fuit 192. e
inter Apostolos quāuis æqualis fuerit potestas, Perro tamen esse caput ad quod omnia referentur Deum decreuisse 282. c. d
aqua principium rerum 149. b. c
de aqua virgine in urbem reuocanda 293. e
aragoniæ regnum est sedis Apostolicæ 286. e
aratus antiquissimus 152. a
aratus de Ioue 65. b
arbitrium liberum 210. f
arcana Dei non sunt scrutanda 68. b
ab arcano Deo creati alij Dij, quid 63. e
archangeli & angeli 188. a
archetypus animæ, mens 9. f
architectus mundi vnus 101. d
archytas de Deo 56. a
arguēta Epicureorum, ad tollēdam Dei pro-

uidentiam 132. f
argumētōrū de mundi æternitate repetitio 125. d
argumētum de mūdi æternitate refellitur 121. b
arguūtur christianæ religiōis reprehēsores 44. d
in Aristotelem, qui motum infinitum statuit, vt etiam Deum infinitum & infinitæ potentia agnoscat 61. c
apud Aristor. quædam particula veteris sapien- aristoteles 3. f (uia 60. e
aristoteles, æternitatis mundi primus assertor 152. d
Aristor. coactus est fateri vnum Deum 58. a
Aristoteles de Deo 71. b
Aristoteles dissimulauit se vidisse libros veterum 33. e
Aristoteles & Plato, ratione, Seneca vero natura Deum fassus est 103. c
Aristoteles & Plato, duo principes succedere primis philosophis 70. b
Aristoteles ex Aristotele refutatur 123. b
Aristoteles hic nominat Deum vnum 85. d
Aristotel. homo doctus, sed nō eque bonus 75. b
Aristoteles respicit 82. a
Aristoteles Theologus 86. c
Aristor. veritatem fateri coactus 97. b
Aristor. vt viri docti solēt, sua mutauit 74. e
Aristotelis duplex error 124. f
Aristotel. error vnde manarit 164. b
Aristotelis flagitium qui spheris celestibus diuinitatem tribuerit 166. b
Aristotel. metaphisic. vt Deum definerit 32. d
Aristor. opinio de actione & prouidētia Dei 75. e
Aristotelis opinio de mente 4. e
Aristotel. philosophiæ epitoma 74. l
Aristotelis ratio sophistica 123. a
Arriani disingebant mentem à Deo 13. e
arrianorum error 50. e
artemius, vir optimus testis oculatus signi quod in caelo vidit Constantinus 279. b
artes naras & abolitas infinitas, Platoni, quomodo intelligatur 129. d
artifex mirabilis, Deus 89. f
artifex optimus, Deus 70. d
ascendendum ad primum & altissimum 18. e
primus Ascensus ad mētem debet esse vt ad bonum perueniatur 16. b
ascititia cæli diuinitas 87. f
asclepius de Deo 56. d
assuefaciendus animus ad virtutes, quomodo 230. c
astra, Dij 93. c
astra in numero Deorum habet Plato 90. e
astra non peritura nonnulli putarunt 246. e
astra non sunt Dij, quod nos viuere faciant & sustineant 92. f
astra pro Diis habita, veteribus 163. e
astrorum fabulosa diuinitas 164. e
qui astruxerint mundi creationem 133. c
ate Homericæ, est Satanas 194. f
Athanasij testimonium de sedis Romanæ principatu 274. d
athenagoræ philosophi Christiani similitudo 43. e
atlantis insula demersa nimis ingentibus, Platoni, quod intelligēdum de diluuiō quod fuit Noëi tempore 130. e
attribura

I N D E X

attributa Dei 115. c
attributa mentis diuinæ 9. b
audacia Aristotelis notatur 154. b
auerroes, auctor impius, & barbatus 75. c
aucta in religione totum regnum amplificatur 257. b
auicennæ error 50. a
augusti genus alacrior Antonij genio 195. b
augustus Octavius, quos annos imperarit 21. d
auctor rerum omnium, Deus 89. b
auctor & custos idem, mundi 105. a
auctoritas mentis & principij, vna & eadem 43. b
auctoritatis mens, quid 10. d
auctoritas veterum philosophorū frangere debet ineptias iuniorum & recentium. 139. c
authorum profanorum testimonij vera Mosis doctrina colligitur 136. c
ἀποχάραξ 5. c
ἀποφανής, Deus 68. a
B
Alaam bona prædixit & tamē sceleris 193. c
Balaham Magus 4. a
Balaam vaticinatus 193. b
de Baptismo Constantini à Beato Syluestro testimonium Theophanis 280. f
Baptisma Constantinum non distulisse, que ad vltimam vitam metam 280. c
quem Baptismum Constantini quidā dixerunt in extremo vitæ lumine fuisse potius balneū aquarum calidarum recuperandæ valetudinis ergo 280. e
Baptismus Constantini per Syluestrum à Nicolao probatur 279. a
Barbari Græcis vetustiores 140. f
Barbari qui, & à quibus nuncupati 32. f
à Barbaris ad Græcos sapientia dimanauit 2. c
à Barbaris ad Græcos venit philosophia 91. a
Beata vitæ ruina, mundi æternitas 120. a
Beata mens contemplando 167. c
an Beati aliquando fuerint dæmones, & quod tantum flagitium admiserint, vt dānari meruerint 193. d
Beati dij, quomodo 167. d
Beati dij, qui, & quo loco 166. f
Beati in hac vita qui 245. c
Beatores non sunt improbi, quanquam diuites 134. d
Beati post excessum, qui 242. d
Beati, qui 228. a
quānam Beatissimus, respons. Ataxag. 232. e
Beatitudinis animorum descriptio 207. b
Beatitudinis caelestis descriptio 244. e. f
Beatitudo caelestis quæ 166. c
Beatitudo caelicolarum, quæ 81. c
Beatitudo diuinam pulchritudinē inuitari 238. a
Beatitudo non est composita 202. f
Beatitudo nulla versari inter astra 222. f
Beatitudo perfecta in animo cognoscēte 203. a
Beatitudo, quid 167. d
Beatitudo quid, Aristoteli 153. c
Beatitudo sita in mentis actione 152. f
Beatus quis 234. b
Bellorū ciuiliū restincto incēdio natus Christus 21. b

Belluæ duæ in nobis, furor & cupiditas 238. d
Bellum veritati intulerunt Epicurei 133. a
Bene agere, magis ex philosophia est, quam bene loqui 230. e
Benedictio in femine 210. d
Beneficium dare, est Deum inuitari 104. a
non licet Bene quid fieri, nisi ad regulam diuinam referatur 226. e
Beneuolētia diuina, ex creatione mundi cognita 122. b
Bessarij Cardinalis laus 49. f
Bestiarum anima mortalis 201. a
Boëmiæ vectigal pendet Apostolicæ sedi 286. e
Bona bonitat eadem malis mala censenda 235. c
Bona cuncta præstari à Deo 37. e
Bona, & Omnia idem 38. d
Bona omnia à Deo 116. c
Bona nostra, non eadem semper 162. d
Bona, quæ putantur, sæpe deprauant, & contra mala, vt calamitates, reddūt hominem meliorem 132. b
Bona, quæ vulgo putantur 235. e
Boni dæmones, Angeli 175. d
non Boni dæmones, quia incorruptibiles 183. f
Boni & improbi, post mortem, quomodo rationem reddant 242. c
Boniforma existentia 46. f
Boni, sunt amici Diis 117. a
Bonitas creatoris, amor 148. d
Bonitas Dei, creationis mundi causa 131. d
Bonitas Dei maior quam hominum 160. e
Bonitas Dei mundi genitrix 95. f
Bonitas Dei singularis à rebus in infinitū coniuncta 126. d
vna Bonitas, simplēxque vnitas 45. f
Bonitatem suam clariorem fecit Deus in malorum & improborum promiscua cum bonis creatione 134. c
idea Boni, vt a Platone describitur 94. d
ab ipso summo Bono, Mens 13. c
Bonorum angelorum officium est offerre preces hominum Deo 180. c
Bonorum remuneratio 167. e
Bonorum remuneratio hac in vita non fit omnibus 119. b
Bonorum sedes & malorum distinctæ 240. b
Bonos affici malo cur patitur Deus 183. a
Bonum & pulchrum, idem 151. c
Bonum & vnitas 44. c
Bonum, est maius cognitione ipsa 95. a
Bonum est vltra substantiam 15. c
Bonum, fons & principium pulchri 16. d
Bonum maximum in vita rationali 203. b
Bonum, Mens, Anima 40. b
Bonum, pater 4. d
vt ad Bonum perueniatur, primus gradus ad mentem faciendus 16. c
Bonum principium rerum 114. b
Bonus minime fallax neque præstigiator 183. a
Bonus nisi vanus 26. d
Bonus, nulla perturbatione tangitur 235. b
Bonus, solus Deus 6. f
Bonus, tempore tantum a Deo differt 103. f

I N D E X

C

**C**acodæmonis commentum & illusio 192.b  
 Cæcitas ea est humana, vt quod putat honore afficere, contaminet 126.b  
 Cælestes dij, qui 182.d  
 Cælicolæ dij verè beati 165.c  
 Cælicolæ horrent & lætantur numen Dei 69.a  
 Cæli diuinitas, est Barbarorū superstitio 164.b  
 de Cæli materia opinio Empedoclis 113.f  
 Cæli & terræ generatio, 10.f  
 Cæli nomine, quid 34.f  
 à Cælo anima demissa 201.d  
 ex Cælo duo hominibus vtilia, lumen & calor 38.e  
 de Cælo, sententiæ 123.f  
 Cælum Dei domicilium 75.d  
 Cælum diuinitatis locus 66.e  
 Cælum fabricatum 129.c  
 Cælum non est Deus, aut si sit ea diuinitas creata dici debet 92.e  
 Cælum, non est illa quinta natura de qua Aristoteles 124.c  
 ante Cælum, non fuit tempus 123.c  
 Cælum peribit, cum erit cæli vsus inutilis 248.a  
 Cælum plenum diuinorum corporum, Aristoteli 72.c  
 Cælum, pro aëre 184.e  
 Cælum propter homines factum 120.f  
 Cælum propter motum suum admirabile non est Deus appellandus 98.b  
 Cælum quid apud Aristotelem 166.b  
 Calamitates æternæ, si mundus æternus 158.d  
 Calcidius Platonicus 48.b  
 Callimachus de Deo 53.c  
 Calumniæ de Constantino à Iuliano imperatore profectæ dissoluuntur 279.b  
 Campi 161.b  
 Canes terrestres dæmones 185.e  
 Canis Ægyptiorum, Deus 93.d  
 Caput Ecclesiarum vt sit necesse est, ad quod totius religionis summa redigatur 255.c  
 si is qui Caput est religionis ipsam non tueatur, alij non tuebuntur, quare 254.c  
 Caput religionis esse S. Petrum Cypriani testimonio probatur 282.c  
 Carnifices impiorum, dæmones 190.c  
 Carnis ossium, neruorum fabrica 200.e  
 Caroli Magni testimonium in lib. de magnib. de maiestate ac principatu Ecclesiæ Romanæ 272.d  
 multis Casibus, variisque res sæpè mutatæ 129.e  
 de Casu dæmonum, paganorum sententiâ 194.f  
 Cauernæ 161.c  
 altera Causa cur quidam errauerint ferentes Constantinum fuisse in extremo vitæ limine ab hæreticis baptizatum 280.d  
 quam Causam finalem lucis afferat Moses 97.f  
 Causa quæ creauit omnia, Deus 28.d  
 Cepha quid significet 266.d  
 Cerberus quinquam dæmon 185.c  
 Chaldæi & Ægyptij, constantem mundi creatorem astruunt 88.e  
 Chaldæi & Hebræi, soli sapientes 20.d  
 Chaldæi primi homines 3.e  
 de Chao Hesiودي fabula 2.f

Chaos apud Platonem 160.a  
 Chaos modificatum à mente 4.e  
 Chaos, mundi nascentis initium 148.b  
 Chaos neq; fuit, neque anima ante mundum 159.f  
 Chaos ordinem antecessit 32.e  
 Chaos, quid & vnde 143.e. 144.a. c. 150.e. 151.e. 120.c  
 per Chaos, quid intelligendum 149.b  
 Chos terra, vna 10.d  
 Charitas non ficta, maximum bonum 234.e  
 Charitas parentum 163.b  
 Charitas quid 234.e  
 Christi ad nos aduentus 240.b  
 Christianæ theologiæ summa 17.d  
 Christiana religio, quomodo veterior 227.e  
 Christianorū nomen inuisum philosophis 114.f  
 Christianorum philosophia, sola vera dignaque sapientiæ nomine 3.c  
 Christianū à puero cum patre Constantio non fuisse Constantinum 278.b  
 qui Christo donat non sua, sed quæ Christi sunt, Donat 256.e  
 de Christo solo verè intelligēda fuerant quæ de Pollionis filio male prædixerat Vergilius 21.c  
 Christus imago Dei inuisibilis 95.b  
 Christus, paulo post Ciceronis mortem natus 21.a  
 Christus seruator sapientiam pene deletam restituit 196.c  
 Chrysostomus de principatu Petro a Christo tradito similem cum reliquis fert sententiâ 282.a  
 Cicero eloquētiæ & philosophiæ princeps 168.b  
 Cicero inconstans 168.e  
 Cicero, quāuis superstitioibus numerosus, tamen Deum vnum sæpè confessus est 101.b  
 Cicero, quo tempore scripserit libros de Diuinatione 21.a  
 Cicero, sæpè, iuxta vulgi consuetudinem Deos nominauit 101.c  
 Cleanthes de Deo 57.b  
 de Clericis quos Imperator suo edicto adornauerit 263.c.d  
 Cogitare & intelligere propriū hominis 197.a  
 Cogitatio Dei, quam efficax 198.f  
 Cogitationes posteriores, meliores 74.c.f  
 Cognitio Dei, finis omnis philosophiæ 227.a  
 in Cognitione Dei magna iucunditas 111.a  
 modeste Colendum Deum 236.e  
 Colendus Deus silentio, purisque cogitationibus 113.e  
 Commenta Procli de Deo 172.b  
 nihil Commentitium de Deo affertur a Platone & Ægyptiis 28.b  
 Commentū de anima mundi improbat 37.e  
 longe maiora Commoda erant pronentura ex Constant. liberalitate, quàm mala 257.f  
 Commoditas fontium 161.c  
 nihil tam Commodum, quin incommodum videri possit 161.b  
 nihil Commune Deo & dæmoni 190.e  
 Communio bonorum sub Apostolis 234.f  
 Comparatio Dei cum Sole 57.b  
 Comparationes præclaræ, ad significandam Dei potentiam 74.a  
 Comparatio pulchra 95.c

Comparatur

I N D E X

Comparatur Deus potentissimus cum potenti rege Xerxe 73.a  
 Concilia non debere absque Romani pontificis sententiâ celebrari 274.a  
 Conciliantur Proclus Platonicus, & Pfellus Christianus 7.f  
 Conciliatio doctrinæ Christianæ cum oraculo Sibyllino 20.a  
 Conciliatio loci D. Ioannis cum Procli verbis de mente Dei 13.e  
 Conciliatio Trismegisti cum Plotino 37.c  
 Conciliat Philonem cum Mercurio Trismegistis 8.d  
 Conciliatio philosophiæ Plotini cum sacra D. Ioannis Theologia 18.d  
 Concordia apud omnes gentes in verâ Dei cognitione 9.a  
 Condiciones corporū non sunt ad animos trahendas 219.d  
 Confessio Constantini eadem quam in Synodo Nicena expressit 256.b  
 Confessio Constantini nihil aliud quàm historiæ Syluestri relatio 269.b  
 Confessio Constantini quid tractet 262.b  
 Confessio cum edicto Constantini ex peruerfissis, ac plurimis Græcorū exemplaribus 270.b  
 Confessio, locus in templo beati Petri cur sic dictus 266.c  
 Conflagrationes tantæ non fuerunt, vt iactabant Ægyptij 130.b  
 quare Confugere cōacta sit ecclesia romana ad reges Francorum 287.f  
 non Confundendæ persona in Trinitate 47.f  
 Coniunctio genitoris & geniti 14.f  
 Coniunctio maxima ex maxima perfectione 15.e  
 Consanguinitas hominum cum Diis 208.d  
 sibi bene Conscij, mortem non horrent 241.a  
 Consensus hominum 207.c  
 Consensus Theologiæ Moysi & Trismegisti 141.d  
 Conservatio mundi est à Deo 72.b  
 Consideratio filij, nos ducit ad Patris considerationem 18.c  
 à Consideratione hominis, admiratio cultusque creatoris 117.f  
 in omni re Considerandum num commodum præster incommodum 257.f  
 Consilio nō casu membra humana facta 160.d  
 Consilium Dei in rerum molitione 134.a  
 Consolatio pulcherrima de morte fratris 206.c  
 Constantia martyrum, vnde 238.d  
 Constantini ardentissima pietas 256.e.f  
 Constantini Dantis & Syluestri accipiētis consensus mensque vna 257.d  
 Constantini facti Respub. felicitatē reddita 257.c  
 à Constantino regnum ecclesiæ venisse 255.d  
 quæcunq; Constantinus de summa Petri maiestate sanxit cōsona sunt cōcilio Niceno 278.a  
 Constantinus à Syluestro baptizatus 279.a  
 Constantinum non distulisse baptismum vsque ad vltimam vitæ metam 280.c  
 Constantinus Constantini magni filius ab Arriani baptizatus denuo ab Eusebio Nicomedienfī rebaptizatus 280.d  
 Constantinus primus Romanorum imperatorum religionem Christianam suscepit 279.b

Constantinus filius, supremo vitæ tempore baptizatus 280.c  
 Constitutio Constantini religionis principis testimonio Nicolai probata 262.c  
 Constitutiones Melchadi concessas fictas esse ab Arrianis 281.a  
 Constituit atque ordinauit omnia mens 16.c  
 Contemnere diuitias iubemur non quæ Deo sacrantur 258.b  
 Contemplatio, beatitudo, Nectar, Voluptas, idem 81.e  
 Contemplatio Dei, quæ 167.c  
 Contemplatio & εὐδαιμονία, idem 81.c  
 non omnis Contemplatio est felicitas, sed tantum Dei cognitio 233.a  
 Contemplatio est propter finem, nempe Deū 231.f  
 Contemplatio finis philosophiæ, & quomodo 231.c  
 Contemplatio, magnum negotium in philosophia 154.b  
 à Contemplatione rerū scientiæ primordiū 1.f  
 Contemplationes nostræ plerunque fallaces 202.f  
 Contemplatio sola digna Deorum vita 166.f  
 Contemplatio, stabilis est Dei voluptas 81.d  
 Contemptis sacerdotibus contēnitur Deus 254.e  
 Continet omnia Deus quomodo 10.c  
 Contradicēdi libidine cæcutit Simplicius 136.a  
 Contradictio in Aristotelis doctrina de mundi æternitate 153.c  
 Contradictio Platonis 91.d  
 Cōtrouersia quæ in historia Syluestri rebusque gestis Constantini, dissoluuntur 267.d  
 Copia rerum insolentiam parit 162.b  
 Cornutus de Chao & amore 150.d  
 Corona sacerdotalis quid 265.d  
 Corpora dæmonib. tributa Platonis 179.b  
 Corpora dæmonum 184.a  
 Corporea omnia dissolubilia 219.c  
 Corporeo nomine, res diuina declarata 25.e  
 Corporis & fortunæ bona, quæ 237.a  
 Corporis humani & mutorum animalium differentia 163.a  
 Corporis humani structura, qualis 197.d  
 Corpus æthereum non dissolui nec senio contabescere 248.c  
 Corpus, animi carcer 205.e  
 Corpus beati Petri esse vbi ecclesiam condidit Imperator, in templo Appollinis, aut iuxta 265.f. 266.c  
 Corpus è terrestri materia 198.a  
 nullum Corpus extra cælum 166.c  
 Corpus mortale 199.a  
 Corpus humanum affectibus malis mancipatum a dæmone occupatur 185.d  
 Corpus mortale hominis, non homo ipse, id est mens 216.a  
 Corpus nos auocat à philosophando 230.f  
 Corpus odisse par est eum qui se verè amare vult 232.c  
 Corpus, vel mane, non habent continendi vim 61.d  
 Corruptioni obnoxiiū mundū facit Plato 129.b  
 κόσμος, & ἀστρονομία, quid 5.f  
 Crater, liber Trismegisti 145.f  
 quotidie Creati animos quam simul omnes, rationi magis congruum 223.b

Creari & nasci philosophis idem 67.d  
 Creatura omnia à Deo 97.c  
 omnia Creatura à Deo plena pulchritudinis 106.e  
 ab vno Creatura omnia 63.e  
 creatura omnia à Deo, cur 103.d  
 non creat Deus, perenniter 126.c  
 creatio animæ, radiatio 209.f  
 creatio animi à Deo 88.b  
 creatio cognitio, quid præster 118.a  
 in Creatione Dij non fuerunt adiutores 199.d  
 creatio duplex, sensibilis & intelligibilis 49.c  
 creatio & ordo rerum 143.f  
 creatio & pulchritudo rerum celestium, quæ 93.a  
 creatio humana trahit etiam vna secum creationem cæterorum 137.d  
 Creatio mundi 16.f  
 creatio mundi à Deo, quæ & quomodo 128.c.d  
 creatio mundi à vetustis confessa 140.d  
 creatio mundi triplici firmata ratione 136.f  
 de Creatione cæli maiorum consensus 124.a  
 à Creatione dæmonis ad peccatum nõ fuit spatium 194.a  
 ex Creatione, minime sequitur in Deo mutatio 126.f  
 creationem mundi confessi sunt phisici 151.d  
 de Creatione mundi & eius principio Plutarchi locus 139.b  
 creationem in Deo æternam dum statuit Proclus, Deum necessitati & impotentia alligauit 126.c  
 creationem mundi, maiores tradiderunt, 35.a  
 de Creatione mundi nõ loquuntur Græci, nisi post Trifnegistum 145.f  
 creationem mundi, qui astruxerint 133.c  
 de Creatione mundi, veterum opinio 36.a  
 ex Creatione, quæ nata bona 117.f  
 in Creatione vera Dei bonitas 160.e  
 creationis mundi causa, Dei bonitas 131.d  
 creatio rerum, vt cognoscatur 36.d  
 creatio visibilis & invisibilis 7.e  
 de Creato mundo Platonis autoritas 125.c  
 creatores duo, velut vnus 49.f  
 creatori nihil placere donec peruenerimus ad recordationem sacrorum signorum, & gratias egerimus 7.f  
 creator omnium Deus, & angelorum 171.b  
 creator vnus, vt veritas vna 116.d  
 creator visibilium & invisibilium, Deus 63.c  
 Creatum cæli statuerunt quique statuerint 123.e  
 erendum sensibus vult Aristoteles 91.a  
 idem Credidisse omnes, duobus argumentis ostenditur 2.b  
 crimen saepe confertur in instrumenta non in eos qui iisdem abutuntur 133.f  
 croatia & Dalmatia regnum Ecclesiæ Romanæ esse, ex registris Gregorij probatur 286.b  
 tametsi Græcem in cælo conspicitur esset Constantinus, nondum tamen perfecte Christianus 280.a  
 cruciatus improborum post vitam 245.d  
 cultus Dei finis philosophia 157.d  
 cultus Dei quid hac in vita præster 235.b  
 cultus Dei primus esset debet 108.a  
 cuncta quæ pater habet, & mens habet 18.b  
 cuncta sunt à Deo & per eum, & ab ipso & per

ipsum 219.b  
 custodia hominum nõ est à diis data, sed à Deo 187.f  
 Cyprianus de cathedra Petri 282.b  
 D. Cyrilli locus 17.c. 37.e  
 Cyrillus de anima mundi 37.e

D

Dæmones nidore sacrificiorum delectari 186.f  
 Dæmones presciti hoibus ex Platone 180.f  
 Dæmon auctor scelerum 190.a  
 Dæmones ad quid facti, iuxta Christum 108.d  
 Dæmones, aëria animalia 184.e  
 Dæmones aërij & terrei 185.c & 195.d  
 Dæmones alij nequiores aliis 189.e  
 Dæmones angeli 165.a  
 Dæmones an aliquando beati fuerint, & quod raturum flagitium admiserint vt damnari meruerint 193.d  
 Dæmones boni & mali 189.a  
 Dæmones boni & mali, philosophis agniti 178.c  
 Dæmones creatori rebelles 194.a  
 Dæmones, cur genus aërium 194.e  
 Dæmones, cur putandi sunt aërij 180.a  
 Dæmones, custodes hominum 177.d  
 Dæmones damnati cur & quomodo 194.c  
 Dæmones esse & quales 184.b  
 Dæmones & angeli nomine non differunt 177.c  
 Dæmones ex aduerso opponi Deo 190.c  
 Dæmones hominibus præcellentes 188.d  
 Dæmones horribiles & carnifices 242.a  
 Dæmones illusores 186.a  
 Dæmones immundi 187.a  
 Dæmones mali 109.f  
 Dæmones mendaces 182.f  
 Dæmones, ministri & carnifices à Deo constituti 191.a  
 Dæmones non sunt beati, & cur 180.e  
 Dæmones occupare corpus humanum affectibus malis mancipatum 185.c  
 Dæmones, omnium consensu, mali 183.f  
 Dæmonum oraculum de Deo vero, vnoque 65.c  
 Dæmones poetici, qui 182.b  
 Dæmones prauis, à sua dignitate deiecti 179.d  
 Dæmones puri spiritus, sed corporei aliquantulum 185.a  
 dæmones qua conditione sortiti sunt res humanas, qui 64.a  
 dæmones, sacrificiis delectantur 190.b  
 dæmones sceleratissimi 183.b  
 dæmones scelerum dant poenas 189.e  
 dæmones suam ipsius naturam deprauarunt, alij à Deo creati 190.e  
 dæmones terrestres, natura mendaces 185.b  
 dæmones vagantur per omnia 191.b  
 dæmones vnde dicti & qui dæmones habiti dæmon homicida ab initio 194.b  
 de dæmonibus, Pfellus 7.c  
 de dæmonibus si quid factum, id ponderandum ad maiorum veritatem 186.b  
 dæmon inuidit homini 194.b  
 dæmonis rogati responsum, quid Deus 67.e  
 dæmonis vocabuli deductio è lingua hebraica dæmonum Socratis, Deus 93.c  
 Δαίμων quasi δαίμων, D. Augüst. de ciuit. Dei 65.a  
 dæmon, quid Calcidio 195.d  
 dæmon,

Dæmon, rerum abstrusarum declarator 69.a  
 dæmon, scelerum princeps 186.c  
 dæmon, siue angelus dux hominis 187.c  
 dæmon tenebrarum & inscitia nomine nuncupatus 190.a  
 dæmon vaticinatus de suo interitu 68.f  
 dæmon, vis vniuersalis 177.e  
 Damascius de Deo 58.c  
 damascius Platonius 40.a  
 damnati dæmones cur & quomodo 194.c  
 danorum regum peculium & vestigal Romanæ ecclesiæ 286.a  
 omnia dat, Deus bonus, nihil accipit 96.e  
 decreta Magorum sparsa in philosophiam Pythagoreorum & Platonis 24.d  
 decreta punitio à lege tanquam à Deo 84.f  
 decretis veterum philosophorum confirmari Christianam religionem 227.f  
 decreto Constantini omnis Græcia reuerenter assurgit, ipsum adorat 255.e  
 decretum aut edictum Constantini in Italia literis vetustissimis Longobardorum scriptum reperitur 272.c  
 non est defensio sine potestate vt definiatur Deus ab Aristotele 70.f  
 definitio dæmonum ex Arist. & Plat. 184.a  
 definitio Deorum, seu angelorum 181.c  
 definitio Idearum ex Dionisio 12.b  
 definitio pulcherrima de Deo 62.f  
 dei bellaces Homerici 32.f  
 dei bona permanentia 162.d  
 dei corpus, non est mundus 105.a  
 dei cum Sole comparatio 57.b  
 deificari mundum, nefas fuit 154.a  
 deificatio cæli, barbara superstitio 124.d  
 dei filius *σωτηριος* 27.c  
 dei naturalis æternitas 122.c  
 dei nomina varia 144.a  
 dei patris descriptio 43.f  
 dei verbum, mundus intelligibilis 31.c  
 dei vocabulum multis dici modis 176.a  
 delectantur dij rebus optimis & sui simillimis 167.b  
 deliria philosophorum in iis statuendis qua non intelligunt 138.c  
 dementia Laurentij notatur 236.c.f  
 Δευσις, Deus 89.a  
 Democrati sententia de Deo 12.a  
 deo acceptissimus, quis 76.f  
 de Deo antiqua fama 34.c  
 à Deo creata intelligentia 88.c  
 à Deo creata omnia 97.c. 103.d  
 à Deo creata omnia plena pulchritudinis 106.c  
 à Deo cuncta bona præstari 87.c  
 à Deo, Deos creatos 76.e  
 ex Deo & per Deum nobis omnia 72.c  
 de Deo magnificè locuti, etiam religionis diuina imperii 14.c  
 Deo naturale est æternum esse, vt mundo principium habuisse 133.e  
 in Deo omnia perfectissima 60.d  
 Deo parendum, natura docente 83.a  
 de Deo præclara eulogia 19.b  
 a Deo pulcherrima quæque perfecta 110.d  
 deos ob ambulare vrbes, 169.c  
 de Deo quanquam aliquid dixeris, non tamen

Cum dixeris quem perfecte cogitare non potes 115.f  
 deorum duo genera apud Platonem 88.f. 164.e  
 deorum duo genera *νοητοι* & *νοετοι*, intellecti & intelligentes 42.a  
 deorum esca & lux quid 176.e  
 deorum nullus hostis homini 183.c  
 deorum tria genera Aristoteli 89.c  
 deorum tria genera in veteri philosophia 164.a  
 de Deo sanctoque spiritu opiniones 36.d.c.f  
 deos appellare astra, barbara superstitio 71.a  
 deos curare res humanas consentaneum 76.f  
 in Deo, sempiterna potestas, sapientia, beatitudo 56.e  
 Deo similis Mens 13.f  
 nullos deos putarunt philosophi, præter Astra 128.e  
 Deo trino subiiciuntur potestates omnes ministræ 48.f  
 cum deo vnita mens, 13.f  
 descensus annorum 201.d  
 descriptio dei pulcherrima 73.d  
 descriptio Idearum & quæ earum ratio 12.b  
 descriptio Platonis conciliatur per partes cum D. Ioannis loco apocalypseos 243.c  
 pulchra Descriptio verbi 23.c  
 deum amicos fecere 99.b  
 deum cum materia mistum absurdum est dicere 106.f  
 deum cuncta ponderibus & mensuris fecisse 109.b  
 deum esse, quid cogat confiteri 101.e  
 fateri Deum esse, quid maxime cogit 105.f  
 deum facere ex homine 237.c  
 deum, ignorari ab homine nefas 52.e  
 deum inuitare 107.b  
 deum inuocari ab eo qui sit de rebus diuinis disputaturus vult Plato 92.f  
 deum laudari ab homine par est 212.c  
 deum nihil latet 68.c.d  
 deum non debere ea esse conditione & forte vt nos 122.e  
 deum rebus adesse moderatore, quàm eas non curare 131.e  
 deum remunerari probos 78.a  
 deum sequi, vera philosophia 226.e  
 deum singularem, quomodo deprehenderint philosophi 70.c  
 deum vnum hinc nominat Aristoteles 85.d  
 deus ab æterno solus: Dij vero, id est animi diuiores creati 63.c  
 deus, acerrimi oculi est, 27.b  
 deus ad vindictam tardus 107.d  
 deus Æternitas 156.c  
 solus Deus æternus 220.e  
 deus, anima mundi 223.c  
 deus, animus per omnes mundi partes intensus 63.a  
 deus, auctor rerum omnium 89.b  
 deus *δευσις* 90.a  
 deus beatus ex seipso 175.e  
 deus, bonos amat & affligit 104.a  
 deus, bonus & boni causa 95.e  
 deus, causa, finis, meta rerum omnium 115.f  
 deus, causa quæ creauit omnia 28.d  
 Deus Coryphaus 73.c

I N D E X

Deus, Creator, Spiritus, Sapientia, Mosis,	97.e	deus mundum non dirigit, sed renouabit	249.c
Deus cum se in conspectum daret, venerabilis ac terribilis occurrebat, quare	254.e	Deus, naturaliter æternus, mundus verò creatus	128.b
Deus cum sole comparatus	174.e	deus, natura vis reatrix	82.f
Deus cur permiserit edi oracula per malos spiritus	193.b	deus, necessario vnus, & nisi sit vnus, ne quidem esse Deus potest	58.b
Deus, Dæmonium	177.f	deus, non est anima calii	126.a
Deus deorum	93.e	deus non est iniustus	79.f
Deus <i>ἰσχυρός</i>	89.e	deus non est mali causa	95.f. 190.f
Deus, ens ductus tribus testimoniis	59.c	deus non fecit mundum sui causa	169.a
Deus ens <i>ἰσχυρός</i>	30.b	deus non inuidit sapientiam mortalibus	77.d
Deus est, & quidem æternus	59.f	deus, non modo bonorum, sed & malorum causa mundum creauit & cur	134.b
deus est, fuit, & semper erit	62.b	deus, non solus intellectus agens, sed primus	214.c
deus, est per quem viuimus	74.b	deus nunquam celauit suam diuinitatem ac beatitudinem	16.a
deus est solum ipsum bonum	96.d	deus nunquam ociosus, in æterna nempe contemplatione sui, quæ est actio perfectissima	133.d
deus est summa natura	23.d	deus omnia bona possidet, & seipsum contempletur	79.b
deus est vbique	70.e	deus omnia continet, quomodo	10.c
deus & idea non sunt duo principia	19.e	deus omnia creat, ordinat & conseruat sine labore	72.e
deus & infinitum, idem Aristoteli,	61.a	deus omnia potest	218.c
deus, & materia, duo principia rerum omnium	28.d	deus omnia suo quasi sapientiæ pelago completur	18.f
deus & natura, cur coniunctim nominentur	100.f	deus omnia vidit & nouit	77.b
deus & natura, duo principia rerum	10.a	vnus Deus omnibus linguis & nationibus confessus	52.b
deus & natura, idem	70.d	deus omnium rerum antiquissimus	151.b
deus & natura, meliora faciunt	153.f	deus operatur sine tempore	140.a
deus & natura, nihil agunt frustra	70.d. 104.d	deus optimus in omnibus	80.d
vnus Deus & solus æternus	65.a	deus optimus maximus qui	81.b
deus ex operibus claret	57.b. 198.c	deus optimus ac sempiternus	52.e
deus extra tempus	116.b	Deus pater, bonum	28.d
deus exuperat omnem scientiam	99.f	deus pater, causa filij, Filius causa mundi	32.a
Deus, Farum, Prouidentia, Natura, Mundus, Iupiter	104.d	deus pater & creator omnium cur appellatus	108.b
deus, filius ac proles Dei	97.e	deus, pater luminum	14.b
deus habet potestatem euertendi mundi	68.a	deus, pater omnis substantiæ bonorumque	18.b
deus hominibus præfectus, vt superior & melior	82.f	deus pater primus, secundus ipsa eius progenies	17.b
deus hominumque deumque pater Homero appellatus	169.c	cur deus patitur bonos affici malo	103.a
deus hospitalis	165.e	deus perfectissimus	60.c
deus, Idea idearum	97.d	Deus <i>ἰσχυρός</i>	90.c
deus ille qui est	55.f	deus princeps, animi creator	168.b
deus Imperator	82.c	deus, principium, medium, & finis omnium rerum	56.b. 77.a
deus, immensæ scientiæ, sapientiæ, potentia	61.c	deus prouider rebus omnibus	98.f
deus ineffabilis	93.e	deus, <i>ἰσχυρός</i> dictus à Pythagora	55.e
deus incernarrabilis & inuestigabilis	90.e	deus, qualis sit sciri non potest	6.e
deus intelligentia curat, parua fortunæ relinquit	107.f	deus quid, Epicteto	111.c
deus initiationum & mysteriorum princeps	26.a	deus quid, Senecæ	104.c & e.
deus, ipse sibi obiectum felicitatis	81.a	deus, quomodo beatus	106.e
deus, ipsum ens, & ipsa infinitas	59.a	deus, quomodo mundus	63.a
deus irradiat omnes angelorum ordines	172.f	deus, quomodo speculatur seipsum	47.a
deus iustus, sed moderatè	69.b	deus quorum gratia factus	109.e
quid Deus, iuxta Senecam	100.f	deus sapientiæ fons	77.c
deus, largitor rerum bonarum	79.e	deus scelerum vindex	119.a
deus, lex & ordo vniuersi	83.f	deus, se contentus, nil indiget mundo	126.e
deus, lux, ardor	190.a	deus secundus, verbum Philoni	30.d
deus maior omni mundo	140.a	deus semper adest omnibus, ab omnibus segregatus	115.b
deus, maxima mundi pars, vt intelligatur	104.f	solus Deus semper bonus	53.d
deus maximus ac singularis	64.e		
Deus, Mens, Causa, Opifex, Platoni	97.e		
deus, Mens & ratio	9.f		
deus, minime ociosus	127.e		
deus mirabilis artifex	89.f		
deus, mundi & ordinis autor	155.c		

deus sem-

I N D E X

Deus semper habet quod est habiturus	110.f	dii humana conspecti forma	169.d
deus semper idem, hominis, vero natura non vna & simplex	81.d	dii minores, angeli	212.f
solus deus sempiternus	122.a	dii minores ministri dei	71.e
deus singulariter æternus, non indignit creatio- ne rerum	126.b	dii minores, qui	164.d
deus suam maiestatem hominibus patefecit quomodo	2.a	dii minores, vt beati fiant	81.a
deus summum bonum, inuisibilis, Mens, intelligentia, sapientia, multisque aliis modis appellatus à diuersis	7.a	dii non miscentur mulieribus	182.d
Deus summus iubet, secundus ordinat, tertius intimat	48.c	dii non natura boni, sed opinione humana modo	96.f
cur Deus terminatus & sphericus, Parmenidi	62.a	dii non sunt ideae	172.d
Deus, <i>ἰσχυρός</i> dictus	81.b	tres dii Numenio	40.f
Deus <i>ἰσχυρός</i> , vnitas	58.e. 165.a	dii, omnium consensu mali	183.d
Deus <i>ἰσχυρός</i> & <i>ἰσχυρός</i>	60.a	tres dii Platoni	93.d
Deus <i>ἰσχυρός</i>	29.d	neque dii poetici, neque dii astrorum prouidentibus habendi	168.e
deus varius vtitur ministris,	99.b	dii, primæ substantiæ, & celestes intelligentia	71.c
deus verus	93.b. 100.e	dii principes	165.e
deus, virtute superior	80.c	dii quomodo beati	233.a
deus visibilium & inuisibilium creator	63.c	dii qui dicendi	81.c
deus viuunt, non in tempore	125.d	non à diis, sed à deo mundum fuisse conditum prædicantur idololatræ	52.b
deus vnitas & bonum	11.f	dii sunt deo similes, quomodo	81.e
deus vniuersalis, & primus, verusque Deus	80.a	dii vari, 163.e Poetici 164.a	
deus vniuersalis intellectus dæmonis nomine	164.f (178.b)	Dios & <i>ἰσχυρός</i>	64.e
deus vnus, à quo omnia facta	14.e	diligentiæ Græcorum in philosophia excelsa	2.b
deus vnus necessario	84.c	diluuu annus	1.c
deus vnus, proprie	167.c	de eo vaticinium	ibid.
deus, vt imperator & dictator aliquis cælo præfider	99.a	diluuu deucalionis, fuit diluuu nocti 130 b ante diluuu sancti homines	161.d.e
	76.c	discessu Constantini ab vrbe, quare multi tacerint	284.e
Deus <i>ἰσχυρός</i>	147.c	disciplinam omnem & artem præcis cognitam iniuria temporum extinctam	33.f
Diabolus initio cecidit, & nunquam beatam vitam cum angelis duxit	193.f	disputationum omnium finis	119.d
Diej supremæ spes, quid conferat	119.a	disimulatur Aristoteles eorum quæ à præcis audierat, & didicerat, vt mundi æternitatem astrueret	34.b
quarra Die lucem creatam, quomodo intelligitur	137.b	diuina leges primæ hominibus lata	228.f
Dij ab eodem fonte & genere orti	167.b	tria diuinæ naturæ nomina	100.a
Dij ac dæmones pro iisdem accepti	177.e	diuina intelligentia mouens orbes calii	76.b
Dij à demonibus differentes	183.e	diuina magnitudo, vt estimetur	101.d
Dij à Deo facti	93.c	Diuina natura, substantia bonitatis	111.c
Dij à deo vno & primo summoque	171.a	diuina non sunt metuenda, humanis cogitationibus	128.c
Dij alij non sunt quàm angeli	165.b	diuina que	84.c. 201.b
Dij, Angeli vocati	164.c. d. 182.d	diuina sapientia	233.f
Dij à supremo conditi Deo	178.b	diuinitas omnis est spiritualis & mentalis, non terrea	192.c
Dij beatè viuunt	202.f	diuinitas astrorum fabulosa	164.e
Dii beati, qui, & quo loco	166.f	diuinitas, Iupiter	147.a
Dii beati, quomodo	152.f	diuinitas nisi vna	59.f
dii calicolæ vere beati	165.e	diuinitas patris & filij, coniuncta	20.c
dii castigatores scelerum	165.f	diuinitas quid	151.b
dii cum hominibus habent societatem	180.e	diuinitas singularis	75.d
dii curatores, qui	165.b	diuinitas sola æterna	118.b
dii, custodes hominum, Angeli	165.d	de diuinitate inconstanter scnsi runt pagani	94.a
dii dæmones	64.d	non sunt due diuinitates, neque duo creatores	46.b
dii deorum	64.b. 91.d	diuinitatis confessio vsurpata omnibus sæculis	99.e
Dij <i>ἰσχυρός</i>	7.d	diuinitatis maxima potestas	79.d
dii & angeli, idem Homero	189.b	diuinitatis mysterium in personarum distinctione, verbis exaggerat Plotinus	17.b
dii & angelorum mentio in sacris & profanis litteris	169.f	diuinum corporis opificium	199.e
dii fabulosi, & Deus verus	52.e. 71.e		
dii facti hominum opinione	93.b		
dii falsi	93.b. 226.c		
dii Homerici noxi sape	165.d		

E e iij

Diuinum quid 29.d  
quid Diuinum sit. 216.e  
dini parentes nostri: in quem cadat hac appellatione 283.e  
dini qui apud Christianos 167.e  
diuitias continere nostras libidines adiutantes iubemur non quae Christo sacrantur 238.b  
Δοκεί, apud Aristotelem, quid 77.e  
doctrina de Deo, scadata, chaldaeorum superstitione 81.f  
doctrina deprauata de Deo, quomodo 93.e  
vera doctrina Mosis, etiam auctorum prophetarum testimoniis colligitur 136.e  
doctrina Mosis irrita impius Simplicius 135.d  
doctrina Peripateticorum de animorum immortalitate, impia quomodo 208.e  
doctrina Platonis de Bono, mente, Anima non recens fuit 17.e  
doctrina Platonis de caelesti felicitate 175.e  
doctrina Platonis profecta ab Aegyptiis 28.a  
doctrina Procli fabulosa 173.e  
doctrina varia de demonibus 178.c  
doctrina vera Dionysij corrupta Procli commentis 173.b  
dogma Chaldaeorum de Patre & filio 11.b  
dogma Phil. de celo nunquam interituro 248.a  
dogma Philonis alienum a Mosis doctrina 179.f  
tria dogmata diuina apud Platonem 96.b  
domicilium Dei, altissima cali pars 72.b  
Dominus & Deus impurus homo appellatus Dominus exercituum, Deus 20.b (72.f)  
domorum & aedificiorum vsus 162.f  
domus maxima aut vrbs, totus mundus 26.c  
donare Christo aliquam Regni partem, non est dilacerare, sed potius augere 237.b  
donatio Constantini cum confessione coniuncta 236.d.e  
donationem Constantini, cum primum baptizatus est factam fuisse, sed conscriptam aliquo post tempore 262.a  
donationem Constantini cum tota historia Syluestri coniunctam 267.f  
donatio Constantini non fuit amplificatio sed potius restitutio 256.e. 257.b  
ad ista Donatione quare ductus Constantinus? 256.d  
donauerunt reges Ecclesiae non sua, sed quae prius essent Ecclesiae, a Barbaris autem occupata & prius erepta restituerunt 287.d  
dubitatio multa super Donatione Constantini quae vix a multis dissolui potest, quare 23.c  
duobus Diis ascripta creatio 40.f  
de Duobus principiis error Zoroastris 114.a  
duos in vna vrbe, Rom. imperare nefarium iudicauit Constantinus 255.f

E

Ecclesie regnum antiquissimum 255.d  
Ecclesiae Romanae omnia regna nobilissima subiici quae subiectos habet non vt seruos sed vt filios 285.d  
Ecclesia Lateranensis ab autore Constantini appellata prima toto orbe terrarum constructa 283.b  
Ecclesia Romana ante aduentum Longobardorum in Italia dominabatur 287.f  
ab Ecclesia Romana maxima in omnes gentes profecta sunt beneficia 253.d

Ecclesiam Romanam sedemque Petri esse caput omnium ecclesiarum sanxit Constantinus 272.d  
Ecclesia vna super Petrum Domini voce fundata 282.d.  
Edictum prohibet Constant. ne quis impediat eos qui volunt sacris initiari 265.e  
Edictum Donationis Constantini Damasus explicat 279.a.  
Effecta bonae mentis 186.e  
ei scriptum pro foribus templi Apollinis 59.e  
quamuis par sit Electio inter Apostolos, vni tamen datum est ceteris preminere 282.d  
Elementa 221.a.  
Elementa non adoranda, sed Deus, elementorum author 105.f  
Elementorum confusio, non erat Chaos 144.d  
Elephantias morbus quare sic dictus 266.c  
Elogia vinus Dei 17.d.  
Empedocles 3.f  
Empedocles de creatione rerum 63.e  
Empedocles de Deo 57.d  
Empedoclis opinio 19.a  
Empyrum caelum 66.f  
Encomium sapientiae 234.c  
Ens, Mens Idea 15.e  
ad Ens processio vnitatis 45.b  
Entis attributa 59.e  
Eoi cum Armenis, vniuersoque Oriente in Concilio Florentino definitiones de sedis Romanae principatu 284.b  
Epicurus vir bonus, natura duce veritatem inuitus 111.c  
Epicureae sectae destructio, est verae religionis confirmatio 23.c  
Epicurei, bellum veritati intulerunt 133.a  
Epicureorum imperitia 135.c  
εργος, amor, Dei nomen 148.d  
Error Ciceronis idem qui Platonis 217.f  
Errores Aristotelis 163.f  
Errores suos confessi sunt Hippocrates, Augustinus & alij 72.b  
nulli Errores tam crassi, vt vera de Deo persuasio penitus tolleretur 103.c  
Error Iamblichi 187.d  
Error intolerabilis Simplicij 138.e  
Error occultus, errore manifesto detegitur 121.c  
Error paganorum quorundam de Anima 38.a  
Error philosophorum de animis 221.b  
Error philosophorum qui ex Arist. loci pendunt 211.c  
Error Pici Mirandulani, & Ficini 50.e  
Error Platonis de Daemonibus 179.a  
Error Platonis, qui caelum, Deum putarit 71.a  
Error Plutarchi 109.f. 190.d  
Error Procli de angelis mundanis, vt appellatur 175.c  
Error Stoicorum de mundi coflagratione 248.c  
Erymnis & daemon 190.d  
Erymnis, ministra Adrastra 244.b  
Erythra Sibylla, quae & Eriphile 24.e  
Esca Deorum quae 155.f. 176.c  
Esse & permanere 81.c. 100.a  
Esse melius est, quam non esse 200.e  
non Esse melius prorsus quam male esse 138.a  
quicquid in alio Est, etiam ab alio est 45.e

εὐδαίμονες

εὐδαίμονες, qui 178.a  
εὐδαίμονες & contemplatio 81.c  
Eudorus de Deo 62.d  
Euentus confessionis Constantini, est Imperij consecratio 261.a  
Eugubium oppidum vbi situm 250.c. 251.b  
Eulogia Dei magnifica 10.f  
non Eundum per publicam viam, quid 236.c  
Euripides de Deo 54.a  
Eusebij testimonium de historia Syluestri & baptismo Constantini 269.c  
Examinatur totum edictum Constantini contra Laurentium face tralationum graecarum quae cum latuerunt. 261.c.f  
Exemplar & causa mundi, mens 16.e  
Exemplaria & res ipsae, quid differant 62.e.f  
Exemplaris causa cur inducta a Platone 139.f  
Exemplaris mundus 63.b  
Exemplar omnis pulchritudinis habet mens 16.c  
Exemplar plenissimum, Verbum Dei & cur 25.f  
Exemplis popularibus vtendum aliquando in rebus arduis & Theologicis 48.a  
Existendi impossibilitas profecta ex absurditate 121.d  
Exitiosa incantationes 183.b  
Expiatio animi perducit homines ad vitam beatam 231.c

F

Fabula Platonis, de solis ortu & occasu 98.a  
Fabulosa mista vetis 94.c  
Fabulosa quaedam de demonibus tradidit Platonem 178.d  
Fabulosi daemones 188.f  
Fabrica corporis humani 200.a  
Fabrica humani corporis ad admittationem diuinae sapientiae nos excitat 210.c  
Facies Dei vt sol 243.e  
Fama antiqua de Deo 34.c  
Fama antiquissima de animorum immortalitate 225.b  
Fama antiquissima, incerto auctore, adulterata fabulis 199.b  
Fama de custodibus hominum angelis, vetustissima 191.b  
Fama peruulgata apud homines antiquissimos. 72.d  
Fallaces daemones, veti nihil ostendunt 185.e  
Fallaces graeci 2.b  
Falsa saepe induunt veritatis imaginem 176.f  
Falsa sapientia 229.c  
Fateri Deum esse, quid maxime cogi 105.f  
Fatum quid 104.  
non est Fatum, non fortuna, nisi velis 237.c  
Felicissimum non nasci, aut breuem esse vitam 159.a  
Felicitas, actio, non otium 127.f  
Felicitas Deorum in scientia perenni & contemplatione 175.e  
perfecta Felicitas, in quo sita maxime 202.d  
Felicitas perfecta, quae 80.f  
Felicitas vulgatis 103.a  
Felicitatis terminus, Deus 232.e  
Ferae ad quid creatae 161.b.d  
ex Feris plura commoda quam incommoda 162.d  
Ferrum datum ad vsum non exitium 162.e  
Feruores & frigora terrae, ad quid 161.f.  
Festum luminum Graecis, vnde sic dictum 265.d.c

quae Fiant a Deo, & quae ab hominibus 97.d  
Fides & ratio seu persuasio de Trinitate data non ex hominum instituto, sed diuino munere 46.c  
nihil Fieri aut conseruari posse nisi auctore Deo 93.a  
Filij Dei qui appellati 188.e  
Filij Deorum 182.d  
Filiorum Dei nomine, pios homines intelligi. 194.e  
tres Filios suscepit Constantinus magnus 280.d  
Filium Ideam & λογος Philoni 31.c  
Filius causa animae 14.b  
Filius Dei praedicatus veteribus longe ante carnis assumptionem 4.c  
Filius, imago Dei & exemplar hominis 26.c.f  
Filius, imago patris 17.c  
Filius mens secunda 32.c  
Filius, moderator vniuersi 26.c  
Finem hominis statuerunt Plato & Aristotelem 226.a  
idem Finis constitutus a philosophis & Christianis 227.b  
Finis omnium rerum, Deus 38.d  
Finis philosophiae vt videas Deum 231.f  
Finis rerum humanarum 225.f  
Flagellis deor puniuntur daemones maliu 189.c  
Flos Mentis 84.f  
Flumina 161.e  
Fons animorum 42.a  
Fons erroris omnis 120.e  
Fons legum omnium, Deus 84.a  
Fons misteriorum platoniorum, e veteri Aegyptiorum & Hebraeorum Theologia 25.b  
Fons Pater, quid 39.e  
Fons sapientiae, Dctis 77.c  
Fons totius iniquitatis & inscitiae non proferat antecedenti 260.f  
Fons vnus rerum 3.f  
Fontales Dii apud Chaldaeos 175.c  
Fontes 161.c  
Forma formarum, λογος 22.d  
Formationem hominis ex sacris litteris accepit Plato 159.c  
Fortuna daemon 178.a  
Fortuna, Deus occulte operans 178.a  
Fortunae nihil permittendum, Deus omnia moderatur 107.e  
Fortuna quid 79.d  
Fortunati non continuo amici Dei habendi 79.f  
Frenum equi S. Syluestri tenuit Constantinus equumque duxit 276.d  
Fructuum terrae varius vsus 74.b  
a Fundamento ad edificium nullum interuallum 154.f  
Furor & cupiditas, belluae duae in nobis 234.e  
Furtum Procli 170.d. 174.a

G

Gallae Placidiae de maiestate ac principatu beati Petri testimonium 284.a  
Gelasi testimonium Privilegium Romanae ecclesiae pontifici datum, confirmans 278.f  
tria Genera daemorum apud Platonem 182.c  
tria Genera Deorum Aristoteli 89.e  
duo Genera rerum 95.b  
Generare quid philosophis 82.c  
Genere posteriores, sapientia inferiores 3.a  
Generis humani primordium, vbi 2.b

I N D E X

Genesim de qua Moses, quis fecerit 10.f  
 Genesim Moysi non fuit ab Aegyptiis accepta 136.b  
 duo Genij cuique hominum dati 195.a  
 Genij, dii minores 181.a  
 Geniti Dij 64.c  
 Genitor ac genitus 36.c  
 Genitor charitate & dignitate imperas est 82.b  
 Genitor & Genitum, unum sunt in Deo 18.d  
 Genitor & genitus 14.e  
 Genitor vnus, aternus 10.c  
 Genius, custos hominis 195.b  
 Genius, siue angelus bonorum 181.e  
 Genus aequum, semideum 178.e  
 Genus humanum diuinum esse 201.f  
 Genus philosophiae triplex 34.b  
 Gigantes ex angelis natos nonnulli asserunt 188.e  
 Gignendi mundi causa iustissima 88.b  
 το Γενεσιον aliud & το θυ 59.b  
 γυνωθι σεουτογ scriptum litteris aureis in templo Appollinis 59.e  
 Gradatio pulcherrima 38.f  
 primus Gradus ad mentem faciendus, vt ad bonum perueniatur 16.c  
 duo Gradus bonitatis diuinae 131.d  
 Gradus primus religionis 226.b  
 Graeci a Barbaris didicerunt 35.c  
 Graeci a Chaldaeis & Aegyptiis edocti 4.d  
 Graeci insignes in scrutanda omni doctrina 2.b  
 quaedam Graeci peruerse intellexerunt & nomina immutarunt 2.b  
 ex Graecis & vetustis Exemplaribus probatur Laurentium verba Edicti perperam intellexisse 161.d.e.f  
 Graecos a Barbaris disciplinas sumpsisse 140.f  
 Graecos & Romanos multa latuerunt 2.b  
 Graecos fecisse meliora qua ab aliis acceperunt an verum sit 143.c  
 apud Graecos historiam syluestri haberi summam fidei, & quid contineat 269.d  
 Grandiloquentia Homeri, vnde 2.c  
 Gratiani opus vnde exceptum atque coflatum 266.f  
 omnia Gubernat Deus solo nutu 62.a

**H**  
 semper **H**abet Deus quod est habitaturus 110.f  
 Habitatio sub rectis, nobilior 163.c  
 Heresis Manicheorum, qui Deum mali causam assererent 96.  
 Haeres prima sapientiae Plato 36.d  
 Haeretici a prophanis autoribus suum errorum hauserunt 23.c  
 contra Haeticos opus esse fustibus, non anathematis, quare 255.a  
 Harmoniae autor Deus 108.b  
 Harmonia corporis humani opificem Deum arguit 210.d  
 Harmonia rerum tota in numero & proportionem 85.e  
 Hebe, quid 81.c  
 Hebraea lingua omnium linguarum praecipue orientalium mater 35.f  
 Hebraei ceci & ignari vere sapientiae 15.a  
 Hebraei non nouerunt Patrem 29.f  
 non Hebraei solum aliquid de Deo nouerunt, at etiam nationes aliae 72.d  
 Hebraeorum cecitas 33.a.36.c

**I**  
 Hebraeorum scientia nobilior, ac syncerior 2.d  
 Hegesij sermo de vitae miseria, quid attulerit 118.e  
 Heracliti sententia 19.a  
 Hermie error detectus 174.f  
 Hermias Platonius 24.d  
 Hesiodi partitio 177.f Hesiodus 3.f  
 tres Hierarchie angelorum 170.d  
 Hierarchia prima & secunda angelorum 173.b  
 Hippocrates, August. & alii suos errores cofessi sunt 72.  
 regna Hispaniae esse sedis Apostolicae etiam antequam a Saracenis occuparentur 285.c  
 ex Historia diuina Trismeg duo nosceda, 141.c  
 Historia praecleara Aristoteles de eorum pietate, qui ex incendio Aeternae montis parentes liberarant 76.e  
 Historia Syluestri apud Graecos haberi summam fidei, & quid contineat 29.d  
 Historia Syluestri prolata in Concilio septimo, ab Adriano summo pontifice contra imaginum opugnatores 268.a  
 in Historiis sacris saepe est hystero protero 262.d  
 ante Homerum & Hesiodum, multi praestantes viri florere 2.c  
 Homerus 3.f Homerus, de Deo 64.f  
 Homerus de rerum principio 149.e.f  
 Homerus, Iouis nomine Deum intellexit 109.d  
 vera de Homine creato fama, fabula apud Graecos 197.e  
 Hominem a Mente creatum asserit Philo 8.d  
 Hominem creatum post omnium rerum informationem 198.b  
 Hominem non negligit Deus 115.c  
 Hominem probum post excessum a vita fieri daemone 240.a  
 Homines ad quid nati 159.b  
 Homines beati quando 233.e  
 primi Homines colloquio & praesentia Dei fruebantur 1.b  
 Homines cur moribus indigerent 163.b  
 Homines deuotum, tantum supplices ad Deum redeunt 39.a  
 Homines Diis aequales 82.c  
 Homines, diuini pars spiritus 205.c  
 Homines falso boni & Dij appellantur 96.d  
 Homines fieri angelos, quid 182.b  
 Homines meliores & diuiniore, qui 183.d  
 Homines minoris sapientiae quam daemones 51.d  
 Homines participes virtutum diuinarum 80.e  
 Homines permulta nesciunt, & iidem rerum quas videt, minime ratione possunt reddere 220.d  
 prohi Homines post mortem non proprie dici daemones 178.f  
 Homines sceleratos auersatur Angeli boni 181.f  
 Homines sui iuris & liberum habentes agendi principium 237.b  
 omnes Homines vel maximo diluuium non fuerunt immersi vndis 130.c  
 ex Hominebus heroes, ex heroibus daemones 168.d  
 Homini maximam bonum quod 228.b (182.c)  
 Hominis causa creata omnia 168.d  
 Hominis creatio, & in hac vitam huncq; mundum introductio 211.e  
 Hominis creatio a Deo 204.b  
 Hominis ortus, ex Archite Tarentini sententia 196.f  
 Hominis

I N D E X

Homini pulchra descriptio ex Cicerone 204.e  
 Hominum beatitudo, quae 233.b  
 Hominum custodia non est a diis, sed a deo data 187.d  
 Hominum genus diuinum 214.a  
 Hominumque deumque pater deus Homero appellatus 169.c  
 Hominum virtutes 80.c  
 Homo a deo creatus 56.c  
 Homo ad imaginem dei factus 207.f  
 Homo, animal ad societatem natum 163.a  
 Homo animal nobilissimum & sanctissimum 199.e  
 Homo animal purissimum 198.e  
 Homo animus viuens & operans 224.a  
 cur Homo creatus a deo 211.f  
 Homo creatus vltimus 143.a  
 Homo, dei abscissio & radius 27.d  
 Homo duplex 212.e.215.c  
 Homo factus a deo 157.c  
 Homo imago dei 204.f  
 Homo immortalis 201.f  
 Homo maximum dei opificium 197.d  
 Homo mente priuatus, cui similis 231.d  
 Homo naturae beatae simulachrum, abscissio aut radius 7.c  
 Homo natus ad contemplandum 198.b  
 Homo, planta caelestis 34.d  
 Homo, postremo a deo creatus 155.b  
 Homo post remus creatus 198.b  
 Homo propter rationem non est deus appellandus 98.b  
 Homo, quomodo fieri possit dei formis 16.c  
 Homo, res iocularis a deo factus 200.b  
 Homo sibi, non deus, malum creat omnis Homo similis verbo, quomodo 27.d  
 Homo, simulachrum & imago dei 111.c  
 Homo spectator & interpres dei 159.b  
 Homo superat belluas sola ratione 197.b  
 Homo verus, pars diuina 203.c  
 Homo paruus mundus 60.c  
 Hospitalis deus 165.e  
 Humana philosophia, quae 235.f  
 Humana sapientia nullius pretij 229.c  
 Humani corporis fabrica 204.f  
 Humani corporis fabrica, ad admirationem diuinae sapientiae nos excitat 210.c  
 Hyle & chaos, mundus informis 144.a  
 tres Hypostases 38.c  
 de tribus Hypostasibus principalibus, Plotinis liber 15.c

**I**  
 Amblici error, & confessio veritatis 112.f  
 Iamblich. de deo & angelis 64.f  
 Iamblich. de mysteriis 24.d  
 Iamblich. de hominis ortu 196.f  
 Iamblich. diuinus appellatus 226.e  
 Iamblich. diuinus Platonius appellatus 157.c  
 Ibis sacra Mercurio 23.f  
 Idea Boni, quid 94.f  
 Idea boni, vt a Platone describatur 94.d  
 Idea a summo bono 43.d  
 Idea Platonis 12.b  
 Idea quae 105.c  
 Idea, quamnam sint 19.d  
 Idea rerum vniuersarum, dei: particulatum, hominis 10.b

Idea, sedem habent in mente 16.c  
 nomine Ideae summi boni, Plato non intelligit vniuersale bonitatis 95.c  
 Idea & το νοητον 41.d  
 Ideae vires infinitae sapientiae Dei 19.d  
 Idea idearum, Deus 95.d  
 Idea in mente 18.b  
 Idea lucis omnis, Deus 68.b  
 Idea mundi 93.d  
 Idea mundi, ceu mundus intelligibilis est mens 18.f  
 Idea quid apud praeficos 172.e  
 Idearum descriptio & definitio 12.b  
 Idea vere accepta quid designet 172.c  
 Idiomatica primo Hebraeo similia 1.f  
 Idolatriam facilius excidendam si imperium religioni subiiceretur, aut vtrumque sociaretur, quam si imperium religioni dominaretur 25.c  
 Idololatriae praedicauerunt non a Diis, sed a Deo mundum fuisse conditum 52.b  
 Idololatria naturam corrumpit 53.c  
 Iecoris formatio 199.f  
 Iehouah Hebraeis, quid 4.c.30.b.59.a.64.c  
 a Ieiunio corporeo, peruenitur ad verum animi ieiunium 230.d  
 magnum ieiunium abstinere a scelere 230.b  
 Ignea mundi anima 12.a  
 Ignem in silicem esse quid 143.d  
 Ignis elementaris & mixtus 144.d  
 Ignis non accusandus quod adurat 162.c  
 Iguium Oppidi nomen 250.b  
 Ignorantia melior cognitione 11.c  
 Ille qui est 40.b  
 Illusio cacodaemonis 192.b  
 Imago aternitatis, tempus, 123.c  
 Imago Dei, Angelus & homo 8.a  
 Imago Dei, Mundus 62.c  
 Imago & speculum bonitatis, Mens 19.d  
 est quaedam imago in homine virtutis Dei 80.d  
 Imago mentis, Mundus 18.a  
 Imago sensibilis mundi 143.d  
 Imago το οντος, Verbum 31.c  
 humana Imbecillitas facile obliuione capitur 140.b (117.c)  
 Immissiones per angelos malos 188.b  
 Immobiles causae, & immobilia principia 71.f  
 Immobilis Deus 55.f  
 Immortales animi 209.c  
 Immortalitatis animorum fama 196.b  
 cur Immortalis mundus a Platone constitutus 247.f  
 Immortalitatem animorum consequi praemia & supplicia 243.f  
 Immortalitatem animorum falsus Aristoteles 152.e  
 Imperator mundi filius 19.f  
 Imperator sacrorum quam terrenorum maior 256.d  
 Imperfecta, tristia, & in quibus dedecus est non merentur aternitatem 120.b  
 Imperialia omnia tralata ad religionem a Constantino 295.d  
 Imperio Romano adiuncta religio christiana per Constantinum 257.c  
 cum Imperio Romano scripta multa intercederunt 2.c  
 si Imperio Romano vires ademeris, nihil illorum statu miserabilis 254.a  
 Imperium a Religione possideri atque administrari satius, quam a profanis 259.b

Imperium legis, est imperium Dei 84.a  
 Imperium Romanū duplici ratione sacrosan-  
 ctum 255.b  
 Impietas maius malum quàm insolētia aut Su-  
 perbia 259.b  
 Impietas noxia 85.b  
 Impietates Aegyptiorum execratus Moses 136.c  
 Impossibile animos retro fuisse sempiternos  
 Impossibilis aternitas præterita 219.f (220.b)  
 Improbi cur felices 103.a  
 Improbi non amantur à Deo 79.c  
 Improbas ad miseriam satis est 134.d  
 Improbus ea infectatur quæ mala putatur, bo-  
 na verò silentio transigit 161.a  
 Impuri ac scelesti qui animam mortalem fa-  
 ciant 225.c  
 Incantatores & deceptores demones 183.a  
 omnis Incantator malus 183.a  
 Incēdia & diluua fuisse necesse est aut vniuer-  
 salia, aut particularia 130.b  
 Incommoda vitæ, quanta 161.a  
 Incorruptibilis anima Deorum 213.f  
 Individuorum perennitas 154.e  
 Inenarrabilis & inuestigabilis Deus 90.c  
 Infernus 240.c  
 Inferorum descriptio 244.b  
 Infinitas, ipsa diuinitas 61.a  
 Infinitas quid sit, 121.e. ex Proclo ibid.  
 Infinitum duplex, philosophis 121.e  
 non est infinitum, quod aliquādo habuit prin-  
 cipium 121.f  
 Infinitum, sæpe numerosum & incomprehen-  
 sibile homini significat 130.a  
 Ingrati philosophi, deum non agnoscētes 112.b  
 Inimicorum genus maledicendū omnia depra-  
 uare solitum est 279.f  
 Initiū mundi arguitur ex eo qui primus nomi-  
 na imposuit 155.d  
 non in quem cadit Iniuria, miser est, sed qui  
 facit 134.d  
 tria Inseparabilia, tempus, motus, calum 122.f  
 Institutionem sedium patriarchalium a Con-  
 stantino præsertim Romæ & Constantino-  
 polis fuisse probatur 262.d  
 Instrumentum Dei, est Natura 105.f  
 Insula beatorum 233.d  
 Insula beata, quæ 240.e  
 Intellecti & intelligentes cur angeli appellati  
 173.a  
 Intellectus agens & causa prima 224.f  
 Intellectus duplici modo accipitur 204.a  
 Intellectus homo verus 224.a  
 Intelligentia à Deo creata 88.c  
 Intelligentiæ & demones, duo genera Deorum  
 Platonii 89.c  
 Intelligentiæ orbium caelestium, Dij 71.c  
 Intelligentia primi orbis, Auicennæ commen-  
 ta 50.b  
 Intelligentia, quid 203.c  
 de tribus Intelligentiis, Proclus 41.a  
 Intelligere seipsum, solius Dei est 79.c  
 non interitum calorū se dē, sed mutationem  
 in melius 246.f  
 Interitum mundi non probat Philo 249.b  
 Inuenta varia Mercurij 24.a  
 Inuidia quid 194.b

Inuidi demones, & truces 195.e  
 Inuisibilis Dei claritatis, Sol est exemplū 107.a  
 Inuisibilis Deus, ex operibus manifestus 145.d  
 Inuocari Deum ab eo qui sit de rebus diuinis  
 disputaturus vult Plato 92.f  
 Ioan. Grammat. arguit Proclū imperitiæ 125.b  
 Ioannis Iouiniani Pontani, de Laurentio Val-  
 lensi testimonium 250.f  
 Iob, sapiens ex terra Hus 2.d  
 quicquid de Ioue locuti pagani id de vero Deo  
 intelligi 94.c  
 Iouis currus & Deorum exercitus 165.e  
 Iouis nomine Deum intellexit Homerus 109.d  
 Irato non est credendum 253.c  
 Irradiationē non intellexerunt Platonici 176.e  
 Irradiari & irradiatio 173.b  
 Ide Iside & Osiride 40.b  
 Italia à Græcis Hesperia dicta, quare 262.e  
 Iudicandum, audita parte vtraque 136.a  
 Iudices infernales in campo veritatis 242.e  
 Iudices inferorum 240.f  
 Iudicium Dei 249.a  
 Iulius de Romanæ sedis excellentia 274.c  
 Iupiter ante omnia 147.c  
 Iupiter, cur filius Saturni 94.b  
 Iupiter cur pater hominum & Deorum idem  
 rex 82.b  
 Iupiter & deus, idem 65.b  
 Iupiter & mens, an idem 94.b  
 Iupiter nomen sempiterni Dei 82.d  
 Iupiter quid, Proclo 65.b  
 Iupiter, quomodo Deorum maximus 64.e  
 Iurare in verba magistri non semper tutū 213.c  
 Iusti homines, demones post mortem an ve-  
 rum 182.e  
 Iustini locus, in Apolog. 52.f  
 Iustitia & Nemesis 109.b  
 Iustum & sanctum esse est assimilari deo 227.b

L

Labor homini propositus, cur 162.b  
 Labor in deum non cadit 131.c  
 Lacuum commoditas 161.d  
 Lapis euocans demones 185.  
 de lapsis animis opinio, vnde 223.c  
 Lapsus Adami & fuga è paradiso 222.c  
 Lagitor rerum bonarum, deus 79.c  
 Lateraense palatium à Constantino datū, mox  
 à pontificibus habitari cœpit 282.e  
 Laudatio religionis 225.f  
 Laurētij impietas ac temeritas declaratur 289.b  
 Laurentij Vallēsis calumniatoris imperitia su-  
 per his quæ de donatione Constant. sunt, ma-  
 nifestatur 266.e  
 Laurentius Iudæis assimilatur 236.e  
 Laurētius Valla eruditus quidem sed ei copiam  
 defuisse, qua dubitationem si ei suborta esset  
 depelleret 253.c  
 Laus Hesiodi, Empedoclis, Orphei 64.a  
 Legati demones angeli boni 179.b  
 Legatio angelorū est, non demonū officiū 179.c  
 Leges diuinæ, primæ hominib. late 228.f  
 Leges naturæ admirabiles 220.c  
 tres Lecti, qui 89.c  
 Legis diuinissimæ placita 84.b Lex deus 74.a 83.f  
 Lex orta cum mēte diuina 168.b Lex recta ratio  
 Liber de mundo, an sit Arist. dubitatur 34.c (83.f)  
 Liber de muu-

Liber de mundo Aristotelis, philosophiæ com-  
 pendium 72.a  
 Liberum agendi principium 115.b  
 Liberum arbitrium quidē, sed diuino agens au-  
 xilio 237.c  
 Liber Plotini de trib. hypostasibus principali-  
 bus 15.c  
 Libri Hebræorum amissi temporū iniuria 2.f  
 Libri Platonici ex Magorum doctrina 4.f  
 Libri sibyllini Romæ asseruati i Capitolio 20.e  
 Librorum Platoniorum deprauatores 88.d  
 centum Libros scholiorum scripsit Plotinus in  
 Numenij philosophiam 17.c  
 Licentia Syluestro tradita ex edicto Constantini,  
 qualis 265.b  
 Linguarum varietate euerfa est antiquorum sa-  
 pientia atque doctrina 1.f  
 Litterarum ρ & σ apud Græcos similitudo no-  
 minis Iguium lectionem deprauat 250.f  
 Litterarum inuentio & plurium artium 155.e  
 Litterarum sacrarum sola incorrupta sapientia  
 171.c  
 Litterarum vsus post diluuium 1.e  
 Loco differentes demones 189.b  
 Locus Ciceronis de prouidentia diuina 101.f  
 Locus ex miloniana Ciceronis 76.c  
 Locus Genesios obscurus quidem, sed non fal-  
 sus tamen 137.b  
 Locus Genesis à quibusdam male intellectus  
 188.c  
 Locus impiorum & pœnæ 242.f  
 Locus Platonis de Deo trino 36.d  
 Locus Senecæ, ex lib. de Vita beata 102.e.f  
 Locutiones platonica 39.a  
 ὁ λόγος κοσμοιοτου ποιητης 29.d  
 λόγος ὁ ποφητης 26.c  
 λόγος, quid 22.c  
 λόγος, sermo quare ita vertatur 26.c  
 λόγος θεῶ ἀόρατος 10.f  
 Loquuntur senes dulcius 74.d  
 Lex, quid 113.a  
 Lucem creatam quarta die quomodo intelli-  
 gatur 137.b  
 Lucretij cæcitas & imperitia 161.f  
 Lucretius arguitur impietatis, Plutarchus ex-  
 culatur 159.d  
 Lucretius calumniator rerum diuinarum 161.b  
 Lucretius impius 160.b  
 Lumen de luce 22.b  
 Lumen de lumine 13.c  
 Lumen mentale 10.c  
 Lumen naturæ, cognitionem Dei docuit 59.a  
 Lumen primum & secundum 10.c  
 vnam Lumen vniuersi 224.b  
 Luminis caelestis genus 67.a  
 cur Lunam fecit Deus 92.d  
 Lux ad quid, Platonii 97.f  
 Lux creata 141.f Lux duplex 141.f  
 Lux & esca deorum quid 176.c  
 Lux nostra, muta & quasi mortua 22.a  
 Lucis omnis principium, Deus 69.c  
 Lux veritatis Dei à seipso 175.a

M

Achinam mundi ad antiquum chaos re-  
 uersuram 246.c

Magica ars vbi potentissima 4.a  
 Magi de mente paterna 7.f  
 Magi de Trinitate locuti 49.d  
 Magi Persarum & Chaldæorum 3.f  
 Magi qui ita appellati 3.f  
 Magi, vnde didicerint 4.d  
 Magni Dei confessio semper fuit apud sapien-  
 tes 98.e  
 diuina Magnitudo, vt æstimetur 101.a  
 ad probandam Maiestatem quam Constanti-  
 nus Romanæ sedi donauit, aut à Christo con-  
 firmavit, argumentum 287.a  
 Maiores Valentini qui vocentur 283.f  
 Mala nulla apud superos 165.e  
 Mala sunt coniuncta bonis 134.e  
 Maleficij omne genus fieri ministerio dæmo-  
 num 183.b  
 Mali demones, non sunt hominum custodes  
 191.d  
 si Malo afficiat Deus, id optima causa facit 95.e  
 Malos puniri non est malum 132.c  
 eminent Malum si religio potestate regnare ca-  
 ruerit 254.f  
 de Mappulis vdonibusque, quæ nominantur in  
 priuilegio Constantini quæ sub cognitionem  
 Laurentij non venerunt 263.e.f  
 M. Tullij laus ex Lactantio 75.b  
 Marc ad quid creatum 161.e  
 Martyrum constantia, vnde 238.d  
 Maris commoditas 161.f  
 Materia rerum, Chaos 148.e  
 de Materia, error ex libris Trismegisti 109.b  
 cum Materia mistum esse Deum absurdum est  
 dicere 106.f  
 Materia non est initium infinitatis, sed multi-  
 plicitatis 60.f  
 Materia prima, qualis 159.e  
 Mathusala Adamum vidit 1.d  
 Mathusala ætas 1.d  
 Maxentio profligato signoque crucis viso non  
 subito sincere Christianum fuisse Constanti-  
 num 280.b  
 Medij demones inter Deum & homines 180.a  
 terra in Medio, cur 78.c  
 Melchisedech donationem Constantini confir-  
 mat contra Laurentium 278.c  
 causa Meliorum, destruimus deteriora 120.d  
 Membrorum situs & ratio 200.f  
 Mendacium & falsa miracula demonibus fa-  
 miliaria 183.b  
 Mens, ab ipso bono 13.c  
 Mens actu, mens operas incorruptibilis 214.b  
 Mens ἀγαθῶν 17.f  
 Mens aliquid in se melius habet quam æterni-  
 tatem 12.f  
 Mens ἑξ ἑδῶν μεμεγμένος ἑ  
 ἑαυτῆς 9.d  
 Mens archetypus animæ 93  
 Mens autoritatis, quid 10.d  
 Mens, author, causa, Pater, Deus 78.c  
 Mens ἀπορροειῶν 5.c  
 Mens, causa 94.b  
 Mens causa mundi, αἴτιος 6.b  
 Mens causa mundi & exemplar 16.e  
 Mens chaos diremit, Anaxagoræ 27.d

I N D E X.

mens cognata Diis	167.b	Mens, radius, & quasi scintilla à Deo	176.d
Mens creatrix	44.a	Mens secunda opifex	32.b
Mens, creatrix mundi	143.b	Mens separata à reliquis animæ partibus	208.c
Mens creavit hominem sibi similem	197.c	Mens, se visibilem fecit, quibus	44.a
vna Mens, cuius omnes fumus participes	224.c	Mens sine labore, & quiescens omnia facit	16.f
Mens, cum vult, creat	19.d	Mens sola æterna & ante omnia sæcula	15.a
Mens, Deo similis	13.f	Mens, spiritus, sapientia	10.f
Mens Deum contemplando quid assequatur	47.c	Mens, substantia & ens	19.a
Mens, Deus, principium	79.b	Mens substantialis	42.a
Mens, Deus, Proles Dei, & Regina mundi	6.d	Mens verum ens & vera substantia	19.c
Mens Diuina progenies, filia mundi, & Sapientia	6.b	Mens vlttramundana	11.b
Mens <i>Νεμεσις</i>	5.f	Mens vniformis, Anima mentiformis	14.a
sola Mens diuina	208.d	Mens vnita cum Deo	13.f
Mens diuina, animi nostri origo	7.f	Mens vnium multa	12.e
Mens diuinitissima omnium quæ cogitari possunt	79.a	Mentale lumen	10.b.c
Mens dominatur animabus omnibus	49.b	à Mente hominem creatum	8.d
Mens duplex	203.d	nihil ab alio segregatū præter Mentem	49.b.c
Mens duplex Philoni	8.e	Mentem à Bono, sola alteritate separari nõ substantia	39.f
Mens, & filius, & sapientia	22.b	Mentem esse res omnes	19.a
Mens & Verbum, prisca & cognita sæculis omnibus vocabula	22.d	de Mente, Platonis sententiæ	4.f.5.d
sola Mens exterius adueniēs, & sola diuina	83.b	Mentes distinguntur per suas substantias	224.f
Mens exterius aduenit, solæque diuina	153.d	Mentes duæ, Philoni	9.f
Mens exterius esse Aristotelis	86.e	duæ Mentes, quid apud Trismegistum	21.f
Mens, filius	4.d	tres Mentes, Reges, seu intelligentiæ	41.b
Mens fuit ante corpus	203.f	Mentis bonæ effecta	186.c
Mens, genitrix animæ	46.d	Mentis æternæ status duo	157.b
Mens habet exemplar omnis pulchritudinis	16.c	Mentis diuina attributa	9.b.79.a
Mens hominibus à Deo concessa, cur	158.b	Mentis duæ operationes	14.a
Mens humana Deus	93.c	laus Mercurij à rebus inuentis	23.f
Mens humana formata ad archetypū verbum	27.e	Mercurij Ter maximi verba de creatione rerū	90.a
Mens immortalis	203.c	Mercurius conciliatur sibi ipsi	96.f
Mens in bono omnia annuntians, tanquā imago illius	19.c	Mercurius, cur Trismegist. id ter maximus appellatus	23.e
Mens in homine Deus	216.a	Mercurius & Amon philosophi vetustissimi	56.f
Mens, λόγος, intelligentia, Ratio	5.b	Mercurius Theuth, eiusq; inuenta varia	24.a
Mens mundi, Deus Thaleti	11.f	Mercur. Trismeg. fons græcæ philosophiæ	9.e
Mens mundi melioris origo	16.c	Mercurij Trismegisti laus	50.c
Mens mundi nata æternaliter & ante omnia tempora	157.b	Mercurij Trismegisti locus de Deo, sancto quoque spiritu	37.a
Mens mundum creavit	3.f	mercurium Trismegistum Plato & Pythagori sunt secuti	140.f
Mens, mundus intelligibilis & idea mundi	18.f	mercurius Trismegistus vtitur nomine verbi ad mentem significandam	21.e
Mens nata inexplicabili modo	14.e	mercurius Trismegistus	3.f
Mens non absclita ex Dei substantia, sed quasi explicata	202.a	meta, finis, causa, rerum omnium Deus	115.f
Mens nostra, imago mentis diuinæ	19.d	Michaël princeps hebræorum	181.c
Mens nostra, imago primæ mentis, & quomodo	13.d	de Migratione animorum ad alteram vitam fama vetustissima	238.c
Mens omnium pulcherrima	18.a	minerua quid, nisi opifex Dea?	40.c
Mens opifex cum Mentē, Patre	8.b	ministri Dei, non Dij appellandi genij	187.e
Mens origo animarum	11.c	miracula falsa dæmonibus familiaria	183.b
Mens <i>πανταγεια</i>	9.f	miseri non sunt qui pœnas dant	96.b
Mens post patrem statuta	12.f	miser non est in quem cadit iniuria, sed qui facit	134.d
Mens princeps distincta ab alijs	11.d	mitram imperialem siue phrygiū datum summo sacerdoti in signum æternæ resurrectionis	265.d
Mens princeps, rerum omnium causa, Platoni	11.e	moderatore rebus adesse Deum magis consentaneum quàm eas non curare	131.e
Mens primo sapit	45.f	mœnibus cur indigerint homines	163.b
Mens, principium	78.d	monarchia vna in toto mundo	84.d
Mens, principium antiquius	42.f	monstra in locis callidioribus	162.d
Mens, quid	22.d	montes	161.b
Mens, radiatio Dei	205.d		monu-

I N D E X

monumenta quibus Ecclesiæ Romana Regna patrimoniâque continebantur, erant in vetusta Lateranensi bibliotheca	266.e	mundū aliquandō conflagratum iri Stoici asseruerunt	246.a
mōrbus & mors temere deploratur à Lucretio	162.e	mundum corruptioni obnoxium facit Platon	129.b
mores, verba, viri dæmonij	178.a	mundum creare & redimere, officium filij	29.e
mors, cur Socrati non displicuerit	166.c	mundū creavit Deus, verbo, non manibus	145.a
mors est portus tempestatum huius vitæ	206.c	mundum deificari, nefas fuit	154.a
mors optanda, cur	245.d	qui mundum fuisse ab æterno statuunt, quibus rationibus vtiuntur	117.d
mors quid	238.c	mundum hominum & terram nouam fore	246.d
cur mortem minime sibi metuendam Socrates putarit	238.f	mundum, sui causa non fecit Deus	169.a
mortem nõ metuere, signū magni animi	207.c	si mundus æternus statuatur, sequitur rerū omnium inaudita perturbatio	118.f.119.a
in mortem nulla culpa conferenda, sed in nostras cupiditates, qui eam acceletamus	162.f	mundus antiquissimus, Peleus & Tethys	149.f
mos antiquissimus Imperatorum	266.b	mundus à Patre regitur per filium	31.a
moses admirabilis apud omnes	136.b	mundus archetypus	143.d
moses non fuit edoctus ab Ægyptiis	136.c	mundus, communis vrbs hominum & Deorum	109.e
moses hōm omnia scripsit	63.e	mundus creatus, Deus verò naturaliter æternus	128.b
moses, omnium scriptorū antiquissimus	136.a	mundus creatus quorum gratia	133.e
moses, quam causam efferat finalem lucis	97.f	mundus & anima rationalis, duo tēpla Dei	26.a
moses scriptor primus	155.b	mundus exemplaris, mentalis	141.c
moses vetustissimus	36.a	mundus ex mundo	63.b
mosis & Hesiodi sententia	4.e	si mundus fuisset ab æterno, longe plura verborum scripta haberemus	130.d
quanquam mosi doctrina ab Ægyptiis manasset, fabulosa tamen dicenda proinde non fuit	137.a	mundus idealis, ipsum Dei verbum	59.c
mos oraculorum, vt sint obscura	8.f	mundus, imago Dei, quomodo,	62.e
vno motu Deus omnia regit	73.a	mundus, imago mentis	18.a
morum mentem dedisse omnibus quiescentibus dixit Anaxagoras	4.e	mundus intelligibilis, causa exemplaris creati mundi	139.f
motus causa	6.c	mundus melior	197.f
motus omnes, ad vnā naturā referendi	135.a	mundus mentalis	22.f
an moueamur impulsu alicuius numinis	195.c	Mundus <i>νοητός</i> in mente tanquam archetypo	18.c
quod semper mouetur, æternum de Deo duntaxat intelligi	217.e	mundus, non est Dei corpus	105.a
mouetur cælum à Deo, cuius nutu creata omnia	124.e	mundus, non est vniuersitas	60.c
multitudo & vnitās	116.e	mundus non est tanti, vt æternus esse debeat	157.f
mundi æternitas, ruina vitæ beatæ	120.a	mundus non potest esse æternus, si animi sint immortales	152.e
mundi æternitas speciosa quidem, sed non naturalis	128.b	mundus non vniuersum, sed pars vniuersi	60.b
vnus mundi architectus	101.d	mundus, omnium rerum coordinatio	72.b
mundi creatio à Merc. Trism. descripta	140.f	mundus quomodo delendus	247.c
mundi creationem æternā, quo sensu accipiendum sit	138.f	mundus, quo sensu Deus appellatur	91.f
de mundi creatione, omnium consensus	117.b	mundus, res omnium pulcherrima	151.a
de mundi creatione rationes absurdæ	123.a	mundus, templum sancti illi	106.b
mundi & ordinis autor Deus	155.c	mutatio est multiplex	127.a
de mundi exitu prophetarum & Stoicorum variæ sententiæ	248.d	mutatio in Deo minime sequitur ex creatione	126.f
non mundi molitione, sed contemplatione sui, Deum beatum	133.e	non omnis mutatio mala	127.b
mundi nascentis initium, Chaos	148.b	mysteria abstrusa tandem soluit Deus	110.e
mundi orbis caelestes	65.f	mysteriorū platonicorum fons, è vetere Ægyptiorum & Hebræorum Theologia	25.b
de mundi opificio, Philo	7.c		
mundi ortus qualis	3.b		
huius mundi sapientia reprehensa à Cicerone	229.f		
liber de mundo Aristotelis, philosophiæ compendium	72.a		
de mundo diuersæ opiniones	139.a		
de mundo diuino omnia visibilia oriri	63.b		
mundo meliores sunt animi	153.e		
mundo melius habuisse principū & cur mundum ab æterno esse putat Plotinus	122.a		
	16.c		

N

Nasci & creati philosophis idem	67.d
non Nasci optimum	118.e
Nata mens inexplicabili modo	14.e
Nata omnia dissolui	219.e
Nata omnia pereunt	59.e
non omne Natum dissoluitur	219.d
Natura conseruatur secundum speciem nõ secundum numerum	86.c
Natura dæmonum qualis	191.c
Natura, Deus	86.e.168.f



I N D E X

Natura Deus, idem apud philosophos	205.a	Nomina deorum, quibus ignota	168.a
Natura diuina & humana, à Philosophis male coniuncta	217.d	varia Nomina Deo tributa	54.a
Natura docuit vnum esse colendum Deum	109.c	Nomina diuinæ naturæ, tria	100.a
quæ Naturæ aduersantur, non diu subsistunt	258.f	Nomina filij apud Theologos veteres	31.b
Naturæ continua opera	220.e	tria Nomina filij Dei	26.a
Naturæ diuinæ potētia, quàm admirabilis	73.b	tria Nomina filij Dei apud Orpheum	30.a
diuæ Naturæ indiuisibiles	27.d	Nomina primitiua plus significant quàm deriuatiua	59.d
ne vera Naturæ inquisitio fabulis deprænetur cauendum est	178.f	Nomina productionis & conuersionis	44.c.d
Naturæ leges	218.d	Nomina Trinitatis apud Proclum	173.d
Natura est instrumentum Dei	105.f	Nomina verbi, plura	31.c
Natura, est ordo rerum	160.b	tria Nomina, vim & naturam dæmonum declarantia	184.d
Natura & Deus, nihil agunt frustra	70.d	Nomine dæmonum malos intelligi	189.a
Natura & tempus à Deo proficiscuntur	156.d	Nomine Dei nimium licenter abusi veteres	94.a
Natura hominis non vna & simplex, Deus vero semper idem	81.d	tribus Nominibus Deus à Seneca appellatus	104.c
Natura inuentum Dei	154.f	Nos non debere esse nimium de vita sollicitos, sed Deo curam relinquentiam	99.b
Naturales dæmones, qui	182.c	Nos sumus exigua Dei portio	67.d
ad Naturam bestiarum deducimur si mundi statuatur æternitas	119.f	Notio, rei notæ similitudo	11.c
Natura mentalis verbi est opifex	23.a	ὄντος ἡμῶν, Deus	9.f
Natura, modicis delectata	121.f	ὄντος ἡμῶν, Nomen ad Hebræis deflexum	5.b
Natura non affectat infinitatem	120.d	ὄντος ἡμῶν, rerum omnium principium	4.d
Natura omnibus gratificata	162.a	ὄντος ἡμῶν, vnde & quid	48.c.143.e
Natura postulat vt sit prius & posterius	140.b	Noxa dea	93.d
prima Natura, quæ Theophrasto	100.a	Noxia cur viranda	85.b
Natura quid, philosophis	134.f	Nubila & impedita hominū cōtemplatio	233.c
Natura quid	104.e.105.d	Nugamentum non philosophi, sed argutantis ea de re quam ignorabat	131.a
Natura semper homines impulit ad cognitionem & confessionem vnus Dei	53.e	Numeny Pythagorei laus	31.f
Natura summi Dei non est vt animorum humanorum natura	218.d	Numenius agnoscit Trinitatem	47.e
de Navigatione restituta Tiberis, à Trufiano, agri Perusini castello, vsque Romam	290.d	Dei Numeny vnus assertum à M. Tullio	101.f
si Necessitas ponatur, tollitur Deus	108.e	Numeri Pythagorei & opinio de triade	41.e
Nectar Deorum quid	80.b.81.f.167.a	Numerus animarum finitus vel infinitus	153.b
Nectar & Ambrosia	74.f.165.f	Numerus restatur infinita Dei potestatem	85.e
Negatio, melior affirmatione	11.c	Numina tria, tres reges, vnus Deus	12.e
Negligens circa Dei cultum, qualis	235.d	Nuntiaror Deorum peregrinorum appellatus D. Paulus	178.b
Nicolai testimonium de priuilegiis Romanæ sedis à Christo concessis	288.b	solo Nutu omnia gubernat Deus	62.a
Nilus	161.c	Nymphæ, dæmones	182.e
Nobilissima regna nulli regi alterius regni subiaci nisi vniuersali matri Ecclesiæ Romanæ	285.d		
No ere, non est boni	111.a		
Noëi ætas & vaticinium de diluio	1.c		
Noë in medio temporum constitutus	1.d		
Noë quid viderit & audiuerit	2.c		
νοητὸν, ὁ ἐξ ἡμῶν	95.b		
Nomen angelorū & dæmonū cur simile	177.e		
Nomen dæmonis variè vsurpatum à poetis & philosophis	177.d		
Nomen Dei apud varias nationes nullum Nomen Deo coaptari	65.a		
Nomen Patris & Filij	114.c		
Nomen Patris, vnitas	5.a		
Nomina angelicarum potestatum	45.b		
Nomina attributa angelis	170.b		
Nomina Dei apud Senecam	182.a		
duo Nomina Dei, Pater & bonus	105.d		
Nomina Dei patris & filij	96.c		
Nomina Dei, Trini & vni	48.e		
Nomina Dei varia, & eorum ratio	45.b		
	74.b		

<b>O</b> biecta veræ religionis	230.a
totum Occidentem Constantium Ecclesiæ subiecisse coniecturis probatur	284.f.285.a
Oceanus pater	149.b
Oculi duplices	133.c
Oculus iustitiæ omnia videt	109.e
Officia angelorum & dæmonum supplicia à Deo assignata	188.b
Officia dæmonum	185.a
Officia ventorum	103.e
Officia vera regis, eaque optima	84.d
Officium angelorum	66.c.171.f
Officium filij, creare mundū & redimere	29.e
magna Olympi capacitas	68.b
Olympus vnde dictus	69.f
Omne quod non est primum, non est simplex	45.e
Omnia ab vno creata	63.e
Omnia ad honorem Dei facienda principibus	108.a
Omnia Deo parant	228.d
Omnia, & Bona, idem	38.d
Omnia existeret circa omnium regem	38.b
Omnia fa-	

I N D E X.

Omnia facta à Deo vno	14.e	Oraculum dæmonū de Deo vero, vnoque	65.c
Omnia hominis causa creata	168.d	Oraculum de sancta Triade	51.c
Omnia immortalia & immortabilia in cælo ex Aristotele	67.d	Oraculum ex Proclo, de Deo	69.b
Omnia in Deo latitabant antequam creata essent	147.d	Oraculum Mercurij de Deo	9.f
Omnia in Deum desinunt, per media	47.d	Oraculum ore prophetarum, vt natura, ore philosophorum	112.e
Omnia non sunt visibilia	104.c	Oraculum Sibyllæ publicè cognitum	20.f
Omnia pendunt à Deo, sed per mediam mentem	14.h	Orbes cælestes mundi	65.f
Omnia peribunt	247.	Orbi, cui non est principium comparata æternitas	128.b
Omnia simul fecit Deus	140.b	Ordinem angelorum non à Platone, sed à Dionysio mutuarus est Proclus	174.b
Omnia sunt ab vnitate	14.a	de Ordine rerum, Aristotelis placitum	154.c
Omnia terna apud Platonem	15.e	Ordines Angelorum, principatus nominari	8.f
Omnia visibilia oriri è mundo diuino	63.b	Ordinis ratio à Deo	92.e
Omnipotens Deus	116.c	Ordo admirabilis & pulchritudo partium vniuersi	161.b
aliud τὸ ὄν, aliud τὸ γινόμενον	59.b	Ordo cæli inuentum Dei	91.c
τὸ ὄν philosophorum	40.b	Ordo certus feminum, quid	160.c
ὄντος, quid	28.e	Ordo confessionis & donationis Constantini qualis	272.b
ὄντος ἡμῶν, quid significant	13.c	Ordo & lex vniuersi Deus	83.f
ὄντος ἡμῶν in sacris litteris, est τὸ ὄν Platoni	59.d	Ordo quidam rerum, sed inchoatus	159.c
Opera dæmonum	186.c	Ordo rerum omnium à mente	78.c
Operationes animorum, quæ	202.e	Ordo semper idem, & idem locus in astris	73.f
Operationes & narrationes vt differant	138.d	Ordo tertius angelorum	173.f
duæ Operationes mentis	14.a	Organi ædificio facultatem operari	214.f
Operationis initium à cogitatione	198.f	Origines omnium hominum, non sunt sacris expressæ bibliis	1.d
Operatur Deus sine tempore	140.a	Origines tres, tanquam vna	39.b
ex Operibus claret Deus	57.b	Origo animi cælestis	209.d
huius Operis duplex ratio	3.a	Origo animi & migratio	206.e
Opifex Deus	78.d	Origo mundi melioris	29.d
Opifex rerum, Deus	109.a	Ornatus mundi, argumenta, & exempla diuina maiestatis	106.a
si semper Opifex, semper fuit artificij, captiosum & fallum argumentum	126.e	Orphei Theologia, duplex	146.e
Opifex solertissimus, Deus, Pindaro dictis	53.b	ab Orphee Græci edocti	35.e
tres Opifex Amelio	41.f	Orpheus	3.f
ab Opifice vniuersi producta omnia	66.a	Orpheus de Deo	55.b
Opinio Chaldaeorum de vnitate	55.b	Orpheus, Theologiæ Græcæ princeps & eius laus	29.a
Opinio de mundi æternitate, elementa, & mundi partes Deos fecit	120.c	Orpheus vnum tadem, vnumque deum agnouit	29.b
Opinio erronea de angelis amore mulierum captis	194.d	an Orta omnia occidant	218.e
Opinio Platonis erronea de animarū fatu	222.d	omnia Orta, peritura	125.c
Opinio Platonis de Cælo beato & incorruptibili	98.c	de Ortu Solis Trismegisti sententia	124.e
Opinio Pythagoræ & Platonis de mundo	139.a	Ortus omnium ad vnā causam reuocadus	67.b
Opinione vulgi falsissima Laurentius deceptus alios omnes decipere studuit	254.a	Oscitantia in legendo quid afferat	213.e
ab Opinione vulgi non pendendum	219.b	ὄρατος vnde dicitur	138.c
Opinionis Platonicæ absurditas	221.d		
Opinionum mutatio in viris doctis	74.e		
Opinio veterum de mundi creatione	36.a		
omnium Optimum ac præstacissimū Deus	61.f		
Optimum quod gignit & gignitur	15.e		
Oracula, cur veribus edi dicerent	54.c		
Oracula edi per malos spiritus cur permiserit Deus	193.b		
Oracula Sibyllæ Erythrææ de filio Dei	19.e		
ab Oraculo Apollinis multa bona, & impostura nulla	192.c		
Oraculorum mos	8.f		
Oraculum Apollinis	13.d		
Oraculum apud Iustinum	69.c		
Oraculum Chaldaicum	173.c		
Oraculum Cyro iuniori redditum	193.a		
Oraculum dæmonis de Deo vero	66.d		

P

<b>P</b> aganismum tueri statuebat Simplicius cum Porphirio & Proclo	135.c
Pagani veritatem Christianam insectabantur cuius miseria latebant in scriptis Platonico-rum	13.c
Paganorum dij	93.e
quid cogit Paganos, confiteri deum esse	133.b
Paginam donationis propriis manibus super corpus beati Petri reposuit Imperator	266.a
Pagina priuilegij, quare sic dicta	267.a
παίδες, vnde dicti	200.b
cur in Palatio summi pontificis, in omnibus fere negotij Latine loquantur	258.f
cur Palatium Imperatorumque sedē Syllæstro & successoribus reliquerit Cōstantinus	282.e

I N D E X

Paleę nomēn barbarum quid significet	260.d	in Peripateticis quibusdam, quo plus inscitia,	
παλιγγεσία improbat	222.c	eo plus arrogantia	200.d
Paludes, lacus, mare	161.d	Peripateticorū cur non vera philosophia	231.d
magnum Pana mortuū Tyberij tempore Plutar- chus tradit	192.a	dare Perpetuitatem cælo, quod habuit princi- pium Aristot. conatur, Plato minime	124.c
Panomphaus rex, Deus	68.d	Petitio Niceni concilii, vt ab apostolica autho- ritate confirmetur	275.c
πατέριος quis vocatur	22.f	Phanes, Sol	174.e
πατήριος	45.c	Phanes, sol à πατήριος	149.a
Paradisi nomen	240.e	Pherecides primus animi docuit immortalita- tem	216.c
in Paradiso positus homo	212.a	Pherecydes Syrus, de deo	57.a
paradisus, animorum sedes	209.d	Pherycidis sententia de deo in amorem se transf- ormante	148.e
Parcæ tres	74.c	Phidiaz artificium ingeniosum	37.c
magis Parendum Deo quàm hominibus	228.c	Philo animam adumbrat, quomodo	7.e
Parens vniuersi Deus	88.a	Philo, cum beato Petro loquutus, Romæ	31.e
Parmenides	3.f	Philo de allegoriis legis	25.c
Parmenides circuitione conatus explicare mi- sterium παίδος	19.a	Philo de deo filio mirabiliter loquitur	30.c
Parmenides & Melissus non fuerunt ab Aristo- tele ita reprehendendi	58.e	Philo Iudæus de mundi creatione	139.c
Pars iubens, & pars obtemperans	215.c	Philolaus de deo	55.f
Pars mundi maxima, Deus, vt intelligatur	104.f	Philoponus rectè censuit, Aristotelis exploran- da esse verba	135.f
à Particulari vniuersale inferre, absurdū	219.d	Philo, quo tempore philosophatus est	31.a
Pastor & Rex Deus	26.b	Philosophandi via duplex	56.b
Pastor gregis humani, Deus	98.f	græca Philosophia ab Ægyptiis præceptoribus profecta est	137.a
Pater dicitur, filius operatur	11.b	Philosophi à Barbaris edocti	35.d
Pater & bonus, duo nomina Dei	96.c	Philosophia Christiana, quid	237.f
Pater & filius non separantur	46.b	Philosophia Christianorum sola vera, dignaq; sapientia nomine	3.c
Pater & creator omnium deus, cur ita appella- tus	108.b	Philosophia, dæmonum, id est diuina	177.f
Pater, & vita & lux & vita	22.a	Philosophia de bonis cælestibus quasi per vim- bram docuit	231.c
Pater, exemplar filij	26.f	Philosophiæ pars præcipua de moribus	119.d
Pater genitor entis	19.a	Philosophiæ præcipua agatio	146.e
Pater luminum, deus	14.b	Philosophiæ tres ætates	2.a
Paterna mens, paterna sapientia	51.b	Philosophiæ tres partes	3.b
Paterna mens, quid	7.f	Philosophiæ triplex genus	34.b
Pater noster, deus	66.a	Philosophi aliam vitam ardenti animo expecti- uerunt	249.b
Pater, rectè πατήριος appellatus	18.d	è Philosophia maxima vtilitas petitur	157.c
Pater το πατρίων	39.a.41.d	Philosophia Mosaica, omni sapientia vetustior	150.c
Patientia diuina virtus	107.d	Philosophia non est aliena à Christianorum do- ctrina	113.b
à Patre æterno filius æternus genitus	21.f	Philosophia, non nouissimis tantum sæculis, sed vetustissimis	28.f
à Patre filium angelum missum, maximū theo- logiæ sacramentum	17.c	Philosophia nostra eadem, qualis veterum	15.f
ad Patrem aditus nobis nullus, nisi per mētem	13.e	Philosophi ante Platonem	34.f
Patrem nouerant superiores, Hebræi verò non	29.f	Philosophia Platonis vnde hausta	23.f
πατέριος νόος	10.d	Philosophia prima altera perfectior, cur & quando obscurata	2.a
Patris ac Filij diuinitate eiusdemque cognitio- ne nihil maius	3.d	Philosophia prima quomodo reiecta & per ma- nus tradita	3.b
Patris & filij coniuncta diuinitas	20.c	nulla est Philosophia quæ deum ita doceat & commonstret, vt Christiana	232.a
Paulus, clarius Platone de deo locutus	38.c	Philosophia Simplicii, veritatis est obrebra- tio	138.f
Paulus Nuntiator deorum peregrinorum ap- pellatus	178.b	Philosophia vera quæ	227.c
Pedum deosculatio notatur	276.d	Philosophia vetus & noua consentientes	32.f
nemo Peccat inuitus	237.c	Philosophia vetus senior	152.b
Perditio ac renouatio mundi	247.b	Philosophia vna ex omnibus vera, Christiano- rum	229.b
de Perenni Philosophia	3.a	Philosophia vtilior quæ deum astruit quàm quæ negat	85.b
omnis Perfectio à deo	114.f		
Perfectio animi, quæ	234.d		
Perfectio & ipsum esse, idem	30.b		
Peripatetici deprauant interdum dicta Empe- doclis	63.f		
Peripatetici impudentes in rebus arduis, vt di- uinitate agitata	75.c		

Philosophi,

I N D E X.

Philosophi consentiunt inter se de animorum immortalitate	205.f	plus	17.e
Philosophi, fabulis vel hominum autotitatis nimium addicti	112.f	Plato, fuit Moses, arica lingua loquens	136.a
Philosophi, ingeniorum ostentatores	133.a	Plato, hæres primæ sapientia	36.d
Philosophi ingrati, Deum non agnoscētes	112.b	Plato inconstans, qui ortum, sempiternum sta- tuat	160.a
Philosophi, nullos Deos putarunt præter Astra 128.e		Plato, interdum fabulator	199.f
veri Philosophi, qui	218.c	Plato in Timæo Deum verum confitetur	86.f
Philosophi, quomodo deprehenderint Deum singularem	70.c	Plato magosimi tatus	24.c
Philosophi, quo vetustiores, eo in doctrinā pri- uiores	55.b	Plato, medium incedit inter poetas & oratores	93.f
coguntur Philosophi recentes veterum philo- sophorū sententia subscribere	54.a	Plato, more vulgari & poetico loquutus de deo	64.a
ingrati Philosophi, veritate non agnoscētes	99.f	Platonici cæci qui tam mira dixerunt, tamen ve- ræ religionis experes	15.a
Philosophi veritatis aduersantes, verū facti	131.a	Platonici locuti digna spiritu Dei	50.c
Philosophi veritatis hostes	111.d	Platoniorum Theologia, mira	13.d
Philosophi viderunt in parte	42.b	Platoni locus in Epinomide	38.d
magnus Philosophorum consensus super hac animorū è corporibus exeuntium sorte	241.c	Platonis dictum	36.b
Philosophorum error	110.d	Platonis doctrina de Deo summo & Diis præ- clara	172.e
Philosophorum iuniorum insolentia	145.c	Platonis error de animo ingenerabili	218.c
Phisici, creationem mundi confessi sunt	151.d	Platonis magistri	91.f
Phocylides de Deo	54.a	Platonis præclarè dictum de Deo	56.f
de Phirgio seu mitra imperiali & Loro, quæ Valentis ignorabat	262.f.255.d	Platonis regeneratio	98.c
nihil Pietate ac religione melius	225.e	Platonis sententiæ de mente	4.f
quæ à Pietate & virtutibus separata est non est sapientia	229.e	Plato Philebo	5.f
sublata Pietate, pereunt & cætera virtutes	119.e	aut Plato Philonifat aut Philo platonifat	25.c
à Pietate, virtutes manant omnes	237.d	Plato, propheta imitatus, obscurè disputauit	28.e
Pietas apparens, si vtilis est, certe vtilior ea quæ vera est	85.a	Plato secum diffidet, opinione de reminiscētia	222.a
Pietas Constantini	256.e.f	Plato sibi contradicit	88.e
Pietas fons beatitudinis	249.d	Plato Trismegistum secutus	90.c
Pietas, omnium virtutum princeps	226.b	Plato vixit ante Christum plus 309. annis	41.c
Pietas pretiosissima	234.b	Plato, vnde libros suos hausit	2.f
Pietas primò exercenda	87.a	Platon, Gemisto platonicus	24.c
Pietas quid	85.a	locus Plinij corruptus emendatur	251.c
Pietas tollitur, æternitate mundi posita	153.a	Plinius, Patientis à Theologia	102.d
Pietas, virtus omnium præstantissima	119.e	liber plotini de tribus hypostasibus	18.e
qui Pie vixerint, ad cælestē sedem ire post mor- tem	221.f	plotini laus	15.b
Piorum chorus	242.e	plotini locus de prouidentia	16.d
quæ Pipinus & Carolus Magnus Ecclesiæ roma- donauerunt fuerant prius ipsius ecclesiæ à Lon- gobardis occupata	288.a	plotini locus de spiritu Dei	37.b
multis Placuisse, est displicere sapientibus	235.f	plotinus de tribus rerum originibus	39.d
Plagæ mundi caloribus & frigoribus in habi- tata	160.f	plotinus minime religionem nostram nouit	15.c
Planetarum cursus	73.b	Plotinus princeps Platoniorum	16.b
Plato	3.f	Plutarchus de Sibylla	24.e
Plato à Platone correctus	181.c	Plutarchus excusatur	160.a
Plato, à quibus didicerit	41.c	Plutarchus excusatur, Lucretius arguitur im- pietatis	159.d
Plato confessus mundi creationem	128.e	Plutarchus, Deos angelos vocat	64.f
Plato cur hac vsus similitudine	89.d	Plutarch. sibi ipsi contrarius	131.b
Plato dubius	77.a	Plutarch. vnum Deum fassus	109.c
Plato & Ari. eadem confessi quæ Mose	78.f	pœmander apud Trismeg. quis	141.a
Plato & Aristoteles ratione, Seneca vei o ntu- ra Deum fassus est	103.c	pœmander, quid	10.d
Plato & Aristoteles successere primis philoso- phis	70.b	pœmander quis, & quomodo legendus	143.b
Plato facit aliquem à mortuis excitatum, de vi- ta secunda disputantem	241.f	pœnæ damnatorum	240.f
Plato floruit ante Christum natum	250. & eo	dare pœnas, non est malum, cum sit liberare à maximo malo	96.a

F f

summorū Pontificum qui contra reges seu principes sententiam excommunicationis tulerunt eorūq; gubernaculis deturbarunt catalogus	287. b. c.
Populi qui post Chaldaeos florere	3. e.
Populus Israël angelo Gabrieli creditus	181. b.
Porphyrij locus præclarus de mente	14. c.
Porphyrius & Iamblichus etiam nolentes vera dixerunt	137. a.
Portugalix regnū est Ecclesiæ Romanæ	286. e.
Portus tempestatum huius vitæ, mors	206. c.
Posterioribus castigatus de Trinitate loquuti	39. f.
Posterioribus genere, sapientia inferiores	3. a.
Postiquus, quid	82. d.
Potestas Dei summa, qui solē flectere possit	98. b.
eius Potestas est dissoluēdi, cuius fuit condendi & componendi	249. a.
in quo Potestas est mouendi, in eodē est sistendi	219. d.
Potestas maxima diuinitatis	79. d.
Potestate diuina continetur vniuersum, Aristoteli	86. b.
Potestates inuisibiles insinuant se humanis animis	186. e.
Potestates omnes ministræ Deo trino subiciuntur	48. f.
Præcepta aurea, de vitanda omni intemperantia	236. a.
Præcepta phocylidis parænetica	54. b.
Præcessit chaos, secuta est naturarū mutatio	148. c.
Præfecti angeli hominibus cur	188. a.
qui dæmonas Præfectos hominibus esse dicit calumniam Deo facit	191. e.
Præmia bonis proposita, pœnæ improbis	132. b.
Præmia caelestia nō amittunt iam adepti	193. d.
exigua Præmia iustis hac in vita	241. e.
nulla Præmia statuuntur bonis, si mundus æternus est	119. c.
Præteritum pro plusquam perfecto vsurpatum	138. a. b.
Præuitas dæmonū est fortuita, nō naturalis	190. e.
Præmia substantiæ, Dij, Aristoteli	163. f.
Præmia de Diis philosophia	182. a.
Præmia & secunda die creatas die creatas esse res omnes à Deo, quomodo intelligendum	137. d.
Præmia Sapientia perfecta, sed temporum successione dissipata	3. b.
Præmia Theologia purior	59. a.
Præmium & secundum lumen	10. c.
Præmium, Deus pater, secundus ipsa eius progenies	17. b.
Præmium Deus, secundus Deus,	32. a.
Præmium & secundus, vnus & idem Deus	17. c.
Præmium motor celebratur ab Aristotele	166. a.
Præmium, non tempore, sed natura	13. a.
Præmium ciuitatis, tanquam Deus aliquis	82. e.
Præmium cui religionis custodia credita est armis & opibus pollere debet, quare	254. d.
Præmium humani generis, quid viderit & fecerit	2. c.
Præmium, imago Dei quomodo	107. c.
Præmium initionū & mysteriorū Deus	26. a.
Præmium religioni addictus, est in tuto	84. a.
eundem principatum quem Constantinus admirabatur superius tempestate profaporū im	
peratorum cæteri Theologi prædicauerunt	282. a.
Principatum Romanæ sedis non ab Apostolis sed ab ipso Christo statutum	276. e.
Principatum Romanum non primus Constantinus sed à Christo constitutum	262. a.
principem terrestrē dominari vbi fuerit à Deo constitutus principatus caelestis, nefas	265. e.
principes Dij cur dicti	107. c.
principes in Deum pij	108. a.
duo principes philosophis succedere primis plato & Aristoteles	70. b.
tria principia	45. a.
tria principia platoniorum	14. a.
duo principia rerum	10. a.
duo principia rerum omnium	28. d.
duo principia rerum, ex Orphei doctrina	147. f.
principia rerum omnium in verbo latitant	23. b.
duo principia statuere, plane erroneum	108. e.
iisdem principiis constitutis, sequitur idem esse quod de principiis existat	34. a.
in principio, id est, in sapientia	27. a.
principiis vnus nutu, belli certamen inicitur	73. c.
principium antiquius, mens	42. f.
principium, bonum, vnitas, idem	114. c.
principium causarum, Deus	77. f.
principium immobile per se	61. d.
principiū intellectuale & inuisibile Deus	62. c.
principium mens	78. d.
vnus principium motuum omnium	135. a.
principium omnium rerum ter acclamabantur Egypti	40. a.
principium principiorum	114. c.
magna principum quorundam potentia	72. f.
aliquod principium rerum fuisse, magis natura consentaneum est	117. c.
ad vnus principium retulerunt omnia philosophi omnes	46. a.
principium sempiternum & præcellens quibus modis intelligitur	122. b.
omnium rerum principium, vnitas	57. f.
principium vnde sumptum sit	145. b.
principium vnus & immobile	58. d.
principium vnus rerum omnium	1. b.
prisci cur meliores	135. e.
principi meliores notis, quia Deo propiores	34. e.
prisci norant creatorem Deum, patrem non norant	28. e.
priscis philosophis insinuata doctrina de vita futura, à Christo declarata	238. b.
privilegia sedis Apostolica, qualia	288. c.
privilegii Constantini veritas Nicolai testimonio probatur	262. c. d.
quod probatur melioribus, id certius	3. f.
probitas vnde petitur	77. c.
omnis probitatis origo, pietas	226. b.
probos remuneratur Deus	78. a.
procli absurditates	127. c.
procli error	171. a. e. 172. a. d. 173.
procli furtum	170. d.
procli locus de mente seu sapientia vltra mundana	8. e. 11. d.
proclus ante Simplicium vixit	115. e.
proclus refutatur qui à platonica doctrina descruerit	43. a.
proclus	

proclus, veritatis deprauator, quāuis doctus	125. a.
de Procreatione animæ	108. c.
Progeniem Deorum se dicebant Prisci	238. e.
Proles vnica <i>πρὸς τὸν πατέρα</i>	68. e.
Proles nomen, Ens & mens	45. b.
Prometheus quid	197. e. 198. b.
Propago conseruatur continua specie	86. c.
Prophetantes à sensibus abstrahantur	192. c.
in Proportione & numero tota rerum harmonia	85. e.
Propositio disputationis de veris Diis	164. b.
Propositiones philosophorum	117. f.
propositionum distinctarum partes omnes nō semper veræ	118. f.
propositum Dei, bonitas,	105. b.
prudentia Dei certa & necessaria	100. b.
de prudentia Dei & eius actione opinio Aristotelis	75. e.
si non sit prudentia Dei, homo Deo melior.	80. e.
prudentia testimonia innumerabilia	168. e.
qui prudentiam Dei negant, naturam bonitatis eius nesciunt	90. d.
ad prudentiam Dei tollendam, argumenta Epicureorum	132. f.
prudentia Deorum vniuersa & particularis.	167. b.
qui prudentiam diuinam tollerent quāto errore tenebantur	3. a.
prudentiam diuinam verisimilem esse ponit Aristoteles	114. d.
prudentia, mundi que gubernatio, rectissime Deo tribuitur	131. c.
prudentia quid, plotinos	17. a.
prudentia quibus distinguatur	80. a.
si prouisum est æterna successione à Deo, sic & cæteris æquum est eum prouidere	86. d.
psallendi ordinem Romanum omnes Ecclesiæ sequi conantur	273. b.
psalmi & hymni nō à solis hebreis decantati	55. a.
<i>ψαλμοὶ</i> & <i>ὕμνοι</i> , differunt	203. c.
<i>ψυχολογία</i> dictus Deus à Pythagora	55. e.
in quo pugnet aduersus platonem Aristoteles	129. c.
pulcherrima quæque à Deo perfecta	110. d.
prima pulchritudo, & exemplar pulchritudinis	47. c.
pulchritudo pulchritudo (Deus 14. e)	112. c.
puniti malos, non est malum	84. f.
punitio decreta à lege tanquam à Deo	245. b.
purgatorij locus	239. b.
qui puri abeunt ex hac vita, beati	236. f.
purum pure contingere, quid sit	22. f.
pyramis quid apud Trismegist.	19. a.
pythagoræ & pherecidis decreta	137. a.
pythagoræ symbola	3. a.
pythagoras de Deo ex Cyrillo	55. d.
pythagoras in Aegypto peregrinatus duos & viginti annos	197. c.
pythagoræ concordia reconciliatio	234. f.
R	
Radiationes animi	176. c.
Radius dei angelus, vt humana mens	176. e.
Rafura vocatur corona sacerdotalis	265. d.
Ratio, ad quid homini data	92. c.
Ratio & mens castigat errorem	121. b.
Ratio, in homine optimum	214. a.
quomodo rationem reddant post mortem probi & improbi	242. c.
soia Ratione superat homo belluas	197. b.
Rationes Alexandri Aphrodisi, quibus animas immortales probat	213. f.
quibus Rationibus vsi, qui mundum fuisse ab æterno statuunt	117. d.
Ratio, pars diuini spiritus mersa in corpus humanum	207. a.
Ratio, pudor, veritatis impetus, homines adiungunt ad confessionem prouidentia Dei	119. b.
Rebus corruptibilibus æternitatem dare quid conferat	120. d.
de rebus grauibus dubiè affirmant philosophi	206. f.
Rebus omnibus & singulis deus prouidet	100. c.
in Rebus solū creatis est prius & posterius	125. f.
Refellere Deos qui non essent facile fuit	169. a.
circa Regem omnium existere omnia	38. b.
circa Regem omnium omnia & illius causa omnia	42. f.
Reges & principes magis sequuntur ore eorum quos habent à secretis	261. c.
Reges sancti, angeli	66. b.
non tres Reges, sed vnus	41. b.
Regione aërij dæmones	179. d.
Regio ætheria diis caelestibus, ætheria dæmonibus plena	179. a.
salutaris Regitur, atq; tuetur prouincia ab eo qui mores populi nouit & cuius est peculium ipsa prouincia quam ab alio	254. c.
Regna Hispaniæ & Hūgariæ esse sedis Apostolica iam inde ab initio ex beati Gregorij scriptis probatur	285. c.
duo Regna plato	95. b.
Regnum Dei primum querendum	86. f.
Regnum, præclarissimum genus reipub.	84. c.
Regnum caelorum prædicatum nouissimis temporibus	238. f.
Regnum romanum omnium sanctissimum, ac nobilissimum	255. a.
Regum Ecclesiæ præcipua sedes Constantinopolis primum fuit	255. d.
an Reip. Christianæ vtile sit sedem Romanam habere potestatem dominandi	253. f.
Rei vnici que bene consultum, cur	166. b.
Religio à Deo, non ab homine tradita	93. a.
Religio caelestis, vnde, & eius series	3. a.
Religio Christiana, magistra bonorū oīm	237. e.
Religio Christiana vetustissima	19. c.
Religio cuncta moderate agit interno tempore iniecto	259. a.
Religio duobus constat	234. a.
Religio est cultus & notio summi boni	15. a.
Religio & Theologia sæculorum omnium	58. f.
qui religionem Christianam cōtempserunt cæci & ignari peccarunt in sua ipsorum dogmata	227. d.
de Religione minime aliquid statuere poterant qui religionis fundamentū euerdebant	135. d.
sine Religione nihil est homine miserius	225. f.
quod Religioni donatur & Christo, non eripitur Reipub.	257. b.
Religionis Christianæ reprehenses arguuntur.	44. d.

I N D E X.

Religionis diuina imperiti, etiam de Deo magnificè locuti sunt	14. c	Rex prioris sæculi obsecratae	3. b
Religionis Incrementum, felicitatem temporum vocant sancti Theologi	258. d	de Reuocanda in urbem aqua virgine	293. e
Religionis malefica, veraque & sancta effecta	160. d	Rex differt ingenio, genere idem est	82. b
Religionis minor pars à maiore regatur necesse est	255. c	Rex exercituum, Deus	99. a
si Religioni vires detraxeris, illo rerum statu nihil miserabilius	254. b	Rex, imago Dei uia	84. d
quæ Religio vera	113. c	Rex minoribus negotiis intentus duntaxat, non vere habendus rex	84. d
sola Religio vera, Christiana	226. c	Rex omnium bonorum Deus	38. d
Religio vna nunquam deficiens	15. a	Rex romanorum Christus	20. f
Religio vna totius generis humani necessaria	3. d	Rex sæculorum	28. d
vna Religio, vnaque scientia de Deo	113. a	Rex veritatis & dominus vnuerſi	19. b
Reliquiæ multæ ex naufragio vetustissimorum scriptorum	3. a	Rex visibilium & inuisibilium, Deus	28. e
Reminiscencia	221. f	omnes Ritus deij, violenti	57. d
Reminiscencia de rebus æternis, antè	222. f	Ritus prophani romanorum cæperunt esse ritus sacri sub Constantino	262. e
Rem quæ non appareat non esse, non sequitur	134. c	de Roma, ex præclaris scriptorum monumentis	290. a. b
Rem sempiternam creauit Deus, quæ nūquam prius exiisset	220. a	Romam caput domiciliumque pietatis esse decreto Constantini	255. f
Remuneratio bonorum	167. e	Romana ciuitas patria omnium gētium, atque vrbs omnium Christianorum	255. b
Renouatio quid supponat	120. c	à Romana Ecclesia non recedunt viri sancti, sed ab ea implorant adiutorium	273. a
de Renouatione sæculi, locus Senecæ	206. f	Romana Ecclesia non synodiciis constitutionibus, sed ipsius domini autoritate cæteris præest	272. e
Repetit qua autor partitione pugnatū sit cōtra calumniatorem primo libro	267. c	Romana sedes omnium reginā se agnoscit, non videlicet vt regna reperat, sed vult régēs imperatorisque regnare, modo dominam ac reginam eam agnoscant	286. a. b
Repetitio antedictorum	29. c	Romani, carmina Sibyllæ non intellexerunt	19. f
Repetitio breuium superiorum	120. f	vrbs Roma nihili fuisse nisi supremi sacerdotij dignitas eam restituisse	253. d
Repetitio breuium totius capituli	5. c	Romanorum & graecorum ignorantia	2. b
Repetitio superiorum	81. c	Romanum imperium quibus constet	257. b
Repetuntur quædam à scriptoribus ad concinnandum ordinem	138. e		
Repudium diuitiarum alio tempore vtile esse posse, sed repudium Imperij accedentis ad religionem, non sine iniquitate futurum fuisse	259. b	<b>S</b> acra Deo facienda non aliud agens	236. e
Rerum diuinarum non inferiorum contēplatio hominem beatum facit	233. d	quæ Sacrantur Deo, sacerdotes reicere nec debent nec possunt	258. a
Rerum humanarum finis	225. f	Sacrificia fieri solita ad auerrandos dæmones	183. e
Rerum infinitas absurda	121. b	Sacrificiis delectantur dæmones	190. b
Rerum omnium antiquissimus, Deus	151. a	Sacrificiorū nidore delectari dæmonas	186. f
Rerum omnium creandarum facilitas à Deo per speculi similitudinem intelligenda	89. d	ex Sacris litteris, & philosophorū libris, præclara Dei opificia in admirationē rapiūt	220. f
Rerum omnium genitarum optimus mundus, cur	92. a	ante Sæcula, à Deo nata mens	14. f. 15. a
Rerum omnium sciētia, ab Adamo hominibus tradita	1. c	Sæculorum diurnitatem, non æternitatem statuit Plato	129. f
de Rerum ordine, placitum Aristotelis	154. c	Salus expectatur, Christo rege	21. b
Rerum vniuersalis, spiritualis formalisque substantia, mens	19. d	Sanctorum hominum actiones	239. b
Res antiquæ incorruptiores	59. a	Sapiens stoicorum	127. b
Res antiquissima Deus, vtilissimum omnium	110. c	Sapiens similis Deo, excepta morte	206. b
Res corporeæ tribuuntur Deo, docendi causa	147. b	Sapientes omnes de mente consentiunt	5. f
Res diuina declarata nomine corporeo	25. c	Sapientia à Barbaris	91. c
Res humanæ mutabiles, Deus minimè	127. a	Sapientia abdita, apud quos	41. c
Respuerunt philosophi, vel inscij	114. d	Sapientia à Deo data	219. d
Respuit Proclus	115. e	sola Sapientia, beatos facit	237. a
Res nulla creata maior creatore	115. d	Sapientia Christianorum æterna, aliquo splendore insinua veteribus	23. e
Res omnes creatas à prima & secunda die quomodo intelligendum	137. d	Sapientia cur homini data	159. b
Responsum dæmonis	68. e	hodierna Sapientia de Deo, qualis æstimanda	1. 2. a
		Sapientia Dei oritur à fonte suæ naturæ	67. c
		Sapientia Christianæ robur charitas	234. e
		Sapientiæ coniunctam esse stultitiam est necesse	134. d
		se	134. d
		primæ	

I N D E X.

primæ Sapientia fures, & ingrati philosophi	115. d	cellentia sedis Apostolicæ, similia his quæ decreto suo cōplexus est Constantinus	277. e. f
Sapientia magnitudo, facit excellentem virtutem ac bonitatem	106. e	scriptor primus Moses	155. b
Sapientia & amor, idem	148. f	scriptores multos legerat Plato	5. f
Sapientia, & pietas Hebræorū & Iob vnde	2. d	scriptores, quo vetustiores, eo meli' de vno Deo loquuti	170. a
Sapientia & virtus, non cadunt in res viles & mortales	216. a	scriptorum mos in narrando	137. f
Sapientia est cum Christo	230. f	scriptorum pars melior seruata	2. f
Sapientia est pietas & cognitio Dei	234. b	sedem beati Petri visitare eamque in omnibus imitari conantur Ecclesiæ	273. b
Sapientia veræ effecta	229. a	sedes, ac natales Imperij Romani est Roma, cū toto occidenti	278. d
Sapientia veteris vestigia	1. f	sedes bonorum & malorum distinctæ	240. b
Sapientia filius Dei	40. e	sedes apostolicæ omnia regna nobilissima subiecta, quomodo	285. d
Sapientia, manna: eademque cælestis beatitudo	27. b	de sedibus patriarchalibus in edicto Constantini nominatis	262. b
Sapientiam humanam cur nihili fecerit Socrates	233. e	de sedis Apostolicæ præcellentia Valentiniani & Gallæ placidiæ testimonia	283. d. e
sapientiam pene omnino deletā restituit Christus	196. c	sedum cælestium descriptio	201. b
sapientia, omni motu velocior	102. b	semen quid	201. b
sapientia omnium ætatum temporūque vna, prioribus obscura, posterioribus vero clara illuxit	99. e	ex seminibus, cuncta producantur	154. d
sapientia omnium sæculorum, quæ per obsecrata fuerat apparuit nostris sæculis lucidissima	19. c	feminis vis in animalibus	200. d
sapientia patris	10. d. e	feminum certus ordo, quid	160. c
sapientia pietatis fructus	193. f	sempiterna potestas, sapientia, beatitudo, in Deo	56. e
sapientia quid	77. c	sempiternitas vitæ fututē impeditur ab æternitate presentis	157. f
sapientia semper fuit, quāquam erroribus obsecurata	56. a	senatum nominat Constantinus Optimates ac Sarrapas	261. b
sapientia siue Veritas tribus gradibus ad homines progreditur	3. b	senatus Romanus ex omnibus gentibus constat	255. b
sapientia, solius Dei professio	77. b	senecæ laus	502. e
sapientia tribus modis periclitata	2. f	senecæ loca, quibus Deus vnus censetur	103. b
sapientia vetus, vt communicata variis populis	2. c	senecæ locus de Deo	70. e
sapientissimi ex veteribus, qui,	63. d	in Senectam differendum iudiciū de Deo	36. b
satan, cur princeps mundi appellatus	189. f	sensu brutorum melior & diuiniior quā cor- pus sit sensus expertus	124. f
sarrapa nomen vnde venit	261. c	vt Sensus fallaces sunt, sic animus sæpe	121. b
saturus damon	64. c	tres Sententiæ cur dæmones peccarint	194. a
saturus quid	148. d. e	sententiæ veterum philosophorum, coguntur etiam recentes subscribere	54. a
scelera videt Deus	110. c	sententiæ communis omnium gentium de dæmonibus	184. e
scelerum castigatores, Dij	165. f	sententiæ de Deo	83. a
scelerum princeps damon	186. e	sententiæ Democriti de Deo	12. a
de Sceptris imperialibus	263. b	sententiæ paganorum de casu dæmonum	194. f
scientia altera primordia	1. f	sententiæ Platonicorum de mente	9. b
scientia & cultus Dei, finis rerum omnium	249. d	sententiæ Plotini de anima mundi	37. e
scientiam Adami multi exceperunt pauci perceperunt, & cur	1. c	sententiæ Porphyrij de mente principe seu vltimundaia	11. d
scientia Hebræorum syncerior ac nobilior	2. d	separationis aquæ à terra ratio	142. f
omnem scientiam exuperat Deus	99. f	serapis de Deo	69. a
scientia à primis tradita patribus, hominum incuria & barbarie labefactata est	1. e	seraphin quid	9. a
scientia prima vnde nata	1. b	sermo Donationis non erat purè Romanus	261. b
scientias secretas sibi familiare habuerunt Chaldei & Persæ	4. a	sermo omnis magni genitoris, Theologia	2. d
scientia veterum sæculorum, tanquam hereditas posteris tradita	3. e	vnus Serpens tentauit primos parentes	194. b
scientia vna rerum omnium	1. b	seruator humani generis cognitus Gēubus	28. c
scintillæ multæ lucis diuinæ in philosophia Aristotelis	34. c	sexuum distinctio à Deo	87. a
sciri non potest qualis Deus sit	6. e	Shem filius Noë	2. d
scripserunt primi Homerus & Hesiodus	2. f	Sibylla Erythræa	4. a
quæ scripserunt p̄fici & sancti Theologi de excellētia sedis Apostolicæ, similia his quæ decreto suo cōplexus est Constantinus	277. e. f	Sibyllæ Erythrææ oracula	193. c
scriptor primus Moses	155. b	Sibylla Erythræa, vnde danominata	19. e
scriptores multos legerat Plato	5. f	Sibyllæ Perficæ vaticinia de Christo seruatore	21. c
scriptores, quo vetustiores, eo meli' de vno Deo loquuti	170. a	Sibyllæ multa prædixerunt	24. f
scriptorum mos in narrando	137. f		
scriptorum pars melior seruata	2. f		
sedem beati Petri visitare eamque in omnibus imitari conantur Ecclesiæ	273. b		
sedes, ac natales Imperij Romani est Roma, cū toto occidenti	278. d		
sedes bonorum & malorum distinctæ	240. b		
sedes apostolicæ omnia regna nobilissima subiecta, quomodo	285. d		
de sedibus patriarchalibus in edicto Constantini nominatis	262. b		
de sedis Apostolicæ præcellentia Valentiniani & Gallæ placidiæ testimonia	283. d. e		
sedum cælestium descriptio	201. b		
semen quid	201. b		
ex seminibus, cuncta producantur	154. d		
feminis vis in animalibus	200. d		
feminum certus ordo, quid	160. c		
sempiterna potestas, sapientia, beatitudo, in Deo	56. e		
sempiternitas vitæ fututē impeditur ab æternitate presentis	157. f		
senatum nominat Constantinus Optimates ac Sarrapas	261. b		
senatus Romanus ex omnibus gentibus constat	255. b		
senecæ laus	502. e		
senecæ loca, quibus Deus vnus censetur	103. b		
senecæ locus de Deo	70. e		
in Senectam differendum iudiciū de Deo	36. b		
sensu brutorum melior & diuiniior quā corpus sit sensus expertus	124. f		
vt Sensus fallaces sunt, sic animus sæpe	121. b		
tres Sententiæ cur dæmones peccarint	194. a		
sententiæ veterum philosophorum, coguntur etiam recentes subscribere	54. a		
sententiæ communis omnium gentium de dæmonibus	184. e		
sententiæ de Deo	83. a		
sententiæ Democriti de Deo	12. a		
sententiæ paganorum de casu dæmonum	194. f		
sententiæ Platonicorum de mente	9. b		
sententiæ Plotini de anima mundi	37. e		
sententiæ Porphyrij de mente principe seu vltimundaia	11. d		
separationis aquæ à terra ratio	142. f		
serapis de Deo	69. a		
seraphin quid	9. a		
sermo Donationis non erat purè Romanus	261. b		
sermo omnis magni genitoris, Theologia	2. d		
vnus Serpens tentauit primos parentes	194. b		
seruator humani generis cognitus Gēubus	28. c		
sexuum distinctio à Deo	87. a		
Shem filius Noë	2. d		
Sibylla Erythræa	4. a		
Sibyllæ Erythrææ oracula	193. c		
Sibylla Erythræa, vnde danominata	19. e		
Sibyllæ Perficæ vaticinia de Christo seruatore	21. c		
Sibyllæ multa prædixerunt	24. f		

I N D E X.

Sibyllæ tres apud quos	24.c	Specie perdurant animalia, non numero	154.e
Sibyllæ Sambethe chaldæa	24. libros scripsit	Speculatio animi, alia quam omnes aliarum actiones	206.d
Sibylli versus	20.a	ex Speculo & lecto similitudo ut probetur rerum omnium creatio à Deo	89.c
Sibyllini versus non intellecti Paganis	31.e	Spes necessaria virtutibus	118.e
de Sibyllis mira quibus non est omnino creditum	24.d	beata Spes, quæ	239.b
Signum magni animi, mortem non metueret	207.c	Spiritualis & mentalis est diuinitas omnis non terrea	192.c
Silentio, purisque cogitationibus colendus Deus	113.e	Spiritus, anima	14.b
Similem ducit Deus ad similem	33.a	Spiritus corpore nudati non possunt mulieribus commisceri, & cur	188.f
Similitudine rerum corporearum ludificatus Proclus	127.f	Spiritus domini ferebatur super aquas, quare	142.b
præclara Similitudo ex Platone à speculo & lecto ut probetur rerum omnium creatio à Deo	89.b	Spiritus immundi	185.d
Simonides de Deo	33.c. 77.c	Spiritus sancti appellatio nomine animæ	43.f
Simplicij errores de æternitate	135.c	Spiritu sancto cuncta viuificantur	50.d
Simplicius de Deo	113.c	Spiritus sanctus hypostasis	48.f
Simplicius vna cum Porphyrio & Proclo paganisimum tueri stauerebat	135.e	Spiritus sublimiores hominibus comites dati	158.c
Simulacrum nullum Deo constitutum ut aliis Diis, cur	6.e	Statoris officium reges & imperatores summo pontifici exhibent	276.e
Simulata Laurentij pietas reprehenditur	253.f	Status cæli duplex	156.f
Singularis Deus	52.d	Status mentis æternæ	157.b
Sobrietas & continentia, est Dei cultus	230.a	Stellæ ante herbas	145.b
Societas inter Deum & homines per angelos	187.f	Stellam prædixit Sibylla	20.d.e
Socratis doctrina de animorum præmiis	239.f	Stella supercælestis	31.d
Socrates veræ sapientiæ assertor	229.e	Stella Stoici verba	112.c
Socratis dæmonium	182.d	Stabonis locus de Mose	136.b.c
Socratis dæmon	178.b	Studiorum omnium meta, sapientia	234.a
cur Sol à Deo creatus	92.f	Stygij canes	185.f
Sol à Deo semel factus, à Mose bis descriptus	138.b	Stylus donationis esse alicuius Christiani qui non omnino Romanè loqueretur	261.d
Sol, animal sempiternum	91.c	quis Stylus quo Constantinus & alij Imperatores huius temporis uterentur	288.d
Sol creatus, cur	142.b	Substantia animæ, non est à semine	201.e
Sol, Deus	93.c	Substantia bonitatis diuina natura	111.c
Sole nihil venerabilius apud Paganos	88.d	Substantia idem atque mens, bonum unitas	13.c
Sole quiescere, nullum potest esse tempus	125.f	Substantia mentalis	42.a
Sol & Aether vnde factus, Trismegisto	113.c	Substantia quid	176.c
Sol & Luna simulachra Dei pulcherrima	106.d	Substantiæ supercælestes, creatæ	171.e
Sol filius summi boni	40.d	Substantia nostra, non est ipse Deus	224.c
Solis bona	142.d	Sucessio continua	200.f
Solis commoditas	161.e	Suetia & Noruegia soluant Romanæ Ecclesiæ vestigial	286.f
Solis creatrix	40.d	Suidæ laus	50.c
Solis cursus & creatio	75.f	Summi pontificis super alias potestas qualis	274.a
Solis equi	123.e	quid pro Summo bono habitum apud omnes	111.c
Sol lucens & visibilis, imago eius qui est in mente	18.c	Summam bonum multis modis intelligendum	95.a
σολμα, vel σολμα, quid	196.d	Summam, non nisi vnum esse potest	58.c
Sol nullus erat ante creationem	156.f	σολμα, iuuante Deo	98.f
Sol, præclarum indicium Dei	107.a	Superbia regis Assyriorum	194.a
Sol primum creatus, deinde alia omnia, Aristoteli	76.a	Superiores patrem nouerant	29.f
Sol vocatur, verbum Dei, quare	25.f	Superstitio barbara, Deos appellare astra	71.a
Somnium Iacob	169.f	Superstitutione Chaldæorum doctrina de Deo facta	81.f
Somnum per somnum melius sciri	11.c	Superstitutionem miscere cum religione, periculosum	180.b
Sophocles de Deo	33.c. 151.f	Superstitio vnde primum	91.b
Sortitio animarum triplex	245.b	Superstancialis vnus	171.a
Sortiti sunt dæmones res humanas qua conditione	181.c	Supplicia subterranea	186.a
Spatium omne, quomodo intelligamus	127.d	Suppositione rei falsæ, verum collegit Platone	129.a
à Speciali ad vniuersale non valet ita consecutio	125.c		

Supremæ

I N D E X.

Supremæ Dei cognitio, vera sapientia non est Supremæ, nisi vnus	226.f	Romanæ	273.d.e
Sustentatio rerum à Deo, quomodo	38.c	ex Testimoniis paucorum elicienda veritas	3.d
Sydera Deos putarunt Plato, & Stoici	12.b	de Testimonio animæ	186.d
Syluæ	161.b	Testimonium antiquitatis	34.d
Syluester non poterat spernere quæ non sibi, sed Petro & Cristo donabantur à Constantino	257.d	Testimonium grauiissimum vetustatis	238.e
quibus Syluestri historia firmeret	268.a	Testimonium Ioannis Iouiani Pontani de Laurentio Vallei	290.f
Symbolum Athanasij	242.d	Testimonium super imaginibus ex historia Syluestri, qui imagines Petri & Pauli Constantino ostendisset	268.a
Symbolum Dei, quid	212.c	Testimonium vetustatis fidelissimum	36.b
Syrianus de Deo	62.d	Theatrum mundi	106.c
		Thales	3.f
		Thales Milesius Deum dixit antiquissimum & ingenitum	56.e
		Thaletis placitum de aqua principio rerum, quod intelligendum	351.a
		Themistius sibi contradicit	224.c
		Theodorus Platonicus de duplici mente	10.a
		Theophrastus	3.e
		Theologia Ægyptiorum veneranda	137.a
		Theologia concarnata	39.d
		noua Theologia detexit quæ latebant in veteri	33.a
		Theologiæ antiquæ de mente testimonia	5.b
		Theologiæ christianæ summa	17.d
		Theologiæ finitima potestas	59.a
		Theologiæ maximum sacramentum filium à Patre angelum missum	17.c
		Theologia Empedoclis	60.c
		Theologia & religio saculorum omnium	58.f
		Theologiæ græcæ princeps Orpheus & eius laus	29.a
		Theologia Græcorum à Barbaris	90.d
		Theologia græcorum & Barbarorum eadem	31.c
		Theologia Græcorum vnde nata	44.b
		Theologia maiorū scyripis & latebris absconsa, arque figmentis obruta	1.c
		Theologia mira Platonicorum	13.d
		nostram Theologiam nihil aliud esse quam Priscæ & caligantis scientiæ reuelationem	242.b
		suam Theologiam, vnde Proclus hauserit	44.d
		Theologia naturalis	70.b
		Theologia nouissima	4.b
		Theologia perennis	56.e
		Theologia Plorini de Genitoribus	16.b
		Theologia prophana, cælesti theologiæ assensum præbuit	237.d
		prima Theologia quæ tradidit	55.e
		in Theologia quid, maximum	3.d
		Theologia Stoicorum aut nostra, aut è nostris	211.b
		Theologia Trismegist. quàm consentiens cum Mosaica	141.a
		Theologia vetus Hebr. Chald. & Ægypt. nunquam cælum & astra pro Diis habuit	164.a
		rota Theologia, vnde ducatur	20.c
		Theophrasti testimonium de baptismo Constantini	280.c
		Theophrastus de Deo	83.d
		Θεῶν nomen quibus tributum	177.b
		Theauri Iouis, apud Orpheum, quid	146.e
		Ἱστορικὰ Constantini non in vna bibliotheca	FF iij

I N D E X.

Uleca delitescit sed omnis Græcia ipsum adorat	
255.e	
Theuth ægyptius	35.e
Theut, vel Tat, filius Mercurij	23.c
Tigium nomen deprauatū, pro Iguium	250.b
vbi situm e.e	
Titanes, & Titanium nomen dæmoniacum	
191.c	
Torquentur animo quibus instat fatalis diem	
140.f	
Traditio sapientiæ que principium sumit à Deo	
3.c	
de Transitu animorum	146.c
de Transitu Constantini aut eius ex vrbe dis-	
cessu historici nihil scripserunt	280.a
Tres mentes, reges, seu intelligentiæ	41.b
Tres Sibyllæ apud quos	24.e
Triada sunt venerati, Platonicæ	41.f
Tria de Deo statuunt veteres, esse principium	
incorruptibile, immortale	61.a
de sancta Triade, oraculum	51.c
<i>Triads</i> mysteriū explicare conatus Par-	
menides	19.a
Tria numina, tres reges, vnus Deus	12.e
Tria principia Platoni, vnitas, mens, anima	43.c
Tria semper ab æterno	50.e
Tribus maximè homines probi fiunt	77.d
à Tribus, omnia dependent	39.c
Trinitas causa omnium	172.d
Trinitas, supremum Theologiæ cacumen Pla-	
tonicis confessa	42.d
de Trinitate fides & ratio seu persuasio data	
non ex hominum instituto, sed diuino mu-	
nere	46.c
S. Trinitatem omniæque mysteria quæ prædi-	
catur de ea in religione Christiana veneratur	
Constantinus	256.a
in Trinitate non confundendæ personæ	47.f
de Trinitate posteriores castigatius loquuntur	39.f
Trinitatis pulcherrima distinctio & declaratio	
39.d	
Trinus Deus, ternia diuinitas agnita Platonicis	
48.c	
Trismegisti de verbo testimonium	22.e
Trismegisti & Platonis de Deo, assertio	97.a
Trismegistus, Mosem sequutus	128.f
Trismegistus summam diuinitatem confessus	
54.f	
Tu es Delphis inscriptum	110.e
Typhones & gigantes, mali dæmones	195.a
Typhon, vis dæmoniacæ	190.a
V	
<b>V</b> Agantur per omnia dæmones	191.b
Vagi dæmones cælóque labentes	189.c
Vagitus infantium	163.a
Valentiniani & Gallæ Placidie testimonia de	
præcellentia sedis apostolicæ	283.d.e
Vanitas idearum Procli	172.c
à Vapore terrestri non pender diuinitas	192.c
Vatibus ministris vtitur Deus	99.b
modus Vaticinandi Appollinis Pythiæ naturā	
inclinatam declarauit	193.
Vaticinā non per bonos tantum sed & malos	
edita	219.c
de Vdonibus	264.a
Veneficia & incantationes, sunt malorum dæ-	
monum	180.d
Ventorum commoda	162.c
Venti cur creati	103.e
Veracissimus mosès, quibus signis colligitur.	
136.d	
Vera contemplatio non versatur circa minora:	
233.c	
Vera est à Deo Philosophia	239.d
Veram philosophiam, vt philosophi asserue-	
rint	229.b
Veram religionem absentem philosophi admi-	
rati	235.c
cum Veram sapientiam nullus veterum docue-	
rit, necesse fuit eam doceri postremo à Deo	
vero Iesu Christo	229.c
Vera pietas	85.a
Vera pietas & religio, vnde & quā utilis	226.c
Vera religio quid	227.c
Verba Dionisij ad friuola commentitia detor-	
sit Proclus	171.c
duo Verba, vnum exemplaris: inuitationis al-	
terum	27.c
Verbo Dei creata omnia	25.e
in Verbo latitant principia rerum omniū	23.b
Verbo mundus sustinetur	31.b
Verbo non manibus, Deus mundum creauit	
145.c	
Verbo omnia facta	22.e
Verbum, Creator mundi	6.f
Verbum Dei cæli & terræ creatorem Deus co-	
gnouit	30.b
Verbum Dei diuinitissimum, Platoni	14.b
ipsum Verbum Dei, mundus idealis	59.c
Verbum Dei sustentatio mundi	86.a
Verbum Dei vinculū indissolubile totius mun-	
di	9.c
Verbum, dux ad perueniendum ad Deum	25.e
Verbum opifex	22.c
Verbum, organum Dei	26.f
Verbum prolificum	23.a
Verbum quid	22.d, 29.d
Veri dæmones, qui & quales	183.a, 195.e
Vetioem & meliorem esse non potuisse reli-	
gionem, quàm sit christiana	226.d
Veritas apud paucos restitit	1.e
Veritas demersa in profundo	74.f
Veritas habet suos impetus	238.b
Veritas historiæ Syluestri tribus firmata	268.a
Veritas nunquam latuit	18.e
Veritas semper clarescens	22.a
Veritas tandem reuelata que diu latuerat	41.e
Veritas vna semper est & fuit	106.a
Veritas vna, vt creator vnus	116.d
Veritatem Christianam insectabantur pagani	
cuius misteria latebant in scriptis Platonicis	
rum	18.e
solam Veritatem & sapientiam superstitem	
117.b	
Veritatem fateri coactus Aristoteles	34.a
Veritatis altus, rapit interdum imprudentes	
155.a	
Veritatis deprauandæ causa	1.f
Veritatis deprauator Proclus, quanquam dæ-	
ctus	

I N D E X.

Ætus	225.a
Veritatis hostes philosophi	111.d
Veritatis imaginem falsa sæpe induunt	176.f
Veritatis magna vis	22.c
Veritatis vestigia omnibus sæculis, atque apud	
omnes	2.a
Versus acrostichi	20.f
Verus amor, materia vniuersi	150.a
Verus Deus,	93.b, 52.f
Veteres ad scribendum segnes cur	2.e
apud Veteres, nihil de infinitate	61.b
Veterum monumentorum inscius Laurantius	
Valla	266.e
Veterum sæculorum scientia, tanquam hæredi-	
tas posteris tradita	3.e
Veritas mundi duplex	247.e
Veritas historiæ Syluestri, & quod profereba-	
tur celebrisque erat tempore Adriani, veri-	
tatem illius probant	269.b
quicquid à Veritate proditum fuit colendum	
& complectendum	34.f
Vetustate deteriores scientiæ	1.e
Vetus & noua philosophia consentientes.	32.f
Verus Theologia	3.f
Vetus theologia Hebr. Chald. & Ægypt. nun-	
quam eælum & astra pro diis habuit	164.a
de Vestibus omnique Imperiali magnificen-	
tia	263.a
quo Vetiustiores philosophi, eo in doctrina pu-	
riorios	55.b
Vetustiores philosophi, meliores, posteriores	
vero, deteriores	135.e
Vetustiores veterios, posteriorū vero ratio fuit	
obscurata	117.c
Vetustissimus scripturarum sensus veteri	196.d
duæ Vir	238.b, 239.c
Videmus longè plura animis quàm oculis	30.a
Vider omnia Deus	68.d
Vinculum amoris in animalibus	9.b
Vindex scelerum Deus	119.a
ad Vindictam tardus Deus	107.d
de fera Vindicta noninis	54.a
Vir bonus, dæmon	93.d
Vires Dei superant omnes naturæ difficulta-	
tes	218.e
Viri sancti & eruditi necessitatis tempore, non	
solum à sancta Romana ecclesia non rece-	
dunt, sed etiam ab ea adiutorium implorant	
273.a	
Vir non Christianus principia Christianæ sa-	
pientiæ approbavit	32.c
Viro pio neque viuo neque mortuo, quicquam	
mali enire potest	245.f
Virtus, similitudo Dei	237.f
Virtus Diuina infatigabilis	85.f
Virtus humana, quæ	107.b
Virtus quid	204.d
Virtutes heroicæ	80.d
Virtutes insignes non omittendæ in vitiis no-	
tandis	162.d
Virtute superior, Deus	80.c
Virtutis radicibus sublatis, tota philosophia	
perit	119.e
Virtutum diuinarum homines participes	80.e
Virtutum maxima pietas	87.c
Virum bonum à Deo non negligi	241.d
Visibile & intelligibile	94.e
Visibiles aliquando angeli	180.d
Visibilia non sunt omnia	104.e
Visibilibus exemplis, inuisibilia capiendæ	22.a
Visibilis Deus, quomodo	145.e
Visibilis mundus instructus à diuinitatis ver-	
bo	158.b
Visio Constantini cum baptizaretur	271.c
Visiois diuinæ dulcedinem nunquam gustasse	
dæmonas	193.e
Visio Trismegisti	141.a.b
Vita angelorum, quæ	171.f
Vita cælicolarum	71.d
Vita Deorum, quæ	80.c
Vita domina est anima	209.e
Vita hæc nostra, peregrinatio	207.e
Vitæ huius breuitas, beatitudine vel supplicij	
minime pensanda	132.a
Vitæ incommoda, quanta	161.a
de Vitæ mysteria quid attulerit sermo Hegesie	
118.e	
hæc Vita fugienda sapientibus	157.e
Vita hominibus ad supplicium data	158.d
Vita hominis duplex	202.e
alia Vita melior est quàm hæc corporea sit	
127.e	
nemo Vitam inspirat nisi Deus	46.e
Vita, Mens, dea	47.b
Vita pura, digna superiorum societate	131.b
quid est Vita, si sit æternus mundus	118.d
Vita vera secundum mentem	202.d
Vitiis agmen inducitur, tollitur virtus, si	
mundus æternus	119.a
Viuos homines, mortuos esse	240.d
qui piè vixerint, ad cælestē sedem ire post mor-	
tem	221.f
Vna bonitas, simplexque vnitas	45.f
Vna, veraque religio polluta quidem hominum	
errore, sed in sapientum retenta animis	211.b
Vnam esse omnium animam, quomodo intel-	
legendum	223.c
Vnitas, causa & autor vitæ omnium	62.e
Vnitas Dei, Chaldaeorum opinione	58.b
Vnitas Dei, tribus argumentis probatur	64.d
Vnitas diuinarum vnitatum creatrix	116.a
Vnitas entis, & ens vnitatis, est	45.b
Vnitas & vnum principium	58.e
Vnitas immobilis	59.b
Vnitas ineffabilis, principium omnium	43.f
Vnitas Iupiter	147.
Vnitas mentem præcelit	35.b
Vnitas menti præfertur, & cur	44.c
Vnitas, omnium rerum principium	57.f
Vnitas per excellentiam	ibid
Vnitas principium	58.e
Vnitas, principium, bonum, idem	114.c
Vnitas principium, Phanes, terminus, apud	
Hermiam, quid	174.d
Vnitas supereminens omnium deorum, id est,	
angelorum causa	171.e
Vnitas suprema ante omnia producit diuinas	
240.d	170.e
Vnitatem ecclesiæ docet Paulus & Cyprianus	
282.c	
male collegerunt Vnitatem esse vbi esset simi-	
litudo	224.e

I N D E X.

Vnitates, angeli	171. a	veræ Voluptates, quæ	99. a
ad Vnitatem visibilia & inuisibilia profecta	57. c	Voraginenfis, sanctæ vetustatis ignarus	267. a
Vnitatis contemplatio, est finis cõtemplationis	113. b	non paucas Vrbes Constantinus principi ecclesiarum dedit, sed vniuersum occidentem	255. f
Vnitatis intuitus finis omnis philosophiæ	232. d	Vrbs maxima aut domus, totus mundus	26. c
Vnitatis processus ad ens	45. b	nihil Vtile sine sapientia	234. c
Vniuersalis participatio est solius Dei	172. a	quæ ad Vtilitatem veniunt specierum, ea cadunt ad interitum indiuiduorum, si omnia sint ab æterno	118. c
Vniuersi natura vna, variæ & quidem infinitæ functiones	134. f		
Vniuersum à mente profectum	16. d		
Vniuersum & mundus, quid differant	60. b		
Vniuersum & vnum, idem	60. c		
Vniuersum, mentis imitatio	10. e		
Vniuersum quibus constar	85. f		
ab Vno omnia pendent, sed per mediam mentem	14. c		
Vnum & Bonum	44. e		
Vnum & vniuersum, nomina Dei ex Xenophane	61. f		
Vnum principium, tres personæ	51. a		
Vnus Deus à cunctis confessus	60. b		
Vnus Deus apud Platonem	164. f		
qui Vnus est, nomine non eget	58. a		
Vnus mundus & non plures, quare	128. c		
Vnus rerum fons	3. f		
Vnus supersubstantialis Deus, alij substantiales	176. b		
Vocabula Patris & filij eadē atque Boni & mentis	16. a		
Vocem Constantini esse totius concilij vocem	274. c		
Voluntatis liberæ omnes angeli creati	188. e		
Voluptas venerea mortifera	230. f		

X  
Enophon de Deo 57. a  
Xenophanes non phisicus sed Theologus. 62. a

Ἐπιφανὴς filius Dei dicitur 26. b

Z

Ζεὺς Νός quid 82. c  
Ζεὺς ἑστὶ θεὸς, quasi δι' ἑστὶ θεὸς, qui Ζεὺς, vel Ἄλφ, Deū appellarint 65. a  
Zonaras, totam historiam Siluestri recenset cõgruitque cum Artemio super cæde Faustæ & Crispi 281. b. c. d. e  
Zoroaster & Mercurius, vetustiff. 136. b  
Zoroastris error de duobus principiis 114. a  
Zoroastris philosophia 24. c

FINIS.

*Exurgase conforme a l'index ex purgatorio por comission  
de Gançia ofiçio O Burgos. 25. de mayo de 1885.  
E. Sierra*